per tot discrimina rerum peruenisti. Quibus meritis? Omnibus egregijs animi dotibus, quæ diuino munere in hac vita virtute propia, auita, & hęreditaria contingere possunt: genere videlicet moribus, & literis. Si genus quęrimus? Paternum excelsum, insigne, ex nobilissima Sessesiorum familia, inter insignes illas procerũ, & Ricorum hominũ de Mesnada, cõnumerata, potentia, & nobilitate, illis de natura pené æquali: qui genus suum duxerunt a Principibus illis, & fortissimis viris, qui regni istius vindices, & instauratores fuerunt. Si mater num?ex ingenua, & gentilitia Dertusæ Piñolorum prosapia. Ex qua tanquam ex ęquo Troyano, nobilissimi, & clarissimi viri bello, & pace exierunt. Inter quos Franciscus ille Piñol, frater aui tui materni, qui sub Carolo Quinto Imperatore, per quadraginta, & plures annos stipẽdia meruit, & singulari sua virtute, & fortitudine in bello Germanico, chiliarca, siue, vt vulgus vocat, Coronelius, vel campi Magister, fuit. Quid alios ex altero latere, & familia nobilissima Moragorũ de Siurana commemorem? Dominos municipiorum Villoris, & Todorellę in Regno Valentiæ, tibi valde sanguine coniũctos. Quid etiam ex alia parte dicam de clarissima, inter alias dertusenses familias, Sentissiorum tibi proximo consanguinitatis gradu attinẽtium? Cui licet aliàs, suapte natura, & antiquitate satis illustri, quãtum honoris, & dignitatis cumulum adiecit C.V. Ioannes Sentis Valẽtinus excelsi Senatus Coronæ Aragonum Consiliarius, pro summa, qua pollebat, iurisperitia, animi integritate, & prudẽtia, et in negotijs peragendis, mira dexteritate, satis notus. Cui non absimilem; sed nominis, & omnium suarum virtutum æmulum, & maioris forté spei, agnoscimus illius consobrinum, & tibi proximum consanguineum V.I. D. Ioannem Sentis Dertusensem, & Priorem insignis Prioratus Sacelli Sanctæ Annę Ciuitatis Barchinonensis, & nunc V.G. meritissimũ Illustrissimi, & Excellentissimi D.D. Petri Manrique Archipræsulis nostri, religione, pietate, prudentia, sanctitate, literis, & mira concionandi dexteritate clarissimi, & nuper Gotolanici Principatus Proregis dignissimi. Mores inquirimus? Sanctos, incorruptos, pietate, & mira deuotione feruentes, ergo sanctissimos viros vtrumq; Franciscum Assissium, & a Paulatillius festiuum plagarum diem, ceremonijs, solemni ritu, & cantorum, & tibicinium, missæ, & conctionis, & lautissimo ępulo toti cænobio, & amicis exhibito, quotannis celebrando. Huic vero insigni exædificata ædicula, siue capella, pro sufragijs defunctorum, competenter dotata: sibiq; & suis honorifico

norifico funere de S.P. posito? Quid amplius? Vitam si explores puram, si non cælibem, vnius certe vxoris virum, & coniugem, et charissimæ, et nobilissimæ illius D. Marię de Sesse, (eiusdem familiæ decus, & ornamentum, & pudicitiæ, & sanctitatis rarum exemplũ) & post fata in hodiernũ vsq; diem sibi non satis deploratæ: in viduitate iusta permanẽtem (non leui coniectura ducor). Si prudentiam? Senilem, Nestoream: si grauitatem? Censorinam: vere tibi illud.

Blanda tibi vultu grauitas, & mite serena
fronte, supercilium; sed pectus mitius ore.

Olymp. Nemeg. eclog. 1.

Si ingenium? perspicacissimum, acutissimum, laboriosum, indefessum, quo valuisti in omni disciplinarum genere, & pręsertim in legali Phylosophia tantum profecisse: vt in adolescentia vix Æphebus in Illerdensi primum: & deinde in Cæsaraugustano Gymnasio publicum profitendi munus merueris, et summa cum laude exercueris. Et quam, iam inde ab eo tempore, in animis hominum spem, & opinionem fœcundissimi istius ingenij tui inijecisti; quanto opere adimpleueris, conceptamq; non fefelleris, lucubrationes tuæ, et opera ædita, et præsens hoc, quod modo exhibes, et euulgas, tanquam vberrimi illius fœtus, et fructus, omnibus legum studiosis, et in foro versantibus, et illas publice profitentibus vtilissimis, aperte indicant, et testantur. Quid igitur mirum, si vix trigessimum annum ætatis prætergressus, adhuc cœlebs, in Comitijs Tirasonensibus, ex selectis nouennuiris sufragijs quadruplicis ordinum status, siue quatuor brachiorum vt vulgo dicitur, ad officium Vicariorum, siue locum tenentiũ Iustitiæ Aragonum, interprimarios quinque, illi muneri statim obeundo, tu quoque mecum & cum alijs tribus CC. VV. grauissimis & iuris consultissimis Martino Mirauete de Blancas, Ioanne Clemente Romeo, & Ioanne Lupo Galuano, iam facto fũctis, & ad meliorem vitam vocatis, a prudentissimo Rege nostro Philipo, sẽpiternæ memoriæ dignissimo, designatus fuisti? A quo tempore in excelsso illo senatu fuimus Troës & college, amboq; amicissime & coniunctissimè viximus. Vbi te intus & incute noui, & nouerunt omnes ingenij tui acumen, & in tractandis nodosis dubijs, eisque sub incudem, cum aduocatis studiosis cõcertationibus, reuocandis, eximiam subtilitatem. Postea vero ex acto septenio, præunte me, & prouecto in consiliarium Regiæ Audientię causarum ciuilium, domini nostri Regis beneficio, & munificentia, (quam primus omnium expertus sum in hoc Regno

no, statim post felicissimam suã in augurationẽ) Tu quoq, biẽnio post, deuictis & abolitis denũtiationibus cõtra te temerè susceptis, & in Nouenuirali iudicio illo tremẽdo agitatis, non certe Pytagorico, (fauis enim suffragiaferuntur) liber & absolutus euasisti de latoribus dupli, pro expensis condemnatis, de inde ad Regiã Audientiam, inconsiliarium causarum criminalium huius Regni promotus fuisti. Ibique Decanus, & primarius, triennio post ad ciuilem Audientiam translatus, vacante officio præsidis & Regentis Regiam Cancellariam, per promotionem C.V. grauissimi integerrimi ac consultissimi Thomę Martinez Boclinij, ad munus & officium Regentis & Consiliarij supremi Senatus Coronę Aragonum, in illius locum, sine aliorum delectu, aut competitore aliquo (quod raro fieri solet) suffectus & coaptus fuisti: atq; ita quò te nõ sors nec fortuna, sed eximia tua virt⁹ & præclarę animi dotes vocabant, ad culmen & fastigium honoris et dignitatis Regiæ audientiæ, promoueri, et peruenire meruisti? Quamobrẽ ego de me ita censeo, et ingenue fateor, idemque alios existimo, si socraticum illud meminerimus γνῶθι σεαυτόν, et nostri ęqui æstimatores, et censores esse voluerimus, et non magis φιλαυτία laborare, neminem fore qui tibi iure succensere, aut fortunę tuæ inuidere debeat, aut possit, quod in agonistico isto certamine (quo plerique fere omnes, ad gloriæ et honoris brauium, currunt, anhelant, et feruentissimo conatu contendũt) cũctos anteieris, et pręterieris pręcucurreris, & solus illud acceperis. Si quidẽ, nõ artibus, nõ pręcibus, intercessionibus prẽsationibus ve, vt plerunq. euenit, sed propria virtute illud certe pro meruisti. Recte Cicero: *Is videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorẽ locum conscendit, non qui per alterius calamitatem & in iuriam.* Apparuit namque insignis certe regia prudentia, et acre iudicium, in tui delectu, queq. in omnibus magistratibus deligendis, obseruãda maxime foret. Cum enim iudices non hominis sed dei iudiciũ exerceant, vt superius demonstrauimus, oportet diuinis illis dotibus, et peculiaribus attributis, quoad fieri potest, instructos et pręditos esse debere, quæ in deo reperiuntur, et senariolo illo sapientissimus ille Solon, natura duce, tantum consequtus et testatus est.

in oratione pro Roscio

inter eglogia Demosthenis

Nemo putet quem quam fallere posse deum.

Plutar in eius vita

Pro loquium certe, licet sermone anceps, et ambiguum vtroq; tamen sensu verissimum, non quale illud delphicum oraculum, Pyrrho Epyrotarum Regi redditum.

Aio

Aio te Aacida Romanos vincere posse.
Quo delusus à pithonisa, victorem se reputans, victus euasit. Certissima namq. in deo sunt immensa bonitas, et sapientia infinita, vt illa neminem decipiat; neq. hac à nemine decipiatur. Ita quoq eos deligere oportet (nec amplius quærendū est) qui sua virture et bonitate neminē decipiant, lædant, aut ius suū cuiquam auferant, et sua sapientia à nemine eludi et falli possint Præsertim cū in tam vasto iudiciorū pelago, ex de prauata hominum natura, adeo petulans et insolens est quorūdam conditio, vt ingenij sui versutia, et nimia subtilitate fræti (quasi clauam dè manu Herculis eripere ausi) iustiam obnubilare et fucare, et ingyrum, et quasi diogenis doliū versare et voluere, & iudicātiū ingenia exercere, audent, tentant, et moliuntur, à quibus valdè cauendum est. Tibi certè, et apud te, vtrumq. diuino munere da tum, constans, firmum, perpetuum, et inuiolabile manet: vt neq. falli aut fallere quēquam possis. Iam verò ad lucubrationes tuas veniamus, ád ædita opera, et ad præsens hoc, quod exire in vulgus properat, et descendere gestit, procul certè à metu et periculo, quo Lyricus libellum suum coarguit et audatiam cohibet, quod vulgi limam non vereatur. *torat epost 20.lib.1.*

Paucis ostendi gemis: & communia laudas
Non ita nutritus fuge? Quo descendere gestis?
Non erit emißo reditus.

Adeò namq. hoc, & cætera omnia a te ędita, & euulgata, elaborata, limitata & subincudem reuocata fuerunt, & lucernam olent, vt omnē superare inuidiam & obtrectatione, secure valeāt. Sunt etenim ingeniosa, acuta, & ex intimis iuris prudentiæ medullis prodita, forensia, & pragmaticis vtilissima: & ideo de publica pecunia Ærarij Regni, cudi mereuerunt, & tam propitios habere Mæcenates, quales ad publicam vtilitatem præfecti, & deputati istius Regni, esse solent. Et ideo Recte Martial. *Sint Mæcenates nō deerunt tibi Flacre Marones.* *Martial.* Tractatū de inhibitionibus & magistratu Iustitiæ Aragonum, quis non magni faciat, suspiciat, & reuereatur? Ea et enim, quę in ore omniū consulentiū, & iudicantium, & quasi per manus circum ferebantur &, vt vulgo dici solet, in capitibus prudentium residebant, & per traditionem agitabātur, de istius Magistratus vberrima, et multiplici iuris dictione, suisq. interdictis et inhibitionibus (quas vulgo iuris firmas appellamus) et vario illarum genere, deq. personarum manifestationibus, diuersis illarum liberationibus, et euasionibus

et ple

et plerisq. alijs præ rogatiuis,supprẽmæ illi Curiæ reseruatis:adeo dilucide,methodice et ordinate tractas, obscura et inuoluta solvis,enodas,vt nihil amplius desiderari posse videatur.Immo quã maxima gratia habenda tibi est,quod tu solus tam immensum pelagus, anemine forsan tentatum,tranare,et tam arduam prouinciam suscipere ausus fueris;Et quæ improbo labore, summo studio,et diligentia, longo vsu,et expirientia in curia illa (vera et inexausta omnigenæ doctrinæ, et remediorũ et subsidiorum, miseris et oppressis subleuandis, officina) didicisti et comparasti,in vnum iustum volumen coegisti, digessisti,et miro ordine compilasti,et quã plurimarũ rerum iudicatarũ exemplis, pragmaticis, & in foro versantibus vtilissimis,exornasti.Vnde omnium,quę in hoc genere desiderari possunt,locupletissima cognitio hauritur & in promptu habetur notitia:Deq. tanti Magistratus, et præfecturæ Iustitiæ Aragonum,dignitate,authoritate, amplissima iurisdictione,origine,et illius creandæ,et stabiliendæ causa, videlicet salutis,et vtilitatis publicæ.Nequisquam contra aliorum iudicum extraordinariam potestatem, iussa atq. imperia,auxilijs indigeret, et suis inhibitionibus et interdictis impetũ illorum cohiberet,vim repelleret et sisteret, donec Magistratus iste,suum de his interdictis et inhibitionibus et iustitia illorum iudicium pronuntiet et sententiam ferat. Et dum interdicit, summa cũ moderatione et respectu ad alios iudices vtitur,non propria authoritate;sed ex parte domini nostri Regis inhibendo:Cuius munere et vice fungitur,tanquam illius minister,et ab illo creatus,pro summa sua clementia,ad huismodi iurisdictionem peculiariter exercendam.Itaq. Moratorium iudicium certè vocari potest:ne interim vis fiat ei qui eius opem implorat. Sublatis autẽ interdictis & intercessionibus huiusmodi,eisq, reuocatis aut moderatione aliqua temperatis,libera restat facultas iudicibus interdictis,iussa sua,et res iudicatas exequendi. Ita namq. consultum esse voluerunt maiores nostri,vt inuiolabiliter huic magistratui pareatur,et ne cæteri Magistratus aduersus interdicta et inhibitiones aliquid attentent, molianturuè; donec causa cognita, vt superius dictũ est, ille sublatæ,aut moderatę fuerint. Siquis verò priuatim vel publice,suis decretis,et interdictis non steterit,aut paruerit,grauissimis pœnis afficiuntur. Tibi certe hæc omnia,et pleraq. alia accepta feruntur,et pro improbo et assiduo isto tuo labore,et studio,ingentes gratię aguntur. Verumtamen quia,vt insignis ille, Ianellus Turrianus, stupendi opificij aquæductus Toletani inuen-

De magistratus istius origine creatione et formula,& alijs,præter historicos nostros fuerit. Hiero. Blanc. Vide Vaseum,& Marineum in Chron.et Hotom. in Frãc. Gall. cap. 12. copiose disserentem.

uctor,et horologij, seu potuis totius machinæ et cōpaginis cælestis, Archimedis Syracusani, admirandus instaurator, acutissimè dixit, *Virtus nunquam quiescit*: tuquoq. laboris impatiens segnitiem de tractans, & otium auersatus (quod vix suppetit causis cognoscendis, & diiudicandis) è fecundissimo isto ingenij tui sinu, quasi ex Amaltheæ cornu, nouos alios & vberes fructus, & fætus producere tentasti, et mirifice perfecisti. Quando quidem non contentus primo volumine decissionum tuarum, in quo res iudicatas, tum in Curia Iustitiæ Aragonum, tum etiam in Regia Audientia, dilucidè, et methodicè tractas, proponis, et aperis ex quibus animi motibus, quibus suffultę rationibus, et iure communi vel municipali; ex ęquo et bono, et iuxta magis receptas sententias, causę dictę fuerint, decissę, et terminatę. Secūdum ędere properas; atq. ita facis, et illum nobis exhibes tam varij, et diuersis speciebus causarum, et rerum iudicatarum exemplis, miro ordine digestis refertum, tamq. perfectum ingenio et elaboratum industria, et omnibus numeris absolutum, vt quasi opus quoddam tesellatum merito censeatur, et nuncupari posit: Quid autem de hoc scripti genere censendum sit, quis æquus censor aut ęstimator erit, in tā vasto iuris ciuilis pelago, si nō verius oceano? in tam multiplici et varia librorum simplegade, farragine, et multitudine? in tam insatiabili scribendi licencia et auiditate? vt merito succenseat vterq. satyricus.

Iuuinal. Saty. 7.

Tenet insanabile multos scribendi cacoethes.

Et alter similiter.

Horat. in art. Poet.

Scribimus indocti, doctiq. poemata passim.

Sed vnde quæso, vel à quo tātum malum? tanta iuris ciuilis calamitas, et iactura? quæuè Calfurnia Causam dedit Iustinianeum ędictum transgrediendi? vt miriades miriadum librorum & commentariorum, & aliarum lucubrationū in ius ciuile inuectæ fuerint. Pròh dolor, Ipse met Analphabetus (merito Analphabetus nuncupatus) & ipsius indignum & infandum facinus, à Nostratibus non satis deploratum, vt illius meritas pænas extolueret. Quod pulcherrimam illam, & tot librorum admirabilem Bibliothecam; quot, à prudentissimis, & consultissimis iuris conditoribus, in deffesso studio & admirabili sapientia, scripti fuerunt, sua opera, iussu, et vesano et sacrilego cōsilio (sibi dato ab impio illo et auarissimo Quæstore suo Triboniano (vt leges haberet venales, et eas pretio figeret atq. refigeret) impiè et crudeliter cremare, et abolere iussit; Sed ne voti quidem compos euadere potuit, vt

l. 1. §. nostram. C. de vet. iur. en naleas.

Vide Cottā in memor. verb. iuris periti de Iustiniano & Triboniano ob loquentē & Suidam verbo Tribonianus & Iustian. in prefat. ff.

vt ſtragè illa, iuris, ciuilis ſarcinam ſubleuaret, &, vt ipſe in quit, *ad ſummam breuitatem ius ciuile reduceret, vt caliginem rectis iudicum diffinitionibus inſidiantem, penitus extirparet.* Nam neſcio quo fato, poſt longa tempora inſurrexit audaciſſimus ille ædicti ſui contẽptor & tãti ſcæleris vltor Irnerius, vel vt alij volũt Guarnerius, qui neglectis parathitlis, ſiue monitiunculis quibuſdã, quas ſolum permiſſerat, et commẽtarios prohibuerat, illos & gloſẽmata maiora primus omniũ ædere auſus fuit: & ſuo exemplo poſteros omnes inuitauit et excitauit. Et pro duobus millę ab eo temere cõſumptis libris, decies centena milium, tot commentariorũ, lecturarum, ſiuæ lectionum, repetitionum, tractatuũ, reſponſorũ, et conſiliorum, inuecti et illati fuerunt. Ita, vt illis non tã honorar Ius ciuile; ſed onerari potius et obrui, ex tam immenſa mole, et ingenti librorum cumulo, merito dicendum ſit. Vtinam aliquando alter Iuſtinianus inſurgat, tànti facinoris vindex et vltor. Sed eò, vnde egreſſi. Ego certe in hoc iudicio et controuerſia, non admodum cenſerem ampliandum, neq. hæſitandum. Atq. ita iudico, nulla digniora, aut pręſtantiora ingenij monumẽta eſſe, quæ cum cauſarum deciſſionibus, et rerum diiudicatarum exemplis et documẽtis, comparari poſſint; ſiue authoritatẽ ſpectemus ſiuę, vtilitatẽ. Sunt etenim iuris enucleati, enodati et explorati, & tanquã aurũ in fornace probata, purgata et, vt ita dicã, defecata: Quid enim eſt aliud cauſas decidere? Quam quæ ex mutua pugna et aduocatorum cõcertatione, ſummo ſtudio parta, et iudicũ aſſidua exercitatione, et præ meditatione, longo acquiſita labore, et tã dẽ exactiſſimo et accuratiſſimo iudicio, maturè deliberata fuerũt, elaborata et quaſi lima perpolita, in mediũ proponere, et velut Prætorũ Edicta in albbum refferre. Etenim ſi iucundi acti labores, in perueſtigandis, et indagãdis legibus, et iuribus, cauſarũ, vt vocãt, deciſſiuis: et quę iudicibus valdè placere ſolent, in proprijs terminis loquẽtes, illis deſficientibus (quia plures ſunt res; quã vocabula, et rerũ euentus varij ac diuerſi quotidie pullulant, et rogari leges ſuper ſingulis ius vetat) quid quęſo iucundius, aut vtilius magis? quam alieno frui labore: et negotia, et rerum euentus, cauſas, et littes, in aliena officina ſub incudẽ reuocatas, elaboratas et diſcuſſas, in eadem ſimili, vel proxima facti ſpecie, ad vſum et vtilitatem propriam accomodare, et applicare poſſis, et valeas? Vacant præterea omni ſiniſtra ſuſpicione et macula, vt neq. ex apicibus iuris eruta, et delibata, et oſtentandi ingenij gratia, et quaſi, paradoxa, à communi tramite deuiantia, vt lectiones, ſiuè lecturæ, et re-

In l. 1. C. de vet. Iur. enucl.

In praef. ff. for. vbi duo millia librorũ confuſionẽ vocat. quid hodie diceret?

l. iura ff. de legib.

& repetitiones, reputari debeant: neq. ex ſedētaria lectione, pro ſuo cuiuſq; captu, & ſuopte ingenio, & ſibi plauſibilia, congeſta magis, quam digeſta, coaceruata, & ab alijs plagiario more, ſuppreſſo nomine, mutuata, & quaſi Æſopica Cornicula, furtiuis plumis ornata, nullo habito delectu, nulla methodo, ſed quæcunq. obuiam veniunt, & vt dici ſolet, in buccam, effutita, vt plerunq. euenit in tractatibus. Multo etiam minus, velut cauſis inſeruientia, & clientibus morem gerentia, aures demulcentia, palatum edulcantia; aut pretio aut præcibus extorta, vt plerunq. reſponſa, & conſilia: inter ſe, tam varia ac diſcrepantia, vt ex eadem facti ſpecie, (tanquam ab eodem ore, calidum, & frigidum) diuerſa iura naſcantur, & diuerſæ opiniones, & ſententiæ: & nihil minus, quam ſincere, & purè, & ſine fucco, pro iuſtitia, & veritate reſpondere, ſed potius littes littibus implicare, & inuoluere videantur. Quam longe ab his, rerum iudicatarũ exempla, documenta, monumenta, & inter illa, ea potiſſimũ, quæ ex magis accurato iudicio, ex æquo, & bono, et nõ ab vno, ſed a pluribus, & non quibuſuis, ſed ſelectioribus, (quales ſunt ſupræmi Magiſtratus, & Senatores, nec ſpe, nec metu ſancita, & decreta fuerunt: *Integrum enim eſt, & perfectum iudicium, quod plurimorum ſententijs confirmatur*: & eo alludit Homericum illud πλεόνων δέ τι ἔργον ἄμεινον. Atq. ita mihi quidem ſemper hæc ſtudia placuerunt, & præalijs, ſummo cultu habita, & in eis fere per totam ætatem, & pluſquam triginta annos ſedulam operam nauaui, & curam impendi, & aliquando nactus otium, inmaturos aliquos fœtus congeſſi, qui in membranis, & littura deliteſcunt: quos forſan, otium ſi ſuppetat, Deo auſpice, è tenebris in lucem aliquando proferemus, longe alia methodo, & ſtylo digeſtos, quam creber ſcribentium vſus admiſſit, & obſeruauit.

c. prudētiā do effic. [illegible] leg.

Retulit [illegible] Lipſ. in [illegible] fac. ad [illegible] Florē in [illegible] de Mag. [illegible] ma. ide[illegible] lius eſt [illegible] torum [illegible]

Neq. enim adhuc in hoc ſcribendi genere, animus conquieſcit, aut ſibi plenè ſatisfacit: cum videamus quam varie, ac diuerſimode, ſtylo, ſermone, & cenſura, Authores noſtri in hoc ſcribendi genere vſi fuerint. Alij in ſermone conciſſi, præſſi, Laconici: quod non admodum diſcipliceret, ſi cum Laconiſmo puritatem, & ſermonis elegantiam, grauitatem, & authoritatem veterum Iuriſprudentum ſcripta illorum redolerent: ſed pleraq., nihil minus: immo præduro quodam ſtylo affectatam quandam obſcuritatem continent

tinent

tinent, vt dum breuitati student, & in ea laborant, adeo obſcura fiunt; vt non tam cauſas dirimere, quam inuoluere, & implicare videantur. Alij verborum illecebris, & lenocinijs, & aſiatica quadam redundantia, in proponendis dubijs, & geſtorum ſpeciebus, tempus conterunt; & varijs digreſſiunculis euagantur, inania congerunt; & adeo ſe implicant, vt nodos, velut Gordianum illud, nullo modo diſſoluant, & nihilo magis cauſam dixiſſe, & decidiſſe; quam ſub Iudice littem reliquiſſe cenſeantur. Hos inter, Tu Medius, & tutiſsimus iuiſti, obambulaſti, immo prætergreſſus fuiſti. Nam pro tua ſingulari ingenij dexteritate, & acumine, & acri iudicio, ita cauſas pertractas, ſpecies geſtorum, & euentuum dilucide adeo commemoras, & dubia, vbi opus eſt inſinuas, vt nullo tibi impedimento ſint, quominus clarè, & aperte ſine ambagibus, & verborũ, delinimentis, niſi quantũ materia poſcit: aliquando ſtyli, & ſermonis habenas laxando, aliquando cohibendo, preſſe magis, quam effuſe, cauſas dicis, & iudiciorum decreta pandis, & plana, & perſpicua, validiſsimis ſuffulta rationibus, reddis, atq. proponis. Perge igitur Macte virtute, ſicitur ad aſtra. Quod ſi vero non pereq. iudicium hoc noſtrum dète tuiſq. ſcriptis omnibus probetur, nec mirum nec nouum; neq. te morari nec deterrere debet.

Vt enim ſunt varia hominum ingenia, ita quoq. iudicia, & ad diſſentiendum prona: et omnium ſeculorum commune vi-
Budæ lib. de aſſe. tium fuit. Idq. vetus proberbium cantat πολλὰ κωμήσασθαι ῥᾶόν ἐϛιν ἢ μιμήσασθαι. *Ideſt facilius eſt multa cauillari, quam imitari.* Et hu-
l.1. floridor. iuſmodi Ariſtarchos grauiter, & merito pungit Apuleius: *Hoc quoq.* (inquit) *hominum genus inuenitur, qui meliores obtrectare malint, quam imitari: & quorum diſsimilitudinem deſperent, eorumdem affectent ſimultatem: ſcilicet, vt qui ſuo nomine obſcuri ſunt, aliorum in-*
In fragmẽ. *noteſcant.* Sed prius illo Salluſtius luculentiſſime ſuo verborum compendio id ipſum perſtrinxit. *Detractores, ſi virtute ſatis valerent magis æmuli bonorum, quam inuidi eſſent, ſed quia deſidia, atq. inertia, & ſtupor eos, atq. torpedo inuaſit: ſtrepunt obtrectant, & alienam famam, ſuum dedecus exiſtimant.* Eò, etiam alludit, et
Ambr. Mora. vbi ſup. acriter pungit, arguta illa Ianelli Turriani (cuius ſupra meminimus) ad horologium ſuum arguta inſcriptio, QVI SIM SCIES
Martial. SI PAR OPVS FACERE CONABERIS. Et Epigrammatarius noſter ſcite mordet.

Si hæc

Si hac non placeant; tu meliora ede.

Et Liricus quoq; admonet, & vrget.

Viue vale. Si quid nouisti rectius istis Hora. Epi-stol. 6. li. 1.

Candidus imperti: si non his vtere mecum.

Et Tu quoq. tandem φίλη κεφαλή, interim fœlix viue diu, & vale, meq. vt soles ama.

Pro coronide studiosum, & curiosum Lectorem monitum volumus, placuisse in margine adscribere eos, per quos profecimus, & a quibus mutuo accepimus; ne plagiarij, neuè quemquã suo merito, & debita laude defraudasse videamur. Si quid autem in hac opella, nobis exiderit, aut desideretur (quę multa obrepsisse non dubito) ea, tanquam tumultuario fere scripta, & ab homine munere suo satis præpedito, & serius aliquantulum, & in calce excussiones istius operis, interpellato; æqui boniq. consulat.



D. DIDACI DE LA NAIA I.C.D. Ad Clarissimũ virũ Iosephum Sesse Regentem Regiam Cancellariam Regni Aragonum meritissimum.

EPPIGRAMMA.

Quod prudens laudaris,quod memor, atq. disertus
solers,argutus,clarus,& eloquio.
Quod rursus vigeas formato Paladis arte,
Ingenio, atq.alijs dotibus eximijs.
Quas ferme innumeris solers natura negauit,
atq. tibi fausto tradidit illa potens.
Quod pariter Sesse ingenuo sis sanguine natus,
natura has laudes vendicat ipsa sibi.
At quod præteritos cum laude peregeris annos
virtutesq; colens vixeris assidue.
Quod vigili studio Iuris penetralia pãdens
solueris abstrusos,difficilesq.nodos.
Quod firmarum ius fluctiuaga mente retentum,
erueris, praxis fit iam vt aperta nobis.
Quod nostri Regni quę sunt decisa verendis
consilijs doces egregiò hoc opere.
Quod demum ambiguos foros,& lucis egenos
restituis luci,iuraq.nota facis.
Veræ istæ sunt laudes(vir spectande)tuæq.
quas merito defert, sacra Minerua tibi.
Hæc laurum æternum ac decus immortale parauit
vulgato hocq. libro fama perennis erit.

Eiusdem in laudem operis, & auctoris.

Sese laudat opus,Sese commendat et ipsum
ac Sesse nomen tollit ad astra tuum.

CLARISSIMO
IVRIS VTRIVSQ. CONSVLTO.
D. IOSEPHO DE SESSE, REGIO CONSILIARIO

optimo, Regiam Regenti Cancellariam Aragonum meritissimo, Sacri Pretorij contra hæreticam prauitatem Consultori dignissimo.

Michael Pastor liberalium Artium, & Cæsarei Pontificijque Iuris Doctor post fœlices, longæuosque dies, summam beatitudinem deprecatur.



RAGONIA nostra, & nobilis amplitudine, & fide illustris (vir virtutis, & sapientię gloriæ generisq. splendore pręstans) cathenata temporum serie doctissimos dedit, ac celebertimos iuris professores modo, modo dissertissimos iudiciorum oratores, atq. integerrimos magistratuum ministros, quales hodie (fœlicissimo reipublicę Sydere) in vtroq. supremo Senatorum ordine, Regiæ scilicet Audientię, & Curiæ Illustrissimi Domini Iustitię Aragonum, sedentes cõspicimus, colimus, veneramur, & antiquitas, seculis ante actis, semper admirata fuit. Quorum tamen in animos (paucissimis exceptis) euulgandi, & publice scribendi ea, quæ ad interprætationem fororum, & obseruantiarum Regni pertinerent, ex rebus præsertim ab eodem vtroq. Senatu præclarè, & iustissimè constitutis, voluntas vix vnquam peruasit. Quod si tẽtassent, vel minimo negotio, & summa ingenij laude, perficere potuissent. Tu solus es, qui pro communi iuris alumnorum, & reipublicę bono, iudicumq, & aduocatorum gratia, prouinciam hanc humeris tuis parẽ, & alacriter susceperis, & fœliciter sobstinueris. Post quã enim non nullos adolescentiæ annos iuri interpretando in Illerdensi primum, in Cæsaraugustano deinceps gymnasijs, transegisses, sedulamq. nauasses operam, & aduocati munus obijsses, talis, ac tantus iurisconsultus euasisti, qualem de cætero, & grauissimi tui collegę, & peritissimi aduocati sunt experti. Ex indeq. a teneris annis, is Rex, qui nec imperio parem, nec prudentia habuit superiorem Philippus eius nominis alter, vt iuri dicundo præesses, euocauit. Et primũ, iudicis ordinarij præstantissimæ vrbis Cęsaraugustanæ Assessorem constituit. Deinde admirãdi, & in hoc Regno summæ venerationis dignissimi ordinis Curiæ Domini Iustitiæ Aragonum, Senatorem, ac Locumtenentem creauit. Imitatus patrem Philippus filius, qui nunc ad Regni clauum sedet, non virtute minus similis, quam prudentia, criminalium causarum aulę præfecit. Mox ad causas ciuiles discernendas

¶ euexit

euexit. Statim in Regentem Regiæ Cancellariæ, a quo vniuersa Regni moles, & negotiorum cura dependet, extulit. Demum, inter eos, qui quæsitoribus Sacris fidei a consilij sunt, cooptatus fuisti. In quibus omnibus magnum semper te præbuisti iustitiæ ministrum, & acerrimum defensorem, veritatis amatorem. Sed & in illis maximos quandoq. substinuisti labores, ingentiaq. subijsti pericula. Quid ni? vt habet vulgare illud commici, obsequium amicos, veritas odium parit. Et elegātius alter Papinianus noster Alciatus (eadē de re cōqueritur) in emblemate, quod inscripsit. *Fortuna virtutem superans, Infelix virtus, & solis prouida verbis. Fortunam in rebus, cur sequeris dominam?* vt iure optimo virtutem insectandam, & aduersus vrgentia obdurandum esse, sub certissima præmij spe, ipse docuerit in alio æmblemate, cuius caput est, *Obdurandum aduersus vrgentia.*

I puer, & reptans ramis has collige, mentis
Qui constans is erit, præmia digna feret.

Quibus, pulchris exēplis, & pulchrioribus verbis adstipulatur Tullius Parado. 65. & lib. 6. familiarium Epistola 3. Sic te tua virtus eximia ab omnibus eduxit incolumen. Et (quod mirabile est) quantumuis varijs fortunæ casibus, & ingenti negotiorum frequētia, præpeditus, de tuis viribus adeo confidisti, vt a publicis functionibus satis te otij subtrahere posse putares ad rem tanti momenti, (reipublicę quidem vtilissimam) non solum aggrediendam, verum ominibus numeris absoluendam. Id quod testatur in primis mirabile primum ingenij, & laborum tuorum fœtus, absolutissimus scilicet, tractatus de Inhibitionibus, Curiæ Domini Iustitiæ Aragunum, vndique refertus, exemplis, ac pręiudicijs antiquioribus, & recentioribus eiusdem, quibus per duodecim annos ferendis, interfuisti. Adeo exactè vt nihil in eo ad veram cognitionem negotiorum in ea Curia, toto orbe terrarum celebratissima occurentium, pertinere videntur, nec in celebri tuo tractatu desiderentur, nec aliunde, quam ab eadem locupletissima penu, per quirenda videantur. Non mansisti (vt alij forsam) eius editione defessus, nec viribus fractus; imo ad secundum partum laborum tuorum properasti, & communis commodi inflamatus amore, faustè, fœliciterquè peruenisti, & primum tuarum decisionum tomum in vulgus edidisti. Quæ non solum apud nos, sed & apud exteras quoquè nationes, maxima statim celebritate commendari cœperunt, vt de secunda editione curauerint. Quo vero doctissimos, & laboriosissimos Hispaniæ Iure consultos æquares, tertiam modo profers, indefessi ingenij tui sobolē, eiusmodi nempe, secundum tomum decisionum. Prioribus quidem tuis laboribus (vt summa cum laude commendem) nec ignobiliorem, nec inutiliorem, sed tanquam ab eodem præclaro parente genitam, simili & theoricæ, & praxis suppellectili, cumulatissimè locupletatam, eo solo disparem, quòd in hoc vnam, aut alteram decisiones in gratiam amicorum, á me elaboratas, tuis interserere permiseris. Quæ faucibus ac radijs tuarum illustratę, nec omnino inutiles, nec iniocundæ forte videbuntur. Superest nunc, vt te tantum iuris præceptorem, literaria nostra Respublica veneretur, tibiquè si non quas debet, quas tamen potest, referat gratias, & quod viuas fœlix diutissimè, vt vigiliarum tuarum præmia in maioribus honoribus, dignitatibus, & magistratibus consequi possis. Iterum vale, & esto mei amantissimus, sicut ego semper fui tui obsequentissimus.

MARTI-

MARTINI FERDINANDI EZQVERRA IVRIS CÆSAREI D. ET INTERPRETIS CÆSARAVGVSTANI.

D. IOSEPHO DE SESE ARAGONII REGII SENATVS PRÆSIDI.

VIRO CLARISS. GENEROSS. ERVDITISS.

PROTREPTICON.

QVod Natura tibi, Fortuna quę cæca negauit,
Natorum posses vt Pater esse trium;
Ipse tibi donare potes. Cur esse duorum
Vis genitor potius, quam pater esse trium?
O Felix: virtute potes qui vincere fata:
Quod quę negant propio querere ab ingenio
Adde manum, viuit geminus tibi natus in orbe
Cum gemino viuunt nomina magna Patris
Tertius adsit: erunt cumulatá quę gaudia: Nempe
Sic Patriæ, & Gentis nomen in astra feres
Si geminos tantum genuisset Horatius. Alba
Victa tibi nunquam Martia Roma foret.

ſ 2 EIVS.

EIVSDEM.

IN LAVDEM DOCTORIS EXIMII IOSEPHI DE SESE

Regij Senatus Cæsaraugustani Regentis; ac supremi S.Inquisitionis Aragoniæ Tribunnalis Consultoris cuius hic secundus decisionum Tomus.

Phaleucium Epigramma.

SESSE dans iterum iubar refulgens
Decidit tua,luce,iura,grandi
Aragonia quisque clara terris
Diuis,ingenijs, auis,& armis
Quis Sesse iubar hoc dat?adde nomen.
SESSE; non memini? tuus,perornat
Quem primum genus,enitensq. stemma
Ac prudentia Iuris vtriusque,
Qui tete regit æquitate mira,
Sanctum & Consilio iuuat tribunal;
Ac vita niueos, bonosq. mores;
Qui te nobilitat libris.In æuum
Perdura inclyte gratus omne,cœlo
Sat mundum calamo replens opimo.

Epigramma aliud subsequens idem argumentum.

LVMEN in externum,fœlix liber,ito per orbem
Prefer & accensas,intus vt,ore faces.
Sic bene pandet iter quiuis, licet ille pererret
Lumina dum capiet,lumina certa dabit.
Quasq; domos intra,quæ debeas,instrue quemq;
Doctor adis cunctos;is tibi primus honos
Decidis,fateor,clara Aragonia,natis
Quæ seruanda suis integra iura tulit;
Attamen hinc obiter,velut ex Oriente lapillos,
India,mittis opes,qui legat,ipse leget.

D. Martinus Ferdinandus Ezquerra.

DECI-

DECISIONVM IN HOC SECVNdo volumine contentarum, Index.

Decisio. 113.
Competencia.

DE Materia Competentiarum inter Iudices Ecclesiasticos, & seculares, & an à sententia Cancellarij competentiarum iudice medio, ad cognoscendum de cōpetentia iurisdictionis inter iudicem secularem, & Ecclesiasticum detur appellatio, & ad quem: vbi interpretantur fori de cōpetentia iurisdictionum loquentes, & multa de natura verborum enunciatiborū. pag. 1.

¶Decisio. 114. Recursus.

De materia recursus Clericorum ad Iudices Regios, ad euitandam violentiam illatam per Ecclesiasticos, & quæ requirātur ad hoc vt talis recursus locum habeat, & in quibus casibus detur, exactè declaratur. pag. 50.

¶Decisio. 115. Diffamatio.

De materia interpretatione, & praxi legis diffamari, C. de ingenuis manumissis; & quæ requirantur ad illius practicam diligens explanatio, & de interpretatione legis si contendat, ff. de fideiussoribus, & de vtriusque legis remedio practicando. pag. 56.

¶Decisio. 116. Census.

De materia census, & an in eius creatione, & constitutione possit apponi pactum, vt teneatur venditor nouam, aut meliorem hypothecam dare, aliàs teneatur sortem restituere, & an hoc pactum vsuram sapiat, latissime disputatur. pag. 69.

¶Decisio 117. Euocatio.

De euocatione perhorrescentiæ propter suspitionem iudicis, & territorij, & quæ requiratur ad eius concessionem, & an habeat locum in locis dominorum tēporalium, vtilis resolutio. pag. 80.

¶Decisio 118.
Falsitas instrumenti.

De materia falsitatis instrumentorum, ciuiliter agendo, & de speciebus falsitatis, & probatione earum, vbi motiuum eruditißimum Regię Audientię refertur, & subtiliter interpretatur. pag. 87.

¶Decisio 119.
Aduератio instrumenti.

De aduератione instrumentorum, quę redarguuntur de falso, sub prætextu specierum falsitatis, & quæ probatio requiratur ad conuincendum de falso notarium, & instrumentum, vbi decretum & motiuum eiusdem Regię Aud. refertur. pag. 95.

¶Decisio 120.
Aduератio processus.

An & quomodo processus redarguantur de falso, & debeant aduerari secundum forum, & an fori loquentes de aduератione instrumenti, intelligantur procedere in processibus, & de differentia inter acta iudicialia, & instrumenta. pag. 111.

¶Decisio 121.
Exceptio falsitatis.

An tertius in cuius posse bona emparāntur mandato iudicis, possit oponere de falsitate contra emparantem, vt aduerec instrumentum, cuius virtute emparamentum fuerat prouisum. pag. 121.

¶Decisio 122.
Nomen debitoris.

An iura, actiones, nomina debitorum, & annui redditus, veniant appellatione bonorum mobilium, vel immobilium, vel bonorum simpliciter de iure, & foro Regni Aragonum, declaratur. pag. 124.

Decisio 123.
Executio nominis.

De executione, & pignoratione iuris, seu nominis debitoris, & quomodo de eo constare debeat, si debitor negat, & qualiter debeat esse obligatus debitor, vt executio, & pignoratio fiat. pag. 135.

¶Decisio 124.
Nomen debitoris.

An appellatione bonorum mobilium, vel aliorum quorumcunque bonorum in domo tempore mortis repertorum, veniant nomina debitorum iura, & actiones, & an, ea circunscribantur loco, & vtrum donatio bonorum quæ tempore mortis reperientur sit conditionalis; scilicet, si aliqua

¶ 3 qua

qua reperiantur, & quid veniat inlegato apothecæ relicto alicui pag.139

¶Decisio 125.
Iudicium possessorium.
Quomodo is qui obtinuit in possessorio inferiori litis pédentę, tenutæ, seu recredentię, posit obtinere in plenario possessorio, vti possidetis, contra non colligitantes, seu eos, qui non se oposuerunt in summario possessorio. pag.152.

¶Decisio 126.
Processus cisternus.
Qui processus dicantur cisterni, & succedanei, & qui externi in processu apprehensionis, seu sequestri, & alijs. pag.165.

¶Decisio 127.
Vsusfructus præscriptio.
De materia renunciationis in præiudicium tertij, & de interrumptione præscriptionis, & an a sententia arbitri detur appellatio. pag.173.

¶Decisio 128.
Aluaranum mercatoris.
An sia posse alicuius inuentariatur aluarana mercatorum, in quibus promittitur solui principali nominato in eis, & etiam cuilibet portitori, posit ille in cuius posse inuentariantur, & appellitare, & petere exequi, & quomodo id fuerit practicatum. pag.187.

Decisio 129. Collecta.
An collecta, quæ præstatur ratione rei, debeatur si res ipsa diminuatur, vel destruatur, & de oneribus personalibus, realibus, & mixtis, & à quibus sint præstanda. pag.191.

¶Decisio 130. Captus.
An ob debitum offuscatum posit captus ciuiliter relaxari sub fideiussoribus, & de materia subrogationis in locum alterius, & quando pretium succedat loco rei. pag.194.

¶Decisio 131.
Condictio ob causam.
An competat condictio ob causam causa non sequuta propter casum contingentem in persona dantis, seu promittentis, vbi alia ad propositum referuntur. pagin. 198.

Decisio.132.
Qualitas notariatus.
Literæ testimoniales in qua forma concludere debeant, vt ex illis censeatur probata qualitas notarius, vbi de ipsa qualitate contentio est, & quando excipiens re ipsa intentionē fundatam hebeat vbi multa de materia. pag.207.

¶Decis.133.
Cesio nominis debitorij.
Nomē debitoris cedens suo creditoriā, & an quādo soluisse cēsendus sit, & quid in casu euictionis, pereptoris, vel alterius casus quo exactio in difficili versetur. pag. 204.

¶Decisio.134.
Prosequtio appellationis.
An appellatus in Reg. Arag. posit prosequi appellationem absq; appellante; & an statuatur terminus appellanti de foro ad eam prosequendā periculo desertionis. pag.206.

¶Decisio.135.
Ingrosatio notę.
Nota an & quando debeant ingessari secundum subscriptionem testium, etiam si notarius omiserit eorum anotationem. pag.209.

¶Decisio.136. Fructus.
Circa diuisionem & acquisitionē fructum, & quādo intelligantur deductis impensis, & debeant peti principaliter an vero ipso iure censeantur petiti, & de differentia in eis, an fuerint percepti ante, vel post litem contestatam, & decimarum diuisio in reales, & personales, & quibus casibus debeantur ex fructibus impensis deductis. pag.213.

¶Decisio.137. Identitas testis.
Identitas personarū, vt censeatur probata quę requirantur, & testibus instrumenti repugnantibus, quomodo tunc possit saluari instrumentum contra eos probata identitate. pag.217.

¶Decisio.138.
Reuocatio confesionis.
Confesio resultans ex productione instrumēti quam vim habeat, & de ipsius reuocatione circa potestatem eius à quo emana-

emanauit.pag.220.

¶Decisio.139
Seruitutum diuisio.

Seruitutum diuisio in personales reales & mixtas, & circa earum acquisitionem, & amisionẽ respectiue, multa raduntur. pag.221.

¶Decisio.140. Appostilla.

An appostilla anotatio & cancellatio facta per notarium extra corpus instrumenti, siue in margine, siue ab extra probent contra substantiam instrumenti.pag.227.

¶Decisio.141.
Inmunitas Ecclesiæ.

An spes de qua in c. fin. de inmunitate Ecclesiarum sit causa finalis illius decisionis, & simul, an aliȩ due causæ ibi relate sint finales, vel solũ impulsiue, & de illius ex.materia.pag.229.

¶Decisio.142.
Restitutio in integrum.

De materia restitutionis in integrũ contra lapsum fatalium, & de illorum lapsu mirabilis disputatio.pa.241.

¶Decis.143. Matricula.

De fide matriculȩ, & an per matriculã inducatur præsumptio,& de effectu protestationis Nobilis descripti in matricula plebeyorum.pag.235.

¶Decisio.144. Ludus.

Ludorum diferentia,& qui sint permissi,& quando detur repetitio pecunæ in ludo amissæ,& exactȩ,& an obligationes & instrumenta debitoria,quæ proficiscuntur ex ludo,vel illius causa,possint exigi,& in iudiciũ deduci, disputatio exacta.pag.239.

¶Decisio.145.
Matrimonium.

De matrimonio vero,& putatiuo, & eorum differentia, & quando equiparentur.pag.247.

¶Decis.146.
Commissio notularum.

Notarijs quæ facultas concedatur circa dispositionem prothocolorum, tã in vita, quam in morte, & quid in notarijs Cȩsaraugustanis dictis (De caja) vbi de materia disponendi de bonis Clerici,& mariti, respectiue.pag.148.

¶Decisio.147.
Extractum sine nota.

Alienatio notularum cõpetit dominis eorum,qualificato emptore,& an non apparente nota valeat extractum in publicã formam.pag.255.

¶Decisio.148. Vsura.

Quando de crimine vsurarum cognoscat Iudex laicus,& quando Ecclesiasticus, vbi de qualitatibus circunferẽtibus vnius cuiusq; dictorum iudicum iurisditionem, late disputatur.pag.157.

¶Decisio.149.
Hipotheca extinguitur.

Quãdo extincta vniuersitate super qua hipothecȩ constitute sunt, censeantur & ipsȩ extinctȩ,& quãdo dicatur vniuersitas mori,quibus personis conseruetur,& quibus de nouo constituatur &,hoc an procedat, tã in actionibus personalibus quã realib⁹,& an reedificata vniuersitate dicatur noua,vel posita in locũ antiq;& quod resoluto iure dantis resoluantur ius suscipientis, ad intellectum & interpretationem.l. lex vectigali. ff.de pignoribus,quæ omnia eruditissima manu, absoluuntur,disputãtur,perficiuntur.pag.263.

¶Decisio.150.
Fructuum liquidatio.

An super liquidatione fructuũ deferatur iuramentũ in litẽ contra renuentem exhibere librum rationum, vel compotorum. pag.283.

¶Decisio.151.
Fideiusor.

Quãdo fideiusor teneatur principali nõ discusso,& an exceptionem ordinis non seruati oponere (suo casu) teneatur, & licet interruptio vnius ex reis debendi prosit alij, cur nõ ita in fideiusoribus, & quãdo sententia contra prin.lata damnet fideiusorem.pag.285.

¶Decisio.152.
Repositio.

Repositio an habeat locũ in viduitatibus testamentarijs, conuentionalibus, & super debito non datur ante sentẽtiam, & quod ius habeat creditor in re debitoris, ad rem,vel in re.pag.286.

De

¶Decisio 153.
Apprehensionibus duabus concurrentibus.

De materia apprehensionum, & an concurrentibus duabus apprehensionibus contrarijs, si aliquid innouetur contra secundam, debeat fieri reparatio iuxta primam, vel secundam, & quomodo hoc casu commissio fieri debeat, latissime discutitur. pag. 287.

¶Decisio 154. Attentata.

De eadem materia, & quomodo reparentur attentata, seu innouata contra apprehensionem, & an hoc possint impetrare commissarij forales tantum, an quoquè commissarij Curiæ, & quando dicantur commissarij curię vti sua commissione. pag. 298.

¶Decisio 155.
Reparatio attentatorum.

De eadem materia, & de modo, & forma reparandi attentata, facta apprehensione pendente, & quis id petere possit, & de facultate sumendi aquam (transeuntẽ per prędium meum) an rigandum in eo, materia curiosa, & practicabilis, pag. 306.

¶Decisio 156.
Alera foralis.

De vsu alerę foralis super iure depascẽdi, & de seruitute pascendi acquirenda; & quando prohibitio alicui facta operetur, vel non, & de diuisione terminorum. pag. 308.

¶Decisio 157.
Apprehensio prima.

Quando, & quibus casibus apprehensio quæ primo fuit pronuntiata aliam silere faciat, & quomodo hoc intelligatur, pagin. 314.

¶Decisio 158.
Apprehensio prima.

An pendentia primæ apprehensionis, seu sequestri faciat secundam silere, pag. 317.

¶Decisio 159.
Præconium forale.

Apprehẽsis bonis varijs in locis, in quo loco præconia foralia fieri debeant; & an pręconia facta in vno loco extendantur ad bona in alio existentia. pag. 321.

¶Decisio 160. Priuilegium.

De materia priuilegij, concessionis, & gratię, & an priuilegium concessum per omnem terram, & dominationem Regis, extendatur ad Regna, vel Comitatus de nouo acquisitos. pag. 322.

¶Decisio 161. Contumax.

Qui dicatur contumax, & à quo tempore reputetur, qui non comparet in iudicio in termino citationis, pag. 327.

¶Decisio 162.
Decimę, & primitię.

Materia decimarum, & primitiarum latissime explicatur: & an laici cognoscere possin de decimis, & primitijs, & quando, & a quo tempore Reges Hispanię decimas possideant. pag. 331.

¶Decisio 163. Cessio.

De iure impetrandi cessionem, & quãdo soluentes creditoribus possint petere cessionem iurium eorundem, pag. 350.

¶Decisio 164. Sententia.

Quando sententia lata contra principalem noceat secundario interessatis. pagin. 351.

¶Decisio 165. Actor.

An qui agit ex vna causa, uel vti dominij, & probat ex alia, veluti, quia constat possedisse, vt colonum, non, vt dominum prout ipse asseruit, debeat succumbere, pag. 354.

¶Decisio 166.
Confessio debiti.

An si quis confiteatur se debere 100. sed soluisse ea, vtrum talis confessio possit pro parte acceptari, & pro parte respui, & vtrum testes singulares de duabus confessionibus, quibus fatetur quis se debere 100. iungantur ad integram fidem. pagin. 355.

¶Decisio 167.
Filius Regnicolæ.

An filius Regnicolę natus extra Regnũ admittatur ad officia huius Regni, si reuertatur ad habitandum in eo, & an extraneus possit obtinere beneficium, & motiua Curiæ Iustitiæ Arago. traduntur. pag. 357.

¶Decisio 168.
Compromissum tutorum.
Quando tutores possint compromittere in rebus pupilli,& an cum decreto, vel sine eo,& an pupillus id facere possit , an vero auctoritas tutoris requiratur , & quas res possit tutor alienare impune , & quas tutor,& minor simul,& quando contractus cum minore factus claudicet,pag. 359.

¶Decisio 169. Creditor.
Qua culpa teneatur creditor cui pignus traditum est,& eo perempto,cuius periculo pereat,pag.361.

¶Decisio 170.
Confessio cedentis.
Quando cedens nocere possit confitendo cessionario,& an exceptio quæ potest nocere cedenti noceat cessionario,pagin. 364.

¶Decisio 171.
Matrimonium.
Quando æquiparentur matrimonium carnale,& spirituale,& quod Religio Carmelitarum est capax bonorum,& quando legatum conditionale cedat.pag.367.

¶Decisio 172.
Delegatio.
Appellatio à quibus olim, & à quibus hodie interponatur, & à quibus, & ad quos causæ delegentur, & an fiscus possit appellare ad quem,& a quo,& an Rex possit causas delegare,& quando ea possit fieri priuatim,& quando per viam cancellariæ.pag.368.

¶Decisio 173. Exhibitio.
Quæ instrumenta sint in iuditio exhibenda a reo,& quæ ab actore,& de practica habendi producta pro non productis, & quando quis dicatur verus contumax, pag.371.

¶Decisio 174.
Salarium officialium.
Officialis qui deliquit, quando amittat salarium, & quando legatum relictum cõtemplatione officij, & an debeat diuidi pro tempore quo seruiuit , & pro quo deliquit,& officium duorum gerens , vtriusquè salarium accipit.pag.373.

¶Decisio 175. Regaliæ.
An concessio Principis sub ampla forma censeatur comprehendere regalias,& quod sunt de iuribus Coronæ, & quod specialis concessio debet præcedere, vt concesse censeantur,& alia in materia,pagin.374.

¶Decisio 176.
Procurator.
An procurator teneatur nomine proprio,vel ex contractu per eum celebrato, & quando possit reuocari , & quid facere possit.pag.375.

¶Decisio 177. Baiulus.
De iurisdictione baiuli contra administratores,del peso del Rey, & an cognitio eorum pertineat Regi, vel Iustitię Arag. tam in ciuilibus , quam criminalibus, pag.376.

¶Decisio 178.
Remissio delictorum.
An Princeps absque consensu partis delicta remittere possit , & an accusatus de resistentia possit guidari.pag.377.

¶Decisio 179. Ratificatio.
Ratificatio actus nulli quid operetur, & cui periudicet,& an ratificatio tacita testatoris afficiat rem hęredis,& de materia ratificandi obligationem factam de re aliena,& de ratificatione,quę fit succedẽdo alicui,& an testator rem hæredis legare possit.pag.381.

¶Decisio 180. Testis vnicus.
De fide vnius testis de facto proprio deponentis,& quando testes de vniuersitate probent, & de facienda commissione ad recipiendos testes.pag.382.

¶Decisio 181. Instrumentum.
Quando instrumenti appellatione veniat scriptura faciens fidem,& quando intelligatur de publica , & quid in statuto requirente probationem instrumẽtalem, & quid si agatur de corrigendo ius commune.pag.384.

¶Decisio 182. Promissio.
De materia promissionis cum causa, vel sine ea, & quæ probabilis dicatur , & quid operetur iudicis arbitrium in hoc, & quid in promissione geminata, & quando di-

do dicatur venditio facta per palmatam, & de eius effectu.pag.386.

¶Decisio.185 Peita.

De materia peytarum soluendarum ex hæreditatibus emptis ab hominibus Burgensibus per Infantiones, seu militares, & de iure aprehēdēdi hęc iura, & quomodo id fieri debeat.pag.391.

¶Decisio.185. Reseruatio.

An qui reseruat facultatem disponendi super rebus à se donatis, vsque ad certam quantitatem, possit bona ipsa hipothecare, & resolutioni possessionis subijcere. pagin.396.

¶Decisio 186. Locatio.

In locationibus, quando reputationis ratio respectu fructuum habenda sit casu fortuito intercedente, & quam pacientiā debeat prestare locator conductori, quatenus possit vti frui re conducta; & quod fiscus succedit condemnato actiuè, & passiuè.pag.403.

¶Decisio 187. Dismembratio.

De materia dismembrandi iurisdictiones, & territoria, & an Rex teneatur contractum suum seruare, vel possit ab eo recedere, & quando ius per contractum quęsitum tolli possit, vbi alia curiosa in materia traduntur.pag.407.

¶Decisio 188. Procurator.

An procurator ad lites possit se separare, absque speciali mandato a instātia cepta, & an si non constat de procuratorio censeatur actus factus illius vigore, & si proc. ad lites habet mādatum, aliud limitatum, facta separatione, cuius mandi vigore facta censeatur.pag.449.

¶Decisio.189. Cessio absenti.

An venditio, vel cessio facta absenti valeat, vel possit reuocari ante acceptationem, emptoris, vel cessionarij, pag.459.

¶Decisio.190. Commissum.

De materia obtinendi in iudicio possessorio in vim commissi, & resolutione possessionis, & de erronea solutione facta per dominum vtilem, qui in locum alterius successit.pag.462.

¶Decisio.191. Commissum.

De eadem materia resoluendi possessionem per commissum, & obtinendi in possessorio inferiori, probata possessione recipientis, & non dantis, latissima explanatio.pag.484.

¶Decisio 192.

Depositum in Curia.

An, & quando deponens aliquid pęnes curiam possit se separare ab eo, vt restituatur sibi id.pag.498.

¶Decisio 193. Fideiussor.

Quando fideiussor teneatur assignare bona, & quando principalem, & an capi possit.pag.499.

¶Decisio 194.

Executio fideiussoris.

Quando fideiussor possit executari in defectum bonorum condemnati, & quid in processibus, & quid in contractibus. pagin.500.

¶Decisio 195. Satisdatio.

Quando actor, & reus respectiue satisdare teneantur, & an procedatur vniformiter in realibus, & personalibus, & quid in procuratore mandatum non exhibente.pag.501.

¶Decisio.196.

Testes vniuersitatis.

An, & quando testes de vniuersitate, capitulo, vel collegio admittantur pro eis, & quid quando ex natura negotij alij haberi non possunt.pag.501.

Decisio.197.

Conciliatio testium.

Testes quando debeant conciliari ad euitandam eorum contrarietatem, & quando non possit id fieri, & quod probatio actoris debet esse clara, & de interpretatione dicti dubij testium, & quod multiplicatio actuum præsumitur ad euitandam contrarietatem testium.pag.504.

¶Decis.198.

Testes in antiquis.

An testes in antiquis de auditu plene probent, in multis casibus, & tunc debent esse sine varietate perpetui, & constantes, & quid possit adferri contra eos, & quantos nominare debent, vt valeat testimonium eorum.pag.505.

Deci-

¶Decisio. 199. Minor.
Quando quis dicatur minor in Regno, quos contractus facere possit, & quos nō & quæ bona possit alienare solus, & quæ non, pag. 506.

¶Decisio. 200. Iudex suspectus.
An Iudex recusatus possit cognoscere de suspitionibus alterius coniudicis simul recusati in eadem causa. Et an Iustitia Aragonum possit votare in suspitionibus suorum Locumtenentium, si tres fuerint recusati, pag. 508.

¶Decisio. 201. Transumptum.
De instrumentis in Curia Domini Iustitię Arag. registratis & exemplatis, sine vt vulgus fere transumptatis: & potissimum, an post huiusmodi exemplationem, & registrationem pars vrgeri possit ad originalis transumpti exhibitionem, & aliqua circa materiam prorogandi iurisdictionem, pag. 515.

¶Decis. 202. Solutio.
Quando particularis solutio, vel locutio æquipolleat vniuersali, & quod in Aragonia testes admittuntur ad probandum contenta preter instrumentum. pag. 531.

¶Decisio. 203. Fideiussio.
De intellectu fori, Item por dar forma, 21. & for. declarando 14. de Apprehensionibus, & an fideiussores dati per obtinentem sententiam in articulo firispendentię; omni casu, quo principalis teneatur, teneantur, pag. 519.

¶Decisio. 204. Caducitas.
Pulchra quedam in materia caducitatis emphiteosis; & signanter, an tertius domino directo canonem offerens, & nullū ius habens in bonis emphiteoticis, excuset emphiteotam à caducitate, pag. 547.

¶Decisio. 205. Caducitas.
In eadem materia. An emphiteota post elapsum terminum solutionis (ante tamen declarationem a domino factam) admittendus sit moram compurgare pro pena caducitatis vitanda: tam in viam iuris, quam ex praxi Regni, pag. 554.

¶Decis. 206. Creditor.
Quibus casibus cogendus sit posterior creditor, cui solutio facta fuit, anteriori creditori præsolutam quantitatem restituere elegans decisio, pag. 563.

¶Decisio. 207. Crimen.
Comissum noctu crimen quo modo probetur; quid debeant testes deponere, quam rationem reddere, & an qualitatem exprimere, pag. 573.

¶Decisio. 208. Remisio.
An in Aragonia habeat locum remisio delinquentium de vno loco ad aliud, & in his quomodo se intromittat Iustitia Arago. vel Regia Audientia, & an in his differant acusati absentes à presentibus, pag. 574.

¶Decisio. 209. Remisio.
De eadem materia, An Iudex requisitus criminosum remittere, habeat in remissione aliquam causę cognitionem: & verum remisio debeat fieri citata parte, & in iuditio vbi aliqua de materia consuetudinis, pag. 576.

¶Decisio. 210. Procurator.
An procurator vniuersitatis sit singulorum, etiam eorum qui in concessione mādati interuenerunt; & ad quem pertineat pænas, seu calonias frangentium statuta, vel venantium in montibus vetatis exigere, & an plures possint in eodem libello acusari, vel è contra, pag. 583.

¶Decisio. 211. Incendium.
Que culpa requiratur in materia, ad hoc vt incendiarius condemnetur, & quādo culpa æquiparetur dolo, & punitio in similibus ad quod extendi possit, & de differentia culparum, pag. 585.

¶Decisio. 212. Minor.
An si minor quatuordecim annorū delictum comitat possit puniri pena ordinaria, & quando dicatur quis doli capax, & quando proximus pubertati, pag. 589.

¶Decisio 213. Damnatus.
De pęnis damnatorum ad bestias, & de crimine falsæ monetæ, & quod deportatio successit in locum damnationis ad bestias, pag. 592.

¶Decisio 214. Barateria.
Delictum baraterię testibus singularibus probatur, quia atrocissimum est, & quid contra Iudicem, pag. 593.

¶Decisio 215. Computum.

Quando possit prouideri iurisfirma cõtra computatores Regni, pag. eadem.

¶Decisio 216. Consulta.

Deputati, quando posint cõsulere locũtenentibus Iost. Arag. & an hoc liceat in transitu alicuius principis, vt expendeant pecunias generalitatum, vltra quantitatẽ sibi permissam. pag. eadem.

¶Decisio 217. Actor.

An & quando actore non probãte reus sit absoluendus, diffinitiue, vel ab instantir, pag. 596.

¶Decisio 218. Probatio.

Quę probatio requiratur in crimine falsi criminaliter agendo, & an sufficiant inditia, vel requirantur legitimę probationes, & an id procedat non solum ad condemnationem ordinariam, sed etiam ad extra ordinariam, pag. 599.

¶Decisio 219. Astrictus.

An procurator Astrictus accumulare posit plura delicta, & de delictis extra Regnum comisis accuset, & aliqua de materia remisionis delinquentium, pag. 603.

¶Decisio 220. Possesio.

An & quando dicatur quis torbari in possessione, pag. 604.

¶Decisio. 221. Mandatum.

Quando præceptum vel mandatum superioris obseruandum sit, & quando hoc procedat, tam in foro fori, quam in foro poli, & quando dicatur quis cootumax, & an liceat mandatum etiam iustum incontinenti non obedire, imo in executione su persedere, pag. 606.

¶Decisio. 222. Petitio.

Quo tempore, & à quo, debeat petitio contra delinquentem offerri, ad iustificãdam captionem, & quid in tertio opposítore, vbi aliqua de materia liberationis, simplicis, vel priuilegiatæ, pag. 609.

¶Decisio 223. Fractor pacis.

De Duobus simul frangentibus pacem, quis possit accusari, propter incertitudinem, & an Procur. Astrictus solus recte agat, pag. 611.

¶Decisio 224. Furtum.

An possit accusare furem ille, qni habet interesse aliquid, vel securitatem in re furata, vel recursum contra alium ad rem recupetandam, saltem in Regno vbi omnia fiunt ad instantiam partis legitimæ, & cuius principaliter interest. pag. 613.

¶Decisio 225.

Litera narratiue.

An literæ narratiuę de quibus quis fidem fecit, & noceant quoad probationes contra eum receptas in eo processu, à quo literę narratiuæ desumuntur, & quod fragantia est instificanda aliter quam per relationem officialis, & de materia exhibitionis instrumẽtorum cum protestationibus si et in quantum, &c. pag. 616.

Decisio 226. Liberatio.

An captus possit liberari ab eo qui eum cępit, si causæ cognitionem non habet, & quid seruetur de consuetudine in leuibus & quod liberatio per viam priuilegiatam in capto per Ecclesiasticum locum non habet, pag. 617.

¶Decisio 227. Scientia.

Quando scientia pręsomatur in hominibus eiusdem loci rerũ quę publice fiunt, & an talis scientia sit punibilis, pœna ordinaria, vel extra ordinaria, pag. 619.

¶Decisio 228. Condemnatus.

An condemnatus criminaliter in contumaciam admitatur ad nouas defensiones, & dicere posit de nullitate, pag. eadem.

¶Decisio 229. Consortium.

De materia consortij, & fideicommissi legalis, & de exceptione tertij omnino exclusiua iuris agentis, pag. 622.

¶Decisio vltima.

Nullitas.

Quod post triginta annos, non agitur de nullitate via actionis, licet sic via exceptionis; & qnod defectus interrogationis testium iuxta forum, Por quanto, de apprehensf. purgatur per taciturnitatem partium litigantium. Et quando tertius non opositus in processu possit agere de nullitate. pag. 629.

DECI-

DECISIONVM SACRI SENATVS REGII REGNI ARAGONVM, ET CVRIÆ DOMINI IVSTITIÆ Aragonum causarum Ciuilium, & Criminalium.

TOMVS SECVNDVS.

DECISIO I. 113.

An á sententia Cancellarij competentiarum, Iudice medio ad cognoscendum de competentia iurisdictionis, inter Iudicem Secularem, & Ecclesiasticum, detur appellatio, & ad quem.

SVMMARIVM.

Competentia iurisdictionis quomodo formetur. num. 1.

Forus competentiarum non est noui iuris introductiuus. num. 2.

Consuetudo licet redacta fuerit in scripturam, nihilominus remanet in terminis meræ consuetudinis, & dicitur ius non scriptum. num. 3.

Competentia iam formabatur de consuetudine immemoriali, ante forum de las competentias. nu. 4.

Iudex secularis per plura secula, & de consuetudine immemoriali ante editionem fori de las competentias cognoscebat de competentia iurisdictionis, & sine recursu. num. 5.

Doctori attestāti de consuetudine, & obseruantia sui fori credendum est. nu. 6.

Appellatio quod non detur à sententia lata per Iudicem Competentiarum, traduntur exemplaria. num. 7.

Consuetudo probatur ex eo, quod Iudex in contradictorio iudicio eam approbauit, & talem iudicauit. nu. 8.

Verba narratiua, & enuntiatiua Papæ probant in his, quæ pendent ab eius absoluta potestate, si super narratis, & enuntiatis fundetur eius intentio. nu. 9.

Assertioni alimentantis creditur, si scribat in libro rationum, quod alimentauit alimentatum animo repetendi. nu. 10.

Clementina vnica, de probationibus intelligitur. num. 11. 23. & 24.

Probatio, & fides, quam faciunt verba enunciatiua Papæ, qui fundat in eis suā intentionem, an admitant probationem in contrarium. num. 12.

Assertioni Principis in dubio statur. num.13.

Assertio Papae, si contineat errorem in casu a iure deciso, admittit probationem in contrarium.num.14.

Verba enuntiatiua Papae non admittunt probationem in contrariū, si in eis fundat suam intentionem.num.15. & quae sit veritas.num.16.

Verba narratiua si se habent per modum causae, aut sunt necessaria ad id, de quo agitur, & disponitur, tunc dicitur fundari intentio disponentis in illis verbis. numer.17.

Confessio emissa per verba enuntiatiua, quando est necessaria ad validitatem actus, qui geritur, vel confert ad id, de quo agitur, probat.num.18.

Verba narratiua Papae, quando sunt fundamentum concessionis & priuilegij, & super illis se fundat ad concedendum id, quod petitur, probant, & dicuntur emissa propter se. num.19.

Verba enuntiatiua, quando non terminantur ad aliud, nec respiciunt alium finē, nisi sese, tunc dicuntur emissa propter se. num.20.

Enunciatio quando dirigitur ad aliud propositum extra illud, de quo agitur, tunc dicitur quoddam dictum, & non dispositum: sed quando consistit in se ipsa, tunc est quoddam dispositum.num.21.

Verba enuntiatiua, quando sunt in praeludijs, & praecedentibus prolata ad effectū alteri⁹ diuersae dispositionis, de qua agitur, & non sunt principalia verba narrationis, & dispositionis, de qua agitur, sed sunt trāsitus ad aliud diuersum, tūc dicuntur verba enuntiatiua emissa propter aliud.nu.22.

Probatio in praeiudicium partis non potest recipi ea non citata, num.24.

Assertioni Papae quod non credatur de facto alieno, intelligitur si sit magni praeiudicij, secus si sit parui praeiudicij, nam tunc statur eius assertioni.num.25.

Iudicium competentiarum, quod ab r... memoriali viget, non dicitur continere ... iudicium considerabile.num.26.

Assertio Principis super facto alieno licet non inducat plenam probationem, inducit tamen praesumptionem.num.27.

Assertio Pontificis super eo, quod verosimiliter ignorabat, non transfert onus probandi in contrarium.num.28.

Consuetudo praesumitur nota, quando ab omnibus per multum tempus est tollerata & practicata.num.29.

Verba enuntiatiua in antiquis emissa propter aliud in plur... bus instrumentis probant.num.30.

Verba enuntiatiua ... missa propter aliud priuatorum contrahenti... ... non solum probant in antiquis, verū et... am in priuilegijs, & rescriptis Principis, em... issa propter aliud probant.num.31.

Verba enuntiatiua P... incipis in facto recenti emissa propter alio... super quibus Principis intentio non funda... tur, non probant, nec inducunt praesumpt... ionem: secus verba enunciatiua inferiorum, ... aut priuatorum.num.32.

Error facilius praesumitur ... in Principe enunciante, quam in priuatis.nu. 33.

Referentis vis est in relato... num.34.

Papa dicens se velle tollere ... mne album, vel plenam fidem adhibere ... , suffi... cit ad probationem.num.35.

Confirmatio, & extensio debe... s reperire

rire quid extendant, & confirment, nu. 36.

Praxis formandi competentiam, & eam terminandi seruatur etiam in Aragonia, Cathalonia, Valentia, Sardinia, & in Insula Maioricarum. num. 37.

Consuetudo & praxis terminandi competentias est vniuersalis, & tanquam talis nulla eget probatione. nu. 38.

Relatio alicuius scripturæ, vt dispositio referens, quando est certa & concludens in dispositione, et sic datur certitudo in scriptura referente, tunc non est opus constare de relata, sed remanet probata, & tunc relatio stat causatiuè, & non relatiue. nu. 39.

Statuta laycorum & consuetudines, quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam, & ius Ecclesiæ, neutro iure valent, & sunt nulla ipso iure. num. 40.

Statutum non solum est ipso iure nullũ, quando directè est in præiudicium Ecclesiæ, vel Clericorum, verum etiam quando indirectè. num. 41.

Grauans ministros Clerici ex facto Clerici censetur ipsum Clericum grauare. nu. 42.

Statuta contra libertatem Ecclesiæ illa dicuntur, quæ veniunt contra priuilegia cõcessa Ecclesiis, & Ecclesiasticis à Deo, vel ab Imperatore. num. 43. & 46.

Libertas magis tollitur in his, quæ competunt de iure communi. num. 44.

Auctoritas concedendi leges data inferioribus censetur tributa sine præiudicio priuilegij, concessi per ipsum Imperatorem locis & personis Ecclesiasticis. nu. 45.

Iudex Ecclesiasticus de iure communi cognoscit de competentia iurisdictionis inter Ecclesiasticum & Secularem, an sua sit iurisdictio, vel non, tanquam Iudex maior, & maiori dignitate fulgens. nu. 47.

Forus de las Competencias, in foro conscientiæ periculosa est eius obseruantia, & consuetudo, in quantum est contra libertatem Ecclesiasticam. num. 48.

Iudex obseruans statuta contra libertatem Ecclesiasticã an peccet, remissiue. n. 49.

Appellatio datur à sententia arbitrorum ex necessitate iuris, vel statuti electorum de iure communi. num. 50.

Caput Pastoralis de rescriptis intelligitur. num. 51.

Iura magis subueniunt positis in necessitate, quam gerentibus actum volũtarium. num. 52.

Arbitri ex necessitate iuris, vel statuti electi Iudices delegati magis, quam arbitri dici debent. num. 53.

Actio in factum oritur ex sententia arbitrorum ex necessitate iuris electorũ. n. 54.

Arbitri ex necessitate iuris electi, cum sint electi secundum iuris, & statuti formam, dicuntur habere potestatem ab ipso iure & statuto. num. 55.

Appellari debet ad statuentes, quando per statuta debet in arbitros cõpromitti. n. 56

Arbitri ex necessitate iuris electi, cum habeant potestatem à lege, ab eis solum appellatur ad Papam, vel Principem. n. 57.

Princeps, & Papa dicuntur lex animata. num. 58.

Sententiæ arbitrorum, siue iusta, siue iniusta sit, standum est, nec ab ea possumus appellare. num. 59.

Sententia arbitratoris reducitur ad arbitrium boni viri. num. 60.

Appellatio quare nõ detur à sentẽtia arbitratoris, sicut datur à sententia arbitrorum ex necessitate iuris electorum, traditur ratio. num. 61.

Appellatio datur ab arbitro, ad deicdẽdã competentiã iurisdictionis electo ex necessitate iuris, ad Papã, vel Principẽ. n.62.

Statutum disponens, quod a sententia arbitrorum ex necessitate iuris electorum, & a sententia Cancelarij competentiarum, non detur appellatio, erit contra libertatem Ecclesiasticam. num.68.

Statuendi auctoritas requiritur ad validitatem legis & statuti. n.64.

Statuta laicorum personas Ecclesiasticas, & earũ bona, & facultates ex defectu potestatis non afficiunt. n.65.

Clerici habent fori priuilegium de iure diuino, cui renunciare non possunt. n.66.

Clerici etiam quoad bona patrimonialia habent fori Priuilegium, nec subiacent statutis laicorum. num.67.

Iudices laici sunt incapaces quoad clericos, tanquam quoad res spirituales, cum sint exempti de iure diuino, & ligari non possint statutis laicorum. nu. 68.

Praescriptio & consuetudo immemorialis contra ius Canonicum non valet. n.69.

Laici iura diuina praescribere non possunt. num.70.

Praescriptio habet vim priuilegij, quando praescribens est capax iuris, quod praescribitur. num.71.

Consuetudo tribuit omnem iurisdictionem capaci, non incapaci. nu.72. & 73.

Praescriptio immemorialis, vel consuetudo circa ius, cuius incapax est possidens, licet à Papa scienter tolleretur, non valida tur, nec censetur dispensasse. n.74. 97. & 150.

Pontifex non praesumitur velle sine rationabili causa exemptioni Clericorum derogare. num.75.

Praescriptio iuris in praescriptibilis scien te principe à persona capaci facta valet, secus si incapax sit. num.76.

Secularis incapax est eorum, quae vere & proprie spiritualia, & Ecclesiastica sũt: non vero eorum, quae spiritualia non tangunt, & sic causarum ciuilium & criminalium. num.77.

Exemptio clericorum in temporalibus, criminalibus & ciuilibus procedit de iure humano. num.78.

Praescriptio secularis currere potest cõtra exemptionem clericorum iure humano introductam. num.79. & 104.

Laycus non potest statuere contra exẽptionem clericorum, licet iure humano intro ductam. num.80.

Legem Pontificis, eximentem clericos à iurisdictione seculari, non potest princeps secularis, cum sit inferior spiritualibus, tollere. num.81.

Constitutio laycalis, contra exemptionẽ clericorum disponens dicitur, destitutio, seu destructio, non constitutio. num.82.

Praescriptio & cõsuetudo immemorialis cõtra exẽptionẽ clericorũ de iure humano in troductã, in casu particulari introduci potest. num.83.

Praescriptio immemorialis non requirit probationem sciẽtiae & patientiae illius, cõtra quem praescribitur. num.84.

Diuturnitas tẽporis facit praesumere sciẽtiã illius, contra quem praescribitur. n.85.

Consuetudo nostri Regni, qua seculares cognoscũt de cõpetẽtia iurisdictionis, licet immemorialis sit, & praesumat sciẽtiã Põtificis, non iubatur eius patiẽtia. n.86.

Forum de las competencias, sub spe confirmationis Pontificis fuisse obseruatũ, narrat Summus Pontifex. n.87.

Con-

Confeßio facta in precibus probat contra confitentem & producentem.n.88.

Forus, vel consuetudo contra exemptionem clericorum, sine confirmatione Pontificis, non valent.n.89.

Reseruatio cõseruat ius eo modo & in eo statu, in quo erat tẽpore reseruationis.n.90.

Confirmatio fori aut consuetudinis cõtra Ecclesiasticam libertatem ad solum Rom. Pontificem pertinet.num.91.

Papa solus potest dare layco potestatem excommunicandi, & alia spiritualia concedere, causamquẽ criminalem clerici layco committere.num.92.

Confirmatio actus nullius debet fieri ex certa scientia.num.93.

Statuta seruare iurans non tenetur seruare ea, quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam.num.94.

Forus competentiarũ ex vtilitate Reipublicæ, & boni publici conseruatione, iustificatur.num.95.

Statuti substãtia duo requirit, scilicet iustam & rationabilem causam ad statuendum, & potestatem & auctoritatem statuentis.num.96.

Immemorialis consuetudo simul cum fama, & rumore priuilegij habet vim priuilegij Papalis. num.98.& 100.

Priuilegium præsumitur ex diuturnitate famæ priuilegij.num.99.

Forma priuilegij cum immemoriali possessione habet vim expreßi priuilegij.n.101.

Immemorialis præscriptio sine priuilegio & fama, probato tamen quod præscribens habet similia, vel maiora priuilegia, sustinetur.num.102. (priuilegia.n.103.

Rex Arag. multa habet à Rom.Põtif.

Possessio immemorialis, vbi non datur incapacitas præscribẽtis, habetur loco tituli, priuilegij, & legis.num.105.

Præscriptio incorporaliũ nõ procedit sine scientia & patientia aduersarij. n.106.

Procuratoris, officialis, aut administratoris sciẽtia, & patiẽtia sufficit ad præscriptionem iurium incorporalium.num.107.

Clericatus causam, in qua de veritate tituli agitur, laycus cognoscere nõ potest.n.108 111.& 113.nisi ad finem remittendi ad suũ iudicem.num.109.

Laycus de causa Ecclesiastica in quæstione tãtũ de solo facto recte cognoscit.n.110.

Secularis cognoscere non potest de causa Ecclesiastica; vbi veritas & legitimatio tituli ostendenda est.num.112.

Cõpetẽtia iurisdictionis nõ solũ est ad finẽ remittẽdi, sed etiã cognoscẽdi, & sic debet cõstare de vero titulo clericatus, & sic de ea non potest cognoscere laycus.num.114.

Consuetudo mixta laycorum & Ecclesiasticorum maximam vim habet, etiam in Ecclesiasticis personis.num.115.

Consuetudo Regni cognoscẽdi de cõpetentia iurisdictionis est introducta per Clericos & laycos simul.num.116.

Clerici exẽptio in rebus nõ proprie spiritualibus est de iure humano. n.117. & 121.

Cõsuetudini stãdũ est circa interpretationẽ dubij, in conflictu opinionum.n.118.

Consuetudo excusat à peccato existente dubio, an sit peccatum vel nõ.n.119.& 131

Consuetudo est optima legum interpres. num.120.

Clerici in realibus, & mixtis actionibus, ex simplici præscriptione subijci possunt seculari iudici.num.122.

Cõpetentiã iurisdictionis quis decidere debeat, varie fuit arbitratum. n.123.

Consuetudo & praxis, in varietate opinionum, potuit unam rationi conformem approbare; sed hoc procedit, quando diuersitas opinionum est de iure, & non de consuetudine terrarum. nu.124.125.& 128.

Appellari posse, vel non à sententia Iudicis medij competentiarum, variæ refferũtur opiniones. num.126.

Appellatio denegata à sententia competentiæ modicum infert præiudicium partibus. num. 127.

Appellatio à sententia arbitrorum incerta esset, cum vnusquisq; suum habeat superiorem. nu.129.

Princeps potest ius diuinum interpretari. nu.130. Non autem tollere. nu.132.

Ius positiuũ potest ius diuinũ limitare, distinguere, & declarare. nu.131.

Feriæ inductæ à iure diuino in honorẽ Dei possunt ex causa in certis casibus non seruari. nu.133.

Lex permitens homicidia ex causa valet in conscientia. nu.134.

Statutum limitans ea, quæ à iure diuino prohibita sunt, & nunquam ab eo limitata, non valet. nu.135.

Cõsuetudo ius diuinum limitare potest, eo modo quo Princeps poterat. nu.136.

Præsumptio in dubio contra ius diuinũ non admititur. nu.138.

Exemptio clericorum à iure diuino inducta, ab eodem reperitur limitata. nu.139.

Forum competentiarum multi Pontifices laudarunt, & approbarunt. nu.140.

Gotthi, initio nascentis Regni, concilia nationalia celebrabant; vbi leges ferebant, pro bono regimine rerum Ecclesiasticarum, & Secularium. n.141.

Aragones, post electum primum Regẽ, statuta, ad statum Ecclesiasticum, & Seculare pertinentia, fecerunt. nu.142.

Obseruantia subsequta declarat ius præcedens. nu.143.

Obseruantia Romanorum Pontificum, Serenissimorumq; Regum Aragonum, & Catholicorum, necnon doctissimorum virorum, ab initio nascẽtis nostri Regni, damnanda non est. nu.144.

Gotthi in suis Concilijs, circa personas Ecclesiasticas statuere non potuerũt. n.145.

Synodos conuocare sine auctoritate Ecclesiastica nemo potest. nu.146.

Leges Seculares fieri solebant in Concilijs Ecclesiasticorum. n.147.

Rex Galliæ cuidam Abbati personam suam subdebat lege propria. n. 148.

Reges Hispaniæ de consilio ricorum hominum, & Episcoporum tempore Gotthorum eligebantur. nu.149.

Papa tollerãdo non videtur dispensare contra libertatem Ecclesiasticam. nu.150. Nec in dubio præsumitur. 152.

Dissimulare præsumitur Papa in his, quæ fiũt à potẽtibus ob euitandũ scãdalũ. n.151.

Tollerantia Papæ, ex qua potest colligi approbatio, habet vim priuilegij. nu.153.

Narratio, & insertio tenoris alicuius rei in literis Apostolicis facit censeri narrata confirmata fuisse ex certa scientia à Romano Pontifice. n.154.

Literæ Papales probant rem narratam. num.155.

Notario attestanti non creditur de his, quorum tenor instrumento ab eo testificato insertus sit. nu. 156.

Thenor instrumenti insertus in alio non facit fidem. n.157.

Thenor insertus in priuilegio, vel gratia facit

facit fidem etiam non edocto originali.nu. 158.& censetur confirmatus ex certa scientia. 159.

Instrumenti insertio fieri debet vocatis partibus.160.

Priuilegia inseri possunt sine præsentia partium.161.

Assertioni principis narrantis creditur.num.162.

Citatio partium non requiritur ad renouationem priuilegij factam ab eo,qui poterat.num.163.

Confirmatio ex certa scientia inducitur ex insertione priuilegij.nam.164.

Clausula ex certa scientia non purgat falsitatem narratorum.num.165.

Verba prolata principaliter & propter se probant & disponunt.num.166.

Verba narratiua necessaria ad id,de quo agitur, dicuntur emissa principaliter, & propter se.num.167.

Verba enuntiatiua per modũ causæ prolata inducunt probationem.num.168.

Extensio præsupponit extremum extensionis.num.169.

Expressum dicitur,quod ex consequentia verborum necessario colligitur.n.170.

Consensus præsumitur ex diuturnitate temporis, cum scientia & patientia.n.171.

Temporis antiquitas sine alio adminiculo facit præsumere licentiam,consensum, & approbationem.num.172.

Statuti confirmatio præsumitur ex diuturnitate centum annorum.num.173.

Consuetudo nostri Regni Aragonum cognoscendi de competentia iurisdictionis potuit acquiri præscriptione.num.174.

Reges Aragonũ Ecclesiã Romanam ab infidelibus semper defenderunt.n.175.

Pontifices qui Aragones fuerunt,scientes consuetudines nostri Regni tollerantes, videntur dispensasse.num.176.

Possessio pacifica decennalis inducit dispensationem.num.177.

Consuetudo contra legem diuinam non excusat à peccato.num.178.

Consuetudine contra legem diuinam vtens excusabitur à peccato, non propter eam, sed propter licentiam ex ea præsumptam.num.179.

Consuetudo contra libertatem Ecclesiasticam,cum scientia Pontificu introducta, non reprobatur.num.180.

Papa solet tollerare cõsuetudines propter benemerita Regum.num.181.

Reges Aragonum eripuerunt Regnum à faucibus infidelium.num.182.

Consuetudini standum est in casu dubio,an aliquid sit contra ius diuinum. numero.183.

Veneti semper Catholici & deuoti fuerunt, ex eisque multi fuerunt Episcopi, Sancti Patres & Romani Pontifices. num.184.

Aragonum Regnum plures habuit grauissimos viros,Pontifices maximos, Episcopos, Archiepiscopos,viros iustos,sanctos,celatores Catholicæ Fidei, qui consuetudinẽ, & forum competentiarum non ignorantes sunt obseruati.num.185.

Appellans à sententia Cancellarij competentiarum fuit in Regno punitus, anno 1588.num.186.& alia exemplaria referuntur.num.187.

Consuetudo Regni Aragonum cognoscendi de Competentia priuilegio expresso, vel præsumpto Sedis Apostolicæ,iustificatur.num.188.

Exemptio Clericorum in ciuilibus, criminalibus, & temporalibus iuris est humani, num. 189.

Præscriptio immemorialis, etiam sine fama priuilegij, tribuit layco cognitionem, rerum temporalium Clerici, num. 190.

Bardaxi error circa cõsuetudinem competentiarum reprehenditur. num. 191.

Consuetudinem cognoscẽdi de competẽtia, in Regno Aragonum semper approbarunt Ecclesiastici, num. 192.

Confirmatio Fori de las competentias ad maiorem cautelam petita fuit. nu. 193.

Narratio in priuilegio non admisso à partibus, parti non præiudicat, num. 194.

Confessio facta in precibus potest reuocari, edocto de errore. num. 195.

Reseruatio non inducit de nouo, sed rẽ eo modo, quo est, conseruat. num. 196.

Forus competentiarum confirmationem habet expressam summi Pontificis. nu. 197.

Exemplar Ioan. Baptistæ Spinola non obstat. num. 198.

Protestatio in materia, quæ pendet à potestate protestantis, valet. num. 199.

Breuia, de quibus in hac decisione fit mentio, inseruntur. num. 200.



IN Hoc Aragonum Regno pro bono pacis, & Reipublicæ, cum consensu totius status Ecclesiastici, Baronum, Nobilium, Militarium, & aliorum omnium, & sic de consensu totius Regni, ad dirimendas controuersias, & contentiones, quæ oriri solent inter Iudices Ecclesiasticos, & Seculares super Iurisdictione contendentes, præscripsit Carolus Imperator in Curijs celebratis Cæsaraugustę anno 1528. laudabilem formam (quæ vsquè tunc non reperiebatur data, & si qua reperiebatur, qualis illa de banco Regio, inutilis erat, & superuacanea, vt in discursu apparebit) procedendi in huiusmodi contentionibus, & determinandi has differẽtias, quę quotidie turbare solent cum tanto detrimẽto publicam pacem, quietem omnium, & vtriusquè status Ecclesiastici, & Secularis laudabilem, ac venerandam imaginem, quæ forma nisi seruetur, absquè dubio posita res erit in malo statu, nulla pax inter tribunalia, & ex hoc paulatim magis sibi via facti, quam iuridica, & salutaris locum vendicabit: quod expressissimis verbis extirpare voluerunt Sanctissimi Summi Præsules in suis breuibus infra inserendis, quorum exemplo, intentioni, ac mandatis eorum inseruiens, & voto doctissimi Michaelis Martinez del Villar in sacro Coronę Aragonũ Senatu Aduocati Fiscalis id petentis, viri non satis pro dignitate laudati, ac multis naturæ dotibus ornati, obtemperans, decreui rem hanc ab ouo repetere, vt sic innotescat tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, quid obseruari voluerunt in hoc casu Pontifices summi, quidquè tenendum sit, submitens me in omnibus correctioni Sanctæ matris Ecclesiæ; nunc pro tunc reuocans, quod ab ea reuocandum iudicabitur, ac credens quod ipsa credit, ductus exemplo & doctrina grauissimorum Doctorum, inter quos est Bart. in l. rescripto. §. fin. ff. de munerib. & honor. Innocen. in cap. firmiter, nu. 6. de Summa Trinit. & fide Catholica: quẽ sequũtur Paulus de Castro in rubr. C. de Sum. Trinit. & fide Cathol. vbi Bald. in finalibus verbis, Alberic. de Rosat. in 3. p. statutorũ, quęst. 32. Cepol. cautel. 153. incipiente, bonum, & vtile consiliũ: Abb. in d. rubr. de Sum. Trinit. & ibi Cardinal. & Anton. Annania in dict. cap. firmiter, & multi alij, quos refert Rojas, 1. par. de hęret. à num. 62. cum sequentibus.

FORMA FORI INFORmando Competentiam.

1 IVDEX, qui † prætendit rem, causam, personam, & iurisdictionem, de quibus

quibus agitur, ad se pertinere, debet in literis repetitorijs, in quibus personam, rem, & causam suæ iurisdictionis, ab alio præuentas & captas reperit, arbitrum nominare tenetur ad disputandam competentiam; & alter Iudex, cui fuerint præsentatæ literæ, tenetur intra tres dies à die præsentationis literarum computandos respondere primo Iudici, nominando alium arbitrum ad eundem effectum; qui duo arbitri à dictis Iudicibus nominari teneantur intra quinquè dies computandos à die, quo fuerint intimatę primo Iudici literæ responsionę secundi Iudicis, & postquam dictis arbitris fuerit intimatio facta, declarare dictam competentiã iurisdictionis, & ab illorũ sententia, & declaratione, si cõcordes fuerint, non possit appellari, nec aliquis recursus haberi; quod si arbitri concordes non sint, transit competentia ad Dominum Cancellarium, Iudicẽ medium inter vtramquè iurisdictionem, virum Ecclesiasticum, ac in iure graduatum (qualis nunc est Doctor Gabriel Sora, vir magnæ eruditionis, & doctrinæ, boni exempli, Canonicus sacrosanctæ Metropolitanę Ecclesię Cæsaraugustæ, & Bullę sanctæ Cruciatæ Commissarius Apostolicus, ac dominus meus colendissimus) qui Cancellarius, per dictum Forum, tenebatur pronuntiare intra 30. dies, à tempore intimationis ei factæ, & per Forum nouum Montissoni super additi sunt alij quinquè dies, ita quod partes intra dictos 30. dies teneantur allegare, probare, & publicare, & elapsis 30. diebus teneatur Cancellarius intra dictos quinquè dies pronuntiare, auditis partibus interessatis, ac Iudicibus contendentibus, pronuntiare, inquam, secũdum Deum, & conscientiam, à cuius declaratione nullus etiam datur recursus. Hæc in summa statuit dictus Forus de la competentia de iurisdictiones.

Sed est summè aduertendum, quod
2 † forus hic non est noui iuris introductiuus, nisi solum in noua forma discutiendi competentiam, nam iam ante dictum forum formabatur competentia super dictis causis, in quodam loco, siue banco lapideo, adhærenti Ecclesiæ Sancti Iacobi præsentis Ciuitatis Cæsaraugustæ, qui locus, siue bãcus, vocabatur Bancus Regius, meo videri, ex eo, quia ibi Dominus Rex, hoc est Regij officiales contendebant de sua iurisdictione cum Ecclesiastico: Ille igitur locus de consensu vtriusquè Iudicis assignari solebat, & ibi vterquè Iudex ad illam competentiã terminendam simul conueniebat, ipsiq; ambo simul dę dicta competentia cognoscebant, etsi conueniebant in vnum, illud executioni mandabant absquè appellatione, & recursu; quod si non conueniebant, vnusquisquè se in discordia competentem declarabat, & iurisdictionem suam defendebat per arma sua, Ecclesiasticus per arma spiritualia, scilicet censuras: Secularis vero per temporalia, hoc est, per occupationem temporalitatum: hoc igitur obseruabatur antè dictum forum, à tempore immemoriali, vt probabitur; & licet dicta cõsuetudo fuerit
3 redacta † in scripturam, nihilominus remanet in terminis, morę consuetudinis, & dicitur ius non scriptum, tanquã consuetudinarium, vt de iure feudorum dicunt Doctores, Andres de Isernia, in prohomio feudorum, colum. fin. tradunt scribentes in preludijs feudorum, & deducitur ex prima rubr. feudorum; quod ius licet sit in scripturam redactum, dicitur nihilominus ius non scriptum, quia est consuetudinarium: vnde hodie hæc consuetudo, licet sit in scripturam redacta, erit nihilominus consuetudo. Hæc omnia, quæ de consuetudine dicimus, probantur in primis per Forum 1. de la cõpetencia de iurisdiction, de anno 1528. vbi dicit.

Verba Fori.

POR quanto muchas vezes ay competencia de iurisdictiones entre los Iuezes Ecclesiasticos y Segtares, y cada vno dellos pretenden ser Iuezes de la cosa que se altercа; y assignan para determinacion de ella el banco Regio, en el qual se acostumbra auer conflicto de Allegaciones; por las quales cada vno de los Iuezes

Iuezes pretende el conocimiento, de lo que se litiga pertenecer a el, y no al otro, y a causa de no auer Iuez tercero (qui hodie est Dominus Cancellarius) que conozca de la dicha competencia, sino los mismos Iuezes interessados, nunca se conuienen en vn parecer, y cada qual de los dichos Iuezes se juzga Iuez competente: de donde se siguen muchas costas a las partes, y redunda mucho daño a la Republica: por tãto, &c. hæc verba fori; quo manifestè probatur hæc consuetudo † immemorialis ante
4 forum, idem refert practicus Portol. in Commentarijs ad dictum forum 1. de la Competẽcia de iurisdictiones, à nu. 11. cũ seqq. subdens in num. 12. verba sequẽtia: *Quare vt hoc intelligi valeat, sciendum est, antiquo tempore, ante editionem huius fori, Dominum Regem & eius officiales ab immemoriali tempore, vsu, & præscriptione, seu priuilegio præsumpto acquisiuisse, vt ipsi æqua lance simul cum Iudice Ecclesiastico, an sua esset iurisdictio, cognoscerent: ne què Iudex Ecclesiasticus in hoc Regno de antiquissima consuetudine ampliori prærogatiua gaudebat, quam ipse Iudex Secularis, sed vterquè Iudex tanquam æquales simul contangebatur, & simul cognoscebant, ad quem ipsorum iurisdictio in casu occurrẽti pertineret.* Et in n. 15. subdit verba sequẽtia; *quare ex præscriptione immemoriali suffulti, seu priuilegio præsumpto, à Sede Apostolica emanato, muniti Regij officiales Iudicem Ecclesiasticum compellebant, vt non separatim, & tanquam præcipuus Iudex, sed, antiquam æqualis simul cum ipsis Iudicibus Secularibus, de competentia iurisdictionis cognosceret; ad quam competentiã decernendam quidam locus, qui bancus Regius nuncupari solebat, qui in Ecclesia Sancti Iacobi præsentis Ciuitatis existebat, de consensu vtriusquè Iudicis assignari consueuerat, vbi vterquè Iudex ad competentiam terminandam simul conueniebat, ipsiquè simul de competentia cognoscebant, & si in vnam sententiam conueniebant, eam absquè vlla appellatione, & impedimento executioni mandabant, si autem nõ conueniebant, vnusquisque se Iudicem competentem declarabat:* hæc noster practicus Portoles. Eandem consuetudinem refert Bardaxi in commento ad dictos Foros in principio, fol. 311. vers. ex aduerso, vbi loquendo de tempore ante forum, ita dicit: †
5 *Quo tempore per plura secula, & sic per tempus immemoriale, Iudex Laycus cognoscebat de competentia iurisdictionis, nam non deferebat Iudici Ecclesiastico, & sic de dicta competentia solitus fuit per immemoriale tempus cognoscere;* & sub num. 10. in vers. & quod de dicta consuetudine, subdit: *Et quod de dicta consuetudine immemoriali constet, videtur resultare ex isto foro, nam verum est, quod bancum Regium, de quo in foro, viguit à tempore immemoriali, quousque factus fuit forus iste, itaquè ante istum forum, Iudex secularis se declarabat Iudicem competentem, & quidem sine recursa, quia non obstante appellatione procedebat.* Hæc ille. Idem nos attestamur in tractatu de Inhibitio. cap. 9. §. 1. num. 24. fundati in communi maiorum traditione, in qua nascimur, & educamur, vt sic de hac cõsuetudine immemoriali dubitandũ non sit, attestantibus de ea his grauissimis
6 Doctoribus, † quibus circa consuetudinem, vsum, & obseruantiam sui fori credendum est, Bart. in l. de quibus, in 4. q. principali, de legibus, Rochus de Curte sectione 8. num. 9. in cap. cum tanto, de consuetudine, vbi alios refert, Paulus cõsil. 164. in 1. Mascard. conclus. 426. Surd. decis. 65. num. 11. par. 1. & quando illorũ fides defficeret, fori auctoritas, & fides id attestantis, sufficeret.

Sed ne (vt dici solet) arma de sola domo nostra sumantur, id manifestum fiet, si papalibus rescriptis, & Legatorum auctoritate id confirmemus, nam in primis
7 dum in anno 1571. † Franciscus Romeo Cæsaraugustanus fuisset condemnatus ad mortem naturalem, & formasset competentiam, & in ea succubuisset, appellauit ad Dominum Papam, & eius Legatum in Hispaniarum Regnis; cumq; Legatus ipse Io. Baptista Castaneus Episcopus Rossanẽsis, & post Papa Vrbanus appellatus, causam commisisset Episcopis Surgurbensi, & Oscensi, & Oscensis iam in causa progredi cepisset, informatus postea de lege Regni, & Foris competentiarum statuentibus, quod laicus simul cum Ecclesiastico de competentia iurisdictionis cognoscant, & quod à sententia lata per Iudicẽ competentiarum nullus recursus detur, reuocauit cõmisionem, tanquam nulliter, & iniustè factam, & per obreptionem, & surreptionem obtentam, sub his verbis.

Fragmentum sententiæ Legati, & Nuncij Apostolici.

Fvimus nuper rectè informati; præfa tum breue commisionis subrreptitiæ

titie, & obrreptitie extortum fuisse, ex quo tãtum modo supradicta simplici, ac arida narratione, omissa fuerunt inter alia omnia infra scripta, quæ exprimi necesse erat, videlicet quod, cum asseritur, antiquis temporibus ante annũ. 1528. ex inueterata, & immemoriali consuetudine quotiescumq; cõpetentiæ iurisdictionis inter Iudices Ecclesiasticos, & Seculares oriebantur, prętendente quolibet ipsorum esse Iudicẽ rei, vel personæ, de quibus erat controuersia, pro determinatione contentionis, siue cõpetentiæ consueuit assignari bancum Regium, in quo allegationum conflictus haberi solebat, propter quas quilibet ipsorum prętendebat cognitionem ipsius rei, vel personæ, de qua litigabatur, ad ipsum pertinere, non ad alium, & cum non haberent Iudicem tertium, qui cognosceret de dicta competentia. nisi ipsos met Iudices, quorum interesse vertebatur, dicti Iudices nunquam, seu raro concordabant, & quilibet ipsorum Iudicum iudicabat se esse Iudicẽm competentem, vnde multæ expensę sequebantur ipsis partibus, & exinde Reipublicæ ex contentione dictorum Iudicum maximum damnum redundabat, & in dict. anno. 1528. ad euitanda damna, & incommoda supradicta in Curijs generalibus dicti Regni, de communi consensu, totius status, tam Ecclesiastici, quam Secularis, de salubri remedio prouidendo, & vt dictæ contẽtiones de cętero non orirentur, propter vtilitatem Reipublicę dicti Regni, & consulendo quieto, & pacifico statui, tam Ecclesiasticorum, quam secularium eiusdem, per certos foros, seu constitutiones, sub titulo de competentia iurisdictionis, statutum, ordinatum, ac concordatum fuit, quod existente contentione inter dictas iurisdictiones Ecclesiasticas, & Seculares deberet seruari ordo infrascriptus, videlicet, &c. Et paulò post, ibi: Attenta dicta immemoriali cõsuetudine, vigente circa dirimendam contentionem iurisdictionis, oriri conconsuetam inter Iudices Ecclesiasticos, & Seculares, tempore factæ dictę constitutionis, absquè aliqua contradictione dictarum Curiarum, Ecclesiasticæ, & Secularis, & nunquam permissum fuit, quod appellatio, vel recursus admitteretur. Subdens postea. Qua propter omnino reuocamus, & omnia in pristinum statum reintegramus, &c.

Ex hac sententia Legati, reuocantis commissionem suam, ex motiuo, quod de immemoriali tempore, etiam ante forum cognoscebat Iudex secularis de cõpetentia iurisdictionis, remanet probata hæc cõsuetudo de tempore ante forum, & immemoriali. Nam consuetudo probatur

8 † ex eo, quod Iudex in contradictorio iudicio eam approbauit, & talem pronunciauit, glos. in §. ex non scripto, de iure naturali, & in rubr. C. quæ sit lõga consuetudo, Alex. cons. 132. in 1. dub. lib. 1. Mascard. conclus. 427. vbi alios allegat, & dicit communem, & quando non sufficeret semel ita iudicatum, prout voluit Bart. sufficere in l. de quibus in 4. quæst. principali, de legibus, sed quod pluries sit iudicatum, glos. in l. de consuetudine, de legib. Angel. in dict. §. ex non scripto, Salicetus in rubr. C. quæ sit longa consuetudo, tamen hic bis, & pluries iudicatum fuit, vt in reuocationibus Pij Quinti, & Castanei Legati Hispaniæ Regnorum; & sic cum scientia non solum Romanorum Pontificum, videlicet Pij V. Gregorij XIII. & aliorum, verũ etiam Legatorũ omniũ Hispaniæ, et totius status Ecclesiastici, quos nõ est verosimile rẽ hanc permissuros, ex qualitatę sententię in re multum graui, nisi voluissent illud pro iure seruari, Ita Rochus de Curte in cap. cũ tanto, de consuetudine, section. 4. num. 35. vbi allegat Ioan. Andream, et alios, dicensquè communem esse opinionem, et fidem hanc magis fortificando, idem pronunciauit Sanctissimus Pręsul Pius Quintus, qui similem reuocationem fecit commissionis factæ ab Episcopo Oscens. in supradicta causa Francisci Romeo, qui postea fuit morti traditus in vim sententiæ contra eum latæ, in Regia Audientia, verba supradictæ reuocationis factæ à San-

à sanctissimo Pio V. sunt in substantia quæ sequuntur,& in fine ponuntur omnia rescripta de verbo ad verbum.

Fragmentum verborum sanctissimi Pij Quinti.

CVM tamen (sicut filius Procurator Fiscalis Regius Regni Aragonum exponi nobis,nuper fecit) credẽdum sit, quod si Franciscus Romeo præfatus nobis exposuisset, quod ipse propter homicidium,vnacum alio eius socio maritum & vxorem pregnantem occidendo,com missum, à Iudicibus Secularibus captus fuerat,quodquè iuxta constitutiones, & statuta Regni Aragonũ,de cõmuni sensu totius status,tam Ecclesiastici, quam Secularis,de salubri remedio prouidendo super contentione Fori,statuta fuerit certa forma iudicandi, ita vt tam Iudex Secularis, quam Ecclesiasticus cognoscant de competentia,& eis non concordantibus deuoluatur cognitio ab arbitros ab ipsis nominandos, & ipsis etiam non pronuntiantibus, vel non concordantibus, deuoluatur post modum ad Cancellarium competentiarum, Iudicẽ medium,& Ecclesiasticum, vt de causa cognoscat,& quod ab eorum respectiuè sententijs nulla datur appellatio,nec recursus,vtiq; nos. dictas literas non concessissemus, quare ad supplicationem dicti Fiscalis reuocamus,&c. Hæc in substantia verba fragmenti.

Ex quibus verbis sequitur luce clarius, quod non solum Romani Pontifices notitiã particularem & indiuiduam istius consuetudinis, & fori habuerunt, sed quod etiam eam approbarunt,& laudarunt,ex quo secundum eã iudicarunt, vt supra diximus de reuocatione Castanei Nuncij Apostolici,& quod sic remaneat hęc consuetudo ex omni parte, & plenissimè probata,nam regula † est cer-
9 tissima iuris, quod quando super narratis,& enunciatis propter aliud fundatur intentio Romani Pontificis in his, quę pẽdent ab eius absoluta potestate,tũc talia verb.enũciatiua& narratiua plenè ꝓbãt, etiã in non antiquis, nã in antiquis absq; dubio probant, vt habetur in Clemen. vnica,de probationib⁹, cuius verba sũt: *Literis nostris, quibus nos dignitates quaslibet, seu beneficia collationi nostræ, vel Sedi Apostolicæ reseruasse, aut resignationem beneficij alicuius recepisse, vel recipiendi potestatem alij commisisse, vel aliquẽ excommunicasse, seu suspendisse, seu aliquem Capellanum nostrum, vel familiarem fuisse, vel alia similia, super quibus gratia, vel intentio nostra fundatur, fecisse narramus; censemus super sic narratis fidem plenariã adhibendã*: Hæc Clemẽs V. in Concil. Viennensi, idem habetur in c. cum à nobis, de testib. & ibi Abb. & Felin. latè sequitur Lappus in d. Clem. literis, & Panorm. in c. dudum, nu. 3. de priuileg. dicens, quod quando Papa intentionem suam fundat super aliqua assertione, quę ab eius potestate absoluta pendet, illa assertio, & enũciatio probat plenè: sequitur Crauet. de antiqui. 1. pat. §. propositum, fol. mihi. 19. à nu. 4. & §. 1 nu. 16. Castrens. cons. 46. in 2. Dec. cons. 445. & vniuersa scola DD. asserentiũ, quod illa Clem. procedit tantũ in beneficialibus, in quibus Papa plenisimã habet potestatẽ, & solum in casu, in quo dispositio dependeat á plena potestate Papę enunciantis, & sic in his, in quib⁹ Papa potest præiudicare, & quę pendent à mera eius voluntate, ex quo tunc potest Papa partibus præiudicare, & mutare. Paul. cõs. 125. lib. 1. nã si in his, quę pendent à potestate nostra, & non agitur de pręiudicio alterius, statur assertioni nostrę. l. Nesenius. vbi Bart. & DD. de negoc. gest. per quos si alimen-
10 tans † aliquẽ scribat in libro rationũ, vel alibi, se alimẽtare animo repetendi, creditur eius assertioni, quia illud pendet à voluntate sua, quanto magis, dicit Craueta, id cõcedendũ erit in superioribus, veluti in Papa. Abb. in c. cũ à nobis, nu. 2. de testib. & ibi Felin. Anchar. cõs. 238. Et
11 hinc † infert Craue. illius Clemẽtinę dispositionẽ procedere nõ solũ in Papa, sed in omni Principe, etiã recognoscẽte superiorẽ, data paritate terminorum, scilicet quod talis habeat plenã potestatẽ derogãdi iuri alteri⁹, & ꝙ dispositio pẽdeat à ple-

à plena eius potestate, ita Paul. in dicto consil. 46. Socinus in consil. 4. & consil. 27. lib. 3. & consil. 266. vers. confirmantur, lib. 2. idem sentit Alexand. in consil. 112. lib. 7. Panorm. in cap. cum à nobis, de testibus, num. 2. vers. Item lege diuina, & vera, ego credo hoc verissimũ in his, in quibus Papa habet liberam potestatem, vt in beneficialibus, & spiritualibus, licet contrarium teneant Felinus in d. cap. cum à nobis, in 3. notabili, Geminian. cons. 96.

Sed male (meo iudicio) per rationes supradictas, sed quidquid sit de hac illatione, omnes tamen vnanimi consensu fatentur, quod in Papa id expeditum sit per d. Clem. & tex. in cap. cum à nobis, de testibus, & hanc dicit cõmunem opinionem, & cõmunem intellectum ad d. Clemen. glos. ibi 1. in ordine, & licet dubitatio sit inter DD. an hæc fides, † quã
12 faciũt verba narratiua Papæ, qui fundat in eis suam intentionem, admitant probationem in contrarium, aliquibus dicẽtibus, quod si talia verba, in quibus fundatur intentio, sint de facto alieno, admittant probationem in contrarium; si vero sint super facto proprio, nõ admittãt, vt voluit d. glos. 1. in d. Clem. alijs dicentibus, quod absolutè admittatur proba-
13 tio in contrariũ, quia licet stetur in † dubio assertioni Principis, tamen talis præsumptio cedit veritati, de qua in contrarium apparet. Ita Socin. cons. 164. vers. sed ad hanc obiectionem, lib. 2. Curtius senior in cons. 52. vers. credimus: alijs di-
14 centibus, quod † quando talis assertio Papæ contineret errorem in casu à iure decisso, admitteretur probatio in contrarium. Ita Abb. in dict. cap. cum à nobis, num. 2. Felin. num. 3. per ea, quæ scribit Bald. in l. iuris iurandi, in 2. colu. C. de testibus: alijs vero asserentibus, quod nõ admittatur probatio in contrarium, con-
15 tra verba † enunciatiua Papæ, si in eis fundat suam intentionem. Ita glos. in dict. Clemen. Geminian. cons. 33. sed ve-
16 ritas † est, quod admittatur probatio probata manifeste, euidens & notoria, veluti per scripturam publicam. Ita procedit opinio Socini; vel quando Papa enunciat per modum demonstrationis, si illa demonstratio reperiatur falsa; per tradita ab Alexand. in consil. 46. libro primo.

Tota dubitatio est, an in presenti casu dicatur Pius Quintus Romanus Pontifex fundasse suam intentionem in verbis illis narratiuis, & enunciatiuis, quibus narrat consuetudinem immemorialem Regni Aragonum, tam circa hoc, quod scilicet laycus cognoscat de competentia iurisdictionis, quam quod à sententia arbitrorum, & Cancellarij nulla detur appellatio, & recursus ad Romanum Pontificem, vel dominum Regem: & in hoc concludendum est, intẽtionem suam fundasse in verbis illis enunciati-
17 uis, quia quando † narrata habent se per modum causæ ad id, quod agitur, & disponitur, tunc dicitur fundari intẽtio disponentis in illis verbis. Ita Angelus in cons. 368. in principio; & idem quando verba enunciatiua sunt necessaria, vel conferunt ad id, de quo agitur, & super quo enunciatur, nam tunc dicuntur fundamentum intentionis disponentis: imo emissa principaliter propter se. Ita Antonius in cap. fin. de successio. ab intest. Alexan. consil. 15. vers. & dicitur in talib⁹ verbis narratiuis, lib. 5. Et hinc dici so-
18 let, quod quando confessio † emissa per verba enunciatiua est necessaria ad validitatem actus qui geritur, vel confert ad id, de quo agitur, probat tunc, l. optimam, C. de contrah. & commi. stipulat. etiam ex opinione illorũ, qui defendunt, quod alias vltra validitatem actus, qui agitur, & substantiam eius non probant dicta verba enunciatiua incidẽter, & propter aliud emissa, quos referũt Barbos. in l. si alienam, nu. 75. solut. matri. Crauet. de antiquit. t. par. §. propositũ, à nu. 52. quos improbat Crauet. vbi sup. vt
19 dicemus, & idem † est, quãdo verba narratiua sunt fundamentum concessionis, & priuilegij, & super illis Papa se fundat ad concedendum id, quod petitur:

Aret.

Aret.in conf.23.in 2.dub.glof.fin. in cap.
ſi Papa, de priuilegijs in 6. Doctores in
cap.fin.de ſucceſsion. ab inteſt. & dicũt
ſupradicti DD.quod in his caſibus dicũ-
tur verba emiſſa potius principaliter,
propter ſe, non propter aliud. ex quo
ſuper eis fundatur intentio conceden-
tis: alij dicunt, quod quando verba enũ-
20 ciatiua † non terminantur ad aliud, nec
reſpiciunt alium finem, niſi ſe ſe, tunc di
cuntur emiſſa propter ſe. Bald.conſ.263.
lib. 1. rationem aſſignat in l. ſi volun-
tate, C. de fideicommiſſar. libertat. di-
21 cens, quod quando enunciatio † dirigi-
tur ad aliud propoſitum, tunc eſt quod-
dam dictum, & non diſpoſitum: ſed quã
do conſiſtit in ſe ipſa, tunc eſt quoddam
diſpoſitum. per l. tale pactum in princ. ff.
de pact. l. ſciendum, §. dictum de ædili-
22 tio edict. ſicut è contrario, † quando ver
ba enunciatiua ſunt in pręludijs, & pre-
cedentibus prolata ad effectum alteri⁹
diuerſæ diſpoſitionis, & non ſunt prin-
cipalia verba narrationis, diſpoſitionis,
de qua agitur, ſed ſunt tranſitus ad aliud
diuerſum, tunc dicuntur verba enuncia
tiua, emiſſa propter aliud: ita Baldus
in l. 2. C. de falſa. cauſ. adiecta legato,
Alex.conſ.82.verſ. pręterea verba, &c.
lib.3.& conſ. 181. lib. 7. Socin. conſ.228.
verſ.hoc autem multo fortius, lib.2.De-
ciſ.Neapolitana.83. Sanctiſsimus autem
Pius V. narrationem huius conſuetudi-
nis immemorialis fecit per modum cau
ſæ, in ordine ad reuocationem à ſe fa-
ctam: imo talia verba enunciatiua con-
ſuetudinis immemorialis erant neceſſa
ria, & conferebant ad actum reuocatio-
nis à ſe factæ; & ſuper qua enunciaban-
tur, & ſic in dictis verbis ſe fundauit San
ctiſsimus Pręſul, nec terminabantur ad
aliud diuerſum, nec reſpiciebant alium
finem, niſi ſe ſe ipſa, & ſubſtantiam nar-
ratam, & ſic merito enunciatio tranſit in
diſpoſitum, & non remanet in terminis
ſimplicis dicti, nec ſunt tranſitus ad di-
uerſam diſpoſitionem, ſed ad aliam ſimi
lem, & quaſi eandem diſpoſitionem fa-
ciendam; & ſic merito in eis verificatur
dicta Clem. de probationibus, & cum
ſimus in materia, quæ abſolutè á volun-
tate Papę pendet, qualis eſt validitas hu-
ius conſuetudinis, quæ contra ius eſt, vi-
detur concludendum, quod per prædi-
cta verba narratiua remaneat probata
conſuetudo noſtra.

Sed quia fundamentum hoc (ſi verita
tem amamus) parum nos iubat, quia ſu-
pradicta regula Clementinę literis, de
23 probationibus procedit, † quando ver-
ba narratiua Papæ fundantur in facto
proprio, non in alieno, & ſuper his, quæ
ab eius poteſtate pendent, vt patet ex d.
Clem. ſignanter in verbis: *Vel alia ſimilia, ſuper quibus gratia noſtra fundatur, nos feciſſe narramus:* Ita concludunt Corn. conſ. 22.
num.8.verſ. præterea, lib.3. Oldrad.con
278. Crauet.in 1.par.§.1.num.9.& 10.vbi
quod non creditur verbis enunciatiuis
ſuper facto alieno, & magis in expreſſo,
in §.propoſitum num.9. vbi dicit, quod
non procedit dicta Clem. vnica, quando
narratur factum alienum, & agitur de
magno præiudicio, (quale eſt in caſu no-
ſtro) quia tunc non ſtatur narrationi Pa-
pę vt dicemus, etiam quod in verbis
narratiuis fundetur intentio Papæ, vt in
fra dicam, Curtius ſenior conſ.20. nu.12.
dicens, quod aliquãdo ſumus in his, quæ
fiunt à Principe, vel coram ſe, & tũc pro-
cedit dicta Clem. aliquando vero nar-
rat factum, vt ab alio geſtum, & tunc in
his, quæ ſunt magni præiudicij, non cre-
ditur eius narrationi, ex magis commu-
ni gloſ. in dict. Clem. literis; licet ſecus
in ijs quæ ſunt parui præiudicij, ita
Paul.de Alcazar in dict. Clem. & tamen
certum eſt in caſu noſtro, verba narra-
tiua Papæ eſſe emiſſa ſuper facto alieno
conſuetudinis introductę, & fori Arago
num, in quo caſu quando Papa ſe fundat
in facto alieno, non creditur verbis enũ-
ciatiuis illius, ſuper tali facto alieno, in
non antiquis; etiam quod ſuper eis fun-
detur intentio Papę, vt dixi; Butrio, &
Imola in dict. Clem. Alexand. conſ. 126.
verſ.accedit, lib.7. Aretin. in cap. cum à
nobis, de teſtib. & conſ.163. Dec. cõſ.198.
Iaſ.

lass.34.l.non nudis,l.non epistolis, C. de probatio.l.ex his verbis, vbi DD. C. de testam.milit. Calderin.consi.2. in fin. tit. de priuileg.dicens,quod dicta Clem. nõ procedit, nisi narratio respiciat factum proprium narrantis,idem Corneus cons. 31.lib.3. quia super facto alieno non creditur assertioni Papæ, aut alterius Principis; Io.de Imola in d.Clem.de probat. Alexand.cons.112. num.2.lib.7. Aretin. in cap.cum à nobis,de testibus, Decius cons.601.col.3.num.13. lib.1. Calderinus cons.2. tit. de priuilegijs, Mascard. late conclus.622.num.3. Io.Andr.in cap. non licet,de re iudicat. lib.6. in mercurialibus,Lap. super commento Calder. in c. post cessionem, de probationibus, Ant. in dict. Clem.literis,& in d.c.post cessionem, Franciscus de Aretio in cap. cum à nobis,de testibus,vbi assignat rationem, scilicet quia si staretur assertioni Papæ de gestis alienis, & non coram se, non posset esse ex alio,nisi quia Papa de actu non gesto corã se recipit fidem ab alio, sed ista fides non videtur esse sufficiens ad probandum aliquod gestum, in præ-

24 iudicium partis, quia probatio † in præiudicium partis non potest recipi,ea non citata,nec Papa potest hanc exceptionẽ tollere, notatur in Clem. Pastoralis, de re iudicat. Abb. in cap.ad audientiam,de præscriptio. Concludendo ergo,si d.Clemene. loquitur tantum, vbi Papa in his, quę ab eius potestate absolute pendẽt, narrat factum proprium, & nõ alienum, super narratione facti alieni non creditur ei,vt dixi in rebus magni præiudicij, necessario omisso superiori fundamento ad alia recurri oportet, ne destitutã in aliquo probationis modo dimittamus cõsuetudinẽ nostram. Quare dicendum

25 est primo, † quod supra dicta reg. quod nõ credatur assertioni Papæ in facto alieno, nõ procedit, vbi agitur de paruo præiudicio, tunc enim illi creditur, & hoc voluit Crauetta d.nu.9.§. propositum, requirens duo copulatiuè ad hoc, vt non stetur assertioni Papę, etiam quo ad præsumptionem, quę transfert onus proban-

di in cõtrarium, scilicet quod sit ex se factum alienum,& agatur de magno præiudicio, d.cap.cum à nobis: ita Socin. inter cõsilia Curtij senioris cons.20. nu.12. dicens, quod quando Papa narrat factũ, vt ab alio gestum, & sumus in his, quæ sunt parui præiudicij, puta si asserit famã ad formandum inquisitionem, statur tũc narrationi Papę: Io. Andr. ad Specul. tit. de Inquisit. §. nunc tractemus, vers. hoc autem, dicens idem esse, vel quod Papa assertiuè loquatur, vel narratiuè à relatione fide dignorum, quod etiam ita sequitur Abb. in c.cũ oporteat, de accusat.nu.7. hic autem habita fuit informatio à Fisc. Domini nostri Regis, persona fidedigna, probatissima, & constat à notorio de veritate narratorum, quod maxime in hoc casu consideratur: Speculator vbi supra num.617.& totum hoc fundatur, quia agitur de paruo præiudicio, quo casu statur assertioni Papæ in factis alienis: glos. & DD. in cap. nonnulli, de rescrip. Ioan. Andreas in cap. non licet, de reg.iur.cap.cum causam, de probat. cap.cum olim.de censib. vbi glos. iuncta glo.in cap.si Papa de priuil.in 6.idem sequitur loquendo de paruo præiudicio: Corne.lib.3. cons.12.nu.9. Aretin. cons. 163. alias 103. & in expresso tenet Crauet.de antiq.§.1.num.13.dicens, credi assertioni Papę etiã in non antiquis super facto alieno, in re parui præiudicij, sed letissimi præiudicij est hęc immemorialis, quia solum in ea habetur, quod de competentia iurisdictionis cognoscat laicus cum iudice Ecclesiastico, & quod ab eorum, & etiam Cancellarij sententia non liceat appellare: isti enim non iudicant de causa principali, sed solum determinant, cui iurisdictio competat, seculari, vel Ecclesiastico Iudici, quos præsumendũ est iustos, & rectos esse taliter, quod iniustitiam non faciunt, et si fecerint, poterit ab illorum sententia appellari, &

26 sic hoc Iudicium competentiæ, † quod ab immemoriali viget, non dicitur continere præiudicium considerabile: Ita resoluit Innocen. in c. Pastoralis, nu.3.8. de

de rescript. quem sequuntur Angel. in l. 2. num. 8. & ibi Fulgos. num. 22. Iass. num. 38. Curt. Iun. num. 24. ff. si quis in ius vocatus nō ierit, qui omnes, & alij cæteri, qui denegant appellationem ab arbitris cognoscentibus de competentia iurisdictionis complacenter affirmant, & fundantur in hac ratione, quod præsumere debeamus, quod ita bene vnus Iudex, sicut alius iudicabit; & quod ideo partis modicum interest, cui eorum Iudicum iurisdictio adiudicetur; vt latius in discursu dicetur: ergo cum hæc consuetudo sit modici præiudicij, remanebit probata per verba narratiua Papæ, etiam super facto alieno.

Secundo modo respondetur, quod dicta regula, de non stando assertioni Romani Pontificis, & aliorum Principum super facto alieno, etiam quod in eis fundetur intentio Principis, ad limitationē Clem. literis de probat. procedit quo ad plenam probationem, quam non faciunt vera enunciatiua Principis: secus autem respectu præsumptionis, quia † assertio
27 Principis in facto alieno inducit præsumptionem, licet non plenam probationem in non antiquis, quæ præscriptio transfert onus probandi in aduersarium: Angelus cons. 368. colum. 1. numer. 2. Rom. cons. 369. 9. dub. Paul. cons. 414. nume. 5. alias est cons. 41. lib. 1. Socinus in consil. 226. col. 10. num. 27. in 2. Alexan. cons. 15. lib. 5. & alij multi, quos refert Crauet. de antiqui. §. 1. num. 14. Mascard. concl. 622. num. 11. ex quo sequitur, quod saltim præsumptiue remanebit probata hæc cōsuetudo immemorialis, dum contrariū non probabitur: etsi hæc secunda ratio procedit, licet Papa loquatur per verba generalia, & incerta: Bald. cons. 227. nu. 7. lib. 1. Crauet. num. 14. quanto magis in casu nostro, vbi specificam, & indiuiduā mentionem fecit Rom. Pont. huius consuetudinis, neque huic rationi obijci poterit, quod hæc assertio † fuit super eo,
28 quod verisimiliter ignorabat Rom. Pontif. quo casu non transfert onus probandi in contrarium: Bald. cons. 359. num. 2. lib. 1. Crauet. d. num. 15. quia in contrarium est præsumptio, ex quo fuit practicata hæc consuetudo scientibus & tollerantibus multis Rom. Ecclesiæ Legatis, (inter quos est Castaneus postea electus Papa appellatus Vrbanus) Calixto insuper, & Alexandro Romanis Pontificibus origine Hispanis, & à Corona Aragonū oriundis, tot etiam Prælatis, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, qui omnes suis successiuè temporibus vsi fuerunt foris competentiarum in contentionibus iurisdictionum: maxime suppositis rescriptis Sanctissimorum Pij V. & Gregorij XIII. Ex quibus † omnibus, scientia
29 præsumitur tam ex præsentia. l. testium, C. de testibus, Bald. in cap. 1. col. 1. si de inuestitura inter dominum & vass. in vsibus feudorū, & in l. si tutor petitus, post glosā ibi. C. de pericu. tuto. Oddof. de restitutione in integrum. par. 1. quæstio. 8. artic. 10. num. 20. quam etiam ex mentione, quam Romani Pont. in suis rescriptis fecerunt de hac cōsuetudine: Alex. cons. 39. colum. 2 lib. 2. Craueta cons. 193. num. 7. Paul. cons. 59. colu. 2. in 3. maxime concurrente fama vbiquè gentium de hac consuetudine, & Foro competentiarū, & etiam Romæ, vbi tot Coronæ Aragonum curiales, nemo enim præsumitur ignorare ea, de quibus est fama publica: glos. & DD. in d. l. si tutor petitus, Craueta d. cons. 193. num. 6. Paris. cons. 72. nu. 26. in 3. vbi hanc dicit communem.

Tertio respondetur ad supradictum contrarium, quod illud procedit in non antiquis, & in factis recentibus; secus au-
30 tem est in antiquis, nā in eis verba † enūciatiua emissa propter aliud. in pluribus instrumētis probant: glos. & DD. in cap. cum olim, de censibus, Anton. de Butr. & alij in cap. fin. de successio. ab intestat. Alex. cons. 11. & 74. lib. 4. l. cum aliquis, C. de iure deliberan. vbi DD. & est communis, vt testatur Marian. Socin. iunior cons. 65. num. 7. in 1. Decius 152. post n. 2. vbi de communi, Craueta de antiquitate, §. 1. num. 8. dicens id procedere non
31 solum in verbis enunciatiuis † priuatorum

rum contrahentium, sed etiam in priuilegijs, & rescriptis Principis, in quibus verba enunciatiua etiã facti alieni emissa propter aliud, probant in antiquis: Dominicus in cap. si Papa, de priuileg. in 6. Alex. conf. 6. in 1. Decius 146. vers. quin to prædicta conclus. &c. Iass. 75. colum. 5. libr. 3. ita tamen si, in pluribus instrumentis reperiantur verba enũciatiua: Franc. de Aretio in cap. cum causam, de probatio. Bertrand. cons. 151. num. 3. in 7. Licet secus esset in facto recenti, & non anti-
32 quo, in quibus verba † enunciatiua Principis emissa propter aliud, super quibus Principis intentio non fundatur, non inducunt neque præsumptionẽ, d. c. si Papa, Clement. si Summus Pontifex in fin. de sententia excommunicatio. Licet secus in verbis enunciatiuis inferiorũ, aut priuatorum; ita Crauet. 1. par. vbi sup. §. propositum, à nu. 18. cum sequentibus, ea
33 ratione. Quia † in Principe enunciãte facilius præsumitur error, quam in priuatis; Princeps enim plurima enunciat ex assertione aliorum, de quibus certior nõ sit, quod summe notandum ad priuilegia militaria, & nobilitatis, in quibus solent plura narrari, ex assertione partium potius, quam quod certior Princeps sit de eis, & cum hæc consuetudo sit antiquissima, & immemorialis, remanebit probata per scripturam fide dignam apud omnes, & sic per scripta Doctorum attestantium de ea, quibus alibi diximus fidem adhibendam in suo foro; probatur in l. vetustissimam, C. de iure dominij impetrando, Socinus cons. 94 col. 3. in 1. Craueta de antiquit. 4. part. verb. materia ista, num. 3. Mascard. conclus. 419.

Et non solum Pius V. verum, & Gregorius XIII. in alio fauorabilissimo Breui, quod Regno Sardiniæ concessit, eandem specificam & indiuiduam mentionem fecit de hac consuetudine, & foro competentiarum Regni Aragonum, statuens, ad supplicationem Christianissimi ac potentissimi Hispaniarum Regis Philippi Secundi, vt ordo præscriptus in foro competentiarum Regni Aragonum, qui seruabatur in Regno Sardiniæ inter Ordinarios, seruaretur ab inde inter delegatos ad vniuersitatem causarum, etiã cũ Ordinarijs, & inter se se solos: Cumq;
34 tota vis referentis † sit in relato: Decius cons. 63. in 2. membro, Surdus cons. 230. & Summus Pontifex in illis etiam verbis narratiuis fundet suam intentionem, disponendo in fauorem Regni Sardiniæ, sequitur ad minus, quod præsumptiuè remaneat probata dicta consuetudo, maxime quia dicit, ibi: *Quod ad tollendum omne dubium, & ne amplius in præmissis, aut circa illorum obseruantiam hæsitari contingat, opportune prouidere volentes, &c.* Per quæ verba, † quãdo Papa vult tollere omne dubiũ,
35 vel plenam fidem adhiberi, illud sufficit ad probationem, cap. cupientes, §. quod si per viginti, de electione in 6. iũcta glo. & Clement. constitutionem, eod. tit. glo. in Clement. vnica, de probatio. maxime quia in relatione ad cõsuetudinem Aragoniæ fundauit se Summus Pontifex, & fuit etiam insertus thenor in vtroq; Breui, quod perinde est, ac si ex certa scientia fieret: Decius in rubr. de cõfirmatione vtili, vel inutili, quæ omnia habẽt vim eandem, ac si motu proprio emanasset rescriptum, quo casu magis probat, & cũ illa extensio fiat in Breui ad instar cõsuetudinis Regni Aragonum, quod idẽ est, ac fieri ad similitudinem illius, Clemen. 1. & ibi Cardinalis, de Iudicijs, l. instar, C. de iure fisci, cap. inter dilectos, de fide instrumentorum, elusoria certe esset dicta gratia, concessio, seu confirmatio, nisi res extensa, & confirmata existeret, tãquam cessante fundamento, Can. cum
36 Paulus, 1. quæst. 1. nam † confirmatio & extensio debent reperire quid confirment, & extendant, cap. inter dilectos circa finem, de fide instrum.

37 Vltimo, quia eadem praxis † terminã di competentias, siue per Iudicẽ mediũ, qui Cãcellari⁹ dicitur, vel per ambos ipsos Iudices, scilicet Secularẽ & Eclesiasticũ, seruatur, & est vniuersalis in tota Corona Arago. in Regno scilicet Aragoniæ, Prĩcipatu Cathaloniæ, Valẽtia, Sardiniæ

& in Insula Maioricarum, vt testatur Oliba. de iure fisci cap.11.num.12. & nos de Inhibitionibus cap.9. §.1. numer. 24. & idem Mediolani seruari testatur Bossius tit.de captura,num.40. ex quo sequitur, quod hæc consuetudo † est vniuersalis, & tanquam talis nulla eget probatione; §. ex non scripto de iure naturali, Baldus in l.post dotẽ, ff. soluto matrim. Dec.consi.483.nu.20.Mascar. concl.428.

38

Finaliter facit,quia quando relatio alicuius † scripturæ, & dispositio referens est certa, & concludens in dispositione, & sic datur certitudo in scriptura referẽte, tunc non est opus constare de relata, sed remanet probata, & tunc relatio stat causatiue, nõ relatiue: ita post Bart. in Extrauag.ad reprimẽdum,verbo prout, facit bene Bald. in l. 1. num. 4. C. de Episc. & Cler.Decius consi.63,num. 5. & 6. Rebuf. 1. tom. tract. de Chirograf. in præfat.num.65. Boerius decis. 247. nu.3. & decis.281.num.5.vbi de cõmuni, Mascard.conclus.924.num.6. Crauet.consil. 455.num.9. volum.3. Vnde cum hæc breuia cõtineant totum tenorem fori,& praxis, satis probabunt eam.

39

Ex quibus satis videtur probata hæc consuetudo, ita vt de hoc amplius dubitandum non sit, nisi solum de eius validitate,& etiam fori Aragonum circa eã disponentis, quare discutiendum nobis est, an hæc consuetudo etiam immemorialis valeat, & forus insuper, dum disponunt, quod arbiter secularis cognoscat vna cum alio arbitro pro parte Ecclesiæ de competentia iurisdictionis, & quod ab eorum sententia nullus detur recursus, quibus absolutis remanebit absoluta nostra hæc decisio.

Et primo,pro parte iurisdictionis Ecclesiasticæ faciunt sequentia; nam statuta omnia laicorum item & consuetudines,quę sunt contra libertatem Ecclesiasticam,& ius Ecclesiæ,neutro iure valẽt,

40 † & sunt nulla ipso iure,Bald.in rubr. de constitutio. in princ. vers. quæro, an sit differentia, Authen.cassa, & irrita, C. de sacrosanct. Eccles. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constitutio. vbi omnes,Corn. consi.25.num.19.in 3. Decius, Abbas, Felinus,& reliqui omnes in dict.cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ, Innocentius in capit. nouerint,de sententia excommun. & ibi Hostiensis,Ioannes Andr.Abb.Bart. in l. fin.C.de sacrosanct.Eccles.& in l. dudũ, C. de contrah. empt. & in l.fin.C.de exactio.tributorũ,lib.10.Ioan. Andr.in cap. fin.de immunit.Ecclesia.in 6.Felin. in c. quæ in Ecclesiarum de constitutio. 16.25. & 26.col. Panor.consi 26.& consi.111. vol. 2. Federicus de Senis consi. 86. Chassan. in consuet.Burg.rubr.9. §.10. numer.50. vers. *Le homme de mai marte*, Legistæ in d. authen.cassa, vbi Zinus, Bart. & Salicetus,idem Bart.in consi. 187.& in l. 1. versic. quinto quæro, C. de Summa Trinit. & tandem in hanc sententiam conueniunt omnes,dum exemplificant casus, in quibus dicitur agi contra libertatem Ecclesiasticam, qui sunt sine numero, Lappus allegat. 92. num. 1. Butrius in d. cap.nouerint,numer.9. Abb. consi.63. in princ. lib. 1. Ancharran. in cap. Canonũ statuta,vers. quæro circa hoc, de constitutio. Paulus de Castr.consi.335. incipiente, primum dubium; colum. 5. Barbatia consi.23.col.penult. in 3. & latissime multum docte Alderanus, Mascardus de interpretatione statutorum,à nu.1.cum sequent.& Mat.nu.88.quod procedit,non

41 solum † quãdo directe fit aliquid contra personas, bona, vel priuilegia Ecclesiarũ,vt in d.c.Ecclesia Sanctę Mariæ, in c. nouerint, in c. grauamen, extra de sent. excom. c. non minus, c.aduersus de immunit.Eccles. Felin. Lapp. et alij, quos allegat nouissime Fuluius Pacian. consi. 164.finali nu.1. vol.1, Sed etiam quando indirecte redundat statutum in pręiudicium Ecclesiæ, vel Clericorum, Pacian. vbi sup.Lapp.vbi sup.n. 1.Abb. Innocen. Butrius, Ioan. Andr.in d. cap. nouerint; ita Alderan.vbi sup.nu. 88. vers. dic primo, ea ratione, quia facta per indirectũ non valent, quę directe fieri prohibentur,c.cum quid vna,de reg.iur.in 6. Barbatia consi.45. in fine,volu.1.in his enim,

quæ

quæ sunt de genere malorum, non licet fieri per indirectum, quod directe non
42 licet, & sic qui grauat † ministros Clerici ex facto Clerici, censetur ipsum Clericum grauare: Baldus in l. 1. in principio, C. de Episcop. & Clericis, Pacianus num. 11. quæ procedunt etiam in statuto generali, Ioan. Andreas in cap. fin. de immunitate Ecclesia. in 6. capit. peruenit, de arbitris, Capr. conclus. 15. num. 38. Felinus in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 107. Alderanus Mascard. vbi sup. num. 79. & facientes talia statuta, & obseruantes incurrunt graues censuras, d. cap. nouerint, & ibi Butrius num. 11. Alderanus vbi supra, num. 85. & dicuntur illa statuta † cōtra libertatem Ecclesiæ,
43 quæ veniunt contra priuilegia concessa Ecclesijs, & Ecclesiasticis a Deo, vel ab Imperatore; ita Hostiensis, Innocentius, Ioan. Andr. Abbas in dict. cap. nouerint, Zinus, Bart. & Salicetus in dict. authen. cassa, Abb. in consf. 63 in princ. lib. 1. Cardin. in cap. perpendimus, in 3. q. de sententia excom. & idem quando auferuntur ea, quæ concessa sunt Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis de iure communi Canonico, vel Ciuili: Ant. de Butr. in d. c. nouerint, col. penult. dicens, quod liber-
44 tas † magis tollitur in his, quæ cōpetunt de iure comuni, per caput fin. de rebus Ecclesiæ non alienan. cap. fin. de vita & honest. Clericorū, Butrius in cap. cū terra, de electione. & multi alij, quos congerit Dec. in c. Ecclesia Sanctę Mariæ, n. 3. de constit. & idem si á Papa cōcessa sunt priuilegia: Abb. Lappus, Innocent. Butr. Ioan. Andr. Hostiensis, Decius, & alij supradicti, Bald. in rubr. de constitutio. in princip. & per consequens, si per statuta impediuntur directe, vel indirecte Clerici facere ea, quæ sibi competunt, & concessa sunt de iure cōmuni Canonico, vel Ciuili, vel per quæ prohibetur Clericis non prohibitū à lege Canonica, vel diuina: ita DD. in d. c. Ecclesia Sāctæ Mariæ, vbi Felin. Ant. de Butr. Imol. & in cap. cū terra de electione, Fulgos. in d auth. cassa, Bald. late in l. cunctos populos, verb.
45 nunc de tertio mēbro, C. de Sum. Trin. & ita auctoritas † cōdendi leges data inferioribus, de qua in l. omnes populi, censetur tributa sine præiudicio priuilegij concessi per ipsum Imperatorē locis, & personis Ecclesiasticis, de quibus in l. 1. l. generali, l. illud, & l. fin. C. de sacrosan. Ecclesijs; ita Alderan. d. conc. 1. nu. 3. & ... statur de cōmuni Felin. in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 89. vers. nono quæro, Bursat. consf. 93. nu. 23. in 1. quæ corroborantur multis Romanorū Pontificum declarationibus, de quibus Alderan. d. n. 3. & idem si ab alijs Regibus, (qui etiam in his, quæ ad eos spectāt, similia priuilegia Ecclesiasticis dare possunt.) nam & tunc, quidquid fiet contra illa directe, vel indirecte, aduersabitur libertati Ecclesiasticę, & in hoc nullus ex Doctoribus discrepat, & vide maximè Bald. in l. cūctos populos, C. de Sum. Trinit. & Fide Cathol. cuius repetitio nō passim habetur, & refert Alderan. nu. 88. à cuius Baldi elegantissimis verbis, & ab alijs omnibus superioribus deducitur, quod impedire per
46 statutū, † vel consuetudinē Ecclesijs, & Clericis, ne libere agant, & exerceant ea omnia. quæ sibi competunt, & concessa sunt á Deo, Papa, Imperatore, Regibus, Iure gētiū, Canonico, cōmuni Ciuili, priuilegijs, & concessionibus sibi concessis, & in vim contractus transactis, totū hoc erit contra libertatem Ecclesiasticam, & per consequens nullū, irritum, & inane. Sed in præsenti casu, his omnibus spoliatur Ecclesia, & Ecclesiastici per forum nostrum, & cōsuetudinem, ergo illa sunt contra libertatem Ecclesiæ, & per consequēs irrita, & nulla: minor ꝓbatur, quia de iure cōmuni, † de cōpetentia iurisdi-
47 ctionis inter Ecclesiasticū, & Secularem cognoscit Iudex Ecclesiasticus, an sua sit iurisdictio, vel non, tanquam Iudex maior, & maiori dignitate fulgens, capit. si Iudex laicus, in princip. de sent. excom. in 6. ibi: *An scilicet sit, qui reperitur Clericus ad Iudicē Ecclesiasticū quia de re Ecclesiastica, & spirituali, vocato tamen Iudice Seculari, vel alio, cuius interest) cognitio pertinebit, &c.*

Antonius de Butrio, Innocen. in cap. cæterum, de iudic. Couarru. practicarum quæst. cap. 33. num. 1. Bouadilla in politica lib. 2. cap. 14. num. 98. & cap. 17. num. 154. Iul. Clar. in pract. criminal. §. fin. quæst. 36. num. 22. vbi de communi, Dec. & Felin. in cap. Pastoralis, ille num. 8. iste 4. attestantes de communi, Thomas Bolsius de iur. stat. cap. 17. ampliatione 9. vbi multa, Angel. in l. 2. num. 7. vers. quarto fallit & ibi Iass. num. 19. ff. si quis in ius vocatus: Bolsius de foro competenti, num. 155. Francus, Ancharranus, & alij in dict. cap. si Iudex laicus, alios refert Portol. in dict. for. 1. de las competencias, num. 9. qui omnes constanter affirmant, quod tali casu Iudex Ecclesiasticus non tenetur recurrere ad arbitros, sed per se ipsum iudicare teneatur, quos sequitur Bardax. in foro 1. de las competencias, num. 5. Si igitur hoc est iurisdictionis Ecclesiasticæ, ex Canonica sanctione concludendum videtur, hunc forum † non subsistere, & in foro conscien-
48 tię periculosam eius obseruantiam, & consuetudinem esse, cum, vt diximus, sit contra libertatē Ecclesiasticam, ex quo impedit, ne Ecclesia suo iure vtatur, nec valebit consuetudo in contrarium: Couarr. pract. 33. Chassanc. consi. 34. DD. in cap. cum Apostolicam, extra de his quæ fiunt a Præl. Decius in cap. 2. & cap. Clerici, num. 4. de iudi. Bardaxi vbi supr. dicens in num. 6. & 8. quod ob id erat necessaria confirmatio Sedis Apostolicæ.
49 An autem † Iudex obseruās tale, & similia statuta peccet, vide Puteum de syndi. vers. statutum, n. 6. ad fin. & alios allegatos per Portol. n. 44. Barda. vbi sup. n. 12.

Quantum autem attinet ad secundum caput de admittenda, vel non appellatione à sentētia arbitrorum, & etiam Cancellarij lata super competentia iurisdictionis, idem quod de prçcedētibus, dicendum est, nam de iure à sen-
50 tentia † arbitrorum ex necessitate iuris electorum, siue ad cognoscēdum de suspicionis causa, vel reuocatione literarū, siue de quocumquè alio ex necessitate iuris, vel statuti electo, appellandum est ad superiorem Principem, de iure Canonico, & in causis illius fori ad Papā, de iure vero ciuili, & in suo foro ad Dñm Regem, cap. ab arbitris de officio delegat. in 6. l. cum specialis in fin. C. de iu-
51 dicijs: ex quo resultat † intellectus ad c. Pastoralis, de rescriptis, vt si à sententia illorum arbitrorum sit appellandum, appelletur ad Papam, quod procedit, nedum quando arbitri cognoscunt de recusationis causa contra delegatum Papæ, cap. si contra hunc, de officio delegat. in 6. sed etiam contra Ordinarium, cap. cum speciale, de appellationibus, secundum glos. 2. in dict. cap. ab arbitris, quæ sententia communis est secundum DD. ibi, Abb. in c. Pastoralis, num. 1. de rescript. & ibi Imol. numer. 9. Felin. to. & Decius etiam num. 4. attestans de communi, Socin. regul. 31. fallentia 3. ita Portol. in foro 1. de las competencias, nu. 25. isti enim arbitri eliguntur ex necessitate iuris, in vim dicti fori, sicut de iure eliguntur in supradictis casibus ex necessitate iuris, l. fin. C. de iudic. cap. cum speciali, cap. 2. requiris, de appellatio. cap. Pastoralis, de rescript. non autem eligun-
52 tur ex voluntate partium, iura † tamen magis subueniunt positis in necessitate, quam gerentibus actum voluntarium, l. generaliter, §. 1. in fin. C. de reb. cred. l. si fideiussor. §. si necessariam, ff. qui satisdare cogantur, glos. in dict. cap. ab arbitris, & sic merito ius appellationē con-
53 cedit, maximè quia isti arbitri † ex necessitate iuris, seu statuti electi, accedūt ad materiam iudicum, & iudices delegati dici debent, magis quam arbitri, l. apertissimi, vbi Bart. C. de iud. vbi arbitros istos delegatos appellat, ex quorum
54 sententia oritur † actio in factū habens executionē: Huius ratio est, quia istorū iurisdictio nō cohęret solo, & sic est censenda delegata, Franc. & Ancharranus in d. cap. ab arbitris, etiā si esset commissa vniuersitas causarum certi generis, sicut in Inquisitoribus hereticæ prauitatis, videtur ergo, quod ab eis, tanquam à Iudi-

á Iudicibus delegatis appellari poſsit, Ancharran.& Francus in dict.cap.ab arbitris,Iaſſ.in §.omnium, num.10. institu. de actionibus, Felin.in cap. fin. num. 11. de ſententia & re iudicat. Iaſſ. in l. cum ſpecialis,num.6.C.de Iudicijs, vbi dicit communem, Socin.regul.31. fallentia 4. & quam plures alij,quos allegat Portol. vbi ſupra num. 26. vbi quam plures alij,
55 deinde,quia cum iſti arbitri † ſecũdum iuris,& ſtatuti formam ſint electi, dicuntur habere poteſtatẽ ab ipſo iure, & ſtatuto: ita Francus in dict.cap. ab arbitris, & ibi gloſ.1. & ſic appellãdum ad ipſum ius,vel ſtatutum, & ſic ad legiſlatorem, vel ſtatuentem, qui ſunt lex animata in terris,& per conſequens adPapam,vt in authen. de conſulibus in fin.cap.1. de cõſtitut.in 6.ita glo.in dict.cap.ab arbitris,
56 & etiam in margine, † vbi dicitur, quod debet appellari ad ſtatuentes, quando per ſtatuta debet in arbitros compromitti. Sed optimé hic cadet dubitatio pulchra,quare magis ab iſtorum † arbitro-
57 rum ſententia appellandum ſit ad Principem, quã ad alios ſuperiores Iudices, veluti ſi Ordinarius Epiſcopus recuſetur,&arbitri eligantur,quare non appellabimus ad Archiepiſcopum. Ratio eſt, quia iſti arbitri habent poteſtatem á lege, ſeu iure. (Licet ſint eligendi à partibus) vt patet in cap.ſuſpicionis extra, de officio delegat. Francus in dict. cap. ab arbitris,num.2.Maranta de ordine iudiciorum,4.par.diſtin.6.num.22. gloſ.1. in dict. cap. ab arbitris, ſi ergo à lege habent poteſtatem, & à iure,ergo ad eandem legem, ſeu ad idem ius debet appellari,& per conſequens adPrincipem,
58 † qui dicitur lex animata, vide gloſ. in l. fin. C. de iudic. id ſentientem: vnde gloſa marginaria,Francus.&Dominicus in dict. cap.ab arbitris, dicunt per hanc rationem appellandum eſſe ad ſtatuentes, quando per ſtatuta eſt in arbitros compromitendum, quia tunc arbitri dicuntur habere poteſtatem à ſtatutis ipſis; vnde de iure ciuili appellandum eſſet ad dominum Regem, l. fin. C. de iudic. de iure vero Canonico ad Papam, vt in dict. cap. ab arbitris, & quæ diximus de facultate appellandi ab arbitris electis, ex neceſsitate iuris ad cognoſcendum de ſuſpicionis cauſa, vt in dict. capit. ab arbitris, procedũt etiam in quocumquè arbitro ex neceſsitate iuris, vel ſtatuti electo, gloſ. in verbo ſunt alij, in dict. cap.ab arbitris, & ibi Ancharran. & Doctores,qui arbitri plures eſſe poſſunt, ſecundum gloſ.fin. & Doctores vbi ſupra.
59 Nec his obſtabit, ſi quis diceret: quod ſententiæ † arbitrorum, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit,ſtandum eſt,nec ab ea poſſumus appellare, l. diem proferre, §. ſtari de receptis arbitris, l. 1. C. eodem gloſ. fin. in dict.cap. ab arbitris, notatur in ca
60 pit.ſi contra vnum,eodem titulo,cum ſecus ſit in arbitratore, cuius † ſententia ad arbitriũ reducitur boni viri, l. ſi quis arbitratu,de verborum obligatio. rationem aſsignat Orian. in cap. Quoniam, contra verbo recuſationes de probat. nam ex ſupradictis remanet iam reſpon
61 ſum, † quia obiectio loquitur in arbitris voluntarijs, & ex conuentione partium electis, quos arbitros compromiſſarios appellamus, quorum ſententiæ, ſiue æquæ, ſiue iniuſtæ ſtandum eſt, nec licet ab ea appellari, d. iuribus, & imputent ſibi partes, quæ compromiſſerunt, dict. §.ſtari, & hoc metu penæ, vt alibi diximus, nequè hoc rigorem continet, quia propter hanc rationem alia via ſucurſum eſt, & temperatus rigor, quia ſcilicet recuſari poſſunt tanquam ſuſpecti,Orian.vbi ſupra,quod ſecus eſt in arbitratore, à quo eum detur recurſus per reductionem boniviri,non poteſt recuſari,Orian.vbi ſupra:nos tamen loquimur in arbitris iuris, qui ex neceſsitate iuris, ſeu ſtatuti eliguntur, quales ſunt arbitri,de quibus in dict. c. ab arbitris, & in l. apertiſsimi, l.fin.C. de iud.capit. cum ſpecialis,capit.ſecundo requiris de appellationibus, capite ſi contra vnum, de officio delegat.in 6.cap.Paſtoralis,de reſcript.in quibus eligũtur arbitri ad cognoſcẽdũ de ſuſpiciónis cauſa,vel reuocatione

cation e literarum, & idem esset, si statuto caueretur, vt fit in Italia, quod causæ compromitantur inter coniunctos; nam tales dicuntur etiã arbitri Iuris, Marant. de ordin. Iudicorum, 4. par. distinct. 14. num. 13. & huiusmodi arbitri dicuntur necessarij, cum de necessitate iuris, vel statuti eligantur, Bart. in dict. l. fin. Marant. & DD. vbi supr. maximè Portol. à quorum sententia appellatur ad Principem, glos. in cap. à Iudice, vbi Bellamera, & Turrecremata, 2. quæst. 6. dict. cap. ab arbitris, & dict. l. fin. vbi pulchre Bart. DD, & glos. Trutinata: ita Marant. 4. p. distin. 6. num 22. Ancharran. in dict. cap. ab arbitris, circa medium, Philippus Frãcus in fin. & sic merito etiam ab arbitro ad decidendam competentiam iurisdi-
62 ctionis electo † ex necessitate iuris, cap. Pastoralis, de rescrip. appellãdum est ad Principem, dict. capit. ab arbitris. Abb. Imol. Bellamer. Felin. & alij in d. cap. Pastoralis, ex his pari ratione dicẽdum est,
63 quod cum hoc † sit per legẽ Regni sublatum, & totum contrarium dispositum, & per ipsam consuetudinem obseruatum; quod a sententia arbitrorum ex necessitate iuris electorum, & à sententia Cancellarij non detur appellatio ad Principem superiorem, totum hoc erit contra libertatem Ecclesiasticam, & per consequens nullum, corruetque consuetudo, tanquam irrationabilis, et contra libertatem Ecclesiasticam introducta.

64 Secundo maximè facit, quia † cum ad validitatem legis, et statuti requiratur inter alia auctoritas statuendi, Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 81. 86. et ibi Dec. num. 53. quod idem docuit Sanctus Thomas, relatus per Rebuf. 1. rom. pag. 14. nu. 61. et secularibus obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, cap. cum laicis, de rebus Ecclesiæ alienandis, capit. benè quidem, Cap. deniquè 96. distinct. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitutionibus, inde fluit, quod
65 † statuta laicorum personas Ecclesiasticas, et earum bona, et facultates ex defectu potestatis non afficiunt, DD. in dicta authent. cassa, et in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, Couar. late pract. 31. Dueñas re-
66 gul. 100. quod tam certum est, quam vulgare, habent enim † Clerici fori priuilegium de iure diuino, cui renunciare non possunt: dicit communem Couar. in practica 31. num. 1. Bouadilla magis communem, lib. 2. cap. 18. num. 17. vbi additio in litera A. Roland. consil. 23. numer. 6. et 10. tom. 2. Ita tenuit glos. diuinitus in Can. si Imperator, 96. distinct. cap. quanquam, ibi, diuino iure, de censibus in 6. Socin. in c. si Clericus, declaratione 25. de foro cõpeten. communem etiam dicit Portol. in verb. Clericus, num. 11. Decian. in tractat. criminal. tom. 1. lib. 4. cap. 9. Rota decis. 10. de consuetudine in antiquis, Thom. Bossius de iur. status, siue de iure diuino, et naturali, cap. 17. vbi idem tenet, et communem dicit Pacian. consil. 154. num. 128. Vbi quod Clerici habent fori priuilegium de iure diuino, Luppus in tractat. de libertate Ecclesiastica, q. 2. num. 3. Villalobos in communibus opinionibus, in verbo Clericus, num. 69. nos de Inhibitio. cap. 8. §. 3. num. 117. et §. 1. num. 11. et ita constitutiones laicorum, de hoc loquentes sunt potius declaratoriæ, quam de nouo promulgatoriæ, iuxta glos. in cap. si Imperator. in verbo discuti, 96. distinctione, et ab hac opinione, tanquam communi, et communissima non esse recedendum, consulit Alderan. Mascard. conclus. 1. num. 74. vbi multa alia concludens in materia, quod procedit etiam quo ad bona † patrimonia-
67 lia Clericorum, in quibus habent priuilegium fori, ne subiaceant statutis laicorum, cap. fin. & ibi glos. fin. de vita & honestate Clericorum l. decernimus, C. de Episcopal. aud. latè Dec. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ num. 65. de constitut. latè Pacian. num. 113. Alderan. 93. qui multos
68 allegat, si igitur † exempti sunt á potestate seculari de iure diuino, tanquam res spiritualis, quarum laici incapaces sunt Pacian. n. 128. Alderã. n 60 nec ligari possũt statutis laicorũ ex defectu potestatis, quomodo defẽdi potest forus iste à vitio nulli-

nullitatis, & etiam consuetudo contra ius Canonicum introducta, & vsurpatiua iurisdictionis Ecclesiasticæ, quæ de iure habebat cognoscere de competentia iurisdictionis: & est certum, quod etiam consuetudo non potest introduci, nisi ab illis qui habent potestatem condendi legem. Nec quidquam his duabus rationibus oberit præscriptio immemorialis, seu consuetudo; quæ allegatur pro foro, & obseruantia Regni, quod ab immemoriali tempore cognouerit secularis, vna cum Ecclesiastico de competentia iurisdictionis, quia dicta
69 consuetudo † non valet, cap. Clerici, de Iudicijs, vbi dicit tex. *Cum Imperator dicat, quod leges non dedignantur sacros Canones imitari, in quibus generaliter traditur, de omni crimine Clericus debeat coram Ecclesiastico Iudice conueniri, non debet in hac parte Canonibus, ex aliqua consuetudine, præiudicium generari:* & ibi Abb. & Dec. num. 18. Alexand. in consi. 8. colu. 1. in 1. Ripa respons. 13. col. 1. 1. par. Socin. in cap. si quis Clericus, 19. fallen. de foro competenti: Ita Pacian.
70 vbi sup. num. 128. ea ratione, quia † laici præscribere nequeūt iura diuina, nec rerum spiritualium sunt capaces, & sic in hoc minoris potentiæ est consuetudo, quam priuilegium: Dec. in c. nouit. n. 82. vers. & hoc intelligitur, de Iudic. dicēs, quod tūc immemorialis habet vim † pri
71 uilegij, quando persona est capax iuris, quod præscribitur, & datur habilitas, & capacitas in præscribente: nos de Inhibitio. cap. 8. §. 3. nu. 21. alias secus, quia potentius est priuilegium, quam præscriptio: Aufrerius regul. 2. sub num. 25. vers. sed ista æquiparatio de potestate seculari, dicens, quod licet Regia Curia cognoscat de petitorio beneficiorum vacantium, illud tamen non procedit ex sola præscriptione immemoriali, sed ex priuilegio, vel ex fama priuilegij, quia sola præscriptio nihil operatur, vbi datur incapacitas in possidente, quia per aliquā cōsuetudinem, etiam vetustissimam, nō potest consequi id, quod ex priuilegio cōsequeretur, d. decis. Rotę 10. alias 840.

Benedictus in cap. Raynutius, verbo & vxorem nomine Adelassiam, decis. 2. nu. 169. vers. & plura alia. Zabarella in consi. 57. nu. 2. Felin. cap. causam, n. 3. vers. signa theoricam, de præscriptio. latius Pacian. nu. 134. communiter DD. in d. cap. Clerici, & hanc cōmunem dicit Couar. d. cap. 31. num. 5. & communem dicit Clarus d. q. 36. vers. sed ea retenta, Farina variarum lib. 1. tit. de Inquisitio. quęst. 8. nu. 3. & de communi Alex. consi. 8. nu. 1. in 1. damnās talem consuetudinē, tam licet consuetu
72 do † tribuat omnē iurisdictionē: Bald. in l. etiam col. 3. C. de exceptione rei iudicat. cap. Clericus laicum, vbi glos. & alij, de foro competenti, tamen non potest tribuere laico in Clericos iurisdictionē ex improbata incapacitate ab omni iure, & sic talis consuetudo est irrationabilis: DD. in d. c. Clerici de Iudicijs, vbi Abb. etiam si sit immemorialis consuetudo, quia cum laicus sit incapax iurisdictionis in Clericos iure diuino: Abb. in cap. quāto, de consuetudine: Rochus de Curt. de consuetudine. nu. mihi. 300. Rota d. decis. 10. ideo nullo tempore valet talis cōsuetudo: Decian. tom. 1. crim. lib. 4. c. 9. nu. 14. vbi multi, dicens, quod immemorialis tunc operatur, quando datur capacitas, & habilitas in vtēte, allegat Annan. Cardin Domin. & alios, tempus enim solum non habilitat, imo in tali diuturnitate habet locum, c. fin. de consuetudine, vt tanto grauiora sint peccata, quāto diutius infelicem animam detinent alligatā: ita Abb. in cap. Ecclesia Sanctę Marię in principio, de constitutionibus, & in c. solitæ, notabili 6. de maioritate & obedientia, Alderan. á num. 129. Et hoc est, quod dici solet, quod quando possidens
73 est incapax, † ita quod ius commune resistit etiam possessioni, tunc immemorialis non habet vim tituli, & priuilegij legitime obtenti: Abb. in cap. causam, 1. notab. de pręs. & in c. ad aures, 1. not. eod. tit. Monac. in c. 2. & ibi Io. Andr. ver. cum ergo decimæ. de præb. in 6. Bald. in l. omnes, in fin. C. de præs. 30. an. allegat multos Ant. Gab. lib. 5. tit. de pręsc. cōcl. 1. n. 16

 & ibi

& ibi de communi, num.17. & tanta est hæc incapacitas, vt procedat dicta regula, & duret vitium immemorialis, etiam
74 si Papa sciuerit † & tollerauerit consuetudinem, seu præscriptionē, quia non ex hoc censetur Papa dispensasse, aut conualidasse consuetudinem, quia in gestis Principum potentium præsumitur Papā potius dissimulare ob euitandum scandalum, quam illis assentire: Præpos. in cap. Imperium, colum. fin. dist. 10. Pacian. de probationibus, capit. 29. in fin. lib. 1. & dum potest capi coniectura alterius causæ, & sic dum potuerit tollerasse ob vitandum scandalum, vel ob aliam causam, & non ad consuetudinem inducendam, ita nisi consensus ex alio resultet, nō est præsumendum † in dubio, quod voluerit
75 derogare exemptioni suorum Clericorum a iure diuino emananti, absque alia rationabili causa. d. Rota decis. 10. nu. 4. vbi dicitur, & dato quod Papa scandalū tollerauerit, nō propter hoc approbasse censetur, argumento not. per Innocen. in rubr. de consuet. & in cap. nihil, de præs. cū hæc exemptio sit de iure diuino: Decian. vbi supra num. 16. dicens, quod licet
76 iura † inpræscriptibilia sciente Principe præscribantur: Anto. & alij in cap. accedentes de præs. Abb. cons. 94. vol. 1. tamē illud procedit data capacitate præscribentis; secus si sit incapax, vt est laicus iurisdictionis in Clericos: ita Abb. in cap. quanto, de consuet. Felin. in dict. cap. accedentes, vbi late, Curte in cap. fin. num. 300. de consuet. & videmus, quod multa per patientiā tollerantur, quæ si deducta fuissent in iudiciū, non tollerarentur, cap. cum iam dudum in fin. de præb. d. decis. Rot.

Sed iam te video opportunè dicentē, quod superiora procedunt, vt colligitur ex d. decis. Rot. 10. in antiquis, de consuetudine, quoad ea, quæ verè & propriè
77 spiritualia † & Ecclesiastica sunt, veluti quoad sacramenta, gradus, ordines, & ea quæ attingunt Ecclesiam, fidem & legem Christianam, & alia similia, veluti quæstio hæresis, simoniæ, & excommunicationis, electio ad dignitates, & beneficia, Ecclesiastica, Ecclesias possidere, & de eis disponere Canon. benè quidem 96. distinctione Canon. quamquam de censibus in 6. quę nullo modo cadunt in laicum. Secus autem quoad causas ciuiles & criminales, & quoad res temporales, quæ spiritualia non tangunt, quia in his Clerici non dicuntur exempti de iure diuino à iurisdictione seculari, sed per leges Canonicas, & Constitutiones Pontificas: ita Couar. d. cap. 31. practicarum quæst. nu. 2. vers. 1. concl. & vers. 2. concl. Farinac. tit. de inquisitione, quæst. 8. n. 2. vers. limita. 1. hoc modo componens diuersitatem opinionum, vt prima procedat quoad verè spiritualia, & propriè Ecclesiastica: secunda vero, quoad temporalia & criminalia: quā sequuntur Innocen. in cap. 2. num. 1. de maiorita. & obedien. Alciat. in rubr. num. 3. C. de sacros. Ecclesijs, & in l. iubemus, nu. 6. C. eod. Medin. in C. de restitutione, cap. de immunitate Ecclesiarum, quæst. 15. Euerardus in loco à verosimili. num. 8. Couar. vbi supr. Bouadilla lib. 2. cap. 18. nu. 23. & quod ita cum exemptio procedat de iu-
78 re † humano in temporalibus, criminalibus & ciuilibus, & in casu nostro non erit incapax Iudex secularis de se, licet incompetens ad cognoscendum de his causis, & per consequens poterit præscribi legitime hæc cognitio: Couar. vbi supra. num. 3. & 4. & diximus nos de Inhibitio. cap. 8. §. 1. num. 24. supposito quod hæc quæstio sit de re temporali, non spirituali, quia est super competentia iurisdictionis circa immunitatē Ecclesiæ, quæ immunitas de iure humano est, & non diuino, toto tit. de immunitate Ecclesiarū, vt resoluit Farina. par. 1. tom. 2. quæst. 18. num. 1. Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 10. num. 1. Decian. 2. tom. crim. lib. 6. cap. 25. Bouadilla in politi. lib. 2. cap. 14. num. 3. Bardaxi in foro de his qui ad Ecclesiā confug. num. 2. in fin. Couarr. lib. 1. variar. cap. fin. vbi multi alij, licet non defuerint, qui contrarium teneant non paruæ authoritatis.

Sed huic obiectioni potest responderi multis modis, & primo ea obiectio posset vim obtinere quātum ad hoc, vt scilicet contra hanc exemptionem iure huma-
79 no introductam possit currere † prescriptio, et detur capacitas et habilitas in laico praescribente ad legitime praescribendum (de qua praescriptione statim dicam) non autem obtinebit vim quoad effe-
80 ctum, vt potestas secularis possit statuere † contra hanc exemptionem, attento quod sit de iure humano, quia non poterit: pro quo est aduertendum, quia potuit Romanus Pontifex eximere in temporalibus Clericos, & eorum res à iurisdictione Seculari in Christianae Reipublicae vtilitatem, & similes exemptiones facere, habet enim potestatem ferendi
81 leges † in his, quae sint Ecclesiae regimini, & administrationi conducibilia, conueniebat autem, ne ministri Ecclesiae cōueniantur etiam in temporalibus, apud Iudices Seculares, vt libere vacare possent ministerio diuino, ad sic liberius & rectius ministrandum Ecclesijs; ex quo fundamento subsequitur, quod Summus Pontifex, & eius officiales habent iurisdictionem in seculares personas, vbi agitur de re aliqua in ordine ad spiritualia: Bouadilla lib. 2. polit. cap. 17. nu. 44. nos de Inhibitio. cap. 9. §. 2. num. 13. & hac via trahere laicos ad forum suum (dummodo non fiat directe ad praeiudicandū iurisdictioni regali, & in emulationē, quod non est praesumendum) Bouadil. & nos, vbi supra, Molin. Nauar. & alios allegati per Zeuallos. 4. par. quaest. 899. num. 120. & 122. quicquid referat Salcedo ad Bernard. Diaz, cap. 3. ver. verius, & in consequentiam istorum poterit Summus Pontifex, & eius officiales tali casu secundū supradictos procedere penali iudicio, contra turbantes dictam iurisdictionē; & ministros illius, l. 1. ff. si quis ius dicēti non obtemp. vbi Cagnol. num. 19. & 71. Lucas de Penna in l. prohibitum, de iure fisc. lib. 10. Menoch. cons. 230. num. 16. Puteus de syndi. ver. notorium, nu. 11. Salced. ad Bernard. cap. 93. nu. 1. Segur. in director. 2. p. cap. 6. num. 11. Bouadil. lib. 2. cap. 17. num. 79. & 114. nos de Inhibitio. cap. 30. vbi late, & non solum contra impedientes ministros Ecclesiae tractantes de re aliqua in ordine ad spiritualia, sed etiam contra turbātes, iuxta doctrinam Cardin. in Clemen. 1. §. vtrum in q. 4. de hereti. nos dict. cap. 30. num. 182. quae autem dicantur causae supernaturales, & in ordine ad spiritualia, & an tales sint causae indulgentiarum, & Bullae Sanctae Cruciatae, etiam quoad questores, vide in Concil. Trident. sess. 21. cap. vlt. de reformat. Bouadil. dict. cap. 17. numer. 122. Azebedo tit. 10. lib. 1. nouae recopil. Redeundo ad rem, cum in hanc exemptionem totus fere orbis Christianus, Romanorum Pontificum, & Imperatorum sanctiones consenserint expresse, vt apparet ex allegatis per Couar. pract. 31. nu. 3. hanc exemptionem minime poterunt reuocare Principes seculares, sed solum Romanus Pontifex, nam cum Principes seculares sint in spiritualibus, & Ecclesiasticis rebus Summo Pōtifici inferiores, non superiores, nec equales, ideo talem legem, nec exemptionem tollere nō poterunt: notatur in cap. nouit. de Iudicijs, imo talis reuocatio esset contra Ecclesiasticam libertatem, & sic fieri non posset, iuxta tradita in cap. nouerit, de sententia excommunicatio. cap. Ecclesia Sanctae Mariae, de constitutio. cap. vltimo de rebus Ecclesiae. Soto in 4. sententiarum, par. vlt. distinct. 25. quaest. 2. artic. 2. vbi multi, sequitur Alderan. Mascard. de interpretatione statutorum, conclusione 1. num. 78. dicens, quod in casibus, in quibus Clerici dicuntur exempti iure tantum humano à potestate seculari, nō poterit Princeps secularis, vt cumq; summus, huiusmodi exemptioni, ac immunitati proprijs legibus, ac propria auctoritate derogare, Canon. bene quidem. 96. distinctione, cap. Ecclesia Sanctae Mariae de constitutionibus, cap. fin. de rebus Ecclesiae, vbi constitutionem laycalem contra praedicta disponentem non constitu-
82 tionem, † sed destitutionem, seu potius destru-

destructionem, necnon vsurpationem iurisdictionum appellat Gregor. Pontifex; imò nec Romanus Pontifex hanc exemptionem in vniuersum tollere poterit, vt vtrumq; cum multis comprobat Couar. vbi supra. nu. 3. & 4. Thomas Bosfius de iure statut. siue de iure diuino & naturali, cap. 17. Vnde sequitur, quod quādo vera sit opinio tenentium, quod exemptio clericorum in ciuilibus, temporalibus & criminalibus sit de iure humano positiuo, adhuc tamen constitutio secularis, & forus, de quo agitur, non potuerūt tollere hanc exemptionem, nec in aliquo eam vulnerare, quia esset contra libertatem Ecclesiasticam: solum autem (vt ad consuetudinem, & præscriptionem immemorialem redeamus,) possent introduci præ
83 scriptio, † & consuetudo in aliquo casu particulari, contra talem exemptionem iuris positiui supposito, quod sit de iure humano positiuo, vt deducunt Couar. & multi alij quos ipse allegat. d. n. 4. & nos retulimus de Inhibitio. cap. 8. §. 1. à nu. 23. cum sequentibus. Quare videamus an hęc pręscriptio, & consuetudo in Regno introducta sit legitima, an vero inutilis, & irrationabilis, & primo videbatur iusta, quia cum sit immemorialis, & in materia, in qua datur capacitas, & potentia præscribendi, vt in temporalibus, ciuilibus, & criminalibus contra Clericos, potuit potestas Secularis legitimè ius hoc cognoscendi de competentia iurisdictionis præscribere: sed contrarium est dicēdum, quia licet in præscriptione im
84 memoriali † non requiratur probatio de scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur, glos. in l. hoc iure. §. ductus aquæ, vbi Angel. de aqua quotidian. & æstiua, & in cap. super quibusdam. §. præterea de verborum significatione, Antonius de Butrio in cap. peruenit de censibus. Alex. conf. 6. nu. 4. in 1. vbi de veriori & magis comuni opinione. Paris. conf. 3. num. 53. & conf. 27. num. 34. volum. 1. dicēs hanc veram, & cōmunem opinionē, Antonius Gabriel. lib. 5. titu. de pręscriptionibus, cōclus. 1. num. 59. vbi de veriori, & magis cōmuni, Mascard. conclus. 1210. à nu. 42. Huius tamen traditionis ea ratione potissima, quia per tempus tam an
85 tiquū pręsumitur † scientia alterius partis contra quā præscribitur: Salicet. in l. authoritatem, vers. quęro de quęstione facti. C. vnde vi, Decius, conf. 185. num. 12. Calder. conf. 15. vers. præsumitur autem, ita Mascar. vbi supra, num. 43. Et sic potius dici debet, quod requiritur scientia, & patientia, sed quod illa pręsumatur propter antiquitatē tanti temporis, at in casu, de quo agimus, ab eodem tempore immemoriali, quo probatur secularem cognouisse de competētia iurisdictionis, & sic scientia Romani Pōtificis per se, & suos officiales, probatur etiam dissensio, & contradictio Iudicum Ecclesiasticorū dissentientium, vt patet per eundem forum, in illis verbis: *Y cada vno dellos pretenden ser juezes de la cosa que se alterca* (& ibi) *Por las quales, cada vno de los Iuezes pretende el conocimiento de lo que se les ge, pertenezer a el, y no al otro.* Et ad eundem modum Doctores. Foristæ idem attestantur signanter Bardax. in d. foro 1. num. 10. dicens: *Quod ista consideratio videtur multum obuiare dicto priuilegio præsumptio, nam si verè fuisset concessum priuilegium per Sedem Apostolicam, quod Secularis sit Iudex in dicta competentia iurisdictionis, nō illi obuiaret Iudex Ecclesiasticus, & hæc repugnantia non minus iudicari debet immemorialis in hoc foro, sicut cetera de Vsatico Regio, & alia immemorialia censentur*, hęc ille: vnde cum constet de contradictione ab initio immemorialis, non potuit præscriptio introduci nec compleri, quæ ratio habuit dictum Ibandum de Bardaxi, multum ancipitem, & magis pro hac opinione. Vnde resultat quod cum à pari procedant in tempore adquisitio, iurisdictio & contradictio, non potest dari præscriptio nec consuetudo præscripta, cum probetur exclusio patientiæ præsumptæ per antiquitatem temporis, quod genus probationis admittitur ad excludendam præscriptionem immemorialem: Crauetta in tractatu de antiquitate temporis. 4. par. cap. 3. incipiente, absolutis differentijs.

tijs.numer. 15. verſ.etiã verum iſto caſſu Maſcard.vbi ſupra.num.44.

Tertio iuuat ſequens ratio, nam tota Curia generalis Aragonum,hoc eſt,Dominus Rex, & Regnum decreuerunt in curijs generalibus,vt apparet per actum curię, ſub titu. *Orden para obtener confirmacion de ſu Santidad*,fol.mihi 86.vt obtineretur à Romano Pontifice confirmatio fororum ſuper competentia iuriſdictionis, & in confirmatione obtenta ſub die 21. Septembris 1548.aſſeritur in precibus factum fuiſſe forum *de las competencias*, ſub beneplacito Romani Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, & inſuper narrat Papa in ea
87 fuiſſe pro parte Caroli Imperatoris, † & totius Curię dictum,& aſſertum,quod à die editionis illius fori, vſq; in diem confirmationis,quę facta fuit anno 1548. fuit obſeruatus forus ille,ſub ſpe tamẽ dictæ confirmationis,id circo confirmat dictũ forum,& omnia facta, dummodo recurſus ad Apoſtolicam Sedem minimè im-
88 pediatur,& cum confeſsio † facta in precibus probet contra confitentem,& pro ducentem, l. cum precum, & ibi Bald. & Salicet.C.de liberal.cauſſa.Dec.conſ. 534.num.4. per l.2. C. de inſtitut. & ſub ſtitu. Oldra. conſ. 292. Cuman.37. Abb. in cap. examinata, tertio notabili in fin. de iudic.Menoch.de pręſump.lib.2.præſump.13. Baptiſta Coſta. de factis ſciẽtia, & ignorantia diſt. 16. centur.1. vbi bene remanebit probatum alio non educto, quod forus iſte fuit factus ſub ſpe confirmationis obtinendę à Sede Apoſtolica, & ſub beneplacito eiuſdẽ Sedis. Ex quo
89 ſubſequitur,quod forus,† & cõſuetudo, ſine confirmatione non ſubſiſtunt.nam ſi de ſe valerent, non eſſet neceſſaria confirmatio Papæ, nec eius beneplacitum, illa enim ſolet adhiberi per ſuperiorem, quando actus à ſe pendet, & eius authoritatem requirit:Bald.& alij in cap.veniẽtes de iur.iur. Alex.33. in fin.lib.5. Bald. 422.Gozadin.conſ.101.nu.15.& ita in materia ſtatutorum, ſi agatur de tollenda appellatione ad dominum Regem, eius confirmatio requiritur alias cum ſtatutũ teneat,non poſtulatur,diximus latiſſ mè in deciſ. 93. 1.to.& ita Bardax. conuictus hoc argumento dicit,quod ſecũdum communem reputationẽ neceſſaria erat confirmatio, ex quo vſus cõmunis dicti fori ſub ſpe dictæ confirmationis fuit admiſſus,maximè attenta clauſula reſeruationis, ibi, *dummodo recurſus ad Apoſtolicam Se-*
90 *dem minime impediatur*,quæ clauſula † conſeruat ius eo modo, & ſtatu, in quo eſt tempore reſeruationis:Cephal.conſ.370. Decian.conſ.10.num.23.1.volum. Caſſiador.deciſ.2. de reſerua. Bertazol.conſ.1. n.98.in ciuilibus, Bart.in l.ſi quis legauerit.ff.de legat.1.Bertrand.conſ.272. nu.5. 6.& 7.vol.1. prima impreſsione, Beroius conſ.140.nu.42. in 2.volum. ſed ſecluſſo illo foro in viam iuris certiſsimum erat, quod forus tale quid ſtatuere non poterat,ergo dicendum eſt in vim dictæ clauſulæ idem ius remanſiſſe illęſum in vim dictæ confirmationis.

Quarto facit non modicum pro hac opinione, quia cum approbatio huius præſcriptionis, & fori,eiuſq; validitas pẽ
91 deat à ſola † Roma. Pontificis voluntate adeo, quod nullus prælatus quacumque dignitate fulgens,confirmare illa poſsit, vt expræſſe tenuit Abb. in cap. Eccleſiã Sanctæ Mariæ, num.5.de conſtitu.dicẽs, per hoc eſſe reſeruatum ſoli Rom. Pontifici,vt ipſe ſolus,& non alius poſsit ſtatuta laycorum, & conſuetudines illorum circa perſonas, & res Eccleſiaſticas approbare ea ratione, quia nullus pręlatus etiam maior poteſt comitere laycis negotia Eccleſiaſtica., vt ipſorum diſcretione agãtur.cap.2.de Iud. Rom.conſil. 266.Papa autem ſolus hoc poteſt, cap.verum de foro comp.cap.ſolitę de maio.& obed.cap.Romana.§.debet de appell.in
92 6. Vnde ſolus Papa † poteſt dare layco poteſtatem excommunicãdi: gloſ. in Can. verum 32.diſt.& alia ſpiritualia concedere;gloſa in Can.Adrianus 63.diſt.gloſa in cap.Imperium.10.diſt. Abb.in cap.cauſã, col.1.de reſcrip.Ioannes Andr.ad ſpeculum,tit.de legato.§.nũc tractemus verſ. ſed nunquid, Innoc.in cap.quod ſicut de elect.

elect. Anton. in cap. nobis de iure patrona. Ancharra. in Clem. per literas de præbend. sicut & causam criminalem Clerici layco conmitere potest, Can. Mẽnam. 2. quæst. 5. Abb. cons. 25. & infra latius, & ista ratione ductus idem sequitur Deci⁹ in cap. Ecclesia Sanctę Mariæ. num. 16. de constitutio. dicẽs esse de reseruatis Papę approbare statuta laycorum, quod alius inferior prælatus efficere nõ potest, licet Decius impugnet rationem Abbat. vt ibi, & confirmando talia statuta, facit ea sua Rom. Pontif. Bald. in l. ex placito. C. de rerũ permut. Immol. in l. ex facto de vulg. Roman. cons. 218. Doctores in l. omnium. C. de testamentis. Quod adeo ve-
93 rũ est, quod † debeat ista cõfirmatio (per quam actus nullus confirmatur) fieri ex certa scientia, Innoc. in cap. 1. de transactio. verbo infirmitatis, Bart. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. Ecclesijs, & in l. si constat de appell. Alexan. cons. 59. col. 5. in t. Decius vbi supra. Ratio est, quia in dubio Papa confirmãdo non videtur cõfirmare statuta, quæ sunt contra libertatem Ecclesię, notabiliter Bald. in l. omnes populi. colu. 5. vers. sed nunquid Papa, de iust. & iur. & in cap. venientes. col.
94 3. de iure iurand. & qui iurat † seruare statuta, non tenetur seruare illa, quæ sunt contra libertatem Ecclesię, Bald. in l. obseruare. §. proficisci. quęst. 27. de officio proconf. & leg. prosequitur Decius vbi sup. Ex qua ratione infertur ad inutilem arguendi modum, quo aliqui vtuntur iustificantes foros. & statuta Regni per assistentiam Brachij Ecclesiastici in Curijs generalibus, nam cum assistentes Ecclesiastici non possint approbare foros contra libertatem Ecclesiasticam, sed solus Papa possit, in puncto Baldus in l. aduersus. C. si aduersus rem iudic. Gozadinus, consil. 101. numer. 15. & 27. inferior enim non obligat superiorem. cap. cum inferior. de maiorit. & obed. inde sequitur, quod nisi per solum Papam approbatio fororum in rebus Ecclesiasticis fieri non potest, ita tenet Bardaxi. vbi supra. num. 7. dicens, solum Papam potuisse cõfirmare, non Brachium Ecclesiasticum. Sed quia communiter ad iustificanda similia statuta adduci solet per statuentes vulgaris quędam ratio, qua nituntur iustificare sua statuta, conseruatio scilicet boni publici, & vtilitatis reipublicę, quia scilicet, si fori competentiarum non subsisterent, & ab eis appellari posset ad Papam, multa damna inde sequerentur in perniciem publicæ pacis, negotiorum, ac tranquilitatis reipublicę. Nam forma
95 ta † competentia, capto existente in carceribus (vt sic cum Reg. aud. fieri oportet ex consuetudine) & obtinente immunitate, posset appellari per partem succũbentem, & cum durante causa appellatorũ nihil innouari opporteat remaneret in carceribus captus cum pręiudicio suę libertatis, & immunitatis Ecclesiæ, & è conuerso capto subcumbente in competentia, declarata in fauorem iurisdictionis secularis, si captus appellaret, nõ posset contra eum exequi sententia criminalis, vel ciuilis, si competentia esset ciuilis, ex quo infinita damna resultarent bono regimini, & administrationi iustitię, vnde rationabile, & iustissimum fuit institutũ fori, & consuetudinis, vt nec appellatio detur à tali sententia, & quod Secularis etiam cognoscat de causa competentię, vt sic cum maiori cognitione ea excutiatur, sicut per similia ad hunc finem considerant Signorol. consil. 21. Barbat. cons. 30. Bald. in cap. Clerici, de iudi. quia igitur sic solent statuentes sua statuta iustificare, est sciendum, quod ad substantiam legis & statuti, duo requirũ-
96 tur. † Primo finis boni cõmunis, hoc est iusta, & rationabilis causa ferendę legis, & statuti, Can. erit autem lex. 4. d. Rebuf. tom. 1. pag. 14. num. 61. qui refert in eidẽ S. Thom. sequitur Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 81. & 86. vbi Decius. num. 53. de constitu. Secundo requiritur potestas, & authoritas statuẽdi, Doctores supradicti; adeo quod vnum non sufficiat, nisi ipsa duo concurrant, vere, alias factum statutum communiter reprobatur à DD. in d. cap. Ecclesia Sanctæ. Mariæ

Mariæ, Hosti. in cap. cum laycis. nu. 10. vers. nec obstat, de rebus Ecclesię non ali. & semper ab initio mundi causa iustifica tium statuti condendi non desiit, & hoc non obstante semper Rom. Pontifices, Imperatores, & Reges à similibus statutis dederunt Clericis exemptiones, vt considerat Alben. cons. 8. num. 12. & ad hoc fuit conditus tex. in cap. aduersus de immun. Eccles. Abb. cons. 3. num. 1. sed quia hæc materia latius traditur à pluribus, non extendo: vide Alder. conclu. 1. num. 7. Ex quibus sequitur, quod nec sub hoc colore posit sustineri forus, & consuetudo Regni, & secundum superiora fuit iudicatum in fauorem huius opinionis, in processu actitato coram Nuntio contra Ioan. Baptista Spinola, nam fuit admissa eius appellatio ab ipso Nuntio, & prosequta coram Nicolao Benigno delegato ipsius nuntij in ea causa.

Sed his non obstantibus, re maturius cōsiderata, cōtrariū videtur dicēdū, prout sēper fuit iudicatū in Regno, idq. absq. violatione iurium, & fundamentorum, quibus iurisdictio Ecclesiastica adiuuatur, illa enim fundamenta eludi nec eneruari posse videntur, sed fundabitur hęc opinio authoritate, & priuilegijs Sedis Apostolicę, tam pręsumptis quam expresis, & sic citra authoritatē, & approbationem Romani Pōtificis nihil in Regno queritur, sed cum ea contendimus iurisdictionem secularem defendere, & tueri.

Et primo agēdo de priuilegio presumpto aduertendum est, quod licet consuetudo vetustisima, & quantumcumquè
97 immemorialis non prosit † laycis ad pręscribendum iura, quorum ipsi incapaces sunt, qualis est exemptio clericorum, iuxta tex. in cap. Clerici de iudicijs, quę opinio cōmunis est, & ab omnibus recepta, vt apparet ex allegatis per Antoniū Gabrielem de pręscriptionibus concl. 1. nu. 36. vbi infiniti. Pacianus. cons. fin. tom. 1. num. 128. Felin. in cap. causam. num. 2. de præscriptionibus, vt supra diximus, latius Benedict. in cap. Raynutius, verbo & vxorem. num 169. vers. & plura alia, cū alijs supra allegatis, hoc tamē limitatur,
98 † vt non procedat, quādo cum immemoriali concurreret rumor, & fama priuilegij, tunc enim habet eandem vim, quam priuilegium Papale, ità tenent Felin. in cap. causam. num. 3. de pręscriptionibus, dicens, quod tunc propter difficultatem probandi rem adeo antiquam, nè pereat ius partis, pręsumitur pro priuilegio, itaque secundum eum solum tempus non
99 hoc inducit, sed præsumptio priuilegij † probata dinturnitate famæ: Bald. & Cardinal. in cap. cum Apostolica. 9. col. vers. nec obstat prædictis. Cardinalis in dicto cap. causam. Dominic. in cap. 1. §. sanè de decimis in 6. Ioan. Andreas in regul. qui contra, in fin. in mercurialibus, vbi quod licet nullo tēpore posit induci vnio Ecclesiarum, tamen si diu fuerunt vnitę, est probata vnio pręsumptiuè; Oldrad. cons. 296. Ancharran. cons. 157. Felin. in cap. cū contingat. num. 4. vers. si tamen, de foro
100 competenti, vbi concurrente † fama priuilegij cum immemoriali præsumeretur pro priuilegio, & sufficeret, allegat Benedict. vbi supra, dicens, quod immemorialis iuncta cùm fama priuilegij operatur priuilegium habilitationis incapacium, quia secundum tex. in cap. illa. 12. distin. quod raridiu seruata concessa videntur, & glos. penult. in fin. in cap. ex parte de censibus, vbi quod ex tempore vetusto præsumitur aliquid fuisse institutum, & ad nos à maioribus peruenisse. Eandem conclusionem sequitur Decian. tract. crimi. lib. 4. cap. 9. num. 15. & 64. vbi allegat Zabar. Gemi. & alios, Abb. in d. cap. cum Apostolica, Alex. cons. 50. vers. accedat ad hoc, vol. 4. Nos de Inhibitionibus. c. 8. §. 3. num. 163. nouissime Pacian. vbi supra. num. 120. dicens: quod vbi concurrit im-
101 memorialis cum fama † priuilegij, idem iudicandum est, quod de expresso priuilegio; ita Puteus. decis. 365. lib. 1. Aufrerius regul. 1. nu. 20. vers. 12. fallit, de potestate Seculari, dicens: quod licet Princeps, ex solo cursu immemorialis non posit præscribere immemorialia, vt incapax potest

test tamen, quando cum immemoriali concurrit fama priuilegij, quia præsumitur pro priuilegio, ne propter difficultatem probationis pereat ius partis, ita Rota. decis. 215. nouissimorum, dicens verius & receptius esse, quod probetur fama priuilegij, saltim non restricta ad certū, & limitatum tempus, sed vaga, & incerta; Ripa. in cap. 2. num. penultimo, ad fin. de Iudic. licet in hoc alij aliter teneant. Vnde concurrente fama in Regno, quod fori, & consuetudo competentiarum habeant fundamentum in concessionibus Ecclesiæ Romanę, (vt apud practicos circūfertur) resultabit inde iustissime, hūc modum formandi, & decidendi competentias super iurisdictione ab immemorali tempore introductum, & obseruatū esse in Regno.

Secundo, quando fama priuilegij non concurreret cum immemoriali, sed probaretur loco famæ, Principē habere alia
102 † maiora, vel similia priuilegia à Sede Apostolica, tunc concurrente immemoriali rei, de qua agitur, cum alijs maioribus, vel similibus priuilegijs, præsumendum est, consuetudinem illam esse legitimo initio introductā; ita Benedict. vbi supra. num. 117. vers. ex quibus resultat, dicens: non mirum, quod Rex Francorum cognoscat inter Clericos bona temporalia possidentes, in petitorio, & de actionibus realibus, & mixtis, secundum suam consuetudinem vetustissimam, attento, quod habeat à Sede Apostolica authoritatem intromittendi se in electionibus dignitatum Pontificalium electiuarum, maxime attenta inueterata tollerantia Ecclesiæ, idem sequitur Pacian. vbi supra, num. 125. Vnde cum Rex Ara-
103 gonum † habeat maiora, & similia priuilegia in Regno, à Sede Apostolica concessa, vt de Regno Hispaniæ testatur Pacian. vbi supra. num. 137. Potest namque Rex Aragonum Episcopis mortuis dare successores, licet confirmandos á Roma. Pontif. ex eius priuilegio. cap. cum lōge 63. dist. & habetur in Concil. Toletan. 12. cap. 6. late Couar. in reg. possessor. 2. par. §. 10. num. 6. vers. & alia similia habet, cōcludendum est in vim istius consuetudinis posse, & debere Iudicem laycum de competentia cognoscere, & à sententiæ in ea lata non posse appellari, cum hæc consuetudo, iuncta cum fama priuilegij, vel similibus, seu maioribus priuilegijs, habeat vim expressi priuilegij, & concessionis.

Et idem erit secundum Doctores, si cū immemoriali possessor allegaret causam, seu priuilegium, nam tunc etiam inhabilis, & incapax posset se fundare in immemoriali. Alex. cons. 50. vers. accedat ad hoc, lib. 4. Decian. tract. crimi. lib. 4. cap. 9. num. 67. Nos late de Inhibitionibus. cap. 8. §. 3. à num. 158. Corn. cons. 24. num. 19. in 4. Quia per tantum tempus præsumitur priuilegium extitisse de mēte, Alexand. cons. 6. lib. 1. Deci. cons. 85. col. 2. Aufr. in cap. 1. de offic. ordin. 1. reg. fol. 1212. Cassan. in consu. Burg. Chart. 49. num. 48. titu. *Si algun comet simple latro.* tutius tamen est famam probare priuilegij; Pacian. num. 128.

Tertio, (vt in superioribus dixi) hic nō agitur de præscriptione iurium, quorum layc⁹ est incapax, qualia sunt spiritualia, sed iurium, quorum capax est, licet incōpetens, scilicet de iure immunitatis Ec-
104 clesiarum, quę cum sit de iure humano positiuo, per Canones introducta secundum Couar. Clar. Farin. & alios supradictos, non potest laycus dici incapax, cum solum hoc respectu spiritualium procedat, & per consequens poterit ius huius cognitionis legitimè prescribi per laycum, vnde cum ab immemoriali tempore hoc fuerit practicatum cum scientia & tollerantia Sedis Apostolicę, iustissimè poterit laycus cognoscere, vna cum Iudice Ecclesiastico, & ab eius sentētia non
105 poterit appellari, immemorialis enim † hoc casu, vbi non datur incapacitas, habetur loco tituli legitimi, & cōstituti, l. hoc iure. §. ductus aquæ, vbi glos. ff. de aqua. quoti. & æsti. & habet vim priuilegij, cap. super quibusdam. §. præterea, & ibi glos. non extent, & Hostien. de verb. sig. & etiam

& etiam vim legis.l.1. §.vlti.l.in summa. ff de aqua pluuia arcenda. latè Mascard. conclu. 1220.n.43. Ant. Gabriel, vbi sup. num. 44. & num.1. vbi infiniti. Quod si dixeris requiri scientiam, & patientiam Rom.Pontificis,cum requiratur in præs-
106 criptione incorporaliũ †ex allegatis per Mascard.num.38. respõsio erit facilis primo;quod non requiritur in immemoriali,ex magis cõmuni;Mascar.num.46. Gabriel.num.59.apud quos infiniti,licet secus in non immemoriali, & quando necessaria foret in immemoriali, sufficeret
107 scientia † officialium; & procuratorum Rom.Pontif.Bart.in l.si Publicanus. §.in vectigalibus,vers.respondeo,si præscribitur.ff.de publi. Bald.consi.340.vol.5. Castro cons. 256. col. 2. Butr. in cap. fin. de caus.posses.& pro. Imola. Ias.& alij allegati per Gabr.vbi sup.num.61. Mascard. vbi sup.num.45. Crauet. de antiqui.cap. 3.num.23.cum seqq.vbi late,& bene,Garcia de nobilit.glos.7.num.7.dicens:quod licet in pręscriptione incorporalium requiratur scientia,& patientia,fallit in immemoriali, & hoc etiam limitat in iuribus pertinentibus ad Regem,nam ad pręscriptionem illorũ requiritur Regis sciẽtia, vel officialium eius, si per tales officiales illa iura administrantur, & nu.30. dicit sufficere scientiam Concilij vniuersitatis de iure,ex duplici fundamento in iuribus Regi debitis.

Ecce igitur quo modo ius hoc cognoscendi de competentia iurisdictionis fuit legitimè præscriptum,& etiam quod nõ detur appellatio a sententia competentię,vt supra dixi, & vix possunt cauillari, nec eneruari tria hęc fundamenta.

Sed dices,quod si competentia fundatur super eo, an quis Clericus sit nec ne, ad gaudendum immunitate Ecclesię, à qua fuit extractus, vel fuit capt⁹, tũc huius cognitionis erit omnino incapax lay-
108 cus,nec poterit cognoscere,quia†de Clericatu, vt de re spirituali non cognoscit, tanquam incapax. cap.si Iudex laycus in princ. de sent. excommunicationis in 6. ibi, *ad Ecclesiasticum (quia de re Ecclesiastica, & spirituali, vocato tamen Iudice Seculari, vel alio cuius interest) cognitio pertinebit.* De his enim causis spiritualibus, nec principaliter, nec incidenter se intromitit Iudex laycus. cap.tuam, de ordin. cog. cap.per venerabilem,qui filij sint legit. cap. lata cum concordantibus, secundum glos. in vers. spirituali ind.c.si Iudex laycus. Sed huic obiectioni respõdetur primo, quod iam Iudex Secularis hoc pręscripsit,vt in primis, & duabus rationibus dictum est supra pro hac parte,in alijs vero casibus, in quibus solum est incompetens,non in capax,procedunt dictæ duæ,& etiam tertia rationes, de quibus dixi supra. Secũdo responderi potest, quod ad finem re-
109 mittendi†& restituendi Clericum suo Iudici, potest Iudex laycus recipere informationem,vt videat,an debeat statim remitere, vel non,immo ad eum effectum laycus Iudex compellit Clericum, vt doceat de iure suo, alias procedere potest vlterius contra eum in causa. Barbos. in l.Titia num.29.vers.quinimo, vbi multi. dict.c.si Iudex laycus,vers.nõ sic etiã,ibi. *Tunc enim restituendus non est,quousq; fidem de titulo fecerit Clericali, cuius idem probationis onus incumbat propter præsumptionem, quæ aduersus ipsum orta est ex delatione laycalis habitus præcedenti,&c.* Et sic ad effectum remitẽdi per Secularis informationem recipere, vt videat, an debeat statim remitere, vel non,cum igitur in discursu competẽtię iurisdictionis,solũ agatur, de capiendo informationem ad cognoscendum,si sit remitendus,vel non,sequitur,quod iustisimè in viam iuris poterit Iudex laycus cognoscere de Clericatu ad eum finem. Sed hæc responsio non satisfacit,licet in se verisima sit, quapropter sciendum est,quod aliquãdo causa spiritualis est talis, quod sufficit constare de facto, vel quasi possesione iuris, nec requiritur veritas tituli,& tunc Secularis Iudex
110 † de causa facti cognoscit; ita Barbos. in l.Titia. num.28. & 30.solut.matr. Fontanell.de pact.dotalib. Claus.4.glos.13.nu. 25. Abb. in cap. cum sit. num. 17. de foro compet. Felin.num.1. Couar. de sponsalibus

bus.2.par.cap.8. §.12. num.3. & alij quos citauimus,in tract.de Inhibitionib⁹.cap. 8.§.3. num.9. & in Scholijs ad eum librũ late dicemus Deo duce, & hoc verum, etiam si in sententia facti faciat mentionem de legitimitate tituli, per modum causę incidenter, & sic cognoscit Iudex Secularis de quæst. facti in causa matrimonij,iuris iurandi,decimarum,in excõmunicatione de possessorio iuris patronatus præsentandi,elegendi,& similibus,in his enim causis spiritualibus, & Ecclesiasticis sufficit de solo facto constare, siue de quasi possessione, nec requiritur veritas tituli,Barbos.nu.28. & est factum abstractũ ab omni spiritualitate, & sic cognoscit laycus,& statutum loquens de tali facto eadem ratione valebit, Alderan. Mascard. de interpræt. statutor. concl.1. num.61. Et sic quando agitur de Clericatu ad solum finem remitendi, tunc quia sufficit quasi possessio,&factum,ideo tũc cognoscit Iudex laycus,& se informat ad eum finem, & constito de quasi possessione Clericatus per titulum,vel alias,eũ remitit(in possessorio autem Clericatus,
111 ad finẽ † cognoscendi de Clericatu,quia tunc requeritur veritas tituli,sola Ecclesia cognoscit vt statim dicam)aliquando vero causa spiritualis est talis, quod in ea non sufficit constare de facto,& quasi possessione,sed veritas,& legitimatio tituli ostendenda est: tunc Secularis non
112 cognoscit † etiam de quæstio. facti,quia quęst. facti, & quasi possessio per se nihil facit ad effectum de quo agitur,vnde frustra tractabitur per Secularẽ, argumẽto l.ad probationem.C.de probat. cap.dilecti filij,de exceptionibus,cap.fin. de causa poss.&pro.Bald.in auth.ei qui iurat.n. 23.C.de ban.autho. Iud.pos. Ias.in l.quoties. num.8.C.de Iudi. Barbos.in l.Titia. num.27.Exemplum in causa Clericatus, in qua si opponat se Clericum esse ad effectum,vt de eo solus Ecclesiasticus cognoscat,iuxta cap. Clerici de Iudic. cap.si diligenti,de foro competen. non sufficit probare coram Ecclesiastico, se esse, in quasi possessione Clericatus, sed debet probare se rite, & rectè fuisse ordinatũ, cap.legum,1.q.1.c. cum adeo, de rescrip. cap. ex literis, de transactionibus,multi enim sunt in quasi possessione Clericatus, qui tamen Clerici non sunt, nequè debent gaudere priuilegijs Clericorum, c.2.de Cleri.non ordin. ministr. Domin. Fran.& alij,in cap.si Iudex laicus,de sententen.excommun.in 6. Ratio est,quia hæc quasi possessio habet ad mixtam causam proprietatis,& sic propter hanc commixtionẽ dicitur res spiritualis: Pacian.consi. 164.num.111. Fontanel. de pact. dotalib. claus.4.glos.13.numer.38. vbi late: quod adeo verum est, vt licet laicus fuerit remissus ad Iudicem Ecclesiasticum, tanquam Clericus, quia notorie reputabatur Clericus,secundum illum tex.in cap. si Iudex laicus, nihilominus tenetur probare coram Ecclesiastico se rite ordinatum,& sic Clericum esse,DD.supradicti glos.præsumptionem, in d. cap. si Iudex laicus, sic procedit ille tex. in princ. vbi quæst. de mero facto Clericatus debet discuti corã Ecclesiastico, secundũ communẽ: Iul. Clar.§.fin. q.36.ver. regulariter,& sic Couar.vbi sup. nu. 12. & ibi alij tenent, quod laicus de nullo possessorio beneficij possit cognoscere, quia possessio beneficij sine titulo non datur, glos. in Clemen. vni. de caus.poss.& pro. Paeian.vbi sup. vers.hoc intellige,& sic loquitur Couar.quando scilicet verus titulus esset necessarius, veluti in petitorio beneficij, & possessorio adipiscendę, in quibus bene procedit eius opinio. secus autem,vbi non requiritur verus titulus, sed sufficit coloratus, quia tunc cognoscet laicus, vt in quæst. facti decimarum, & beneficij, quando scilicet ad hoc sufficit quasi possessio, iuxta Rot. decis.8.de caus.pos. & pro. in antiq. nam cognoscit laic⁹, quia licet in beneficialibus debeat constare de colore tituli,glos.fin.in Clemen.1.de caus.pos.& pro.tamen hæc cognitio diuersa est à validitate, & veritate tituli, quia licet cognoscat laicus de titulo colorato,postea debet pronunciaciari de veritate tituli, c.cum in nostris, de

de concess. præb. Nauarr. in cap. cum contingat. 1. remed. pag. 145. de rescrip. Barbos. vbi supra, num. 31. at vbi in decimis, & beneficio non sufficeret quasi possessio, sed requireretur veritas tituli (vt in Clericatu, si contendatur cum Ecclesia, vel reo, qui dicat Ecclesiam debere cognoscere) tunc laicus nõ cognosceret, nec de possessorio, vt dixi.

Modo redeũdo ad materiã (quia nimis digressi summ⁹ ꝓpter difficultatẽ materię, in qua passim multi etiã docti viri labũtur) dicim⁹, ꝙ licet ad effectũ remittẽdi statim captum possit secularis se informare, an sit Clericus, vel nõ; quia illa cognitio facti est omnino separata ab omni spiritualitate, vt dixi, ex quo post remissionem iterum, & de nouo de vero titulo docendum est coram Iudice Ecclesiastico; sicut etiam de quæstione facti aliorum spiritualium cognoscit, si sit separata ab omni spiritualitate: Barbos. vbi supra, num. 12. Secus tamen est, quando
113 † contenditur, an debeat cognoscere Ecclesiasticus tantum, & sic contenditur de Clericatu ad effectum, vt Iudex Ecclesiasticus tantum cognoscat iuxta c. Clerici de Iudi. vt agitur in dict. cap. si Iudex laicus, secundum Barbos. nu. 30. vers. sed saluando, &c. dicentem in eo tex. de tit. fuisse cognoscendum, & pronunciandum, & tunc, vt diximus, nõ sufficit probare coram Ecclesiastico esse in possessione Clericatus, sed oportet probare rite ordinatum, cap. legum 2. q. 1. vt supra dixi latius. Ex quo sequitur, quod cum de validitate tituli non possit cognoscere laicus, & in competentia iurisdictionis agatur de remissione † ad effe-
114 ctum, vt solus Ecclesiasticus cognoscat, non autem secularis, ideo non poterit de ea secularis cognoscere, vt incapax, cap. 2. de Iudi. quia de veritate tituli, & eius validitate constare debet, est enim casus hic, in quo quæstio facti, seu quasi possessio iuris sola, vbi de veritate tituli apparere debet, nõ sufficit ad effectum, de quo agitur, vnde frustra de ea agetur per secularem, c. dilecti, de except. cap. cum contingat, de offic. deleg. cap. fin. de causa possess. & propr. Barbos. numer. 28. Et licet in Domino Cancellario Iudice Ecclesiastico hoc forte non procederet, cum in eo non detur in capacitas, sed sola incompetentia, & sic posset legitime præscribere, in arbitro tamen laico secus est, quare omissa hac secunda responsione (licet in se verissima) quæ non applicatur, cum non agatur in competentia ad solum simplicem finem remittendi, sed ad aliud, recurrendum est ad alias rationes præscriptionis immemorialis cum fama priuilegij, vel maioribus, & similibus priuilegijs, quibus laicus iuste potuit hæc iura præscribere, non obstante incapacitate, & vbi illa non detur, sed sola incompetentia, tunc ordinaria, & sola immemorialis sufficere debet.

Quarto facit, nam consuetudo mix-
115 ta † procedens à tacito consensu Clericorum, & laicorum (qualis nostra est) maximam habet vim, etiam in Ecclesiasticis personis, glos. & Doctores in c. viri autem de secundis nuptijs, capit. ad nostram, vbi Butri. de probat. Abb. in cap. cum causa, 3. notab. de re iudi. Abb. in cap. cum venissent, de eo qui mittitur in possessionem, Couar. pract. quęst. cap. 31. num. 5. tunc enim Clerici ligantur, nõ enim tunc ligantur ab incompetenti vinculo iurisdictionis, cum non ex potestate laicorum, sed ex propria lege sibi ipsis imposita, astringi dicantur; & sic tunc Clerici propriæ consuetudini obediunt. Rochus de Curte, in cap. cum tanto, sectione octaua, vndecima quęstione, numero sexagesimoquinto, vbi loquens de obligando Clericos, vel Ecclesias per consuetudinem laicorum, vel populi, postquam dixit, quod non ligantur in numero quingentesimoquarto, ad ducit postea numero sexagesimoquinto hanc limitationem, vt non procedat dicta conclusio in consuetudine mixta Clericorum, & Laicorum, quia tunc ligantur propria consuetudine, non Laicorum, & sic cessat ratio communis

opinionis, fundata in defectu iurisdictionis: Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, vers. secundus casus, & ibi Antonius Geminian. & alij de constitutionibus, Imol. in cap. ad nostram per illum tex. de probat. Hostiens. in Summa, de consuetudine, §. fin. vers. sed pone, quod inter laicos, & loquuntur supradicti DD. Tiraquel. de retract. §. 1. glos. 13. num. 2. & 7. & de legibus connubial. glos. 8. num. 173. versic. ex quibus, Belluga in Speculo, rubrica. 14. de amortizationibus, §. nunc videamus, num. 37. Surd. consil. 2. num. 49. & 50. lib. 1. Garcia de nobilitate, glos. 9. numer. 35. Exemplum ponunt Doctores in consuetudine, inducta promiscue in loco, tam per Clericos, quam per laicos, & talis consuetudo dicitur valere in præiudicium Clericorum, & Ecclesiarum, ex communi omnium consensu: Bald. in capit. 3. numer. 3. de eo qui mittitur in possessionem, capit. constitutus de in integrum restitutione, capit. cum causa, vbi Abbas 3. notabil. de re iudicat. Ferret. consil. 151. lib. 2. sed sic est, quod hæc consuetudo nostra à tempore † immemo-
116 riali fuit introducta per Clericos, & laicos, & passim ea vtuntur Clerici, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & omnes Prælati, qui quotidiò formant competentiam, & in ea obtinent, ergo concludi oportet, prout de statuto simili, & sic mixto, tradunt supradicti Doctores, Bald. in cap. cum venissent, columna secunda, de eo qui mittitur in possessionem, & alij supradicti, quale est etiam nostrum statutum circa competentias, conditum in Curijs generalibus per omnes Ecclesiasticos Regni, & Seculares etiam, nisi velimus omnium conscientias damnare, quod dicere fortissimum esset.

Quinto facit, quia non absolutum est quoad omnes, quod dicatur Clerici exẽpti de iure diuino, quoad personas, & res, cum multi simul, & doctissimi viri contrarium teneant, demptis rebus verè, & propriè spiritualibus, & quod sic in alijs, veluti ciuilibus, † criminalibus,
117 & temporalibus, dicantur potius exempti de iure humano positiuo per sanctiones Ciuiles, & Canonicas, cap. at si Clerici, capit. Clerici, cap. qualiter, de Iudic. cap. 2. de foro competenti, & in Authen. vt Clerici apud proprios Episcopos, Innocen. in cap. 2. de maioritate & obedien. Couarru. practica. 31. num. 2. vers. contraria opinio, Bouadilla lib. 2. cap. 18. num. 23. Garcia de nobilitate, glos. 9. num. 8. & 12. Bald. Paul. Salicet. Fulgos. Alciat. in l. iubemus nullam, C. de sacrosanct. Eccles. & alij multi, quos retulimus in tractat. de Inhibitio. cap. 8. §. 3. num. 41. Clarus in §. fin. quæst. 36. Morla. 1. part. tit. 2. quæst. 12. Zeballos quæst. 739. numer. 2. Molin. de iust. & iure, tract. 2. disputat. 31. Mexia de taxa panis, conclus. 5. num. 55. sequitur ex hoc, quod in conflictu harum opinionum, & cum dubia res sit apud doctos viros, standum erit consuetudini † circa interpre-
118 tationem talis dubij: ita decisio Neapolitana 248. colum. 4. quia vbi agitur de interpretatione rei dubiæ, & in qua sunt variæ opiniones, statur consuetudini vicinorum, benè Crauet. consil. 258. num. 8. loquens in nostris terminis, & sic quando versamur super actu dubio de iure, an teneat, vel non, an sit peccatum, vel non, & sic an sit contra ius diuinum, tunc
119 consuetudo † id declarans valet, & excusat à peccato, Abb. in cap. venerabilis, de
120 consuetudine, est enim consuetudo † optima interpres iurium, & dubiorum, Abbas in cap. at si Clerici de iudic. Bart. in l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, de ædilit. edict. latè Corasin cap. cum tanto de consuetudine, section. 1. numer. 2. Quod procedit, etiam si opinio electa, & approbata per consuetudinem, esset de rigore iuris minus vera; Roland. consil. 58. num. 18. & 19. lib. 4. Socin. iun. consil. 83. num. 21 lib. 1. Beroius quæst. famil. 77. num. 2. Crauet. vbi sup. ex qua resolutione nascũtur plura ad propositũ nostrum
121 conducentia: primo Clericos † in temporalibus, ciuilibus, & criminalibus non esse

esse exemptos de iure diuino, ex quo de consuetudine multorum Regnorum videmus, in realibus subijci iudicio seculari, & etiam in actionibus mixtis,
122 cũ ius cognitionis in his rebus † contra eos præscribatur nuda & simplici legitima præscriptione, quod non ita esset, si essent exempti de iure diuino: nam tunc esset necessaria cum immemoriali fama priuilegij, similiavè maiora, vel expressum priuilegium, vt supradixi, & hoc supposito benè sequitur, iustissimè fuisse hoc ius præscriptum in Regno simplici immemoriali.

Secundo ex eadem regula infertur, secundum aliquos, quod cum sint diuersæ opiniones circa hoc, quis debeat esse
123 Iudex in competentia † iurisdictionis inter iudicem Ecclesiasticum. & secularem, aliquibus dicentibus, quod solus Ecclesiasticus Iudex cognoscit de hac competentia, & solus determinat, an sit gaudendum immunitate, vt in cap. si Iudex laicus, de sententia excommunicationis in 6. Couar. in pract. 33. num. 1. Remigi. in tract. de immunitat. quæst. 2. Gutierrez lib. 3. practic. q. 1. nu. 5. Azebedo in l. 3. tit. 2. num. 10. lib. 2. nouæ recopilatio, alijs dicentibus, quod ex quo immunitas est de iure positiuo Romanorum Pontificum, & Regũ, cognoscet Iudex secularis, qui captum, & extractum ab Ecclesiá detinet, an sit restituendus Ecclesiæ, vel nõ, in qua opinione subscribunt Farinac. tit. de carcerib. & carcerat. q. 28. num. 76. in fin. Vulpelius conf. 130. num. 6. Felin. in cap. cum sit generale, col. 5. de foro competenti, & in cap. Parrochianus, prope finem, de sententia excommunicatio. alijs dicentibus, quod cognoscet Ecclesiasticus, quando delictum pro quo reus est captus, est Ecclesiasticum, cognoscet autem Iudex laicus, quando delictũ est mere seculare: Farinac. vbi sup. nu. 76. alijs autem asserentibus, quod ambo Iudices cognoscant, & in casu discordiæ eligant tertium: ita Xuarez de Paz, in prax. tom. 1. 4. par. cap. 3. §. 3. num. 8. 9. & 12. Remig. de immunitate, quæst. 2. versic. 1. declaratio, quod videtur satis conforme cum practica Regni, congerit hæc omnia Bouadilla (malè ab aliquibus relatus) in Politica, lib. 2. cap. 19. num. 40. in tanta ergo varietate opinionum, si vera est regula supradicta, potuit consuetudo, &
124 praxis † vnam alijs reiectis magis rationi conformem approbare, scilicet vt ambo Iudices cognoscant, & in casu discordiæ eligãt tertium, vt est Dominus Cancellarius, prout practicatur in Regno, sed si verum dicam, hæc proxima illatio est periculosa: tum quia istæ variæ opiniones magis sunt de consuetudinibus terrarum, quam de iure communi, vt apparet per eosdem met, Farinac. Vulpel. Bouadillam, Xuarez, & alios supradictos, & tamen supradicta regula, pro-
125 cedit, † quando dubietas opinionum est de iure, vt dicit Rochus de Curte vbi supra, num. 1. aliàs autem, non esset approbare vnam opinionem ex multis, sed ius commune corrigere: Deinde, quia supradicta regula procedit in casu dubio de iure, quia tunc consuetudo in alteram partem excusaret, & iustificaret actum; secus autem si casus esset clarus de iure, quia tunc tanto grauiora essent peccata, &c. dict. cap. cum tanto, de consuetudine: ita Curte, ibi dict. sectione 1. numer. 3. in iure autem hoc videtur clarum, per caput si Iudex laicus, de sententia excommunicatio. vt firmissime tenet Couarruuias dict. practic. 31. numer. 1. & sic ad hoc caput iustificandum, recurrendum est ad alias efficaces rationes, de quibus supra, tamen quantum ad caput interponendæ ap-
126 pellationis, vel non † à sententia arbi-
127 trorum ex necessitate iuris electorum, & etiam domini Cancellarij, benè verum est, quod dantur variæ opiniones de iure: nam licet, vt diximus in superioribus, ab his arbitris necessarijs appellari posse, tamen alij doctissimi tenent, ab his arbitris, vel Iudice medio, de iurisdictione cognoscentibus, ex necessitate iuris, & statuti eligendis, non posse appellari: Innocentius

 cap.

cap.Pastoralis,num.3.& 8. de rescript.sequitur Angelus in l.2. num.8. Fulgos.12. Iass.38. Curtius iun. 24. si quis in ius vocatus non ierit; Lanfrancus, & alij allegati per nostrum Portol. ad for. 1. competentiarum,num. 27. vbi allegat Felin. Socin. Butrium,Dominicū, & alios quā plures asserentes omnes, ab his arbitris necessariis appellari non posse: fundātur ea ratione,quod præsumēdum sit, quod ita bene vn⁹ Iudex, sicut alius iudicabit,
127 & quod ideo partis modicum † interest, cui illorum Iudicum iurisdictio adiudicetur,præsertim cum si is,cui iurisdictio applicata fuerit,malè iudicet,ab eius sententia appellari liceat, & quod prætereà videtur ex tali adiudicatione iurisdictionis modicum præiudicium parti generari posse,& sic conueniens esse à tali declaratione appellationem non admitti: quæ ratio licet ab aliquibus impugnetur eo prætextu,quod licet possit appellari à sententia illius, cui fuerit adiudicata iurisdictio in competentia,non tamen inde sequitur,non interesse multum partis, quod ille non cognoscat, quem forte suspectum habet, licet suspitionem probare non possit, quod odiosum est, cap. secundo requiris, de appellationibus: tum quia alium fauorabilem forsan habet: quidquid sit de hac ratione, illud certum est, quod in hoc capite variæ sunt de iure opiniones; in quo casu
128 potuit † practica huius Regni secure approbare opinionem sibi magis vtilem, & magis occurrentem litigijs, & per quam hæc Respublica in maiori quiete conseruetur: & facit, quia cum isti duo arbitri non sint subiecti vni superiori in temporalibus, sed vnus Regi, alter Papæ, quo casu non procedet,cap.si ab arbitris, & sub incerto esset, ad quem ap-
129 pellandum, † cum respectu Iudicis laici non possit appellari ad superiorem Ecclesiasticum: Brunolus à Sole, quæst.14. num. 2. Romanus cons. 265. sub num. 2. respectu autem arbitri Ecclesiastici, nequaquam posset appellari ad superiorē secularem; quare propter hanc incertitudinem iustius videtur appellationem non interponi, & quia per appellationē rediret res ad vnum ex Iudicibus interessatis,ob quod euitandum fuit à consuetudine introductum, vt non ipsi Iudices interessati, sed arbitri electi ab eis cognoscerent, vt ingeniosè aduertit Ludouicus Cassanate in suo eleganti discurcursu in hac materia pro Regno Aragonum facto.

Sexto facit,quia licet fateamur nos esse in materia prohibita à iure diuino, (quod non sine dubio est) tamē illud receptum est,quod sicut Princeps † potest
130 ius diuinum interpretari, & declarare, ex qua declaratione constet,ius illud ad casum aliquem non extendi ex aliqua causa publica, per tex. in cap. maiores de Baptism. cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi,optima additio ad Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum in litera E. de constitutionibus, vbi quod humana potestas potest interpretari, vel ius diuinum declarare in materia expectante ad suam iurisdictionem: Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum num.2. de constitutionibus,Roman.in singular. verbo testis,vers. quid si ciuitas, Bart. in 1. constit. Digestorum,col.5.Bald.in Authen.ad hæc, 2.colu. C. de precib. Imperator.offerend. Dec.in cap.quæ in Ecclesiarum num.13. vbi DD.omnes sequuntur,Bart.in l.omnes populi,3.quæst.principali, ff. de iust. & iur.Alber in 1.par.statu.quęst.7.Alex. cons.107.col.2. in 2. & licet loquātur per verbū limitare,illud tamē accipiunt,quasi declarare,& interpretari,sequitur Marant.in prax.4.p.dis.16.n.91.dicens; quod est vera,& cōmunis conclusio, quod ius
131 positiuū,† licet non possit in totum tollere ius diuinum, potest tamen illud limitare,distinguere,& declarare,DD.& gl. in l.fi.C.si cōtra ius,vel publi.vtilit.Bald. cons.166.in fin.in 5. capiēdo tamē verbū limitare, pro declarare,& sic interpretari, quod ius diuinū nō procedit, nec voluit arctare in tali casu (alias si nō ita sumatur, nec in totū, vel in parte potest humana potestas ius diuinū limitare, vt benè resoluit

soluit additio marginaria ad Dec. vbi supra in litera E.& melius Couarr.pract.31. num.4.dicens, quod ius diuinum, † nec
132 in vniuersum, nec in vlla sui parte tolli potest à Principe humano,& lib.3. variarum,cap.6.num.9.)sequitur Couar. dict. pract.31. num.4.& super 4.Decretal.2.p. cap.6.§.9. Roch.de Curt.in cap.cum tanto, section.1.num.8. & section. 2. num.3. id exēplificantes DD. varijs modis 1.in-
133 ferijs † inductis in honorem Dei à iure diuino; nam ex causa publicæ vtilitatis possunt in certis casibus tolli,& non seruari,veluti causa nundinarum: ita Marant. vbi supra.glos.& DD. in l.fin. C. si contr. ius,vel publi. vtil. Felin. vbi supr. Bald. consi. 166. in fin. in 5. volum. l. Prouinciarum,C.de ferijs,vbi in causa latronum insignium potest procedi etiam in die feriato ad honorem Dei,&sic quoad hunc casum limitatur ius diuinum, vel declaratur non procedere, nec voluisse arctare. Maranta vbi supra; similiter lex diuina prohibet homicidium in Decalogo,non occides, tamen aliquando tollerat homicidiū,vt tit.de Sicarijs,veluti in bānito, qui impunè occidi potest in vim statuti, alios casus similes connumerant
134 DD. vbi sup. & tales † leges valent etiā quoad forū conscientiæ,Felin.vbi sup.n. 2.& in c.1. 6.fallen.de constitut.intelligēdo tamen supradicta secundū Felin.n.16. Dec.nu.15.in d.cap.quæ in Ecclesiarum, quando lex fit in materia,quæ per ipsum ius diuinū reperitur aliquando limitata, sicut in præcepto non occidendi, quod à iure diuino est limitatum in aliquibus casibus,quia cū hæc prohibitio sit semel limitata semper erit ex causa iusta limitabilis,secus autē si statuat Princeps in materia,quæ aliàs nunquā reperitur limita-
135 ta † à iure diuino, ea ratione, quia erat omnino materia de se mala, adeò quod nulla ratione videatur posse excusari per glo.in c.literas, de restitut. spoliatorū,veluti si statueret Princeps,quod liceret contrahere matrimoniū cum matre, vel si statutum permitteret, quod liceret mulierem bannitā occidere,& cū ea adulterare,non enim valebit statutū; ex quo adulterium nūquam de iure diuino reperitur permissum,nec limitatū, ita sequuntur omnes, teste Dec. & Felin. vbi sup.non tamē oberit,si ideo non reperiatur limitatū ius diuinum, quia casus non occurrerit limitandi, nā iusta causa subsistente poterit limitari, Dec.nu.16. vt fuit limitatū in l.minime,ff.de religios. & sūpti.funer. præceptū de honorādo patrē, quando filius occidit patrē in sui defensionē, & de hac causa loquitur in c. non est,de voto,& in c.licet de ferijs:sicut igitur(reddeūdo ad materiam) potest Princeps interpretari, & declarare ex iusta causa,& publica ius diuinū, aliás à se ip-
136 so limitatū,idē erit in cōsuetudine, † nā in hoc paris est potentiæ circa declarandū ius diuinū,cū ipsa lege:Felin.vbi sup. n.2. Abb.in c.fin.in 2.col.de consuet.Rochus in c.cū tanto,sect.1.nu.8. vbi requirit causam publicā,& sect.2.n.3.cū seqq. dicēs,quod valebit talis cōsuetudo, quotiescūq; ratio naturalis,&publica causa id poscunt, & quod in hoc nō inuenit contradicentem, ex quo tunc talis causa excludit peccatū in ipsa† consuetudine,
137 & hoc maxime procedit si cōsuetudo sit immemorialis:Marant.vbi sup.nu.92. & hæc causa iusta interpretādi debet appa-
138 rere,quia in dubio nō præsumitur † contra ius diuinū: Abb.in d.c. quæ in Ecclesiarū,& ibi Dec.n.16.Innoc.in c.quanto, de consuet.& licet requiratur etiā,quod statuat Princeps in pertinētibus ad eius iurisdictionē,videlicet Princeps in tēporalib⁹, Papa in spiritualib⁹:Dec.n.17.Fel. n.17. vbi multos allegāt,in nrō tamē casu,hęc omnia requisita cōcurrūt: primo, quia ius hoc diuinū, scilicet quod Clerici nō ligentur statutis, & cōsuetudinib⁹
139 laicorū, reperitur limitatū † ab ipso met iure diuino in aliquibus casibus, veluti vt non procedat in Clericis ratione alicuius officij, vel administrationis laicalis ab eis assumptę, in quibus subiacebūt potestati,&ordinib⁹ laicorū,c.sacerdotib⁹, ne Cleri.vel Monac. Aufr.in c.1. de offi. ord.in reg.16.fall.17.n.24.& 25. Decius in

tract.criminal.lib.4.cap.9.nu.143.declarans id procedere in ciuilibus,non in criminalibus, Alderan.Mascard.de statutorum interpretatione,concl.1.nu.233. vbi refert alios casus,in quibus hæc immunitas reperitur limitata de iure, vt sic iustissimè dicendum sit; quod in casu nostro valeant cōsuetudo, & lex Regni, cū nulla maior ratio publicæ vtilitatis esse posit, quam quod causę competentiarū iurisdictionis terminentur per hunc laudabilem modū fori nostri,quem tot Romani Pontifices laudarunt, † & approba
140 runt,& per quem cōstituitur fœdus inter vtramq; iurisdictionem,propter quā etiā rationem manus Regia se intromittit ad tollendam vim, vt latissime dixi de Inhibitionibus,cap.8. Deinde constat Principem super his statuentē disponere in his, quæ ad eum spectant, scilicet in temporalibus rebus,vt iam toties dixi, licet iure positiuo fuerint exēpti Clerici in his à potestate laicali.

Vltimo secundùm aliquos facit(si antiquam originem huius Regni nascentis
141 cōsideremus)nam postquam Gothi,† & alij Septentrionales adepti fuerūt sceptrum & coronam Hispaniæ expulsis Romanis, & sub iugo obedientiæ gubernabant totam Celtiberiam, vt refert Marchilez in viatico Cathalonlæ, viatico 3. nu.24. Palac.Rubide iusta retentione Regni Nauarrę,p 6.§.4.5.& 6. Tunc Gothi Catholici celebrabāt Curias generales, quas Concilia nationalia vocabāt, in quibus pro bono regimine rerum seculariū, & Ecclesiasticarum leges ferebāt,& decreta cōstituebāt,vt in Concil. Illerdēsi, Tarracon. Tolet.& similibus; Valdes de dignit.Regū Hispaniæ,c.1.n.13.& 20. Andreas Gom.in præfat. ad ll.del fuero Iuzgo,col.2. Archiepis.D.Roderi.lib.3.hist. Hispaniæ, c. 14. refert verba sequentia: *Hic Vbitiza in Ecclesia S.Petri extra Toletum cum Episcopis & Magnatibus super ordine Regni Concilium celebrauit.* Refert latius Cassanate in d.suo respōso pro D. Petro Gago de Castro, cōtra Io.Baptis.Spinol. à pag. 15.cū seqq.successiue postea expulsis etiā Gothis ob inuasionē Africanorū, & his etiā expulsis & deuastatis per paucos illos fideles reliquias Gothorum, qui se in Perineis receperunt, cęperunt pauci illi fideles cōtinuare,& prosequi modum antiquū Gothorū circa regimen Regni, & sic tēpore, quo sine Rege fuerunt,& post
142 electū primum Regē † in Montaneis Iacæ fecerunt statuta ad vtrumq; statū Ecclesiasticū, & Seculare, celebrando ab inde Cōcilia nationalia, quas curias Reales appellamus, cum interuentu etiā Ecclesiasticorū, quod probatur ab obseruātia subsequta, & quæ hodie viget, quę de
143 clarat † idem ius fuisse à principio nascētis Regni reseruatū; Bald.in c.1. quid iuris, si post alienatio. vassal. feud. recuperet, Greg.Lop.in l.3.tit.35.vers. Algunas pasturas, parti.4. Castro.de lege penali, lib.1.c.1.pag.16. Vasqui. cōtrouersiarū illustri.lib.1.c.47. Aymon.cons.211.n.6. Ioseph.Ludo.concl.38. Bartho.Socin.cons. 111.Surd.cons.140.nu.43.in 1. concludendo, quantū attinet ad pręscriptionē, si ab initio nascentis Regni apud Catholicos
144 † Gothos,& Christianissimos Reges Suprarbi, vsq; in hodierna tēpora, in quib⁹ tot Catholici, & Christianissimi Reges, tot viri docti simul & sancti approbarūt hunc modū, cum scientia, & tollerantia tot Romanorū Pontificū, quis poterit illorum cōscientias damnare, & regimen Regni improbare? cuius serenissimi Reges signiferi Ecclesiæ Romanæ fuerunt, & sunt, & multi soliti in Romana Curia coronari, quo argumento vtitur Benedictus ad comprobationem similis consuetudinis, in capit. Raynutius, verbo, & vxorem nomine Adelasiam, decisione secunda, numero 171. & hęc sufficiant quantum attinet ad caput præscriptionis.

Hęc tamen ratio, quatenus fundatur in illis Concilijs nationalibus, & Prouincialibus, parū, aut nihil astringit, si benè sacros Canones intueamur, absit enim,
145 quod aliquo † tēpore etiam Gothorum in talibus Cōcilijs Reges, Principes, Magnates, & alij laici, quantumuis Catholici le-

ci, leges, & ordinationes, siue decreta fecerint super Ecclesiasticas personas, & earum res, & bona, id enim omnino eis interdictum fuit ab initio mundi, tam de iure diuino, quam humano, neque enim eis ius erat, sua auctoritate Sinodos conuocare particulares, nec generales, sed auctoritate † Ecclesiastica conuocari opportet, cap. nec licuit, 17. dist. vbi DD.
146 cap. 3. §. porro, dist. 3. & habetur in distin. 12. per totam, Can. multis distin. 17. Cardinal. in Clementina 1. §. quod etiam in interdictis, de sententia excõmunicatio. Bald. de scismate, colum. 15. Bald. in cap. olim, de rescrip. & licet verum sit, quod in dictis Concilijs tractabãtur etiam res seculares, & fiebãt leges, & decreta † ad bonum regimen Regni, illud tamen fie-
147 bat, & leges, & ordinationes decretabãtur etiã per Ecclesiasticos ad supplicationem Regum & Magnatum id petentium, permittebant enim Reges, & Magnates olim apud grauissimos illos patres Cõcilij tractari, & diffiniri res suas, & causas tẽporales, vt apparet ex Cõcil. Tolet. Can. 75. & hist. Roderici Toletani, lib. 2. c. 19. & Principum Regna causasquè stabiliri in Synodis, constat etiam ex Concilio Toletano, 5. Can. 1. 6. 13. & Cõcilio Toletano 4. Can. 13. vbi causæ secularium Magistratuum ad Concilia deferebãtur, vt consultis Presulibus Regius executor auctoritate Regia cõstitutus in Synodo in eos animaduertat, & erat in vsu illo seculo leges seculares à Synodis prius approbari, vt refert Baronius, tom. 6. annal. Ecclesiasti. anno. 107. de Codice Theodosiano promulgando, qui prius à Prouincialibus Episcopis, ad petitionẽ Principis fuit examinatus, imo Reges Galliæ
148 † cuidam Abbati lege sua subdebant personam Regiam, refert hæc, & alia Iacobus Valdes de dignitate Regum, cap. 1. num. 13. omnino videndus, sicut & tempore Gothorum eligebantur † Reges
149 Hispaniæ, de consilio Ricorum hominum, & etiam Episcoporum: Garcia de Expens. capit. 16. num. 17. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 2. num. 11. referens in Concilijs illius seculi causas grauissimas Regni de voluntate Regum tractari, idem resultat ex l. 2. fori iuzgo, & id omne ad petitionem Regum, & Magnatum, sed non è conuerso tractabant, & ordinabant laici res Ecclesiæ, ibi enim assistebant sine auctoritate diffiniendi, & sine iurisdictione, vt fatetur Martianus Imperator, in cap. nos ad fidem, 96. distinctione, ibi. *Nos ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam exemplo Constantini, Synodo interesse volumus.* Ita Valdes dict. capit. 1. numer. 5. de quo est elegans tex. in cap. cum longe, 63. distinctione, ibi: *Sed quod populus, aut Principes iubetur electioni interesse, non praecipitur aduocari ad electionem faciendam, sed ad consensum electioni adhibendum, Sacerdotum enim est electio, & fidelis populi est humiliter consentire.* Causas autem conuocandi Principes in Concilijs reffert Valdes vbi supra. Ex quibus videtur quam periculosa sit supradicta ratio, & sic ad alias rationes recurrendum.

Ad secundum caput deuenientes, vbi de expressa, & tacita approbatione Sedis Apostolicæ agendum est, aduerte primo, quod licet verum sit, quod tolerantia, & scientia Papæ non dispensat Principes seculares, nec censentur consuetudinem contra ius diuinũ conuali-
150 dare, † tũ quia ad hoc requiritur expressa cõfirmatio illius, vel ex certa scientia, secundum Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 16. de constitutionibus, Innocent. in cap. 1. de transactionibus, verbo infirmitatis, Bart. in l. priuilegia, C. de sacros. Eccl. & in l. si constat, de appellatio. Alex. cons. 59. col. 5. in 1. Tum quia in his, quæ fiunt à Principibus potẽtibus, præsumendũ est Papam potius dissimulare † propter euitandũ scandalum, quã factis eorũ assentire, Præpositus in c. Imperiũ, col. fin. dist. 10. Pacian. lib. 1. de probatio. c. 29. Alderan. Mascar. de interpret. statutorũ, concl. 1. nu 130. Decian. lib. 4. tract. crimin. c. 9. n. 16. quia non est præsumẽdũ
151 in dubio, † quod voluit Papa derogare exẽptioni Clericorũ à iure diuino, puniẽdi,

 absquè

absque magna, & rationabili causa, Rota decis. 10. alias 840. de consuetudine in antiquis, sed licet hæc sint vera, tamen quando ex huiusmodi tolerantia, & scientia potest colligi approbatio Romani Pontificis, tunc valeret, & haberet vim
153 priuilegij, † ita Alderan. vbi sup. nu. 130. Capra conclus. 15. nu. 29. per tex. in cap. nouit, de Iudic. & Can. illi, 17. quęstio. 1. Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Marię, nu. 5. de constitut. & ibi Decius num. 56. Barb. cons. 65. col. 11. vers. dat etiam aliam responsionem, lib. 4. loquentes omnes in terminis similibus, tunc enim omnis potestatis defectus, & impotentię cessat, & comprehendet Clericos consuetudo approbata: Bald. in l. ex placito, C. de rerũ permut. Barb. cons. 14. num. 24. volum. 2. Can. bene quidem, 96. dist. & licet Abb. in d. c. Ecclesia Sanctę Marię velit, quod interueniat expressa approbatio, tamen ne vniuersalis machina hui⁹ materię destruatur, quoties lex, & statutum est fauorabile, vt in nostro casu, vbi agimus de confirmatione statuti ad bonum publicum, quod fauorablie censetur, & debet extendi: Hieronymus Gonçal. ad reg. 8. Cancel. glos. 36. num. 32. Felin. in cap. nonnulli, num. 15. de rescrip. & talis consuetudo fuerit cognita á Rom. Pont. & ab alijs Ecclesiasticis, & ab eis practicata & approbata, tunc non solum non censetur improbatum, sed potius laudandum, tanquam in obsequium Ecclesiasticorum: in simili Alderan. Mascard. dict. concl. 1. num. 229.

Sed magis ad casum accedendo, quando in literis Apostolicis est insertus thenor alicuius rei ad literarum, tunc apparet, & resultat, quod contenta in relatione †fuerunt narrata Papæ, & quod de ea
154 fuit informatus, & tunc Papa censetur confirmare ex certa scientia: ita bene Corn. cons. 22. num. 3. lib. 3. & est glos. in cap. venerabilis, de confirm. vtil. vel inutili, & ibi Host. Ioan. Andr. & cõmuniter DD. Barth. Bri. in venerea, 49. & censetur tunc Papa validare actum, alias inualidum, dict. cap. venerabilis, & cap. 2. eo. supra.

tit. l. idem Vulpianus de excus. tutor. & sic dict. glos. & DD. in d. cap. venerabilis, dicunt, quod literę Papales †probãt rem
155 narratam, & contenta in instrumẽto, vel scriptura relata, & ita Decius in d. cap. venerabilis, numer. 6. dicit, quod regula, quæ desumitur ex Authen. si quis in aliquo documento, C. de edendo, scilicet quod non credetur Notario attestanti,
156 nisi solum de his, † quæ fecit coram se, nõ vero de alijs, & quod sic thenor instrumenti, seu alterius scripturæ insertus in aliquo instrumento non facit fidem † se-
157 cundum eum, quem sequuntur Bornig. decis. 45. nu. 12. Afflict. decis. 273. Couarr. capit. 21. procedit in omni thenore instrumenti cuiuscumq; inserto in alio instrumento, siue instrumentum, cuius thenor inseritur, sit testificatum per eũdem Notarium attestantem, siue non, nam numquã probat: DD. vbi supra, & idem etiam in thenore mandati inserto in aliquo instrumento, ex magis cõmuni opinione DD. vbi supra, totũ hoc dicit Decius vbi sup. non procedere in priuilegijs & gratijs † Principis, & materia, quę
158 dependet á voluntate mera Principis, tunc enim secũdum eum si thenor insertus reperitur in cõfirmatione, vel literis Papæ, talis relatio facit fidem, etiam non exhibito, nec edocto originali relato, gl. in dict. cap. venerabilis, glos. pen. in cap. si Romanorum, 19. dist. & in cap. Abbate de verb. sign. Abb. Innocẽt. & alij, in cap. inter dilectos, col. 7. de fide instrum. Angelus in l. si donatio, de donationibus, dicens, quod inserto thenore videtur facta
159 † confirmatio ex certa scientia, vt continetur. Specul. in tit. de instru. edi. §. nunc videndum, col. 2. Cardi. cons. 118. colu. 2. DD. in dict. cap. inter dilectos, Rom. consil. 326. quod procedit secundum Abb. in dict. cap. venerabilis, etiam si insertio esset contra ius commune, quia Papa videtur dispensare confirmando ex certa sciẽtia, & licet loquatur Decius, & illi DD. quãdo reperitur tenor insertus in aliqua confirmatione, idem est in quibuscumq; literis Principis, secũdum Corn. vbi sup.
quia

quia ius consistit in insertione totius the noris, disponẽdo aliquod propter illam insertionem,per quam præsumitur Princeps informatus, & habet vim clausulę de certa scientia: Decius in rubr. de con firmat.vtili vel inutili,argumento,l.idẽ, Vulpianus,ff.de excus. tutor. l. quidam consulebat,ff.de re iudi. habetur in cap. 1.2.cap. venerabilis,de confirm. vtili,vel inutili. Nec obstat secundum aliquos, si dicatur,quod hęc intelliguntur quando præsentibus & legitime vocatis partib⁹
160 inseritur † thenor scripturæ, quia alias insertio non faceret fidem, nec præiudicaret parti,dict. Authen. si quis in aliquo documento,Abb.in cap.Abbate,de verborum signif. DD. Legistæ, & Canonistæ in dictis locis,Decius vbi sup.num.6. in fin. Abb.in dict. cap.venerabilis dicẽs, quod insertio thenoris debet inseri de consensu partium, vt fidem faciat.Nam ad hoc contrarium respondetur, quod illud procedit in instrumentis, quę inserũ
161 tur; secus autem in priuilegijs, & † eorũ renouatione, nam cum illa pendeant à potestate Principis attestantis, narran-
162 tis, & inserentis,creditur † tali assertioni, & faciet fidem thenor insertus, etiam quoad omnes ex illo tunc,licet fuerit inscertus partibus non vocatis:Butrio, Cardinal.Imol.post Hostiens.in dict.cap.venerabilis,de confir. vtil. vel inutil: Abb. in cap.ex parte, in 3. notabili de priuilegijs, dicens, quod quando fit renouatio
163 priuilegij † ab illo, qui potest principaliter illud concedere,citatio non requiritur,sequitur Dec. in dict. c. venerabilis, in fi. Nequè etiam superioribus obstat, si dicatur, quod hæc procedunt, quando alias probantur vera esse, quæ in insertione narrantur, tunc enim insertio operatur, quod præsumatur Papa confirmare, nam ex quo constat superiorem habuisse notitiam plenam rei insertæ,videa-
164 tur per illam insertionem † confirmasse de certa scientia:ita Dec.vbi sup.num.1. Intelligẽdo quod vera sint narrata, quia nequè clausula, † ex certa scientia, pur-
165 gat falsitatem narratorum, Rota decis.2. de confirmatione vtili, in nouis,Bald. in l.fin. colum.2.C. sententiam recind. non pos. Dec. in cap.venerabilis, & in cap.1. de confirmatio. vtil. nam ad hoc respondetur faciliter,quia hic de veritate insertionis non dubitatur,cum pro nostris sint forus,& consuetudo immemorialis.

Secundo facit pro confirmatione, & approbatione consuetudinis, quod quando actus insertus in aliquo instrumento, & omnia illius verba denotant causam finalem actus, tunc dicuntur emissa principaliter, & propter scripta Corneus cõs. 269.num.3. in fin. Crauet.de antiquitate par.1.§. propositum, num.29.in fin.verba autem prolata, † principaliter, & prop-
166 ter se non solum probant; sed etiam disponunt.l.ex hac scriptura,ff.de donationibus,& ibi late per Bart. DD. Canonistæ,in cap.cum dilectus de successionib. ab intestato,alias nulla confessio probaret, cum omnes confessiones virtualiter per verba enunciatiua fiant, tamen principaliter propter se: ita Corneus d. nu.3. vbi sup. & idem est,quando verba narra-
167 tiua & inserta sunt necessaria, † vel con ferunt ad id,de quo agitur, & super quo enunciantur; nam tunc dicuntur emissa principaliter propter se: Butrio in c. fin. de successionib. ab intestat. Alex.cõs.15. vers.& dicitur,lib.5. Et præsertim quando sunt fundamentum priuilegij, & concessionis,& super ipsis Princeps se fundat ad concedendum id, quod petitur: ita Arec. in cons.23. in 2. dubio, glos. fin. in cap.si Papa,de priuilegijs in 6. DD. in c. fin. de successionib. ab intestato: ita refert Crauet.vbi sup.num.16.Corneus vbi supra,vbi alios allegat, & in num. 4. di-
168 cit,quod verba † enunciatiua per modũ causæ prolata inducunt probationem, & dispositionem,quoad exceptionẽ dandam possessori,prout in casu nostro, vbi Regij officiales sunt in hac quasi possessione,sequitur glos.in l. emptor.§.ancilla,ff.de rei vendicatione, & in hoc omnes concordant quoad exceptionem,teste Corn.vbi sup. cum igitur in casu nostro, verba insertionis, vbi inseritur forus

rus & consuetudo Regni Aragonum, inserantur per modum causæ, & sint fundamētum concessionis, & priuilegij, & per ea moti fuerunt Romani Pontifices, Pius ad reuocandum inhibitionem cōcessam ab officiali Oscens. prout & idem fecerat Castaneus Nuncius post creatus Papa, Gregorius autem XIII. per eadem verba narratiua processit ad disponendum, & prorrogandum, & extendendum forū & consuetudinem hanc ad Iudices delegatos Regni Sardiniæ, & seu ad id de nouo concedendum, & in viridi obseruantia ibi ita practicatur, & deniq; alia verba narrata & inserta in illis Breuibus nō solum erant necessaria ad actum, qui agebatur in dictis Breuibus, cum in vno ageretur de extendendo consuetudinem, &
169 forum, quæ extensio † per necesse supponit extremum extensionis. l. sed si maneīte de præcario, in alia autem Bulla agebatur de disponendo in vim consuetudinis in re grauissima. quam dispositionem verosimiliter non fecisset Pius V. si de validitate consuetudinis, & fori dubitasset. His igitur attentis quis dubitabit de valore, & validitate consuetudinis? condēnando conscientias tot grauissimorum virorum, & onerando etiam conscientiā Pij V. si sub motiuo nullæ, & inualidæ consuetudinis inhibitionem reuocasset, iam emanatam, & concessam in fauorem cuiusdam Francisci Romeo, qui fuit furca suspensus, & hęc approbatio Romani Pontificis non debet dici tantum tacita quantum expressa, nam quod ex conse-
170 quētia verborum necessario† colligitur, expressum dicitur, & non tacitum. l. prætor ait 20. §. 1. iuncta glos. expressum, de noui oper. nunciato, & ibi Angel. notabiliter Felin. in cap. translato. num. 5. de cōstitut. Quid igitur aliud expræssius colligi potest ex eo, quod vterq; Romanus Pontifex in vim consuetudinis, & fori disponant, concedant, quam approbatio, cōfirmatio, & authorizatio dictæ consuetu-
171 dinis, & fori? deinde consensus † Romani Pontificis per diuturnitatem tēporis pręsumitur concurrente scientia, & patientia illius, & sic talis actus pręiudicialis Papæ secus alias: Crauer. de antiq. tempor. 3. par. §. vidimus in genere. num. 29. Alex. cons. 9. lib. 3. & cons. 17. vers. nec potest dici. lib. 4. decis. Neapolita. 107. idem Crauet. 3. par. §. venio. nu. 18. Ruin. cons. 151. num. 16. volum. 4. ex mente Alex. cons. 9. num. 8. lib. 3. Felin. in cap. sicut. num. 33. vers. bene fateor, de re iudicat. vbi hoc multum cōmendat, nam ex sola tempo-
172 ris antiquitate † sine aliquo adminiculo possessionis, aut alio, etiam si agatur de magno præiudicio, præsumitur licentia, consensus, & approbatio superioris, si sit antiquitas triginta annorum. Alex. in l. qui in aliena in principio, de acquir. hæred. & cons. 179. in 7. Crauet. de antiquita. 3. par. vers. venio. nu. 6. & 15. Vide Nos decis. 93. num. 47. in 1. loquitur ij omnes de solemnitate extrinseca, & maximè Roland. cons. 99. num. 23. in 2. dicens, ex diuturnitate temporis 100. annorum pręs-
173 sumi confirmationem statuti† & de præsumpta confirmatione Papę ob temporis diuturnitatem, idem testantur Aret. cōs. 30. colum. 1. Decius, consi. 159. num. 3. dicens, præsumi confirmationem Papæ ob antiquitatem temporis, neq; esse necesse, quod consensus, & confirmatio præsumpta appareat in ipsō actu, cum potuerit adhiberi, & adesse in alio actu: Rolād. latius, per hanc igitur pręscriptionem lōgissimi temporis immemorialis domin⁹. Rex, & eius officiales acquisierunt hāc cognoscēdi facultatem, & de iure potuerunt, Bellug. in specu. rub. 11. §. sunt & aliæ. num. 3. fol. 65. & §. videndum à num. 10. cum sequentibus, vbi latè, Guido decis. 138. num. 1. & cons. 110. num. 2. Ripa. in cap. decernimus. num. 73 de iudic. Iulius Clar. §. fin. q. 36. num. 22. Aufrer. de potestat. secul. regul. 1. num. 20. & regul. 2. nu. 25. Guid. decis. 1. & decis. 85. Et quod hæc
174 nostra† consuetudo possit acquiri, tradit Scap. de iur. non scripto. lib. 1. cap. 16. Neque est præsumendum Reges Christianissimos Fidei zelatores, si iniustam vidissent consuetudinem, eam tollerassent, & censuris se inuoluissent, si iusta ratio-

ne

ne nobis oculta, nec curiosse inuestiganda moniti non fuissent, cum sancti fuerint & sint, quo argumento in simili materia vsus fuit Benedictus in cap. Raynutius, verbo, & vxorem nomine Adelasiam. decis. 2. num. 171. in hæc verba: *Visso quam maximè, quod tanti, & tales, & simul omnes viri dicti, & Sancti, ita semper vixerunt in Regno, præsertim diuinus ille regum Ecclesiæ sancta Dei, suarumq; libertatum, & iurium tutor, & defensor Carolus Magnus, & Beatus Ludouicus per Ecclesiam canonizati, & inter sanctos relati, & cathalogo Sanctorum descripti.* Quibus cum non postponendi sint in Fidei,
175 ac Christianæ Ecclesię zelo Reges † Aragonum, qui semper Ecclesiam Romanã aduersus infideles tutati sunt, & sic præsumendum est, eos tali consuetudine vtẽtes, suisq; posteris relicta, nõ caruisse fundamento priuilegij ex scientia, & tolerãtia Pontificis resultantis: Humada. l. 2. tit. 13. par. 2. glos. 4. nu. 2. in fin. maximè quia fuerunt Papæ ex his Regnis, vt de Damasso I. Alexandro VI. Benedicto XIII. Calixto III. Ioãne XXII. qui talem vsum
176 sciuerũt † & sciuisse præsumũtur cũ essent ex his Regnis, & quia notabilia non præsumuntur ignorata, argumento cap. cum illorum de sententia excõmunicatio. quæ scientia antiqua, & tolerantia habet vim dispensationis: Benedictus verbo vxorẽ, num. 58. Menoch. conf. 10000. num. 68. vbi de cõmuni, quod certa scientia Papę importat dispensationem, glos. vlt. in Clementina & principalis de rescriptis, Flãminius de resignatione beneficiorũ. lib. 3. quæst. 6. num. 59. vbi, quod ex possessio
177 ne † pacifica decennali inducitur dispensatio, de qua ibi, Couar. in regul. possessor. 2. par. § 1. num. 2. quia si illi, qui possunt iura mutare, sciuerunt consuetudinem legibus contrariam, videntur authorare eam: Humada vbi supra. glos. 3. num. 1. facit pro his, quia licet nulla consuetudo, etiam immemorialis, excusset à
178 peccato mortali † agentem aliquid contra legem diuinam, vel naturalem; imo dicitur corruptela, cap. mala, cap. frustra 8. dicto cap. fin. de consuet. cum adnot. ibi, Nauar. in Commẽt. de regul. 7. prin. quæst. vers. 4. etiam quia nulla consuetu do, etiã immemorialis, potest derogare, legi diuinæ, vel naturali, & sic excussare à tali peccato mortali agentem contra il
179 las, tamen excussabitur talis agens † non propter consuetudinem, sed propter licẽtiam præsumptã ex ea, quod longe aliud est. Sicut amicus meus colligens poma in horto meo quolibet die cum mea sciẽtia, me non prohibente, & absq. expressã licentia, non excussabitur à transgressione pręcepti per consuetudinem furandi, sed excussabitur à peccato per licentiam tacitam ex ea resultantem, qua fit, ne collectio illa sit furtum, argumento. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Nauar. vbi sup. in fin. versic. ad quartum: sicut ergo hoc procedit in foro conscientię ad exclusionem peccati, ob illam tacitam licentiam resultantem à scientia, & tollerantia, videtur etiam, quod in casu nostro tutati erunt nostri Aragonenses, non solum in casu poli, sed etiam in foro fori, videtur resultasse aliqua approbatio ex tali consuetudine tam nota, & tacite approbatã per Rom. Pontifices, & licet iura reprobent omnem consuetudinem contrariã;
180 vt in casu nostro, illud non procedit † si consuetudo inducatur cũ scientia principis: Ioan. Andre. in additio ad Specul. tit. de instrumentorum editione. §. compendiose, num. 13. Humada. l. 1. tit. 13. par. 1. glos. 3. num. 2. & propter aditum hominũ in Vrbem Romanam pręsumitur Papa non ignorasse, cap. quia verosimile de pręsumptionibus, & propter frequẽtiam Legatorum in Hispania: & quãdo in hoc esset dubitatio, potuit tamen consuetudo eam opinionem eligere, vt diximus in superioribus: Abb. conf. 25. in fin. vol. 2. Sanctus Thom. 2. 2. quęst. 185. art. 7. etiam si cõmunis opinio esset contraria, Neuizan. in Silua. lib. 5. num. 64. Parladorus lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 1. §. 11. num. 4. & sententia Romani Pontificis, cum tollerantia in non prohibitis à iure naturali pro expræssa dispensatione habetur: Abb. in cap. Clericis 2. num. 4. litera c.

tera C. de vita, & honestate Clericorum: Loazes de matrimonio dubio 12. nu. 32.
181 & propter benemerita† Regum solet Papa hæc tollerare, & tacitè dispensare: Bald. in l. decernimus. C. de Sacrosan. Eccles. Ioan. Andre. ad Specul. tit. de præscriptionibus. §. restat, glos. antepenult. facit. cap. causamq; 2. qui filij sint legitim. vbi Papa tolleret consuetudinem sibi no
182 tam, eumq; Reges† Aragoniæ eripuerint Regnum à faucibus infidelium, glos. per singulos, in Cano. Adrianus 2.63. distinct. Redin. de Maiestate Princip. §. Imperatoriam Maiestatem. num. 35. Auendan. de exequend. lib. 1. cap. 1. num. 7. & licet cōmunis opinio in glos. cap. Clerici de Iudic. impugnet hanc cōsuetudinem immemorialem, quasi contra libertatē Ecclesiæ, tamen illa glos. est intelligenda secundum Curte in cap. fin. de consuetudine. fol. paruo 51. vers. 5. limita. nisi subesset rationabilis causa talis consuetudinis, tunc enim in vim immemorialis facit illa causa præsumi iustam cōsuetudinem, & sic Valesf. & Humada, in l. 3. tit. 2. p. 1. glos. 6. ante finem, verbo sublimitatur, vel saltim in tali casu, vbi sunt variæ opiniones, potuit consuetudo eligere vnam ex eis.

Vltimo, & finaliter aduerte ad notabilia verba, quæ adducit Ioan. Anania, in cap. in Ciuitate, colu. 6. in fin. de vsur. dicens: *Quod in casu dubio, an aliquid sit con-*
183 *tra ius diuinum, standum est consuetudini, †sicut enim lex positiua modificat, & interpretatur legem diuinam, vt notatur in cap. quæ in Ecclesiarum de constitu. idem potest consuetudo, & si statum, sed à tempore immemoriali fuerunt hæc tollerata Venetijs, ergo credere debent homines mo-*
184 *derni temporis eorum antiquos qui fuerunt † homines Catholici, & deuoti, vt attestantur corpora Sanctorum, qui ibi sunt, & multitudo Ecclesiarum, & Monasteriorum, & eorum magnifica ornamenta, ista impræstita non instituisse sine magna prudentia; præterea ab illo tempore citra fuerunt multi Sancti Patres, etiam Episcopi in illa Ciuitate, insuper Romani Pontifices iusti, & Sancti viri, qui consuetudines prauas locorum reprobauerunt per suas constitutiones, istam tamen consuetudinem nunquam reprobarunt, neque illam ignorarunt, non est ergo credendum eos hoc dissimulasse, si vsuram credidissent.* Hęc ille: considera modo si reperiantur de his Regnis
185 †& Corona Pontifices Maximi, qui hāc consuetudinem non ignorarunt, viri insuper Sancti, & iusti Reges, ittidem Catholici, & Fidei zelatores, Monasteria, Religiones doctissimis Theologis plenę, Archiepiscopi, & Pręlati, qui actiue, & passiuè approbarunt hanc cōsuetudinē, & secundum ista fuit semper iudicatum in Regno, vbi casus se obtulit, nam in primis in Anno 1558. enim Sebastianus de
186 Arbas se appellasset† à quanda sententia Cancellarij competentiarum, existens in Ecclesia maiori præsentis Ciuitatis, fuit inde per Gubernatorē extractus in vim Economicæ potestatis, tāquam turbator publicæ vtilitatis, & boni regiminis, & ob id punitus, nec appellationē fuit prosecutus: ita refert Portol. in for. 1. de las competentias. num. 48. & Bardax. ibidē, num. 8. vers. insuper vidi, vbi benè, dicens sic fieri posse in vim Economicæ, & Politicæ potestatis sicut potest pater carcerare filium, etiam si sit Clericus. Zinus in l. 1. C. de priuato carcere, Firmianus in verbo carceratio in loco, & eum ab Ecclesia extrahere sicut dominus seruum, idem tradit Bardax. in foro vnico de his, qui ad Eccles. confugiunt. num. 10. vers. cęteri, vbi refert eundem casum, adducens in confirmationem tradita per Remig. de immunita. limitatione 17. Couar. lib. 2. variarum. cap. fin. num. 11. Rebuf. in tract. de immunita. 5. quæst. num. 24. Vide de dicto exemplari in processu procuratoris Fiscalis contra Sebastianum de Arbas super literis monitorijs, & cōminatorijs in Curia Iustitiæ Aragon. die 10. Maij. 1558. & refert idem Portol. dict. num. 48.
187 idem postea † fuisse practicatum in eadē Curia contra personam Baronissę de la Laguna, in quorum exemplarium authoritatem allegat Portoles, in nu. 49. Cassaneum, Benedict. Auiles, & alios, & idē fuisse practicatum in alio processu refert Portol. dict. nu. 54. Nam cum Hyeronymus

mus de Muel se appellasset à quadam sententia competentiarum, & recurrendo ad curiam Domini Iustitiæ Aragonum petijsset præsidium iurisfirmæ, ne pendẽte appellatione aliquid contra eum innouaretur, fuit sibi denegata firma, & inhibitio, quam petebat in Curia Iustitię Aragonum, in processu Hyeronymi de Muel super iurisfirma, die 6. Iulij 1568. & idem postea fuit practicatum in Anno 1571. nã cum Franciscus Romeo, cõdemnatus in Regia Audientia ad mortem naturalem, formasset competentiam ad eludendam iurisdictionem Regis, & in ea succubuisset, appellauit ad Sedem Apostolicam, & in vim appellationis obtinuit cõmissionem à Nuntio Apostolico ad officialem Oscæ, qui inhibuit Regiam Audientiam, ne pendente appellatione procederet ad executionem sententiæ, & etiam petijt iurisfirmam à domino Iustitia Aragonũ, ne pendente appellatione contra ipsum aliquid innouaretur, & fuit sibi denegata dicto Anno 1571. imo Regia Audientia, non obstante inhibitione de consilio omnium consiliariorum causarum ciuilium & criminalium, habito etiam consilio cõcordi doctissimorum virorum, qui tunc in eo foro fulgebant, fecit sentẽtiam executioni tradi, ex quo dicta inhibitio non arctabat, ex quo notoriè appellatio dari non potest in tali casu, & quod plus est, idem ipse Nuntius Ioan. Baptista Castaneus Episcopus Rossanẽs. qui postea fuit Vrbanus Papa, eãdem cõmissionem, quã fecerat Episcopo Oscens. cuius virtute emanauerat inhibitio, informatus de lege Regni, & de consuetudine reuocauit, & etiã inhibitionẽ cũ omnibus inde secutis, fundans se in foro, & cõsuetudine immemoriali huius Reg[illegible], refferens de verbo ad verbum [illegible]ori, cõsuetudinem laudans. & a[illegible] dicendo: quod si sibi fuisse[illegible] [illegible]suetudo, nunquam [illegible] [illegible] cuius reuocationis te[illegible] [illegible]: non solum ipse N[illegible] fecit h[illegible] reuocationem, sed, [illegible] ipse sanctiss[illegible] præsul Pius V. similem fecit reuocatio[illegible]em de dicta cõmissione, asserens etiam, quod si sibi narrata fuisset consuetudo Regni, & forus, non concessisset literas cõmissionis, quas ab eo obtinuerant, approbans etiam, & laudans Regni consuetudinem appositissimis verbis, cuius Bullæ thenor infra inseritur, neq; etiam absq; ratione adduci potest alia Bulla, siue Breue Sanctissimi Gregorij XIII. dum ipse ad petitionẽ inuictissimi ac Christianissimi Philippi Hispaniarum Regis, concessit Regno Sardiniæ, in qua Bulla sanctissimus Præsul dicit se extendere forum Aragoniæ, qui Sardinię practicabatur inter ordinarios tantum, ad Iudices delegatos ad Vniuersitatem causarum. His abundè remanet fundata, & iustificata praxis Regni Aragonum: solum restat, vt contrarijs satisfaciamus.

Et primum non obstat, nam concedimus non valere statuta contra libertatẽ Ecclesiæ, vt notissimum est omnibus, nos autem contendimus iustificare, sicut ius-
188 tificamus † cõsuetudinem, & forum cum priuilegio expresso, vel præsumpto Sedis Apostolicę, quo posito statutum non erit contra libertatẽ Ecclesiæ, nam nulli dubium, quod Papa possit cõmittere negotia Ecclesiastica layco, & potestatem excomunicandi, & causas criminales Clericorum, & iura spiritualia, veluti beneficia conferre, decimas possidere, vt tenẽt omnes in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & ibi Abb. num. 5. & longa additio, & sic argumentum non adstringit.

Nec obstat secunda ratio, quod scilicet Clerici sunt exempti de iure diuino à potestate, & iurisdictione Seculari taliter, quod nec consuetudo immemorialis in contrarium valeat, propter incapacitatem horum iurium in persona laycorum, vt supra diximus, nam respondetur, quod
189 non satis hoc expeditum est, quod sint † de iure diuino exempti, vt in rationibus pro hac parte adductis diximus, & multi grauissimi viri tenent in ciuilibus, criminalibus, & temporalibus solum esse exẽptos de iure humano; & tunc legitima pręscriptio currit pręsertim immemoria
lis

opinionis, fundata in defectu iurisdictio
nis: Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ,
vers. secundus casus, & ibi Antonius Ge
minian. & alij de constitutionibus, Imol.
in cap. ad nostram per illum tex. de pro-
bat. Hostiens. in Summa, de consuetu-
dine, §. fin. vers. sed pone, quod inter
laicos, & loquuntur supradicti DD. Ti-
raquel. de retract. §. 1. glos. 13. num. 2. &
7. & de legibus connubial. glos. 8. num.
173. versic. ex quibus, Belluga in Specu-
lo, rubrica. 14. de amortizationibus, §.
nunc videamus, num. 37. Surd. consil. 2.
num. 49. & 50. lib. 1. Garcia de nobili-
tate, glos. 9. numer. 35. Exemplum po-
nunt Doctores in consuetudine, indu-
cta promiscue in loco, tam per Cleri-
cos, quam per laicos, & talis consuetu-
do dicitur valere in præiudicium Cle-
ricorum, & Ecclesiarum, ex communi
omnium consensu: Bald. in capit. 3. nu-
mer. 3. de eo qui mittitur in possessionem,
capit. constitutus de in integrum resti-
tutione, capit. cum causa, vbi Abbas
3. notabil. de re iudicata, Ferrer. consil.
151. lib. 2. sed sic est, quod hæc con-
116 suetudo nostra à tempore † immemo-
riali fuit introducta per Clericos, &
laicos, & passim ea vtuntur Clerici, Ar-
chiepiscopi, Episcopi, Abbates, & om-
nes Prælati, qui quotidiè formant com-
petentiam, & in ea obtinent; ergo con-
cludi oportet, prout de statuto simili,
& sic mixto, tradunt supradicti Docto-
res, Bald. in cap. cum venissent, colum-
na secunda, de eo qui mittitur in posses-
sionem, & alij supradicti, quale est etiam
nostrum statutum circa competentias,
conditum in Curijs generalibus per om-
nes Ecclesiasticos Regni, & Seculares
etiam, nisi velimus omnium conscien-
tias damnare, quod dicere fortissimum
esset.

Quinto facit, quia non absolutum est
quoad omnes, quod dicatur Clerici exē
pti de iure diuino, quoad personas, & re-
tes, cum multi simul, & doctissimi viri
contrarium teneant, demptis rebus ve-
rè, & propriè spiritualibus, & quod sic
in alijs, veluti ciuilibus, † criminalibus,
117 & temporalibus, dicantur potius exem-
pti de iure humano positiuo per san-
ctiones Ciuiles, & Canonicas, cap. at si
Clerici, capit. Clerici, cap. qualiter, de
Iudic. cap. 2. de foro competenti, & in
Authen. vt Clerici apud proprios Epis-
copos, Innocen. in cap. 2. de maioritate
& obedien. Couarru. practica. 31. num.
2. vers. contraria opinio, Bouadilla lib. 2.
cap. 18. num. 23. Garcia de nobilitate,
glos. 9. num. 8. & 12. Bald. Paul. Salicet.
Fulgos. Alciat. in l. iubemus nullam, C.
de sacrosanct. Eccles. & alij multi, quos
retulimus in tractat. de Inhibitio. cap. 8.
§. 3. num. 41. Clarus in §. fin. quæst. 36.
Morla. 1. part. tit. 2. quæst. 12. Zeballos
quæst. 739. numer. 2. Molin. de iust. &
iure, tract. 2. disputat. 31. Mexia de taxa
panis, conclus. 5. num. 55. sequitur ex hoc,
quod in conflictu harum opinionum, &
cum dubia res sit apud doctos viros, stan
dum erit consuetudini † circa interpre-
118 tationem talis dubij: ita decisio Neapo-
litana 248. colum. 4. quia vbi agitur de
interpretatione rei dubiæ, & in qua sunt
variæ opiniones, statur consuetudini vi-
cinorum, benè Crauet. cons. 258. num. 8.
loquens in nostris terminis, & sic quan-
do versamur super actu dubio de iure,
an teneat, vel non, an sit peccatum, vel
non, & sic an sit contra ius diuinum, tunc
119 consuetudo † id declarans valet, & excu
sat à peccato, Abb. in cap. venerabilis, de
120 consuetudine, est enim consuetudo † op
tima interpres iurium, & dubiorum, Ab
bas in cap. at si Clerici de iudic. Bart. in
l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem,
de ædilit. edict. latè Gozadin in cap. cum tan
to de consuetudine, section. 1. numer. 2.
Quod procedit, etiam si opinio electa, &
approbata per consuetudinem, esset de
rigore iuris minus vera; Roland. consil.
58. num. 18. & 19. lib. 4. Socin. iun. consil.
83. num. 21 lib. 2. Beroius quæst. famil. 77.
num. 2. Crauet. vbi sup. ex qua resolutio-
ne nascuntur plura ad propositū nostrum
121 conducentia: primo Clericos † in tempo
ralibus, ciuilibus, & criminalibus non
esse

esse exemptos de iure diuino, ex quo de consuetudine multorum Regnorum videmus, in realibus subijci iudicio secülari, & etiam in actionibus mixtis,
122 cũ ius cognitionis in his rebus † contra eos præscribatur nuda & simplici legitima præscriptione, quod non ita esset, si essent exempti de iure diuino: nam tunc esset necessaria cum immemoriali fama priuilegij, similiavè maiora, vel expressum priuilegium, vt supradixi, & hoc supposito benè sequitur, iustissimè fuisse hoc ius præscriptum in Regno simplici immemoriali.

Secundo ex eadem regula infertur, secundum aliquos, quod cum sint diuersæ opiniones circa hoc, quis debeat esse
123 Iudex in competentia † iurisdictionis inter iudicem Ecclesiasticum, & secularem, aliquibus dicentibus, quod solus Ecclesiasticus Iudex cognoscit de hac competentia, & solus determinat, an sit gaudendum immunitate, vt in cap. si Iudex laicus, de sententia excommunicationis in 6. Couar. in pract. 33. num. 1. Remigi. in tract. de immunitat. quæst. 2. Gutierrez lib. 3. practic. q. 1. nu. 5. Azebedo in l. 3. tit. 2. num. 10. lib. 1. nouæ recopilatio, alijs dicentibus, quod ex quo immunitas est de iure positiuo Romanorum Pontificum, & Regũ, cognoscet Iudex secularis, qui captum, & extractum ab Ecclesia detinet, an sit restituendus Ecclesiæ, vel nõ, in qua opinione subscribunt Farinac. tit. de carcerib. & carcerat. q. 28. num. 76. in fin. Vulpelius cons. 130. num. 6. Felin. in cap. cum sit generale, col. 5. de foro competenti, & in cap. Parrochianus, prope finem, de sententia excommunicatio. alijs dicentibus, quod cognoscet Ecclesiasticus, quando delictum pro quo reus est captus, est Ecclesiasticum, cognoscet autem Iudex laicus, quando delictũ est mere seculare: Farinac. vbi sup. nu. 76. alijs autem asserentibus, quod ambo Iudices cognoscant, & in casu discordiæ eligant tertium: ita Xuarez de Paz, in prax. tom. 1. 4. par. cap. 3. §. 3. num. 8. 9. & 12. Remig. de immunitate, quæst. 2. versic. 1. declaratio, quod videtur satis conforme cum practica Regni, congerit hæc omnia Bouadilla (male ab aliquibus relatus) in Politica, lib. 2. cap. 19. num. 40. in tanta ergo varietate opinionum, si vera est regula supradicta, potuit consuetudo, &
124 praxis † vnam alijs reiectis magis rationi conformem approbare, scilicet vt ambo Iudices cognoscant, & in casu discordiæ eligãt tertium, vt est Dominus Cancellarius, prout practicatur in Regno, sed si verum dicam, hæc proxima illatio est periculosa: tum quia istæ variæ opiniones magis sunt de consuetudinibus terrarum, quam de iure communi, vt apparet per eosdem met, Farinac. Vulpel. Bouadillam, Xuarez, & alios supradictos, & tamen supradicta regula, pro-
125 cedit, † quando dubietas opinionum est de iure, vt dicit Rochus de Curte vbi supra, num. 1. aliàs autem, non esset approbare vnam opinionem ex multis, sed ius commune corrigere: Deinde, quia supradicta regula procedit in casu dubio de iure, quia tunc consuetudo in alteram partem excusaret, & iustificaret actum; secus autem, si casus esset clarus de iure, quia tunc tanto grauiora essent peccata, &c. dict. cap. cum tanto, de consuetudine: ita Curte, ibi dict. sectione 1. numer. 3. in iure autem hoc videtur clarum, per caput si Iudex laicus, de sententia excommunicatio. vt firmissime tenet Couarruuias dict. practic. 31. numer. 1. & si ad hoc caput iustificandum, recurrendum est ad alias efficaces rationes, de quibus supra, tamen quantum ad caput interponendæ ap-
126 pellationis, vel non † à sententia arbi-
127 trorum ex necessitate iuris electorum, & etiam domini Cancellarij, benè verum est, quod dantur variæ opiniones de iure: nam licet, vt diximus in superioribus, ab his arbitris necessarijs appellari posse, tamen alij doctissimi tenent, ab his arbitris, vel Iudice medio, de iurisdictione cognoscentibus, ex necessitate iuris, & statuti eligendis, non posse appellari: Innocentius

 cap.

cap.Pastoralis,num.3.& 8. de rescript.sequitur Angelus in l.2. num.8. Fulgos.12. Iass.38. Curtius iun. 24. si quis in ius vocatus non ierit; Lanfrancus, & alij allegati per nostrum Portol. ad for. 1. competentiarum,num. 17. vbi allegat Felin. Socin. Butrium,Dominicũ, & alios quã plures asserentes omnes, ab his arbitris necessarijs appellari non posse: fundãtur ea ratione,quod præsumẽdum sit, quod ita bene vnus Iudex, sicut alius iudicabit,
127 & quod ideo partis modicum † interest, cui illorum Iudicum iurisdictio adiudicetur,præsertim cum si is,cui iurisdictio applicata fuerit,malè iudicet,ab eius sententia appellari liceat, & quod prætereà videtur ex tali adiudicatione iurisdictionis modicum præiudicium parti generari posse,& sic conueniens esse à tali declaratione appellationem non admitti: quæ ratio licet ab aliquibus impugnetur eo prætextu,quod licet possit appellari à sententia illius, cui fuerit adiudicata iurisdictio in competentia,non tamen inde sequitur,non interesse multum partis, quod ille non cognoscat, quem fortè suspectum habet, licet suspitionem probare non possit, quod odiosum est, cap. secundo requiris, de appellationibus: tum quia alium fauorabilem forsan habet: quidquid sit de hac ratione, illud certum est, quod in hoc capite variæ sunt de iure opiniones; in quo casu
128 potuit † practica huius Regni securè approbare opinionem sibi magis vtilem, & magis occurrentem litigijs, & per quam hæc Respublica in maiori quiete conseruetur: & facit, quia cum isti duo arbitri non sint subiecti vni superiori in temporalibus, sed vnus Regi, alter Papæ, quo casu non procedet,cap.si ab arbitris, & sub incerto esset, ad quem ap-
129 pellandum, † cum respectu Iudicis laici non possit appellari ad superiorem Ecclesiasticum: Brunolus à Sole, quæst.14. num. 2. Romanus cons. 265. sub num. 2. respectu autem arbitri Ecclesiastici, nequaquam posset appellari ad superiorẽ secularem; quare propter hanc incertitudinem iustius videtur appellationem non interponi, & quia per appellationẽ rediret res ad vnum ex Iudicibus interessatis,ob quod euitandum fuit à consuetudine introductum, vt non ipsi Iudices interessati, sed arbitri electi ab eis cognoscerent, vt ingeniosè aduertit Ludouicus Cassanate in suo eleganti discursu in hac materia pro Regno Aragonum facto.

Sexto facit,quia licet fateamur nos esse in materia prohibita à iure diuino, (quod non sine dubio est) tamẽ illud receptum est,quod sicut Princeps † potest
130 ius diuinum interpretari, & declarare, ex qua declaratione constet,ius illud ad casum aliquem non extendi ex aliqua causa publica, per tex. in cap. maiores de Baptism. cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi,optima additio ad Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum in litera E. de constitutionibus, vbi quod humana potestas potest interpretari, vel ius diuinum declarare in materia expectante ad suam iurisdictionem: Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum num.2. de constitutionibus,Roman.in singular. verbo testis,vers. quid si ciuitas, Bart. in 1. constit. Digestorum,col.5.Bald.in Authen.ad hæc, 2.colu. C. de precib. Imperator.offerend. Dec.in cap.quæ in Ecclesiarum num.13. vbi DD.omnes sequuntur,Bart.in Lo...nes populi,3.quæst. principali, ff. de inst. & iur.Alber.in 1.par.statu.quæst.7.Alex. cons.107.col.2. in 2. & licet loquãtur per verbũ limitare,illud tamẽ accipiunt,quasi declarare,& interpretari,sequitur Marant.in prax.4.p.dis.16.n.91.dicens,quod est vera,& cõmunis conclusio, quod ius
131 positiuũ,† licet non possit in totum tollere ius diuinum, potest tamen illud limitare,distinguere,& declarare,DD.& gl. in l.fi.C.si cõtra ius,vel publi.vtilit.Bald. cons.166.in fin.in 5. capiẽdo tamẽ verbũ limitare, pro declarare,& sic interpretari, quod ius diuinũ nõ procedit, nec voluit arctare in tali casu (alias si nõ ita sũmatur, nec in totũ, vel in parte potest humana potestas ius diuinũ limitare, vt benè resoluit

soluit additio marginaria ad Dec. vbi supra in litera E.& melius Couarr.pract.31. num.4.dicens, quod ius diuinum, † nec
132 in vniuersum, nec in vlla sui parte tolli potest à Principe humano,& lib.3. variarum,cap.6.num.9.)sequitur Couar. dict. pract.31.num.4.& super 4.Decretal.2.p. cap.6.§.9. Roch.de Curt.in cap.cum tanto, section.1.num.8. & section. 2. num.3. id exẽplificantes DD. varijs modis 1.in-
133 ferijs † inductis in honorem Dei à iure diuino; nam ex causa publicæ vtilitatis possunt in certis casibus tolli,& non seruari,veluti causa nundinarum: ita Marant. vbi supra,glos.& DD. in l.fin. C. si contr. ius,vel publi. vtil. Felin. vbi supr. Bald. cons. 166.in fin. in 5. volum. l. Prouinciarum,C.de ferijs,vbi in causa latronum insignium potest procedi etiam in die feriato ad honorem Dei,&sic quoad hunc casum limitatur ius diuinum, vel declaratur non procedere, nec voluisse arctare. Maranta vbi supra; similiter lex diuina prohibet homicidium in Decalogo,non occides, tamen aliquando tolleret homicidiũ,vt tit.de Sicarijs,veluti in bãnito, qui impunè occidi potest in vim statuti, alios casus similes connumerant
134 DD. vbi sup. & tales † leges valent etiã quoad forũ conscientiæ,Felin.vbi sup.n. 2.& in c.1. 6.fallen.de constitut.intelligẽdo tamen supradicta secundũ Felin.n.16. Dec.nu.15.in d.cap.quæ in Ecclesiarum, quando lex fit in materia,quæ per ipsum ius diuinũ reperitur aliquando limitata, sicut in pręcepto non occidendi, quod à iure diuino est limitatum in aliquibus casibus,quia cũ hæc prohibitio sit semel limitata semper erit ex causa iusta limitabilis,secus autẽ si statuat Princeps in materia,quæ aliàs nunquã reperitur limita
135 ta † à iure dinino, ea ratione, quia erat omnino materia de se mala, adeò quod nulla ratione videatur posse excusari per glo.in c.literas, de restitut. spoliatorũ,veluti si statueret Princeps,quod liceret contrahere matrimoniũ cum matre, vel si statutum permitteret, quod liceret mulierem bannitã occidere,& cũ ea adulterare,non enim valebit statutũ; ex quo adulterium nũquam de iure diuino reperitur permissum,nec limitatũ, ita sequuntur omnes, teste Dec. & Felin. vbi sup.non tamẽ oberit,si ideo non reperiatur limitatũ ius diuinum, quia casus non occurrerit limitandi,nã iusta causa subsistente poterit limitari,Dec.nu.16. vt fuit limitatũ in l.minime,ff.de religios. & sũpti.funer. pręceptũ de honorãdo patrẽ, quando filius occidit patrẽ in sui defensionẽ, & de hac causa loquitur in c. non est,de voto,& in c.licet de ferijs:sicut igitur(reddeũdo ad materiam) potest Princeps interpretari, & declarare ex iusta causa,& publica ius diuinũ, aliàs à se ip-
136 so limitatũ,idẽ erit in cõsuetudine, † nã in hoc paris est potentiæ circa declarandũ ius diuinũ,cũ ipsa lege:Felin.vbi sup. n.2.Abb.in c.fin.in 2.col.de consuet.Rochus in c.cũ tanto,sect.1.nu.8. vbi requirit causam publicã,& sect.2.n.3.cũ seqq. dicẽs,quod valebit talis cõsuetudo, quotiescũq; ratio naturalis,& publica causa id poscunt, & quod in hoc nõ inuenit contradicentem, ex quo tunc talis causa excludit peccatũ in ipsa† consuetudine,
137 & hoc maxime procedit si cõsuetudo sit immemorialis:Marant.vbi sup.nu.92. & hæc causa iusta interpretãdi debet appa-
138 rere,quia in dubio nõ præsumitur † contra ius diuinũ:Abb.in d.c. quæ in Ecclesiarũ,& ibi Dec.n.16.Innoc.in c.quanto, de consuet.& licet requiratur etiã,quod statuat Princeps in pertinẽtibus ad eius iurisdictionẽ,videlicet Princeps in tẽporalib⁹,Papa in spiritualib⁹:Dec.n.17.Fel. n.17. vbi multos allegãt,in nr̃o tamẽ casu,hęc omnia requisita cõcurrũt: primo, quia ius hoc diuinũ, scilicet quod Clerici nõ ligentur statutis, & cõsuetudinib⁹
139 laicorũ, reperitur limitatũ † ab ipso met iure diuino in aliquibus casibus, veluti vt non procedat in Clericis ratione alicuius officij, vel administrationis laicalis ab eis assumptę,in quibus subiacebũt potestati,&ordinib⁹ laicorũ,c.sacerdotib⁹, ne Cleri.vel Monac. Aufr.in c.1. de offi. ord.in reg.16.fall.17.n.24.& 25.Deciã.in

tract.criminal.lib.4.cap.9.nu.143.decla-
rans id procedere in ciuilibus,non in cri
minalibus, Alderan. Mascard. de statuto-
rum interpretatione, concl.1.nu. 233. vbi
refert alios casus,in quibus hæc immuni
tas reperitur limitata de iure, vt sic iu-
stissimè dicendum sit; quod in casu no-
stro valeant cõsuetudo, & lex Regni, cũ
nulla maior ratio publicæ vtilitatis esse
possit, quam quod causę competentiarũ
iurisdictionis terminentur per hunc lau-
dabilem modũ fori nostri,quem tot Ro-
140 mani Pontifices laudarunt, † & approba
runt,& per quem cõstituitur fędus inter
vtramq; iurisdictionem,propter quã etiã
rationem manus Regia se intromittit ad
tollendam vim, vt latissime dixi de Inhi
bitionibus,cap.8. Deinde constat Princi
pem super his statuentẽ disponere in his,
quæ ad eum spectant, scilicet in tempo-
ralibus rebus,vt iam toties dixi, licet iu-
re positiuo fuerint excẽpti Clerici in his
à potestate laicali.

Vltimò secundum aliquos facit(si an-
tiquam originem huius Regni nascentis
141 cõsideremus)nam postquam Gothi,† &
alij Septentrionales adepti fuerũt scep-
trum & coronam Hispaniæ expulsis Ro-
manis, & sub iugo obedientiæ guberna-
bant totam Celtiberiam, vt refert Mar-
chilez in vsatico Çathaloniæ, vsatico 3.
nu.24. Palac.Rubi.de iusta retentione Re
gni Nauarrę,p 6.§.4.5.& 6. Tunc Gothi
Catholici celebrabãt Curias generales,
quas Concilia nationalia vocabãt, in qui
bus pro bono regimine rerum seculariũ,
& Ecclesiasticarum leges ferebãt,& de-
creta cõstituebãt,vt in Concil. Illerdẽsi,
Tarracon. Tolet.& similibus; Valdes de
dignit.Regũ Hispaniæ,c.1.n.13.& 20. An
dreas Gom.in præfat. ad ll.del fuero Iuz
go,col.2. Archiepis.D.Roderi.lib.3.hist.
Hispaniæ, c.14. refert verba sequentia:
*Hic Vbitiza in Ecclesia S.Petri extra Toletum
cum Episcopis & Magnatibus super ordine Re-
gni Conciliũ celebrarũt.* Refert latius Cassa-
nate in d.suo respõso pro D. Petro Gago
de Castro,cõtra Io.Baptis.Spinol. à pag.
15.cũ seqq.successiue postea expulsis etiã
Gothis ob inuassionẽ Africanorũ, & his
etiã expulsis.& deuastatis per paucos il-
los fideles reliquias Gothorum,qui se in
Perineis receperunt, cęperunt pauci illi
fideles cõtinuare,& prosequi modum an
tiquũ Gothorũ circa regimen Regni, &
sic tẽpore,quo sine Rege fuerunt,&post
electũ primum Regẽ † in Montaneis Ia-
142 cæ fecerunt statuta ad vtrumq; statũ Ec
clesiasticũ,& Seculare,celebrando ab in
de Cõcilia nationalia, quas curias Rea-
les appellamus,cum interuentu etiã Ec-
clesiasticorũ,quod probatur ab obseruã
tia subsequta,&quæ hodie viget,quę de
143 clarat † idem ius fuisse à principio nascẽ
tis Regni reseruatũ; Bald.in c.1. quid iu-
ris,si post alienatio. vassal. feud. recupe-
ret,Greg.Lop.in l.3.tit.35.vers. Algunas
pasturas, parti.4. Castro.de lege penali,
lib.1.c.1.pag.16. Vasqui. cõtrouersiarũ il
lustri.lib.1.c.47.Aymon.cons.211.n.6.Io-
seph.Ludo.concl.38. Bartho.Socin.cons.
111.Surd.cons.140.nu.43.in 1. concluden
do,quantũ attinet ad pręscriptionẽ,si ab
initio nascentis Regni apud Catholicos
144 †Gothos,& Christianissimos Reges Su-
prarbi,vsq; in hodierna tẽpora, in quib9
tot Catholici, & Christianissimi Reges,
tot viri docti simul & sancti approbarũt
hunc modũ,cum scientia, & tollerantia
tot Romanorũ Pontificũ,quis poterit il-
lorum cõscientias damnare, & regimen
Regni improbare? cuius serenissimi Re-
ges signiferi Ecclesiæ Romanæ fue-
runt, & sunt, & multi soliti in Ro-
mana Curia coronari, quo argumento
vtitur Benedictus ad comprobationem
similis consuetudinis, in capit. Raynu-
tius, verbo, & vxorem nomine Ade-
lasiam, decisione secunda, numero 171.
& hęc sufficiant quantum attinet ad ca-
put præscriptionis.

Hęc tamen ratio, quatenus fundatur
in illis Concilijs nationalibus, & Prouin
cialibus,parũ,aut nihil astringit, si benè
sacros Canones intueamur, absit enim,
145 quod aliquo † tẽpore etiam Gothorum
in talibus Cõcilijs Reges,Principes, Ma
gnates,& alij laici,quantumuis Catholi-
ci le-

ci,leges,& ordinationes,siue decreta fe-
cerint super Ecclesiasticas personas,&
earum res, & bona,id enim omnino eis
interdictum fuit ab initio mundi,tam de
iure diuino,quam humano, nequè enim
eis ius erat, sua auctoritate Sinodos con
uocare particulares, nec generales, sed
auctoritate † Ecclesiastica conuocari
opportet,cap.nec licuit,17.dist. vbi DD.
146 cap.3.§.porro,dist.3.& habetur in distin.
12. per totam,Can. multis distin.17.Car-
dinal. in Clementina 1. §. quod etiam in
interdictis,de sententia excõmunicatio.
Bald.de scismate,colum.15. Bald. in cap.
olim,de rescrip.& licet verum sit, quod
in dictis Concilijs tractabâtur etiam res
seculares,& fiebãt leges, & decreta † ad
bonum regimen Regni, illud tamen fie-
147 bat,& leges, & ordinationes decretabã-
tur etiã per Ecclesiasticos ad supplicatio
nem Regum & Magnatum id peten-
tium,permittebant enim Reges,& Mag
nates.olim apud grauissimos illos patres
Cõcilij tractari,& diffiniri res suas,& cau
sas tẽporales,vt apparet ex Cõcil.Tolet.
Can.75.& hist.Roderici Toletani,lib.2.c.
19.& Principum Regna causasquè stabi
liri in Synodis, constat etiam ex Conci-
lio Toletano,5.Can.1.6.13.& Cõcilio To
letano 4. Can. 13. vbi causæ secularium
Magistratuum ad Concilia deferebâtur,
vt consultis Præsulibus Regius executor
auctoritate Regia cõstitutus in Synodo
in eos animaduertat,& erat in vsu illo se
culo leges seculares à Synodis prius ap-
probari,vt refert Baronius,tom.6.annal.
Ecclesiasti. anno.107. de Codice Theo-
dosiano promulgando, qui prius à Pro-
uincialibus Episcopis,ad petitionẽ Prin-
cipis fuit examinatus,imo Reges Galliç
148 † cuidam Abbati lege sua subdebant per
sonam Regiam, refert hæc, & alia Iaco-
bus Valdes de dignitate Regum, cap.
1. num.13.omnino videndus.sicut & tem
pore Gothorum eligebantur † Reges
149 Hispaniæ, de consilio Ricorum homi-
num, & etiam Episcoporum: Garcia de
Expens. capit.16. num.17. Molin.de pri-
mogen. lib. 1. cap.2. num. 11. referens in
Concilijs illius seculi causas granissi-
mas Regni de voluntate Regum tra-
ctari, idem resultat ex l.1. fori Iuzgo, &
id omne ad petitionem Regum, & Ma-
gnatum, sed non è conuersu tractabant,
& ordinabant laici res Ecclesiæ,ibi enim
assistebant sine auctoritate diffiniendi,
& sine iurisdictione, vt fatetur Martia-
nus Imperator,in cap. nos ad fidem,96.
distinctione , ibi. *Nos ad fidem confirman-
dam , non ad potentiam ostendendam exemplo
Constantini,Synodo interesse volumus.* Ita Val-
des dict. capit. 1. numer. 5. de quo est
elegans tex. in cap. cum longe , 63. di-
stinctione, ibi: *Sed quod populus , aut Prin-
ceps iubetur electioni interesse, non praecipi-
tur aduocari ad electionem faciendam , sed ad
consensum electioni adhibendum , Sacerdotum
enim est electio, & fidelis populi est humili-
ter consentire*. Causas autem conuocan-
di Principes in Concilijs reffert Valdes
vbi supra. Ex quibus videtur quam peri-
culosa sit supradicta ratio , & sic ad alias
rationes recurrendum.

Ad secundum caput deuenientes,vbi
de expressa, & tacita approbatione Se-
dis Apostolicæ agendum est, aduerte
primo, quod licet verum sit, quod tole-
rantia, & scientia Papæ non dispensat
Principes seculares, nec censentur con-
suetudinem contra ius diuinũ continuali-
150 dare,† tũ quia ad hoc requiritur expres-
sa cõfirmatio illius,vel ex certa scientia,
secundum Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ
Mariæ,nu.16.de constitutionibus, Inno-
cent. in cap.1. de transactionibus, verbo
infirmitatis,Bart.in l.priuilegia,C.de sa-
cros.Eccl.& in l.si constat, de appellatio.
Alex.cons.59.col.5.in 1.Tum quia in his,
quæ fiunt à Principibus potẽtibus, præsu
mendũ est Papam potius dissimulare †
propter euitandũ scandalum, quã factis
eorũ assentire, Præpositus in c. Imperiũ,
col.fin.dist.10. Pacian.lib.1. de probatio.
c.29. Alderan.Mascar.de interpret. statu
torũ,concl.1.nu 130. Decian. lib.4.tract.
crimin.c.9.n.16. quia non est præsumẽdũ
151 in dubio, † ꝙ voluit Papa derogare exẽ-
ptioni Clericorũ à iure diuino,puniẽdi,
C 4 absquè

absque magna, & rationabili causa, Rota decis. 10. alias 840. de consuetudine in antiquis, sed licet hæc sint vera, tamen quando ex huiusmodi tolerantia, & scientia potest colligi approbatio Romani Pontificis, tunc valeret, & haberet vim
153 priuilegij, † ita Alderan. vbi sup. nu. 130. Capra conclus. 15. nu. 29. per tex. in cap. nonit. de Iudic. & Can. illi, 17. quæstio. 1. Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 5. de constitut. & ibi Decius num. 56. Barb. cons. 65. col. 11. vers. dat etiam aliam responsionem, lib. 4. loquentes omnes in terminis similibus, tunc enim omnis potestatis defectus, & impotentiæ cessat, & comprehendet Clericos consuetudo approbata: Bald. in l. ex placito, C. de rerũ permut. Barb. cons. 14. num. 24. volum. 2: Can. bene quidem, 96. dist. & licet Abb. in d. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ velit, quod interueniat expressa approbatio, tamen ne vniuersalis machina hui⁹ materiæ destruatur, quoties lex, & statutum est fauorabile, vt in nostro casu, vbi agimus de confirmatione statuti ad bonum publicum, quod fauorabile censetur, & debet extendi: Hieronymus Gonçal. ad reg. 8. Cancel. glos. 36. num. 32. Felin. in cap. nonnulli, num. 15. de rescrip. & talis consuetudo fuerit cognita á Rom. Pont. & ab alijs Ecclesiasticis, & ab eis practicata & approbata, tunc non solum non censetur improbatum, sed potius laudandum, tanquam in obsequium Ecclesiasticorum: in simili Alderan. Mascard. dict. concl. 1. num. 229.

Sed magis ad casum accedendo, quando in literis Apostolicis est insertus thenor alicuius rei ad literarum, tunc apparet, & resultat, quod contenta in relatione
154 † fuerunt narrata Papæ, & quod de ea fuit informatus, & tunc Papa censetur confirmare ex certa scientia: ita bene Corn. cons. 22. num. 3. lib. 3. & est glos. in cap. venerabilis, de confirm. vtil. vel inutili, & ibi Host. Ioan. Andr. & cõmuniter DD. Barth. Bri. in venerea, 49. & censetur tunc Papa validare actum, alias inualidum, dict. cap. venerabilis, & cap. 2. eo. supra

tit. l. idem Vulpianus de excus. tutor. & sic dict. glos. & DD. in d. cap. venerabilis, dicunt, quod literæ Papales † probãt rem
155 narratam, & contenta in instrumẽto, vel scriptura relata, & ita Decius in d. cap. venerabilis, numer. 6. dicit, quod regula, quæ dessumitur ex Authen. si quis in aliquo documento, C. de edendo, scilicet quod non credetur Notario attestanti,
156 nisi solum de his, † quæ fecit coram se, nõ vero de alijs, & quod sic thenor instrumenti, seu alterius scripturæ insertus in aliquo instrumento non facit fidem † se-
157 cundum eum, quem sequuntur Bornig. decis. 45. nu. 12. Afflict. decis. 273. Couarr. capit. 21. procedit in omni thenore instrumenti cuiuscumq; inserto in alio instrumento, siue instrumentum, cuius thenor inseritur, sit testificatum per eũdem Notarium attestantem, siue non, nam numquã probat: DD. vbi supra, & idem etiam in thenore mandati inserto in aliquo instrumento, ex magis cõmuni opinione DD. vbi supra, totũ hoc dicit Decius vbi sup. non procedere in priuile-
158 gijs & gratijs † Principis, & materia, quæ dependet à voluntate mera Principis, tunc enim secũdum eum si thenor insertus reperitur in cõfirmatione, vel literis Papæ, talis relatio facit fidem, etiam non exhibito, nec edocto originali relato, gl. in dict. cap. venerabilis, glos. pen. in cap. si Romanorum, 19. dist. & in cap. Abbate de verb. sign. Abb. Innocẽt. & alij, in cap. inter dilectos, col. 7. de fide instrum. Angelus in l. si donatio, de donationibus, dicens, quod inserto thenore videtur facta
159 † confirmatio ex certa scientia, vt continetur. Specul. in tit. de instru. edi. §. nunc videndum, col. 2. Cardi. cons. 118. colu. 2. DD. in dict. cap. inter dilectos, Rom. consil. 316. quod procedit secundum Abb. in dict. cap. venerabilis, etiam si insertio esset contra ius commune, quia Papa videtur dispensare confirmando ex certa scientia, & licet loquatur Decius, & alij DD. quãdo reperitur thenor insertus in aliqua confirmatione, idem est in quibuscumq; literis Principis, secũdum Corn. vbi sup. quia

quia ius consistit in insertione totius thenoris, disponẽdo aliquod propter illam insertionem, per quam præsumitur Princeps informatus, & habet vim clausulę de certa scientia: Decius in rubr. de confirmat. vtili vel inutili, argumento, l. idẽ, Vulpianus, ff. de excus. tutor. l. quidam consulebat, ff. de re iudi. habetur in cap. 1. 2. cap. venerabilis, de confirm. vtili, vel inutili. Nec obstat secundum aliquos, si dicatur, quod hęc intelliguntur quando præsentibus & legitime vocatis partibus inferitur † thenor scripturæ, quia alias
160 insertio non faceret fidem, nec præiudicaret parti, dict. Authen. si quis in aliquo documento, Abb. in cap. Aboate, de verborum signif. DD. Legistæ, & Canonistæ in dictis locis, Decius vbi sup. num. 6. in fin. Abb. in dict. cap. venerabilis dicẽs, quod insertio thenoris debet inseri de consensu partium, vt fidem faciat. Nam ad hoc contrarium respondetur, quod illud procedit in instrumentis, quę inserũ
161 tur; secus autem in priuilegijs, & † eorũ renouatione, nam cum illa pendeant à potestate Principis, attestantis, narran-
162 tis, & inserentis, creditur † tali assertioni, & faciet fidem thenor insertus, etiam quoad omnes ex illo tunc, licet fuerit insertus partibus non vocatis: Butrio, Cardinal. Imol. post Hostiens. in dict. cap. venerabilis, de confir. vtil. vel inutil: Abb. in cap. ex parte, in 3. notabili de priuilegijs, dicens, quod quando fit renouatio
163 priuilegij † ab illo, qui potest principaliter illud concedere, citatio non requiritur, sequitur Dec. in dict. c. venerabilis, in fi. Neque etiam superioribus obstat, si dicatur, quod hæc procedunt, quando alias probantur vera esse, quæ in insertione narrantur, tunc enim insertio operatur, quod præsumatur Papa confirmare, nam ex quo constat superiorem habuisse notitiam plenam rei insertæ, videa-
164 tur per illam insertionem † confirmasse de certa scientia: ita Dec. vbi sup. num. 1. Intelligẽdo quod vera sint narrata; quia neque clausula, † ex certa scientia, pur-
165 gat falsitatem narratorum, Rota decis. 2. 58

de confirmatione vtili, in nouis, Bald. in l. fin. colum. 2. C. sententiam recind. non pos. Dec. in cap. venerabilis, & in cap. 1. de confirmatio. vtil. nam ad hoc respondetur faciliter, quia hic de veritate insertionis non dubitatur, cum pro nostris sint forus, & consuetudo immemorialis.

Secundo facit pro confirmatione, & approbatione consuetudinis, quod quando actus insertus in aliquo instrumento, & omnia illius verba denotant causam finalem actus, tunc dicuntur emissa principaliter, & propter se: ita Corneus cõs. 269. num. 3. in fin. Crauet. de antiquitate par. 1. §. propositum, num. 29. in fin. verba autem prolata, † principaliter, & prop-
166 ter se non solum probant; sed etiam disponunt. l. ex hac scriptura, ff. de donationibus, & ibi late per Bart. DD. Canonistæ, in cap. cum dilectus de successionib. ab intestato, alias nulla confessio probaret, cum omnes confessiones virtualiter per verba enunciatiua fiant, tamen principaliter propter se: ita Corneus d. nu. 3. vbi sup. & idem est, quando verba narra-
167 tiua, & inserta sunt necessaria, † vel conferunt ad id, de quo agitur, & super quo enunciantur; nam tunc dicuntur emissa principaliter propter se: Butrio in c. fin. de successionib. ab intestat. Alex. cõs. 15. vers. & dicitur, lib. 5. Et præsertim quando sunt fundamentum priuilegij, & concessionis, & super ipsis Princeps se fundat ad concedendum id, quod petitur: ita Aret. in cons. 23. in 2. dubio, glos. fin. in cap. si Papa, de priuilegijs in 6. DD. in c. fin. de successionib. ab intestato: ita refert Crauet. vbi sup. num. 16. Corneus vbi supra, vbi alios allegat, & in num. 4. di-
168 cit, quod verba † enunciatiua per modũ causæ prolata inducunt probationem, & dispositionem, quoad exceptionẽ dandam possessori, prout in casu nostro, vbi Regij officiales sunt in hac quasi possessione, sequitur glos. in l. emptor. §. ancilla, ff. de rei vendicatione, & in hoc omnes concordant quoad exceptionem, teste Corn. vbi sup. cum igitur in casu nostro, verba insertionis, vbi inferitur forus

rus & consuetudo Regni Aragonum, inserantur per modum causæ, & sint fundamẽtum concesśionis, & priuilegij, & per ea moti fuerunt Romani Pontifices, Pius ad reuocandum inhibitionem cõcessam ab officiali Oscens. pront & idem fecerat Castaneus Nuncius post creatus Papa, Gregorius autem XIII. per eadem verba narratiua processit ad disponendum, & prorrogandum, & extendendum forũ & consuetudinem hanc ad Iudices delegatos Regni Sardiniæ, & seu ad id de nouo concedendum, & in viridi obseruantia ibi ita practicatur, & deniq; alia verba narrata & inserta in illis Breuibus nõ solum erant necessaria ad actum, qui agebatur in dictis Breuibus, cum in vno agetur de extendendo consuetudinem, &

169 forum, quæ extensio † per necesse supponit extremum extensionis. l. sed si manente de præcario, in alia autem Bulla agebatur de disponendo in vim consuetudinis in re grauissima. quam dispositionem verosimiliter non fecisset Pius V. si de validitate consuetudinis, & fori dubitasset. His igitur attentis quis dubitabit de valore, & validitate consuetudinis? condẽnando conscientias tot grauissimorum virorum, & onerando etiam conscientiã Pij V. si sub motiuo nullæ, & inualidæ consuetudinis inhibitionem reuocasset, iam emanatam, & concessam in fauorem cuiusdam Francisci Romeo, qui fuit furca suspensus, & hęc approbatio Romani Pontificis non debet dici tantum tacita quantum expressa, nam quod ex conse-

170 quẽtia verborum necessario † colligitur, expressum dicitur, & non tacitum. l. prætor ait 20. §. 1. iuncta glos. expressum, de noui oper. nunciato, & ibi Angel. notabiliter Felin. in cap. translato. num. 5. de cõstitut. Quid igitur aliud expræssius colligi potest ex eo, quod vterq; Romanus Pontifex in vim consuetudinis, & fori disponant, concedant, quam approbatio, cõfirmatio, & authorizatio dictæ consuetu-

171 dinis, & fori? deinde consensus † Romani Pontificis per diuturnitatem tẽporis prę sumitur concurrente scientia, & pacientia illius, & sic talis actus prejudicialis Papæ secus alias: Crauet. de antiq. tempor. 3. par. §. vidimus in genere. num. 29. Alex. cons. 9. lib. 3. & cons. 17. vers. nec potest dici. lib. 4. decis. Neapolita. 107. idem Crauet. 3. par. §. venio. nu. 18. Ruin. cons. 151. num. 16. volum. 4. ex mente Alex. cons. 9. num. 8. lib. 3. Felin. in cap. sicut. num. 35. vers. bene fateor, de re iudicat. vbi hoc multum cõmendat, nam ex sola tempo-

172 ris antiquitate † sine aliquo adminiculo possesśionis, aut alio, etiam si agatur de magno præiudicio, præsumitur licentia, consensus, & approbatio superioris, si sit antiquitas triginta annorum. Alex. in l. qui in aliena in principio, de acquir. hæred. & cons. 179. in 7. Crauet. de antiquita. 3. par. vers. venio. nu. 6. & 15. Vide Nos decis. 93. num. 47. in 1. loquũtur ij omnes de solemnitate extrinseca, & maximè Roland. cons. 99. num. 23. in 2. dicens, ex diuturnitate temporis 100. annorum prę

173 sumi confirmationem statuti † & de præsumpta confirmatione Papę ob temporis diuturnitatem, idem testantur Aret. cõs. 30. colum. 1. Decius, cons. 159. num. 3. dicens, præsumi confirmationem Papæ ob antiquitatem temporis, neq; esset necesse, quod consensus, & confirmatio præsumpta appareat in ipso actu, cum potuerit adhiberi, & adesse in alio actu: Rolãdo Valle ius, per hanc igitur pręscriptionem lõgisśimi temporis immemorialis domin⁹. Rex, & eius officiales acquisierunt hãc cognoscẽdi facultatem, & de iure potuerunt, Bellug. in specu. rub. 11. §. sunt & aliq. num. 3. fol. 65. & §. videndum à num. 10. cum sequentibus, vbi latè, Guido decis. 138. num. 1. & cons. 110. num. 2. Ripa. in cap. decernimus. num. 73. de iudic. Iulius Clar. §. fin. q. 36. num. 22. Aufrer. de potestat. secul. regul. 1. num. 10. & regul. 2. nu. 25. Guid. decis. 1. & decis. 85. Et quod hæc

174 nostra † consuetudo posśit acquiri, tradit Scap. de iur. non scripto. lib. 1. cap. 16. Nequè est præsumendum Reges Christianisśimos Fidei zelatores, si iniustam vidissent consuetudinem, eam tollerassent, & censuris se inuoluissent, si iusta ratione

ne nobis oculta, nec curiosse inuestigan-
da moniti non fuissent, cum sancti fuerint
& sint, quo argumento in simili materia
vsus fuit Benedictus in cap. Raynutius,
verbo, & vxorem nomine Adelassiam.
decis. 2. num. 171. in hæc verba: *Visso quam
maximè, quod tanti, & tales, & simul omnes
viri docti, & Sancti, ita semper vixerunt in
Regno, præsertim diuinus ille regum Ecclesiæ san
ctæ Dei, suarumq; libertatum, & iurium tutor,
& defensor Carolus Magnus, & Beatus Ludo
uicus per Ecclesiam canonizati, & inter sanctos
relati, & cathalogo Sanctorum descripti.* Qui-
bus cum non postponendi sint in Fidei,
175 ac Christianæ Ecclesię zelo Reges † Ara-
gonum, qui semper Ecclesiam Romanā
aduersus infideles tutati sunt, & sic præ-
sumendum est, eos tali consuetudine vtē
tes, suisq; posteris relicta, nō caruisse fun
damento priuilegij ex scientia, & tolerā
tia Pontificis resultantis: Humada. l. 2. tit.
13. par. 2. glos. 4. nu. 2. in fin. maximè quia
fuerunt Papæ ex his Regnis, vt de Da-
masso I. Alexandro VI. Benedicto XIII.
Calixto III. Ioāne XXII. qui talem vsum
176 sciuerūt † & sciuisse presumūtur cū essent
ex his Regnis, & quia notabilia non præ-
sumuntur ignorata, argumento cap. cum
illorum de sentētia excomunicatio. quæ
scientia antiqua, & tolerantia habet vim
dispensationis: Benedictus verbo vxorē,
num. 58. Menoch. cons. 10000. num. 68.
vbi de cōmuni, quod certa scientia Papę
importat dispensationem, glos. vlt. in Cle
mentina & principalis de rescriptis, Flā-
minius de resignatione beneficiorū. lib.
3. quæst. 6. num. 59. vbi, quod ex possessio
177 ne † pacifica decennali inducitur dispen-
satio, de qua ibi, Couar. in regul. posses-
sor. 2. par. § 1. num. 2. quia si illi, qui pos-
sunt iura mutare, sciuerunt consuetudi-
nem legibus contrariam, videntur au-
thorare eam: Humada vbi supra. glos. 3.
num. 1. facit pro his, quia licet nulla con-
suetudo, etiam immemorialis, excusset à
178 peccato mortali † agentem aliquid con-
tra legem diuinam, vel naturalem, imo
dicitur corruptela, cap. mala, cap. frustra
8. dicto cap. fin. de consuet. cum adnot.
tat.

ibi, Nauar. in Commēt. de regul. 7. prin.
quæst. vers. 4. etiam quia nulla consuetu
do, etiā immemorialis, potest derogare,
legi diuinæ, vel naturali, & sic excussare
à tali peccato mortali agentem contra il
179 las, tamen excussabitur talis agens † non
propter consuetudinem, sed propter licē
tiam præsumptā ex ea, quod longe aliud
est. Sicut amicus meus colligens poma
in horto meo quolibet die cum mea sciē
tia, me non prohibente, & absq. expressā
licentia, non excussabitur à transgressio-
ne pręcepti per consuetudinem furandi,
sed excussabitur à peccato per licentiam
tacitam ex ea resultantem, qua fit, ne col
lectio illa sit furtum, argumento. l. inter
omnes. §. rectè. ff. de furt. Nauar. vbi sup.
in fin. versic. ad quartum: sicut ergo hoc
procedit in foro conscientię ad exclusio-
nem peccati, ob illam tacitam licentiam
resultantem à scientia, & tollerantia, vi-
detur etiam, quod in casu nostro tutati
erunt nostri Aragonenses, non solum in
casu poli, sed etiam in foro fori, videtur
resultasse aliqua approbatio ex tali con-
suetudine tam nota, & tacite approbata
per Rom. Pontifices, & licet iura repro-
bent omnem consuetudinem contrariā;
180 vt in casu nostro, illud non procedit † si
consuetudo inducatur cū scientia princi
pis: Ioan. Andre. in additio ad Specul. tit.
de instrumentorum editione. §. compen
diose, num. 13. Humada. l. 1. tit. 13. par. 1.
glos. 3. num. 2. & propter aditum hominū
in Vrbem Romanam pręsumitur Papa
non ignorasse, cap. quia verosimile de
pręsumptionibus, & propter frequētiam
Legatorum in Hispania: & quādo in hoc
esset dubitatio, potuit tamen consuetu-
do eam opinionem eligere, vt diximus
in superioribus: Abb. cons. 25. in fin. vol. 2.
Sanctus Thom. 2. 2. quęst. 185. art. 7. etiam
si cōmunis opinio esset contraria, Neui-
zan. in Silua. lib. 5. num. 64. Parladorus
lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 1. §. 11.
num. 4. & sententia Romani Pontificis,
cum tollerantia in non prohibitis à iure
naturali pro expræssa dispensatione ha-
betur: Abb. in cap. Clericis 2. num. 4. lite-
ra c:

tera C.de vita,& honestate Clericorum:
Loazes de matrimonio dubio 12. nu. 32.
181 & propter benemerita† Regum solet Pa
pa hæc tollerare, & tacite dispensare:
Bald.in l.decernimus.C.de Sacrosan.Ec
clesi. Ioan.Andre. ad Specul. tit. de præs-
criptionibus.§.restat,glos.antepenult. fa
cit. cap. causamq; 2. qui filij sint legitim.
vbi Papa tolleret consuetudinem sibi no
182 tam,cumq;Reges†Aragoniæ eripuerint
Regnum à faucibus infidelium, glos.per
singulos,in Cano. Adrianus 2.63.distinct.
Redin. de Maiestate Princip. §.Impera-
toriam Maiestatem. num. 35. Auendan.
de exequend.lib.1.cap.1. num.7. & licet
cōmunis opinio in glos. cap. Clerici de
Iudic.impugnet hanc cōsuetudinem im-
memorialem, quasi contra libertatē Ec-
clesiæ,tamen illa glos.est intelligenda se-
cundum Curte in cap. fin. de consuetu-
dine.fol.paruo 51.vers.5.limita.nisi subes-
set rationabilis causa talis consuetudinis,
tunc enim in vim immemorialis facit il-
la causa præsumi iustam cōsuetudinem,
& sic Valesi.& Humada, in l.3. tit.2. p.1.
glos. 6. ante finem, verbo sublimitatur,
vel saltim in tali casu,vbi sunt variæ opi-
niones,potuit consuetudo eligere vnam
ex eis.

Vltimo, & finaliter aduerte ad no-
tabilia verba,quæ adducit Ioan.Anania,
in cap.in Ciuitate, colu.6.in fin. de vsur.
dicens: *Quod in casu dubio, an aliquid sit con-*
183 *tra ius diuinum,standum est consuetudini,†sicut*
enim lex positiua modificat,& interpretatur le
gem diuinam, vt notatur in cap.quæ in Ecclesia-
rum de constitu.idem potest consuetudo, & statu
tum, sed à tempore immemoriali fuerunt hæc tol-
lerata Venetijs, ergo credere debent homines mo-
184 *derni temporis eorum antiquos qui fuerunt † ho-*
mines Catholici, & deuoti, vt attestantur cor-
pora Sanctorum,qui ibi sunt,& multitudo Eccle
siarum,& Monasteriorum,& eorum magnifica
ornamenta, ista impræstita non instituisse sine
magna prudentia; præterea ab illo tempore citra
fuerunt multi Sancti Patres, etiam Episcopi in
illa Ciuitate,insuper Romani Pontifices iusti,&
Sancti viri,qui consuetudines prauas locorum re
prouauerunt per suas constitutiones,istam tamen
consuetudinem nunquam reprobarunt,neque illā
ignorarunt,non est ergo credendum eos hoc dissi
mulasse,si vsuram credidissent. Hęc ille:con-
sidera modo si reperiantur de hisRegnis
185 †& Corona Pontifices Maximi, qui hāc
consuetudinem nonignorarunt,viri iusti
per Sancti, & iusti Reges, ittidem Ca-
tholici, & Fidei zelatores, Monasteria,
Religiones doctissimis Theologis plenę,
Archiepiscopi, & Prēlati, qui actiue, &
passiuè approbarunt hanc cōsuetudinē,
& secundum ista fuit semper iudicatum
in Regno, vbi casus se obtulit,nam in pri
mis in Anno 1558. cum Sebastianus de
186 Arbas se appellasset† à quanda sententia
Cancellarij competentiarum,existens in
Ecclesia maiori præsentis Ciuitatis, fuit
inde per Gubernatorē extractus in vim
Economicæ potestatis,tāquam turbator
publicæ vtilitatis, & boni regiminis, &
ob id punitus, nec appellationē fuit pro-
secutus: ita refert Portol. in for.1. de las
competentias.num.48.& Bardax. ibidē,
num.8.vers.insuper vidi,vbi benè,dicens
sic fieri posse in vim Economicæ, & Poli-
ticæ potestatis sicut potest pater carcera
re filium, etiam si sit Clericus. Zinus in l.
1.C.de priuato carcere, Firmianus in ver
bo carceratio in loco,& eum ab Ecclesia
extrahere, sicut dominus seruum, idem
tradit Bardax.in foro vnico de his,qui ad
Ecclesi.confugiunt. num.20. versi.cęteri,
vbi refert eundem casum, adducens in
confirmationem tradita per Remig. de
immunita. limitatione 17. Couar. lib. 2.
variarum.cap.fin.num.11.Rebuf.in tract.
de immunita. 5.quæst. num. 24. Vide de
dicto exemplari in processu procurato-
ris Fiscalis contra Sebastianum de Arbas
super literis monitorijs, & cōminatorijs
in Curia Iustitiæ Aragon. die 10. Maij.
1558.& refert idem Portol.dict. num.48.
187 idem postea † fuisse practicatum in eadē
Curia contra personam Baronissę de la
Laguna,in quorum exemplarium autho
ritatem allegat Portoles, in nu. 49. Cas-
saneum,Benedict. Auiles,& alios, & idē
fuisse practicatum in alio processu refert
Portol.dict. nu.54. Nam cum Hyerony-
mus

mus de Muel se appellasset à quadam sententia competentiarum, & recurrendo ad curiam Domini Iustitiæ Aragonum petijsset præsidium iurisfirmæ, ne pendēte appellatione aliquid contra eum innouaretur, fuit sibi denegata firma, & inhibitio, quam petebat in Curia Iustitię Aragonum, in processu Hyeronymi de Muel super iurisfirma, die 6. Iulij 1568. & idem postea fuit practicatum in Anno 1571. nā cum Franciscus Romeo, cōdemnatus in Regia Audientia ad mortem naturalem, formasset competentiam ad eludendam iurisdictionem Regis, & in ea succubuisset, appellauit ad Sedem Apostolicam, & in vim appellationis obtinuit cōmissionem à Nuntio Apostolico ad officialem Oscæ, qui inhibuit Regiam Audientiam, ne pendente appellatione procederet ad executionem sententiæ, & etiam petijt iurisfirmam à domino Iustitia Aragonū, ne pendente appellatione contra ipsum aliquid innouaretur, & fuit sibi denegata dicto Anno 1571. imo Regia Audientia, non obstante inhibitione de consilio omnium consiliariorum causarum ciuilium & criminalium, habito etiam consilio cōcordi doctissimorum virorum, qui tunc in eo foro fulgebant, fecit sententiam executioni tradi, ex quo dicta inhibitio non arctabat, ex quo notoriè appellatio dari non potest in tali casu, & quod plus est, idem ipse Nuntius Ioan. Baptista Castaneus Episcopus Rossanēs. qui postea fuit Vrbanus Papa, eādem cōmissionem, quā fecerat Episcopo Oscens. cuius virtute emanauerat inhibitio, informatus de lege Regni, & de consuetudine reuocauit, & etiā inhibitionē cū omnibus inde secutis, fundans se in foro, & cōsuetudine immemoriali huius Regni, refferens de verbo ad verbum verba fori, cōsuetudinem laudans, & approbans, dicendo: quod si sibi fuisset nota dicta consuetudo, nunquam Breue concessisset, cuius reuocationis tenor infra inferitur: & non solum ipse Nuntius fecit hanc reuocationem, sed, & ipse sanctissimus præsul Pius V. similem fecit reuocationem de dicta cō-missione, asserens etiam, quod si sibi narrata fuisset consuetudo Regni, & forus, non concessisset literas cōmissionis, quas ab eo obtinuerant, approbans etiam, & laudans Regni consuetudinem appositissimis verbis, cuius Bullæ thenor infra inseritur, neq; etiam absq; ratione adduci potest alia Bulla, siue Breue Sanctissimi Gregorij XIII. dum ipse ad petitionē inuictissimi ac Christianissimi Philippi Hispaniarum Regis, concessit Regno Sardiniæ, in qua Bulla sanctissimus Præsul dicit se extendere forum Aragoniæ, qui Sardinię practicabatur inter ordinarios tantum, ad Iudices delegatos ad Vniuersitatem causarum. His abundè remanet fundata, & iustificata praxis Regni Aragonum: solum restat, vt contrarijs satisfaciamus.

Et primum non obstat, nam concedimus non valere statuta contra libertatē Ecclesiæ, vt notissimum est omnibus, nos autem contendimus iustificare, sicut ius-
188 tificamus † cōsuetudinem, & forum cum priuilegio expresso, vel præsumpto Sedis Apostolicę, quo posito statutum non erit contra libertatē Ecclesiæ, nam nulli dubium, quod Papa possit cōmitere negotia Ecclesiastica layco, & potestatem excomunicandi, & causas criminales Clericorum, & iura spiritualia, veluti beneficia conferre, decimas possidere, vt tenēt omnes in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & ibi Abb. num. 5. & longa additio, & sic argumentum non adstringit.

Nec obstat secunda ratio, quod scilicet Clerici sunt exempti de iure diuino à potestate, & iurisdictione Seculari taliter, quod nec consuetudo immemorialis in contrarium valeat, propter incapacitatem horum iurium in persona laycorum, vt supra diximus, nam respondetur, quod
189 non satis hoc expeditum est, quod sint † de iure diuino exempti, vt in rationibus pro hac parte adductis diximus, & multi grauissimi viri tenent in ciuilibus, criminalibus, & temporalibus solum esse exēptos de iure humano, & tunc legitima præscriptio currit præsertim immemoria-lis

lis † neq; tunc requiritur fama priuilegij, nec similia, vel maiora priuilegia, vt supradiximus, quia non datur inhabilitas, & incapacitas respectu illorum in laycis, neq; huic rationi obstat illud, quod dixit Bardax. num. 10. vers. & quod delicta, &c. vbi sup. parum sibi constans, quod scilicet ab eodem tẽpore immemoriali, quo reperitur introducta hæc consuetudo cõstat etiam, de contradictione, & dissensu Ecclesiæ, nam Iudex Ecclesiasticus, non defferendo Seculari in ea competentia, se competentem declarabat, & quod sic exclusa patientia Ecclesiæ, non potuit introduci talis consuetudo. Hæc ratio prima fronte turbabat iuuenes, sed certè
191 grauissimus ille vir faciliter labitur, † nã contradictio pro parte Ecclesię nunquã fuit ad excludendum Secularẽ à cognitione competentiæ, nam potius ambo Iudices Secularis, & Ecclesiasticus, tanquã condomini, & coęquales assignabant de cõmuni consensu ad determinandam cõpetentiã bancũ Regium, & ibi vnanimes vsq; ad forũ nouũ contienebant, & si concordabãt in decisione causę, res erat absoluta, si autem discordabant, tunc vnusquisq; se competentem declarabat, hęc dicit expręsse forus 1. de la competentia, ibi: *Tassignan para determination della el banco Regio*, & ibi, *los dichos Iuezes nunca se contienen en vn parecer, por falta de tercero.* Ecce igitur, quomodo circa iurisdictionem, & cognitionem causæ nunquam fuit con-
192 tradictio, sed immo Ecclesiasticus † approbabat Secularem Iudicem, in decisione tamen causę vnusquisq; sentiebat prout conscientia dictabat: solum autem restat altera ratio contrarij, quod scilicet dato, quod sint exempti de iure humano Clerici, non poterunt tamẽ layci contra eos statuere, nam & hoc concedimus, dicimus tamen hunc forum, & consuetudinẽ esse approbatã, & confirmatam à Sede Apostolica, quid quod, cum ea consuetudo immemorialis sit iũcta cum fama priuilegij, & alijs similibus, & maioribus priuilegijs, obtinebit robur, tam quoad consuetudinem, quam quoad forum.

Neq; obstat tertia ratio, quià in Curia generali nihil fuit dictum de his clausulis beneplaciti, & spe confirmationis, sed imo potius, quod ad maiorem cautelam
193 peteretur † cõfirmatio, vt in actu Curię apparet, ex quo sequitur intentũ Curiæ generalis, non fuisse talem, qualem dicit contrarium: neq; obstat, quod in pręcibus fuerit dictum illud, de quo in contrario: quia licet confessio facta in præcibus probet contra confitentem, l. cum præcum. C. de liberal. causa. vt in contrario.
194 Tamẽ respõdetur, quod † dicta confirmatio non fuit acceptata ab alia parte, imo nec ab ipso Regno supplicante, ex quo, non se conformabat cum foro, attento quod ponebat illas clausulas, & constituebat sibi recursum Rom. Pont. & tunc illę narrationes non pręiudicant, & possunt reuocari. Alex. cons. 76. col. 2. in 6. Iasson, cons. 21. col. 2. vers. secundo respondetur. num. 3. sed illud certius est, quod illa con
195 fessio † potest reuocari edocto de errore: Iass. in l. 2. num. 5. C. de Institutionibus, & substitutionibus. Bald. in l. error. col. fin. vers. 3. dicunt. C. de iur. & facti ignoran. Romanus 391. col. 1. Iass. in l. 2. C. de errore calculi, dicens hanc cõmunem, & magis cõmunem dicit Gabriel cõmunium conclusionum in tit. de confessionibus, conclus. 5. neq; obstat clausula de reseruatione recursus, de qua in contrario: re-
196 seruatio † enim non de nouo inducit, ius non tribuit, vbi non competit, sed rem eo modo, quo est, cõseruat. Cephal. 370. num. 60. & nullum robur tribuit, Decia. cons. 10. num. 23. in 3. Cassiadorus, decis. 2. de reseruatione: Bertazol. cons. r. nu. 98. in ciuili, Craueta 13 1. nu. 17. & 10. & 144. num. 15. & sic contraria illa ratio non obstat.

Neq; obstat quarta ratio, nam fatemur quod solus Pontifex Romanus potest approbare, & confirmare tales foros, & cõ-
197 suetudines. Nos tamen non caremus † cõfirmatione, & approbatione expressa, quanto minus tacita, cum habeamus priuilegia expressa, & approbationes expressas à Sede Apostolica, & præsum-

ptas

ptas in immemoriali.

Et sic nec obstat vltima ratio cum fũdati simus in tot priuilegijs, & decisionibus Papalibus, & hęc sufficiant pro hac materia. maiora fundamenta, & rationes suppleant alij maioris ingenij, & doctrinę.

Nec obstat illud exemplar de Ioan. Baptista Spinola, quia contra illud pręualent plura exempla, à nobis adducta fundata in iure, & Bullis Apostolicis, pręsertim, quia ibi fuit protestatum de nullitate processus, & cum esset in materia, quę pẽdebat à potestate protestãtis, valuit † protestatio, & actus fuit vitiosus, ex allegatis per Dec. in cap. cum M. Ferrariensis, num. 17. de Constitutionibus, quæ cum sit materia vulgaris, non dilato.

Breue sanctissimi Pij V. circa foros competentiarum.

200 *PIVS Papa V. ad futuram rei memoriam. decet Romanum Pontificem iustè petentibus gratum præstare assensum; ac alias desuper disponere, prout (rerum, & temporum qualitate pensata) in domino cõspicitur salubriter expedire, sanè alias nobis pro parte Francis. Romeo Clerici Cæsaraugustanen. Diœcesis expositum fuit, quod nos antea, cum ipse in Ecclesia Augustanen. beneficiatus existeret, & non debebat coram Iudicibus Secularibus molestari, cum de iure laycis in Clericos nulla esset attributa potestas; nihilominus quidam Locumtenens Generalis nuncupatus in Ciuitate Cæsaraugustanen. residens, de consilio, vt asserebat, Regiorũ consiliariorũ causarũ criminalium contra eundem Franciscum, super quibusdam criminibus, siue homicidijs processerat, & sententiam nulliter; & de facto promulgauerat, à qua cum pro parte dicti Francisci appellatum, & de nullitate dictum fuisset, ac idem Franciscus durante causa appellationis huiusmodi ad dilectũ filiũ officialem Cæsaraugust. recursum habuisset, idéq; officialis Iudicib' inhibuisset, & causa post modum super competentia iurisdictionis ad dilectum filium Ioãnem Perez de Arisendo Canonicum & Fabricarium Ecclesiæ Cæsaraugust. & Cancellarium super competentia iurisdictionis deputatum deuoluta fuisset, præfatus Ioannes aliam in fauorem Catherinæ à Castellon, & Iacobi Clementis ac aliorum litis consortium, & contra dictum Franciscum promulgauerat sententiam, quodq; idem Franciscus ad Nos appellauerat, eiusdem Francisci supplicationibus inclinati causam, & causas appellationis, & appellationum huiusmodi nullitatisq. & nullitatum, & aliorum tunc expressorum, Veneran. Fratri Episcopo Oscen. tanquam Ordinario viciniori, siue eius in spiritualibus Vicario; aut Officiali generali audiendas, & fine debito terminandas commisserimus, aliaque fecerimus; prout in nostris inde confectis literis, sub die 23. Decembris, M. D. LXX. Pontificatus nostri anno quinto, plenius continetur; cum tamen; (sicut filius Procurator Fiscalis Regius Regni Aragonum exponi nobis nuper fecit,) credendum sit, quod si Franciscus præfatus nobis expresisset, quod ipse propter homicidiũm vna cũ alio eius socio, maritum, & vxorem pregnantem occidendo, commissum, á Iudicibus Secularibus captus fuerat, quodque iuxta constitutiones, & statuta Regni Aragonum de communi consensu totius status tam Ecclesiastici quam Secularis, de salubri remedio prouidendo, super contentione fori, ad euitandum controuersias, quę quotidie oriebantur, & ad vtilitatem Reipublica dicti Regni, & illius, tam Ecclesiasticorũ, quam Secularium personarum quieto, & pacifico statuti consulendo, edita inuiolabiliter absq. alio recurso obseruata, dum de contentione iurisdictionis ageretur, Iudex alteri Iudici, cui inhiberet, arbitrum vnum per suas literas nominaret; iudex vero, cui literę huiusmodi diriguntur, & forent præsentatę, infra tres dies a die præsentationis dictarũ literarũ computãdos responderet Iudici inhibenti super dicta competentia, nominando in dictis literis responsiuis alterum arbitrum pro cognitione dictæ contentionis, ipsiq. duo arbitri intra quinq; dies dictam competentiam, & contentionem iurisdictionis declarare tenerentur, & ipsorum arbitrorum insimul concordantium determinationi omnino, absq. aliquo recursu deberet stari, & in euentum, in quem dicti arbitri intra dictos quinque dies non concordarent, tunc Cancellarius Ecclesiasticus nominatus per Regem Aragonum pro tempore existens intra triginta dies, a die quo completi forent dicti quinq. dies arbitris assignati, computando, teneretur interesse prætendentibus, & Iudicibus contendentibus declarare secundum Deum, & bonam conscientiam, cuius declarationi, & declarationibus, tam per Iudices contendentes, quam per partes stars deberet, & non possent aliquem recursum habere a declaratione dicti Cancellarij, & in euentum, in quem dictus Cancellarius intra dictos triginta dies nihil declarasset super dicta competentia, ipso facto, dicto tempore elapso, dicta competẽtia iurisdictionis in fauorem Ecclesiæ seu Iudicis Ecclesiastici haberetur pro declarata, & quod dictus Franciscus Romeo pretendendo se esse Clericum, ad Iudicem Ecclesiasticum ad differẽdum, seu in longum protrahendum delicti per eum cõmissi pœnam, recursum habuit, & cum iuxta dicta statuta, & constitutiones arbitri electi fuissent, & ipsi arbitri infra quinq. dies super dicta competentia fori non declarassent, Cancellarius infra triginta dies*

sibi

sibi datos ad declarandum, partibus ad plenum auditis legitime declarauit, dictum Franciscum non debere gaudere priuilegio Clericali, cognitionemq; & determinationem causæ delictorum, super quibus dictus Franciscus accusabatur per Curiam Regiam, fieri debere, & seu in vim prædictæ sententiæ cognitionem ac determinationes promissorum, & eorum exequtiones Curiæ Regiæ, & seu illius officialibus remisserit; vsiq. Nos dictas literas non concessimus, quare pro parte dicti Procuratoris Fiscalis nobis fuit humiliter supplicatum, vt sibi in premissis oportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui honestis petentium votis libenter annuimus eundem Procuratorem Fiscalem à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsq. Ecclesiasticis, sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occasione, causa latis (si quibus quomodolibet innodatus existit) ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, necnon statum, & modum causæ, & causas huiusmodi, ac nomina, & cognomina Iudicum, & collitigantiū, præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati Iudicibus præfatis, quibus causæ supradictę commissę reperiuntur, per præsentes Inhibemus, ne in illis quouis modo directè, vel indirectè, seu quouis quæsito colore, etiam si de illis iam cognoscere inceperint, se intromittant, nec de illis cognoscant, nos enim causam, & causas (vt præfertur) cōmissas Iudicibus, quibus commissę reperiuntur; harum serie reuocamus, illamq; & illas penitus extinguimus, & annullamus, decisionemq. & declarationem per dictū Cancellarium (vt dicitur) factas, ac si præmissa non emanassent, exequendas fore declaramus, non obstantibus premissis, & quibusuis Apostolicis ac Prouincialibus, & Synodalis Concilij edictis, Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuscumq; inhibitionibus, vt pote primo dictis literis emanatis, seu emanandis, cæterisq. contrarijs quibuscumq. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die duodecimo Maij. M.D. LXXI. Pontificatus nostri anno sexto. B. Cirillus.

Verba Reuocationis Castanei Nuntij, & Legati.

F*Vimus nuper rectè informati, præfatum Breue commissionis subreptitiè, & obreptitiè extortū fuisse. Ex quo tantummodo supradicta simplici, ac arida narratione, omissa fuerunt inter alia omnia infrascripta, quæ exprimi necesse erat: videlicet, quod cum vt asseritur antiquis temporibus, ante annum millesimum quingentesimum vicesimum octauum, ex inueterata, & immemoriali consuetudine, quotiescūq. competētia iurisdictionis inter Iudices Ecclesiasticos, & Seculares oriebantur, prætendente quolibet ipsorum, se esse iudicem rei, vel personæ, de quibus erat controuersia, pro determinatione contentionis, sine competentia consueuit assignari bancum Regium, in quo allegationum consistus haberi solebat, propter quas quilibet ipsorum Iudicum prætendebat cognitionem ipsius rei, vel personę, de qua litigabatur, ad ipsum pertinere, non ad alium. Et cum non haberent Iudicem tertium, qui cognosceret de dicta competentia, nisi ipsosmet Iudices, quorum interesse vertebatur; dicti Iudices nunquam, seu raro concordabant, & qualibet ipsorum Iudicum iudicabant, se esse iudicem competentem, vnde multæ expensæ sequebantur ipsis partibus, & ex inde reipublicæ ex contentione dictorum Iudicum maximum damnum redundabat, & in dicto anno millessimo quingentessimo vigessimo octauo ad euitanda damna, & incommoda supradicta in Curijs generalibus dicti Regni, de communi consensu totius status, tam Ecclesiastici, quam Secularis de salubri remedio prouidendo, & vt dictæ contentiones de cętero non orirentur, propter vtilitatem Reipublicæ dicti Regni, & consulendo quieto, & pacifico statui, tam Ecclesiasticorum, quam Secularium eiusdem, per certos foros, seu constitutiones sub titulo de competentia iurisdictionis statutum, ordinatum, ac concordatum fuit, quod existente contentione inter dictas iurisdictiones Ecclesiasticas, & Seculares, deberet seruari ordo infrascriptus, videlicet, &c.* Et paulò post, ibi: *Attenta dictu immemoriali consuetudine, vigente circa dirimendam contentionem iurisdictionis oriri consuetam inter Iudices Ecclesiasticos, & Seculares tempore factę dictæ constitutionis, absque aliqua contradictione dictarum Curiarum Ecclesiasticę, & Secularis, & nunquam permissum fuit, quod appellatio, vel recursus admitteretur. Quæ omnia, & singula, si nobis fuissent exposita, procul dubio dictum Breue, siue commissionem minimè concessissemus. Cum autem iustum non sit, vt mendax, sed cautelosus impetrator sua subreptitia impetratione gaudeat. Ideo circumspectioni vestræ, & cuiuslibet vestrum per præsentes in virtute sanctæ obedientiæ districtè precipimus, seu mandamus, quatenus statim receptis, seu vobis intimatis præsentibus, in præfato negotio, ac illius cognitione amplius directè, vel indirectè, seu quouis quæsito colore, aliquid attentare audeatis. Nos enim (quatenus opus sit) dictum Breue nostrum, ac commissionem, nec non iurisdictionem, & facultatem omnem vobis, & cuilibet vestrum eius vigore concessam, omnino reuocamus, & omnia ita in pristinum statum reintegramus, ac si concessum non fuisset, & quidquid fortè à vobis, vel quolibet vestrum attentatum fuisset, inualidum esse decernimus, & nihilominus illud annullamus, ac irritamus, nulliusq. roboris, & momenti esse pronuntiamus, ac statuimus. Declaramus tamen, non propterea velle constitutionem predictam, quam*

forum

sorum dicti Regni vocant, aliquo modo confirmare, seu approbare, sed tollere tantum omne impedimentum, si quod forte ex nostra commissione præfata subreptitiè, & obreptitiè extorta exortum fuerit, ita vt omnia reducta intelligantur in pristinum statum, ac si dicta commissio signata non esset.

BREVE SANCTISSIMI Gregorij Papæ XIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM, in tanta rerum mole, & negotiorum varietate, quæ ad nos vndique deferuntur, si aliquibus in locis, & Regnis, quę Catholicis Principibus carent, circa constitutiones, & statutorum obseruationem ad Ecclesiasticam iurisdictionem augendam pertinentium, difficultates aut dubia aliqua exoriri comperimus, declarationibus, & alijs opportunis rationibus, cum à nobis petitur, prouidere, consueuimus; exponi siquidem nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus in Constitutionibus, & Statutis Coronæ Regnorum, & dominorum Aragonum hodie inuiolabiliter, & absque aliqua contradictione obseruari, & vigere, & superioribus temporibus communi consensu, tam Ecclesiasticarum, quam Secularium personarum eorundem Regnorum, & Comitijs aditis ad fori controuersias, quæ quotidie eisdem Regnis exoriebantur, euitandas, & ad publicam totius Regni vtilitatem, & quietem, nec non pacem inter Ecclesiasticas, & Seculares Personas coalendam, & conseruandam, caueri expresse, vt dum de contentione iurisdictionis inter Ecclesiasticum, & Secularem, iudices, vtroque eam ad se spectare prætendente, ageretur Iudex, qui alteri Iudici inhiberet, vnum arbitrum per suas literas nominare teneretur, alter vero Iudex, cui litera huiusmodi inhibitionis dirigerentur, & forent pręsentata, intra tres dies à die pręsentationis earundem literarum computandos, etiam per literas respondendo alterum arbitrum pro cognitione controuersię huiusmodi de iurisdictione eligeret, ipsique duo arbitri sic nominati, & electi deinde intra quinque dies dictam controuersiam, vel contentionem iurisdictionis declarent, eorumdemq; arbitrorum sic electorum, si in simul conuenirent, ordinationi omnino absque alio recursu omnes parerent, in euentum autem, quod idem arbitri vna simul decidendis intra eosdem quinque dies diuersa sentirent; tunc Cancellarius Ecclesiasticus per Regem Aragonum pro tempore existentem in quolibet ex dictis Regnis, & dominijs nominatus intra triginta dies, elapso quinque dierum prædictorum spatio arbitris ad controuersiam terminandam assignato, enumerandos, teneretur prætendentibus interesse, & iudicibus de iurisdictione contendentibus, quod sibi secundum Deum, & bonam conscientiam videntur, iudicare, cuius Cancellarij sententia, & decreto iudices inter se contēdentes, & collitigantes præcisse stare deberent, ita vt non posset à sententia, & declaratione Cancellarij prędicti ad aliquem alium recursus haberi; casu autem quod idem Cancellarius intra eosdem triginta dies, post quinque dies prædictos immediate sequentes, super controuersia huiusmodi non pronuntiasset, vel omnino nihil de ea re declarasset, ipso facto Iudicem Ecclesiasticum pro competenti Iudice haberi, & ad eundem Ecclesiasticum Iudicem causę huiusmodi cognitionem, & decisionem, de qua controuersia esset, spectare, & obtinere, definitum esse censeretur, & alias, prout in Constitutionibus, & Statutis Regnorum, & dominorum prædictorum plenius dicitur contineri. Cum autem (sicut eadem expositio exponebat) in Regno Sardiniæ, in quo Constitutiones ipsius inter Iudices ordinarios in viridi obseruantia esse asseritur, dubium oriatur, an constitutionum, & statutorum huiusmodi dispositiones locum sibi vindicent, etiam quoad Iudices, & conseruatores ad vniuersitatem causarum depputatos, vel depputandos in posterum, propterea idem Philippus Rex nobis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis per declarationis nostræ oraculum prouideri de benignitate Apostolica dignaremur; Nos igitur dicti Philippi Regis nobis super his porrectis supplicationibus inclinati, ad omne dubium tollendum, & ne amplius in pręmissis, aut circa illorum obseruantiam hesitari contingat: opportune prouidere volentes, & in Regno Sardiniæ; dum de iurisdictione contentionem exoriri inter Ecclesiasticos, & Seculares Iudices contigerit, eadem ratio, & forma, ex dictarum constitutionum præscripto inter ordinarios Iudices in eodem Regno hactenus obseruata, etiam quoad Iudices, & conseruatores ad vniuersitatem causarum delegatos, & depputatos, & pro tempore delegandos, & depputandos, etiam si alter ipsorū ordinarius, alter ad causarū vniuersitatem sit delegatus, obseruentur, authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo statuimus, & declaramus, præsentesque literas, & in eis contenta quęcumque de surreptionis, & obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu, vel alias impugnari, seu notari minime posse, & super quoscūq. Iudices ordinarios, & delegatos, quauis auctoritate fungētes, etiā S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac Palatij Apostolici causarū, aut Auditores, seu eorum Locatenen. in quacumque instantia, sublata eis, & eorum cuilibet, quamuis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, vbique iudicari, & definiri debere, ac quidquid secus per eosdem, & quoscumq. alios scienter, & ignoranter attentatū forsam est hactenus, vel imposterū contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, nō obstantib⁹ quibusuis Apostolicis, ac in Prouincialib⁹ & Synodalib⁹ Cōcilijs editis generalib⁹, vel specialib⁹ Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Regni Sardiniæ, & illius Ciuitatis, & Dioc. ac locorum quo-

rumcumque etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate corroboratis, statutis, & consuetudinibus, & immemorabilibus Priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis quacumque ratione, vel causa concessis, quibus omnibus, illorum tenoribus præsentibus pro expressis habentes, illis, alijs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque, cæterum quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod præsentium litterarum exemplis, & impressis sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & manu Not. publici subscriptis, eadem fides in iudicio, quã extra illud, vbilibet adhibeatur, quę ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensæ. Dat. Romę apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xv. Decembris millesimo quingentesimo septuagesimo quarto. Pontificatus nostri Anno tertio.

DECISIO C.XIIII.

De materia recursus ad Iudices Regios ad euitandam violentiam illatam per Clericos.

SVMMARIVM.

REX fundatam habet intentionem, tam de Iure quam de consuetudine, ad cognoscendum de violentijs illatis, tam per Clericos, quam per laycos, siue Iudices, siue priuatos, numero 1. & limitatur, numero 2.

Rex monere solet Iudicem Ecclesiasticum violentiam inferentem, & si non pareat proceditur contra eum. num. 3.

Violentia cessante cessat recursus, & manus Regiæ appositio. num. 4.

Senatus Regius, & iustitia inhibere non debent in casibus in quibus appellatio deuoluit, & non suspendit, num. 5. & limita. num. 6.

Sententia euidenter iniusta, etiam si sit sententia, & simus in via executoria, appellationi tamen deferendum est. numero 7.

Appellatio si habet effectum suspensiuum, & ab ea appelletur, vel ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, vel à grauamine, quod per appellationem à diffinitiua reparari nequit, iubetur Iudex Ecclesiasticus appellationi deferre, & nouata reponere in suum statum. numero 8.

Appellatione pendente nihil potest innouari. num. 9.

Appellationi friuolæ non defertur. numero 10.

Iudex, qui detulit appellationi friuolæ, vel prohibitæ, an possit re assumere iurisdictionem, & in causa procedere remissiuè. num. 11.

Violentia si fiat per Iudices Ecclesiasticos, vel particulares personas Ecclesiasticas, Rex se intromitet, ac si facta fuisset per Seculares. num. 12.

Principis proprium est reprimere insolentias Clericorum, quando à potestate Ecclesiastica reprimi non possunt. numero 13.

Clericus turbans Regiam iurisdictionem, pacem publicam, Regalias Regis, aut impediens executionem officialium Regalium, delictum aut iniuriam commitens, non seruando debitum honorem Iudici layco, potest ab eo coherceri, & à Regno expelli. num. 14.

Iudex laycus acta per Iudicem Ecclesiasticum violentiam inferentem annullat, & ei inhibet ne de causis pertinentibus ad Regiam

Regiam iurisdictionem cognoscat. numero 15.

Iurisdictionem suam vnicuiq; licet defende. num. 16.

Iudi, qui in alterius iurisdictionem manum apponit inpune resisti potest. num. 17.

Causæ temporales, profanæ, & Ecclesiastica, quæ sint remissiue. num. 18.

Ministri Iudicis Ecclesiastici turbantes iurisdictionem Regalem, possunt à Iudice layco coherceri. num. 19.

Vim inferre dicitur Iudex iniustis mãdatis, aliquid iniustum precipiendo contra non auditum. num. 20. siue laycum siue Clericum. num. 21.

Violentiam apertam requiritur in Iudice Ecclesiastico, vt possit Senatus Regius se intromitere, non tam apertam in priuato Clerico, vel layco. num. 22.

Iudex vt Iudex via iurisdictionis procedens, etiam si nulliter, & iniustè procedat, violentiam non facit. num. 23.

Iudex, qui non potest de dolo argui, rectè procedere præsumitur. num. 24.

Delictum non præsumitur in dubio. num. 25.

Interdictum possessorium recuperandæ potest intentari contra Iudicem, qui vt priuatus extraiudicialiter spoliat. num. 26.

Spoliatus à Iudice, qui Iudicialiter processit, non potest intentare interdictum possessorium recuperandæ. num. 27.

Licet Iudex iniustè in iustitia causa procedat. num. 28.

Spoliatus à Iudice, qui processit vt Iudex, nullum habet remedium præter appellationem, supplicationem, aut exceptionis oppositionem coram eodem Iudice. numero 29.

Iudex procedens vt competens, sed nulliter, spoliare, & vim inferre dicitur, secundum Menoch. num. 30.

Iudex iniustè & nulliter procedens, si ex processu constet notoriè de eius in competentia, vel extraiudicialiter, & vt priuatus procedens, potest coherceri à Senatu Regio. num. 31.

Iudex spolians, quando dicatur procedere vt Iudex, vel vt priuatus, remissiue. num. 32.

Iudex spolians non citatum, & alium mitens in possessionem propia auctoritate, alienam possessionem ingredi videtur. numero 33.

Senatus Regius non potest se intromitere in factis Iudicis spoliantis in vim nullitatis, vel iniustitia, nisi in casibus relatis supra num. 31. 32. & 33. num. 34.

DOminus Rex (vt latissimè diximus in Tractatu de inhibitionibus toto capite 8. &
1 9.) fundatam † habet intentionem tam de iure, quã de consuetudine ad obuiandum violentijs illatis, tam per Clericos, quam laycos, siue Iudices, siue priuatos, manum Regiam apponendo, ad violentiam tollendam, vt habetur in Can. Regum 26. quęstione 5. vbi propium officium Regum est facere iudicium, & liberare de manu calumniantium, vi oppressos, Can. Princeps 23. quæstione 5. Hieremiæ capite 21. vbi dicitur, iudicate mane iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis, & capite 22. eodem, vt latius dicto capite 8. §. 3. vbi longa manu materiam hanc tractauimus, & est quem allegat Peguera. in Can. nos si incompetenter 2. quæstione 7. licet loquatur de honestate, late Pacianus consilio 164. numero 38. cum sequẽt. & 23. vbi late, quod
2 aliqui ita temperando intelligunt, † quo

ad Clericos vim inferentes, quando alio
modo non posset Clericorum insolen-
tia cohiberi, tunc enim deficiente, vel
nihil proficiente authoritate Iudicis
Ecclesiastici, ad Secularem recurritur,
dicto capite petimus 11. quæstion. 1. vbi
Gemin. & Præpos. extendunt eum tex-
tum ad omnia, cap. quoniam vbi glosa,
brachio, de officio ordinarij, can. filijs 16.
quæst. 7. vbi tunc pro corrigendis Cleri-
cis recurritur ad Regem, aut Iudicem
Secularem, quando Iudex Ecclesiasti-
cus deest, vel est negligens, vel quando
non est habilis ad cohercendas Clerico-
rum iniurias, verba illius textus optima
sunt: filijs, vel nepotibus, ac honestio-
ribus propinquis eius, qui construxit,
vel dotauit Ecclesiam, licitum sit hanc
habere solertiam, vt si Sacerdotem ali-
quid ex collatis rebus defraudare preui-
derit, aut honesta conuentione compes-
cant, aut Episcopo, vel Iudici corrigen-
da denuncient, quod si talia Episcopus
agere tenet, Metropolitano eius hoc
insinuari procurent, si autem Metropo-
litanus talia gerit, Regis hoc auribus
intimare non differant: hæc verba illius
Canonis, quo atento ita demum recur-
ritur ad potestatem Secularem, si Eccle-
siasticus (ad quem expectat) non corri-
gat, & sic vel defraudet ipse, vel defrau-
dari permisserit, & per consequens, vt
dicit ibi glos. Regis, quando per Iudi-
cem Ecclesiasticum ius reparari non va-
let, & fraus restitui, tunc aditur Secula-
ris, non alias; latius Pacianus, numer. 31.
vbi alios allegat, ad quæ loca te remit-
to, &c. certe cum hoc temperamento
res extra omnem difficultatem esset, ve-
3 rum † praxis est, vt solum moneatur
Iudex Ecclesiasticus, vim inferens, qui si
monitus non pareat, proceditur contra
4 eum, &c. cessante † violentia cessabit
hoc auxilium, hic recursus, & appossi-
tio manus Regiæ, & ita practicatur,
quod vbicumque appellatio est inter-
posita etiam coram Iudice Ecclesiasti-
co, &c. sumus in casu, in quo appella-
tio habet vtrumque effectum deuolu-
tiuum, & suspensiuum, tunc fit intro-
tur, quod Iudex à quo vult non obstan-
te appellatione procedere vim infe-
rendo, potest Senatus Regius, &
etiam Iustitia Aragonum ex vsu se in-
tromittere, inhibendo Iudici à quo, ne
pendente appellatione aliquid innouet,
secundum Pacianum consilio 164. nu-
mero 38. vbi bene, cum secus agendo
faceret violentiam, & hoc casu secun-
dum Pacian. numero 39. Iudices Regij,
& charitatis eximiæ laudabile officium,
& veræ iustitiæ dignum munus adim-
plent, dum subleuant oppressum prop-
ter absentiam superioris, sicut & idem
possent propter impotentiam Iudicis Ec-
clesiastici, non valentis oppressum rele-
uare, etiam Clericum, ab oppressione in-
5 ferioris, & è contra † in casibus, in qui-
bus appellatio deuoluit, sed non suspen-
dit, in his non debent Senatus Regius,
& Iustitia inhibere, quia cum in dictis
casibus de iure, Iudex à quo possit non
obstante appellatione procedere, nec di-
catur vim inferre, ideò non debet Se-
natus inhibere, quia deficit fundamen-
tum violentiæ, & via facti, propter quæ
se intromittit Senat. vt in dicto cap. 8.
§. 1. Ita Rodericus de annuis redditibus
vbi infra, numero 66. versicul. aut enim,
dicens, quod tunc causa ad Ecclesiasti-
6 cum remitatur: hoc limitās † (licet male,
vt infra dicetur) quando ex actis nulli-
tas, aut notoria apparet iniustitia, quia
sententia nulla non meretur executio-
nem. leg. 4. §. condemnatum de re iudi-
cata, & notoria iniustitia nullitatem con-
tinet, saltim ad hunc effectum, capite in-
ter ceteras de re iudica. Rodericus vbi
supra libr. 1. quæstione 17. & vbi senten-
7 tia † euidenter est iniusta, etiam si sit
sententia, & simus in via executoria, ap-
pellationi tamen deferendum est, Gu-
tierr. libr 1. practicar. questionum, quæ-
stione 120. Azebedo ad l. 3. titulo 1. lib. 4.
recopil. n. 7. & ideo dictis casibus debet
Senatus inhibere secūdum Roder. quod
absolutè non est verum, vt d. con. & sic
8 si appellatio habet † effectū suspēsiuum,

& ab

& ab ea appelletur, vel ab interlocuto-
ria habente vim diffinitiuæ, vel á gra-
uamine, quod per appellationẽ à diffini-
tiua reparari nequit, iubetur tunc Iudex
Ecclesiasticus appellationi deferrè, &
9 nouata reponere in suum statum, hoc †
tamen vltimum in hoc Regno non pra-
cticatur, non enim appellatione pen-
dente aliquid innouandum est, toto ti-
tulo nihil nouari appellatione penden-
10 te, nisi sit friuola appellatio, † cui non
defertur, capite cum appellationibus de
appellat. in 6. quæ autem sit friuola ap-
pellatio, Francus in capite cum appella-
tionibus friuolis eod. tit. in 6. Marant. in
prax. titulo de appellatio. nu. 348. & an
11 Iudex † qui detulit appellationi friuolæ,
vel prohibitæ possit reassumere iurisdi-
ctionem, & in causa procedere, Gom. to
mo 1. capite 13. numero 32. Bohetius de-
cision. 73. numero 9. Franc. in capite cum
cessante numero 14. de appellation. De-
cius, numero 18. Rebuffus in lege quod
iussit, numero 81. nec taxatiuè superiora
dicta sunt, quoniam vbicumquè violen-
12 tia † fiet per Iudices Ecclesiasticos, vel
etiam particulares personas Ecclesiasti-
cas, se intromitit Senatus deficiente po-
testate Ecclesiastica, quę vim tollat, vel
non valente, sicut si fieret per Iudices, &
personas Seculares, est enim proprium
13 Principis † reprimere insolentias Cle-
ricorum, quę à potestate Ecclesiastica
reprimi non possunt, vel propter impo-
tentiam, vel absentiam superioris, qui
hoc possit, vel propter negligentiam Iu-
dicis Ecclesiastici, Pacianus vbi supra
dicto numero 38. & 101. Canone peti-
mus, 11. quæst. 1. bona glosa in capite fi-
lijs 16. quæstion. 7. vbi, quod si superior
Ecclesiasticus deficiat, qui rem restituat,
Regis authoritas adeunda, vt corrigat,
& ibi glosa Regis dicit, quod in defe-
ctum Iudicis Ecclesiastici absentis, vel
non valentis violentiam tollere, tunc
Rex tollet vim. Can. nec licuit 17. distin.
ibi, *aut secundum Canones per Seculares oppor-
tet opprimi potestates.* Decia. tomo 1. lib. 4.
& ibi glosa per Seculares in fine, dicit:
*Habes hic, quod vbicumque deficit Ecclesia-
stica potestas, semper recurritur ad brachium
Seculare.* c. de ligurib. 23. q. 5. ibi, per pote-
states publicas opprimatur. cap. Princi-
pes eodem, vbi habetur Principes secu-
li nonnumquam intra Ecclesiam pote-
statis adeptæ culmina tenent, vt per ean-
dem potestatem disciplinam Ecclesia-
sticam muniant, cæterum intra Eccle-
siam potestates necessariç non essent,
nisi vt quod non prævalent Sacerdotes
efficere per doctrinam, potestas hoc im-
peret per disciplinæ terrorem, & in di-
cto capite petimus habetur, vt Episco-
pus qui miti admonitioni Ecclesiasti-
cę acquiescere noluerit, & emendare
illicitum, authoritate iudiciaria exclu-
datur, & sic tantum se intromitet pote-
stas Secularis, quantum defficiat Ec-
clesiastica, non alias secundum glosam,
ibi, *non potest adiri Iudex Secularis*, capite
placuit, vt quisquè 11. quæstion. 1. vide
omnino dict. glos.
14 Ex quo infertur, quod si Clericus †
vsurpet, seu turbet Regiam iurisdictio-
nem, vel aliquas regalias Domini Re-
gis, vel turbaret pacem publicam, siuè
directe, siue indirecte, vel si Clericus
qualitercumquè impediret executio-
nem officialium Regalium, posset Re-
gius Senatus se intromitere coherecen-
do Clericum occupatione temporalita-
tum, vel aliter; vt dixi de Inhibition.
capite 8. §. 3. numero 100. in fin. ita hæc
omnia traduntur capite 9. numero 142.
Auiles in capitibus prætorum, capite
20. numero 9. & alij per Nos relati de
Inhibition. capite 8. §. 3. numero 197.
Franciscus Marcus quæstione 216. Ca-
rolus de Grassis. liber 2. Regal. Francię
Iur. 16. Rodericus de redditibus, liber 1.
quæstione 17. numero 70. dicens: quod
15 his cassibus Iudex † laycus acta per
Ecclesiasticũ Iudicem, si quæ fecit, an-
nullat, & causam ad laycũ remitit: imo Se
natus debet secundũ eũ tali casu, & solet
inhibere Ecclesiastico Iudici, ne de hu-
iusmodi causis ad Secularem iurisdictio-
nem spectantibus se intromittat, Leonsul.

ta diualia. C.de testamentis, Benedictus
in capite Raynutius, verbo si absque li-
beris 2. numero 49. cum enim diuersæ
sint iurisdictiones, siue ratione rei, siue
ratione personę, non potest vnus se in-
tromitere in iurisdictione alterius, &
16 vnicuique † licet pugnare pro dignita-
te sua, & eam defendere, Bartolus in l.1.
numero 8. versiculo quæro dicitur. ff. si
quis ius dicenti, capite nouit, extra de
iudicijs, & ibi Decius 2.notab. Benedict.
in capite Raynutius, verbo, & vxorem
nomine, Adelasian. decisione 2. numero
119. versic. & etiam prohibere consueue-
runt, de testament. Pacian. numero 44.
17 Imo Iudex qui manum † apponit in iu-
risdictione alterius, habetur pro priua-
to, & ei de iure resisti potest, Oldra-
dus consilio 89. numero 3. Angelus in l.
quoniam 2. C.de appellatio. & de im-
pedimento, & occupatione iurisdictio-
nis temporalis solus Rex, & Senatus
cognoscunt, Perez in l. 2. titulo 1. lib. 3.
ordinam. glosa 1. versiculo quæro; vbi
alij, Azebedo ad leg. 3. titulo 1. lib. 4. re-
18 copil. in fine: quę autem † sint causæ
temporales, & prophanæ, quę vero Ec-
clesiasticæ, Rebufus 3. tom. ad leges Gal
licas, titulo vt layci non conueniant, nu-
mero 10. & 15. & supradicta procedunt
etiam, & poterit laycus Iudex idem fa-
19 cere de notarijs, † & alijs interuenien-
tibus ad turbandam iurisdictionem Re-
galem, nam similiter coherecebuntur ab
eo, his enim casibus, & similibus violen-
tia dicitur fieri, & commiti per Ecclesia-
sticum, & idem quando Ecclesiasticus
Iudex contra aliquem procedit, tanquã
priuatus, vel notorie aliquid iniustum
20 præciperet † contra aliquem indefen-
sum, & inauditum, quia tunc Iudices
dicuntur suis iniustis mandatis vim infer
re l.lege Iulia. ff. ad legem Iul. de vi pu-
blica, Boherius decis. 238. Auendaños de
exequend. 1. parte capite 1. folio mihi 18.
versiculo, & istud remedium, vbi alij,
Rodericus, vbi supra, quod procedit siue
21 † præceptum hoc fieret à Iudice Eccle-
siastico contra laycum indefensum, &

inauditum, quod sine difficultate est,
quia tunc turbat, & vsurpat iurisdictio-
nem Regiam, & agit vt priuatus contra
ius naturale, à quo est defensio, sed etiam
si tale pręceptum fieret contra Clericũ
indefensum, & inauditum, vel si vt priua
tus contra eum procederet, nam adhuc
Iudex Secularis se intromitet ob illam
violentiam, Pacianus. num. 38. licet hoc
sub dubio reliquerim, in tractatu de In-
hibitio, capite 8. §.3. numero 200. nam in
vtroque casu violentia fit, quare idem
tenendum est de Clerico, quod de lay-
co dictis casibus, cum in eis fiat violen-
tia, ratione cuius Secularis se intromitit
extraordinariè, & extraiudicialiter pro-
cedendo, vt dicto §.3. numero 201. & nu-
mero 28. versic. alia autem ratio: sed est
aduertendum, quod id non procedit,
æqualiter semper, quia diuerso modo
22 procedit † Senatus Regius ob violen-
tiam illatam per priuatum, siue Clericũ,
siue laycum, & diuerso etiam modo, quã
do talis violentia fit per Iudicem Eccle-
siasticum, & etiam laycum, quia quando
vis fit per priuatum, de quo non ita be-
ne pręsumitur, sicut de Iudice, non exi-
git Senatus Regius, tam apertam violẽ-
tiam, secus autem si commitatur violen-
tia per Iudicem Ecclesiasticum, & etiam
laycum, licet quoad laycum Iudicem id
non practicetur, ex quo alia patent re-
media, appellationis scilicet, & similia
& sic extraordinarium hoc remedium
non est necessarium, sicut est, quoad Iu-
cem Ecclesiasticum, ratio superioris dif-
ferentiæ est, quia de priuato, non ita be-
ne pręsumitur, sicut de Iudice, nam quã-
23 do † Iudex procedit vt Iudex via juris-
dictionis, nunquam competit remedium
aliquod restitutorium, aut retentiuũ ob
allegatam vim aliquam, etiam si iniuste
procedat, vel nulliter secundum verio-
rem opinionem contra Roderi, supra nu
mero 6. Can. præsentium 7. quæst. 1. vbi
glosa fin. ad finem, vbi dicit, *& nota quod
hoc capitulum semper consueuit ad hoc induci,*
quod spoliat⁹ à Iudice nõ possit petere re-
stitutionẽ, Iudex enim nõ dicitur facere

vio-

violentiam, quando procedit, vt Iudex,
non autem vt priuatus iuxta legem 3. ff.
de eo, quod metus causa ibi, *Vim accipimus
atrocem, & eam quæ aduersus bonos mores fiat,
non eam, quam magistratus intulit, sed iure lici-
to, & iure honoris, quem sustinet*, hoc est, *se-
cundum glosam*, ibi, *quod fecit vt Iudex ius exe-
24 quendo, non vt priuatus* † semper enim pro
facto Iudicis præsumitur, nisi possit de
dolo argui, dicta glosa, & in Can. hoc
etiam 2. quæst. 6. Baldus in l. obseruare.
§. proficisci. quæstion. 11. ff. de officio pro
25 Consulis, & Legati, nec hoc mirum †.
quia si de quolibet præsumit lex illum
bonum esse, lege merito. ff. pro socio, à
fortiori de Iudice præsumendum est, quia
quilibet præsumitur bene administrare
officium suum, Abb. consilio 41. in 1. mo-
do sit ordinarius modo delegatus, latè
Nos diximus in responso Syndicatus no-
stri num. 43. Redeundo ad punctum, ita,
Abb. & alij in cap. conquerente, de resti-
tutio. spoliat. vbi Abb. num. 7. dicit, quod
26 † licet contra Iudicem, qui vt priuatus
procedit extraiudicialiter spoliando ali-
quem, potest agi possessorio interdicto
recuperandæ, sicut contra priuatum, di-
cto cap. conquerente vbi glosa. l. memi-
nerint. C. vnde vi. l. fin. C. si per vim, vel
alio modo cap. cùm causam, de officio de
legati, Bartol. in l. iuste possidet. de ad-
quir. poss. Menoch. de recuper. remedio
27 8. num. 8. & 13. tamen † spoliatus à Iudice,
qui iudicialiter processit, non potest in-
tentare illud interdictum, secundum glo
sam in dicto cap. præsentium, & est com-
munis opinio, vt refert Abb. vbi supra,
Angel. in l. si quis à se fundum. C. vnde vi
Bald. in l. penultima. §. penult. C. de præ-
scriptio. 30. vel 40. annorum, Menoch.
num. 3. Oldradus consilio 226. incipien-
28 te, de voto, idq; verum, licet Iudex † in-
iustè iniustitia causæ secundum com-
munem procedat, Abbas vbi supra, vel
nulliter procedat, secundum veriorem
opinionem, contra Rodericum vbi su-
pra, nu. 6. Menoch. vbi sup. de recup. re-
medio 8. numero 19. licet contraria com
munis, Menochius vbi supra, dicto nu-
mero 19. pro qua veriori opinione facit
dictum caput præsentium, quia Iudex, vt
supra dixi regulariter loquendo non di-
citur facere violentiam, si procedit vt
Iudex, & competenter, dicto capite
præsentium, vbi glosa Canone 1. 23. quæ-
stione 2. l. continet. §. 1. ff quod metus
29 causa, & sic contra eius factum † nullus
auditur per viam alicuius remedij pos-
sessorij, Menochius numero 27. sed spo-
liatus, vel grauatus, aut appellet, aut
supplicet, aut coram eodem Iudice oppo-
nat, & excipiat, quia non reperitur in
iure (quod plus est) expulsum à Iudice
de facto, & nulliter per superiorem
fuisse auditum per viam interdicti, sed
via appellationis, vel recursus, ad supe-
riorem Iudicis spoliantis, Alexand. in l.
properandum. §. & siquidem, numero
14. C. de iudicijs, quod fecit dubitare,
Menochium de recuperãda remedio 8.
numero 30. cum sequent. vbi tutius di-
cit ad superiorem recurrere, quam in-
terdicto agere, Pacianus consilio 164.
numero 158. dicens, quod aduersus sen-
tentias Iudicum iniustas, neque à ciuili
nec canonico iure fuit pro remedio pro-
uisum, vt Iudices expellantur, sed quod
appelletur l. 1. ff. de appellatio. & quan-
do contra appellationem aliquid fieret,
& cessaret potestas Ecclesiæ, tunc ad Re-
gem recurrendum, vt alibi ita Pacianus,
licet idem Menochius consilio 301. &
30 45. in 4. sequatur † communem, &
contrariam opinionem, quod quando vt
competens procedit Iudex, sed nulli-
ter, dicatur spoliare, & vim inferre,
dicto numero 19. vbi de communi, &
sic restituendus sit spoliatus, iuxta l.
meminerint C. vnde vi, verum contra-
ria verior Menochius dicto remedio 8.
numero 23. quia lex meminerint pro-
cedit, quando Iudex non procedit vt
Iudex, sed vt priuatus, veluti non citan-
do partem, secundum Bartol. ibi in d. l.
meminerint, quia tunc vt priuatus pro-
cedit, Cardin. in Clement. 1. de celebra-
tione Missarum, Felinus in cap. dilectus
de rescriptis, Decius in l. factum à Iudi-

ce, de regulis iuris, Craueta consil. 302. num.4.

Superiora, quę de Iudice diximus pro
31 cedente nulliter, † & iniustè, reperiuntur limitata aliquibus cassibus in ferentibus ad cassum nostrum, veluti quando ex processu Iudicis apparet notoria eius incompetentia, & iurisdictionis defectus, vel si Iudex extraiudicialiter, vel vt priuatus processit, quoniam his cassibus iuste Senatus Regius, & Iudex laycus se intromittet ob violentiam tunc commissam, quia dicitur facere, & inferre vim, vt priuatus, & idem erit, vt omnia amplectamur, si ex processu apparet partem non citatam, spoliatam, aut lessam esse, vt latissimè Menoch. dict. remedio 8.num.8.13. 19. & 23. Craueta consil. 301. num.4. Socinus consil. 12. num. 10. in 1. Marquesa.de commissio.pag.2.titulo de commissio. in integr. cap.3. num. 51. Butrius in dict. cap. conquerente, Felin. in cap.dilecti 1.num.1.de rescrip. Mascard. de probationibus, lib. 3. conclusio. 1315. num.5.Gabriel.de restitutione spoliator. conclusion.1. num. 115. Rodericus, dicta quæstione 13.num.54.& quando dicatur
32 Iudex procedere † spolians, vt Iudex, vel priuatus, Fanus de pignoribus 3.parte, membro 2. quęstione 1. num.22. facit
33 pro superioribus, quia † quando Iudex spoliat non citatum, & alium mitit in possessionem, perinde est ac si missus propia aucthoritate ingressus esset, Beninten. decis. 93. num. 6. & sic locus est interdicto, Decius consil. 125. l. meminerim. C.vnde vi, vbi Bartol.& alij. Concludendo, in his cassibus potest Senatus Regius se intromittere propter violentiam, quę in eis fit, & inhibere Iudici Ecclesiastico, cum supradicti cassus vim inducant, quoad intentandum interdictum possessorium, sed extra hos cassus
35 † in vim nullitatis secundum veriorem opinionem, & iniustitię, non posset agere meo iudicio contra Iudicem Ecclesiasticum, licet aliqui allegati per Rodericum, vbi supra, respectu nullitatis aliud dicant, bene tamen posset contra Iudicem laycum animaduertere ob nullitatem, cum ad id non desit iurisdictio, & hæc vere mihi placent in materia hac recursus, ratione violentiæ ad Senatum Regium interpositi, salua semper aucthoritate Romanæ Ecclesię, cui me submito, in quacumq; materia, & in vim superiorum vidi non semel Senatum Regium non se intromisisse in negotijs Clericorum ob allegatam nullitatem, & iniustitiam in eorum factis, nisi adesset incompetentia, vel aliquid de superioribus.

DECISIO CXV.

De materia legis diffamari C.de ingenuis manumissis, & quę requirantur ad illius practicam diligens explanatio, & de intellectu. l.si contendat.ff.de fideiussoribus.

SVMMARIVM.

Citatio obtenta contra diffamantem, non expressa causa, in qua diffamans fundaretur. num.1.

Iactatio super successione, quia antecessor diffamati decessit sine filijs legitimis, & naturalibus, non refertur necessario ad illegitimitatem. num.2.

Agere inuitus nemo compellitur in Regno. num.3.

Petere voluntarium est. num.4.

Diffamans actor est, quia probocauit diffamando, & sequitur forum diffamati. num.5.

Reus est, qui intentat remedium legis si contendat. ff. de fideiussoribus. num.6.

Diffamatus citans diffamantem reus est in omnibus, licet actoris partes sustineat in modum concludendi, porrigendo libellũ. num.7.

Diffa-

Diffamatus duos Iudices habens (cum reus sit) potest eligere, quem velit ad citandum diffamantem vt agat, vel desistat. numer. 8. & 13.

Diffamans (cum actor sit) poterit ex duobus Iudicibus diffamati eligere, quem voluerit, ad agendum super principali causa diffamationis. nu. 9. & 13.

Lex diffamari, locum habet in omni diffamatione, respectu omnium causarum, & iurium. numer. 10. & in omni actione personali, & reali. num. 11.

Citatio in materia diffamationis debet fieri bina monitione, nec semel sufficit, cũ priuetur diffamans iure agendi, vel accusandi si non compareat. num. 12.

Exceptiones & defensiones non proponit diffamatus in citatione, sed in articulo principali. num. 14.

Diffamatus ad obtinendam citationẽ, & imponendum silentium diffamanti, non tenetur docere de iure suo. num. 15.

Diffamato deducente in replica, vel defensione iura sua, potest Iudex declarare sibi ius competere, & non diffamanti. nu. 16.

Silentium perpetuum imponitur diffamanti, si non doceat de iure suo, licet diffamatus ius suum non deducat. nu. 17.

Sententia data intentato remedio legis diffamari, nil debet pronuntiari de iure reo competenti, de quo erat diffamatus, nisi in replica reus illud ius allegauerit, & probauerit. num. 18. & 20.

Diffamatus in replica deducens ius suũ, de quo diffamatus est, censetur intentare remedium legis, si contendat. num. 19.

Remedium legis diffamari intentans, non nititur iuri suo, sed in non iure actoris diffamantis se fundat. num. 21. & 24.

Remedium legis si contendat intentans debet ius suum, & exceptionem deducere, & probare concludendo sibi ius competere. num. 22. & debet agere ad declarationem iuris sui non tantum ad declarationem iuris actoris. num. 23.

Diffamatus si ius suum deducat, poterit diffamans de contrario iure docere, & cumulabitur vtrumque remedium, legis si contendat, & legis diffamari. nu. 25.

Diffamatio debet summarie constare, ad hoc vt possit intentari remedium legis diffamari. num. 26.

Iactatio diffamatoris omnino debet probari; vt remedium legis diffamari locum habeat, licet ex vsu talis probatio soleat omitti, quando citatus actionem suam proponit. num. 27.

Diffamatus in conclusione petere debet coram Iudice statui terminum diffamanti intra quem agat, vel accuset. nu. 28.

Diffamans intra terminum præfixum à Iudice non agens, vel accusans in totum videbitur iuri suo renuntiare, & imponetur ei silentiũ perpetuũ super materia diffamationis. num. 29.

D. Antonius de Ixar omnia requisita obseruauit in citatione D. Petri & Francisci, & vtrumq; remedium cumulauit. num. 30.

Ius de præsenti requiri in lege diffamari, & exceptionem de præsenti in lege si contendat dicunt Doctores, nec posse dari remedium istarum legum pro iure de futuro. num. 31.

Diffamatus cũ actor sit, quoad modum concludendi debet summarie docere de iure suo, hoc est se iniuriam, & damnum pati, & alias non auditur. num. 32.

Præfi-

Præfixio termini in materia legis diffamari, debet fieri ad instantiam partis læsæ, & interessatæ. num. 33.

Reus diffamatus debet agere cum persona, cuius principaliter interest. nu. 34.

Diffamatus debet habere ius de præsenti, & non de futuro, & conditionaliter, vt possit remedium legis diffamari intentare. num. 35. & 52.

Iudicium non debet esse elusorium, & inane, num. 36.

Actionem non natam, non licet in iudicio proponere. num. 37.

Filius naturalis diffamans patrem de ignobilitate, vt possit ei succedere, non potest citari, quia non habet ius de præsenti, & ita iudicatum fuisse, refert Gamma. num. 38.

Filius viuente patre in successione patris, non habet spem probabilem quoad effectum. num. 39. & 40.

Primogenitus licet habeat ius formatum, quoad esse primogenituræ viuente patre, non tamen quoad omnem effectum. numer. 40.

Filius viuente patre spem in bonis eius probabilem, hoc est quam possit vendere, aut cedere non habet, bene tamē eam habet quatenus significat simplicem expectationē non tribuentem ius aliquod actuale disponendi. num. 41.

Remedium legis diffamari non competit ante actionem actualiter natam. nu. 42.

Successor maioratus non potest viuo possessore agere, vt declaretur successor post mortem possessoris. num. 43.

Successor maioratus viuo possessore non potest intentare remedium legis diffamari. num. 44.

Viuentis hæreditas premature petitur. num. 45.

Primogenitus viuente patre ius habet formatum, quod non potest variari eludi, aut euanescere. num. 46.

Primogenitus Regis viuo patre iuratur per Magnates in dominum, propter ius formatum, quod habet. num. 47. & largo modo Rex vocatur. num. 48.

Primogenitus Ducis, vel Baronis, largo modo vocatur Dux, etiam viuente patre. num. 49.

Nepos Regis filius fratris non habet ius formatum viuo Rege, nec alij agnati præter primogenitum, num. 50. Nisi commisceatur aliquod ius de præsenti, scilicet nobilitatis, aut ingenuitatis. nu. 51.

Successor maioratus remediū legis diffamari intentare potest, quando possessor iactaret bona esse libera, & dissiparet, vel disponeret de eis. num. 53.

Possessor Comitatus, potest petere se declarari Comitem, licet ius veniat de futuro, quod sustinetur propter ius de præsenti, licet minimum. nu. 54.

Successor maioratus ius habet de præsenti ad obuiandum dissipationi, vel alienationi rerum maioratus, si non ex leui causa moueatur ad petendum. 55.

Cumulatio legis si contendat, & legis diffamari operatur, vt possit concludi, non solum super non iure diffamantis, sed super iure diffamati. num. 56.

Possessor iactans bona habere libera, ius tribuit de præsēti successori ad hoc vt possit citari, & sic fuit iudicatum in Regio Consilio. num. 57.

Remedium legis diffamari contra iuris regulas est inductum. num. 58.

Remedium legis diffamari non tendit ad vindicandas, seu recuperandas res, sed vt declaretur non ius diffamatoris. n. 59.

Diffamator tacite ad iudicium prouocat. num. 60.

Diffamatus exceptionem opponere potest, etiam si executio differatur in tempus mortis, quando à diffamante prouocatus est. num. 61.

Diffamatore diffamante, & diffamato comparente iudicium sustinetur, ex vtriusq; voluntate, quod aliàs esset nullum, quasi sine actione intentatum. nu. 62.

Pactum de futura successione viuentis non valet. num. 63.

Sustinetur tamẽ ex voluntate eius de cuius hæreditate agitur. num. 64.

Remedium legis diffamari inductum est in odium diffamantis, & in fauorem diffamati, qui timet vexari actionibus intentandis non opportuno tempore. nu. 65.

Statum & famam diffamatione deteriorari necesse est, vt remedium legis diffamari locum habeat. nu. 66.

Famam deteriorari, vel statũ dicimus, quando adest ius actuale, vel spes probabilis in casum aduenientis conditionis, vel diei. nu. 67.

Debitum dicitur, quod debetur spe firma, & non pendet ex voluntate, sed ex futuro euentu. num. 68.

Spes vana dicitur, quæ vinculis iuris non est munita. nu. 69. & hæc non venit in considerationem, nec de ea potest fieri pactum. num. 70.

Spes à iure approbata considerabilis, & æstimabilis est, & super ea potest transigi. num. 71.

Spes à iure approbata facit sustinere iudicia intentata à successoribus vocatis post mortem possessoris. num. 72.

Status diminutio verbis generalibus in diffamatione comprehensa sufficit ad intentandum remedium legis diffamari. nu. 73.

Relatum est in referente. nu. 74.

Remedium legis diffamari non requirit actualem possessionem. num. 75. & cumulari potest cum lege si contendat. nu. 76.

Remedium vnius legis non perimit aliud, & vno non procedente aliud potest sustineri, etiam si cumulentur, quia super diuerso iure fundantur. num. 77.

Principale inspicitur, non quod venit in consequentiam, & secundario. nu. 78.

Legitimitatis causa super quæstione facti coram Iudice laico tractari potest. n. 79.

Primogenitus petere potest viuo possessore, vt declaretur successor post mortem possessoris. num. 80.

Citationem admissam fuisse, & pro D. Antonio de Ixar diffamato, iudicatũ fuisse in Regio Aragonum Senatu, refertur. num. 81.

Sententia, & decretum debent referri ad acta. num. 82.



IN Curia Dñi Iustitię Aragonum obtinuit nobilis D. Antonius de Ixar citationem aduersus nobiles D. Petrum & D. Franciscum de Ixar, sui per iactatione eorundem, asserentium, & diffamantium dictum D. Antonium non posse succedere post mortem futuram Ducis de Ixar in Ducatu, & incitatione 1 † non continebatur aliqua causa specialis, in qua diffamantes fundarentur ad excludendum D. Antonium, sed solum asserebat citatio, quod dicti citati se iactabant successuros veniente casu successionis, non autem Dominum Antonium

toniū,& quod D. Alphonsus, à quo descendit Antonius, decesserat sine filijs legitimis, & naturalibus, quod non † per
1 necesse debebat referri ad illigitimitatē Antonij, cum posset etiam ad factum purum referri, scilicet quod D. Alphonsus decesserat omnino sine filijs; est verum, quod Antonius verificando, & probando diffamationem, fecit fidem de quodā processu, vbi D. Petrus, & D. Franciscus in replicis suis expresserant causam iactationis, quia scilicet Antonius descenderet per lineam non legitimam, & sic infectam ad succedendum, & a supradicta citatione decreta, & bis confirmata se appellarunt Petrus & Franciscus ad Regiam Audientiam, petendo eam fore reuocandam, & annullandam ex multis, quæ sequuntur: sed quia hæc materia est extraordinaria, maxime in Regno, quia † nemo inuitus agere compellitur,
3 & experiri, l. vnica, in rubro & nigro, C. vt nemo inuitus, voluntarium † enim
4 est petere, l. creditor, C. de pignor. l. fin. C. de vsur. pupil. ideo aliqua ad faciliorem declarationem præmittenda sunt.

Et primo, quod in hoc iudicio diffamans † actor est, quia prouocauit diffamando, & sic sequitur forum diffamati,
5 qui reus est, Bald. in d. l. diffamari, Abb. in cap. si quis contra Clericum, num. 2. vers. & hoc puncto, de foro competenti, Salicet. in l. vnica, C. vt nemo inuitus, Bald. in l. acceptam, C. de vsuris, Alexan. alios referens consi. 103. lib. 5. Osasc decis. 151. numer. 4. & est communis secundum Cagnolum in d. l. diffamari, prout & idē
6 dicimus de eo, qui † intentat remedium, l. si contendat de fideiussoribus, qui vere reus est, l. Aurelius Simphorinus, §. certum, ff. de liberatio. legata, & nos latè in tractatu de Inhibitio, cap. 2. §. 5. à num. 6.
7 Vbi concludo, quod talis diffamatus † citans diffamantem vere reus est in omnibus, dempto quod actoris partes sustinet, quoad modum concludendi, porrigendo libellum, vt ibi num. 6. Bart. in l. libertus, ff. de in ius vocando, vbi dicit vtentē remedio, l. diffamari, quoad alia reum esse, tamen quoad primam petitionem actorem esse, Couar. lib. 1. variarum cap. 18. num. 4. in fin. vers. ex quibus, vbi de magis communi, & vide nos latè vbi supr. num. 8.

Ratio autem, quare diffamatus citans diffamātem reus, sit est, quia regulariter debemus attendere originem naturalis causæ, & non accidentalis, & inspecta origine causæ diffamatus vtiquè dicitur reus, Alexan. cons. 103. lib. 5. quem sequitur Crauet. cons. 182. num. 2. dicens, quod ad cognoscendum, an quis sit actor, vel reus, non est considerandum, quis fuerit vocatus in iudicium, sed respiciendū petitionem, & originariā causam, quod tenet Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum nu. 19. vers. voā tamen puto, ff. pro socio. cum ergo citatus in casu, l. diffamari cogatur agere, sequitur quod actor dici debeat, & forum rei sequi, cap. cum sit de foro compet. cum similibus, Bald. in dict. l. diffamari in fin. vbi diffamatum nominat reum, & diffamātem actorem, addens, quod diffamare est ad iudicium vocare, & sic diffamatus dicitur reus; iā prouocatus ad causam, & hæc opinio est verior secundum Abb. in cap. si quis contra Clericum numer. 2. ver. & hoc puto procedere, de foro compet. Alexand. vbi sup. Cagnol. in d. l. diffamari, vbi bene, Alexan. cons. 52. vol. 1. vbi quod diffamare est tacitè prouocare ad Iudicem Ordinarium ipsius rei, & sic in praxi seruari testantur supradicti DD. & nos vbi supra. Ex quibus sequitur, quod cum iste
8 diffamatus † reus sit, si habet duos Iudices, potest eligere quem velit ad citandū diffamantem, vt agat, vel desistat: Diffamans † autem eum vere actor sit pote-
9 rit postea eligere quem ex eis velit ad agendum super principali causa diffamationis, Couar. vbi sup. circa finem: & ex
10 communi † opinione habet locum, l. diffamari, in omni diffamatione respectu omnium causarum, & iurium, Molin. de primogen. cap. 14. à num. 10. Innocentius in cap. conquerente, glos. 2. de officio ordinarij, & ibi Felin. Boerius decis. 255. num.

num.7.vbi concordantes; † nam de iure
12 fere in omni genere causarum, ex qui-
bus quis diffamatur; datur actio; ex l.
diffamari, Abb. in cap. significauit, nu.4.
de testib. Boerius vbi sup. dicens, legem
illam in omnibus causis diffamationum
habere locum (& sententia impositionis
silentij in eodem lata; vim diffinitiuæ ha-
bet, & in rem iudicatam suo casu transiti
Cagnol. sup. nu.22. ex Bart. in l.1. C. de re-
latio. cum aliam post se non spectet: Fe-
lin. in rub. de re iudi. col.1. & pen. Trentá
cinq. lib.1. resolutio. tit. de diffamat. resó
lut.1. n.19. & seqq.) quod extéditur in om
ni actione personali, & reali, Boer. decis.
255. num.7. vbi concordantes, & cum agá
tur in hac l. de pleno præiudicio, scilicet
13 de priuando † diffamatem iure agendi,
vel accusandi, si non comparuerit, ideo
debet citari bina monitione, nec semel
sufficit; argum. l. properandum, C. de iu-
di. glos. in §. si quis non implens, ver. ad-
monitus, in nouell. de trient. & semis.
Alexan. cons.105. vol.1. glos. in Clemen.
sæpe. de verb. signific. Milis in reportor.
vers. actor agés, Bald. in d. l. diffamari, cir
ca fin. vers. & nota hanc inter loc. Inno-
cent. in cap. ad petitionem, de accusat. &
cap. consuluit, vbi etiam Abb. de officio
delegat. & hanc sententiam; quod quo-
ties de pleno agitur preiudicio, Iudex
non possit perpetuum silentium impo-
nere, nec quemquam suo iure priuare,
nisi præcedete bina monitione, compro
bant Bart. in l. Titia, numer.7. ff. de verb.
oblig. Felin. in cap. penult. col.4. vers. se-
cundo nota. de iudi. & latius in d. capit.
ex literis, ver. fallit.9. de constitu. Cardi.
Alexand. in cap. cum in tua, qui matri.
accus. poss. Franc. de Aretio. post Rom.
in l. quandiu de acquir. hæredit. Angel.
Perusi. in d. §. si quis autem non implens,
quem refert, & sequitur Angel. in rubr.
instit. de exceptio. in quæstion. 9. ver-
sic. vnum tamen tene menti, & in tract.
Malefi. glos. verbi: *Nec non ad querellam Ti-
tij*, colum.4. vers. vnum tamen singulari-
ter, & sic decisum fuisse in Neapolit. Se-
nat. refert Afflict. decis.264. num.3. Boe-
rius decis.255. num.9.10.11. & de commu
ni Couarr. lib.1. variarum cap.18. num.2.
vbi tamen dicit seruari contrarium ex
13 praxi: & magis declarãdo † id, quod sup.
diximus, quod scilicet citatus potest eli-
gere vnum ex Iudicibus diffamati rei,
intellige illud, quoad negotium causæ
principalis, scilicet actionem, & excep-
tiones; nam respectu primi articuli reus
diffamatus eligit quem vult, ex suis Iudi
cibus, qui citet, & terminũ statuat diffa-
manti ad agendum cum comminatione
silentij imponendi, Couarr. num.6. in fi-
ne. Ex quo infertur, quod exceptiones
14 † & defensiones non proponuntur cum
citatione, sed in alio articulo, vbi ille cau
sa principali agitur, scilicet de actione,
& exceptionibus, non enim requiritur
15 quod diffamatus † ad obtinendam cita-
tionem contra diffamantem, nec ad im-
ponendum silentium super diffamatio-
ne doceat de iure suo, nulibi enim id
scriptum legitur, saltim quando non pe-
titur diffamato ius cõpetere beneficio
d. l. si contendat: quod si vero diffama-
16 tus † in defensione, vel replica deducit
& probat iura sua intentato etiam reme
dio, l. si contendat, poterit tunc Iudex de
clarare, nullum ius competere diffama-
tori, sed potius diffamato, non tamen id
necessarium est, sed voluntarium, taliter
17 quod si reus † diffamatus non producit
iura sua, & constet de diffamatione, &
diffamator non docet de iure suo, debet
Iudex interloquendo imponere silentiũ
diffamatori super iactationibus, l. circa,
& ibi glos. in fine, vers. item quæro, vbi
Bartolus, Florian. & alij de probat. sequi
tur Boherius decis.255. num.12. vers. & ad
18 uerte, vbi aduertit, † quod Iudex in ipsa
sententia, quam tenetur pronuntiare in-
tentato remedio d. l. diffamari, nil de iu-
re reo competenti, de quo erat diffama-
tus, debet pronuntiare, nisi quando diffa
matus in replica allegauerit ad se illud
ius pertinere, & illud probauerit; tunc
enim ferri potest sententia iuris declara-
toria, vt dict. l. circa, quia censetur tunc
19 † intentare etiam remedium l. si conten
dat;

dat,sequitur Bladerius in d. l. diffamari,
cap.9.num.30. Alexand. Raudens. cons.
21.num. 328. cum sequent. quãdo autem
diffamator diffamationem iustificaret, †
20 tunc si diffamatus contrarium ostende-
ret,bene posset ferri sententia,per quam
non solum declaretur esse imponẽdum
silentium perpetuum diffamãti, sed etiã
vt dixi soli diffamato ius competere,ho-
21 rum ratio est: quia intentans † remediũ
solius, l. diffamari non nititur iuri suo,
sed tantum se fundat super non iure acto
ris diffamantis,glos.& ibi Baldus in d. l.
diffamari,num.8.vbi dicit, non probari,
ibi diffamatum esse liberum , nec id pe-
tit diffamatus,sed solum ne inquietetur,
& quod super diffamationibus silẽtium
imponatur: Osascus decisione 151.num.3.
Andreas Gail practi. obseruation. lib. 1.
obseruat.12.nu.2.

22 Totum contrarium erit,quando † in-
tentatur etiam remedium,l.si cõtendat,
tunc enim,reus debet ius suum,& excep
tionem deducere,& probare,concludẽ-
do,sibi ius competere , & poterit Iudex
illud declarare,iure autem non probato
succumbet,& ideo in d.l.Iudex imponit
silentiũ diffamatori, & declarat diffama
to ius competere ; & esse tutum omni
tempore sua exceptione,Romanus con-
sil. 244. num. 1. & cons.53. numer.1. Co-
uarr. vbi supra,num. 3. Mandelus consil.
251. num. 1. Aretinus cons.68.in fine,Bor
gninus decisione 9.num.5.part. 4. & nos
late vbi supra, vbi conclusimus,quod in
tentans † remedium,d.l.si contendat,de
23 bet agere ad declarationem iuris sui, &
non tantum ad declarationem non iuris
actoris , Innocent. in capit. Abbate in 1.
colum.de verborum significat. Osascus
24 vbi supra num. 3. & 10. cum igitur † re-
medinm legis diffamari tantum respi-
ciat defectum iuris diffamantis,sequitur
quod sufficiet iactationes,& diffamatio-
nes probare absquè aliquo requisito , &
sic,quod non est necesse probare ius dif-
famati, sed solum non ius diffamantis,
est verum, quod si diffamans † doceret
25 de iure suo ad defendendam diffamatio
nem,poterit diffamatus de contrario iu-
re docere, & tunc cumulabitur vtrum-
què remedium,l.diffamari, & l. si contẽ
dat,Alexan.Raudens. dict.cons.21. num.
328. Borgninus decis. 9. num. 6. 4. part.
Oliba.de actio.lib.2. cap.34.& 35. requi-
ritur deinde ad remedium l. diffamari,
26 quod prius summarie † constet de diffa-
matione,etiam iudiciali, Alexand. Rau-
dens. cons.21.num.315.Angel. in rubr. dè
exceptio. num. 23. & quod sic diffama-
tus reus probet iactationem, & diffama-
tionem,Molin.vbi sup. Couarr.lib.1. va-
riarum cap.18.num.2. Hostiensis in sum-
ma de libelli oblatione, §. vtrum possit
actor, Fabian. in l. diffamari, vers. caue,
Angel.de Malefitijs , verbo, necnon ad
querellam Titij , ver. quæro an Iudex,
Bart. in l. Titia, ff. de accusatio. Boerius
decisione 255. Angel. ad rubr. instit. de
actio. Gabriel.commun.opinio. lib.2.tit.
de Iudicijs,conclus.6. num. 24. vbi alle-
gat alios, Cagnolus in d.l.diffamari, nu-
mer.23. Baldus in l.2. C. ne filius pro pa-
tre, Alexand. in l. si finita, §. eleganter,
colum.penult. ff. de damno infecto, Ro-
manus cons.53.num.1. Couarr. vbi supr.
Decius in cap.in præsentia, notabil.3. de
probatio. Peregrin. de fideicom. art. 41.
num. 7. Borgninus decis. 9. num. 2. & 5.
part.4. & plures quos allegat Menoch.
cons.366.in 1. nu.1. Oliba.de actio. lib.2.
cap.34.num.7. Deniquè humidum radi-
27 cale , † l. diffamari consistit in probatio-
ne sola iactationum diffamatoris , vt be-
ne declarat Iosephus Ludouicus decis.
Lucens 32. numer.2.& 3.Oliba.de actio.
lib.2.cap.34.num.7.est verum , quod ex
vsu solet omitti probatio iactationis,quã
do scilicet citatus actionem suam propo
nit,& discutit,Couarr.num.2.in fin. Cir-
ca modum antem cõcludenti debet dif-
28 famatus petere † coram Iudice statui ter
minum diffamanti,intra quem agat , vel
accuset , quo casu intra terminum age-
29 re , & accusare cogitur; alias in totum †
iuri suo renunciari videbitur,& impone-
tur sibi silentium in perpetuũ super ma-
teria diffamationis, (& ea sententia ha-
uebit

beuit vim diffinitiue, vt sup. num. 12.) d. l. diffamari, vbi Alber. Salicetus, & Fulgos. Bald. numer. 6. Angel. inst. de exceptio. num. 23. & sic imponitur diffamanti silẽtium perpetuum, diffamatusq; vt reus absoluitur ab obseruatione iudicij, penitus in posterum, Faber. Bald. in d. l. diffamari, Boer. vbi sup. num. 14 Bartholom. Bladerius in dict. l. diffamari, eodem modo concludendum dicit Couar. lib. 1. variarum cap. 18. in princip. num. 2. & 3. Anton. & Felin. in cap. accepimus, num. 16. de fide instrumentorum, Doctores in cap. cõquerenti, de officio Ordinarij, & ad hanc interloquendi formulam adducit multa, Couar. num. 3. dicens, fore pronunciandum nullum ius diffamanti competere aduersus diffamatum.

Secũdum superiora videtur, quod D. Antonius obseruauerit † omnia requisi-
30 ta, nam primo diffamationem probauit testibus, & per processum, faciendo fidem de eo, vbi constat de diffamatione, conclusitquè diffamatoribus nullum ius competere, & silentium perpetuum eis imponi, quod omne necessario requiritur ad legem diffamari; & licet concluserit etiam sibi ius competere succedendi mortuo Illustrisimo Duce, quod ad remedium legis diffamari non petinet, vt dicit Couar. num. 3. & 4. & Doctores supra citati, pertinet tamẽ illud ad l. si cõtendat, Couar. & alij, vbi supr. & sic immiscuit vtrumquè remedium, dict. l. diffamari, & d. l. si cõtẽdat, quod fieri posse supra ostensum est, & bene declarat Couar. dict. num. 3. quo casu respectu legis, si contendat non esse necessariã diffamationem asseuerat, & ibi de communi. Sed quia tota disputatio in alio consistit, an scilicet hoc ius, quod D. Antonius prętendit sit spes, & ius de præsenti, an vero ius de futuro, in quo magna est differentia, nam in primo casu † dicunt Do-
31 ctores, intelligendam esse legem, si contendat, & legem diffamari, illam super exceptione de præsenti, hanc vero super iure de pręsenti, vt benè declarat Molin. de primog. lib. 3. cap. 14. à numer. 22. & 23. In 2. vero casu, quando est ius de futuro, non erit locus, nec legi diffamare, nec legi si contendat; & sic in his terminis, quando non est ius immediate de præsenti, sed de futura successione disputãda, nobis quæstio est, & examinandum etiam, an hic ius aliquod de præsenti immisceatur, super quo diffamatio facta fuerit.

Et pro parte negatiua contra D. Antonium mouebantur sequẽtia. Primo, quia si diffamatus actor est, † quoad modum
32 concludendi, & omnia debent fieri ad partis legitime instantiam, obseruantia, sed si Domino Regi, de generali priuilegijs, debuit Antonius docere de iure suo saltim summariè, docendo se damnum, & iniuriam pati à diffamantè, alias enim non debet audiri: ita Anto. Gabr. in tit. de actio. conclus. 6. num. 37. vbi loquendo † de remedio legis diffamari, dicit,
33 quod præfixio termini debet fieri ad instantiam partis lesæ, & interessatæ, & nõ alterius, qui nõ prętendit ius, allegat Castrens. in l. si contendat de fideiussor. qui tamen loquitur in materia illius legis si contendat, allegat etiam Felin. in capit. olim, de rescriptis, numer. 10. dicentem, quod non sufficit actori ad obtinendum aliquid, probare non ius aduersarij, nisi doceat de iure suo, sed Felinus loquitur in materia legis si contendat: at hic agimus de materia legis diffamari, allegatur etiam pro hoc Gamma decisione 102. num. 5. vbi nihil de hoc concludit, sed solum quod reus diffamatus † super statu, debet agere cum persona cuius
34 principaliter interſit, & sic cum filio, cuius principaliter interest, ad succedendum, quod pater sit ignobilis, allegatur etiam Contardus in l. diffamari, 1. limitatione num. 7. vbi satis obscure loquitur, allegando Felinũ, qui nihil dicit in meo libro, verum dicit Contard. quod legitimandæ sunt partes, quod ego intelligerem, quoad probandam iactationẽ diffamantis, & quod reus citans fuerit diffamatus, quod cum non præstiterit Antonius videtur excludendus.

Secun-

Secundo adducebatur, quod diffama
35 tus reus debet habere ius de præsenti, &
non de futuro, & conditionaliter, Boer.
decis. 255. num. 10. Aretinus cons. 68. Ga-
briel. vbi supra, num. 38. dicens, quod l.
diffamari procedit, si is, qui petit imponi
silentium, possideat rem, super qua petit
imponi silentium, quia si non possideret,
non deberet audiri, Xuarez allegatio. 3.
sibi contrarius in allegatione 4. & sic in
l. diffamari datur ius de præsenti, & non
36 debet iudicium † esse illusorium, & ina-
ne, l. litigatores, §. fin. de arbitris, lege
prętoris, vers. aliquorum de iudicijs: Mo
lin. vbi infra num. 10. & actionem † non
37 natam in iudicio non licet proponere, l.
nō quemadmodum de iudicijs, nec suf-
ficit spes, de qua Alexan. cons. 5. num. 9.
lib. 7. quia ibi, fuit ius non conditionale,
sed in diem, & spes debet esse talis, de
qua loquitur, l. spem, C. de donationi-
bus, l. 1. C. de pactis, & non spes, de qua
agimus hic, imo quod plus est inferendo
ad ius diffamantis, ex his id resoluit Gā-
ma vbi supr. non fore citationem admit-
tendam in simili casu, vbi filius † natura-
38 lis acclamauit patrem esse ignobilem, vt
ei succederet, pater autem citauit eum
ob diffamationem per l. diffamari, con-
cludendo in libello, vt filio tempus assi-
gnaretur ad agendum contra patrem su
per nobilitate, & statu personæ, & silen-
tium ei imponeretur, si non ageret, vel
probaret ignobilitatem, & iudicauit se-
natus, legi diffamari non esse locum, ex
eo, quia lex illa solum habet locum, quā
do diffamans citatus habet ius de præ-
senti, secus si de futuro, Gomez in l. 40.
Tauri num. 79. vers. nec prędictis circa
fin. in casu autem decisionis Lusitanæ, fi-
lius diffamans ius non habet de pręsenti,
vt compellatur agere contra patrem, vt
eius hæres iudicetur, sed de futuro, ex
quo pater viuit, nam filio tunc successio
non debetur, Bart. Paulus, & omnes in
Authen. si qua mulier, C. de sacrosanctis
Eccles. nec † habet spem probabilem,
39 quoad effectum filius, l. 1. §. impuberi, de
collatione bonorum, l. post emaucipatio
nem, §. 2. de liberatione legata, intelligē
do de spe iuris formati, quod vendi, aut
cędi possit, iuxta legem spem, C. de dona
tio. l. 1. C. de pactis, quinimo etiam pri-
40 mogenitus, † licet respectu pręcipui,
quod pro primogenitura datur in Fran-
cia, habeat ius in se formatum, quoad es-
se primogenituræ viuo patre, non tamen
quoad omnem eius effectum; quia effe-
ctus vtilis non competit filio viuente pa-
tre, nec re, nec spe; quandiu enim pater
viuit, nullum ius habet filius in bonis pa
tris, nec ei debetur successio, imo nec le-
gitima, nec spes probabilis, lege 1. §.
si impuberi, de collatio. bonorum, l. post
emancipationem, de liberatione legat.
Bart. Alexand. & Iass. in l. is potest, de ad
quir. hæredit. Bart. in l. qui Romæ, §. duo
fratres, ff. de verborum obligatio. quod
41 est verum, † prout spes accipitur pro ali-
quo iure formato, quod potest vendi, cę
di, vel aliter disponi, vt in l. spem, C. de
donatio. cum similibus, sed quatenus ac-
cipitur pro simplici expectatione, non
tribuente ius aliquod actuale disponen-
di, bene habet filius spem probabilem, &
considerabilem, à iure naturali gentium,
vel ciuili, introductam in bonis, & futu-
ra successione patris viuentis, remediū
42 † autem legis diffamari non competit an
te actionem actualiter natam, sed tunc,
quando diffamans potest cogi ad agen-
dum, & etiam diffamatus agere, quod
non erat in casu illius decisionis, vbi fi-
lius non potest agere, vt pronūtietur hę
res viuo patre, nec habet ius deducibile
in iudicio, & sic non potest cogi diffamās
litem mouere contra diffamatum patrē,
cum sine actione nemo experiatur, l. pu-
pilli, §. videamus, cum vulgat. de nego-
tijs gest. l. 3. §. penult. ff. de precario, l. cen
tissimis, de verborum oblig. l. Fulcinius,
§. si in diem, quibus ex causis in possessio
nem eatur, quare merito actio denegan-
da est tunc, Abb. in cap. examinata, de iu
dicijs, sequitur Gamma vbi supr. dicens,
43 successores † maioratus non posse viuo
possessore agere, vt declarentur successo
res in futurum post mortem possessoris;
non

non enim datur iudiciũ de futuris, l. non quemadmodum de iudicijs, & quia ante mortẽ possessoris nullus proximior certus, cum posśit prius mori, l. cum ita legatur, §. in fideicommisso, ff. de leg. 2. l. peto, §. fratre eod. & proximitas est semper cõsiderãda tẽpore mortis, Moli. de primog. lib. 3. capit. 11. & refert Gamma sic aliàs fuisse iudicatum, quam decisionem sequuntur Molin. de primog. lib. 3. cap. 14. á nu. 10. vbi allegat pro se Pinel. Gomez, Vasqui. Padill. Xuar. Boher. Mascard. & alios, tenentes, quod viuo † possessore
44 maioratus non licet successoribus intentare remedium l. diffamari, cum non habeant ius de præsenti, sed de futuro, & iudicium posset reddi elusorium, contra l. non quemadmodum, de iudicijs, l. 1. §. 1. de vsur. l. litigatores, §. fin. ff. de receptis arbitris, & respondet Molin. contrarijs, dicens, hanc veriorem, & probabiliorem, fatetur tamen varie iudicatum fuisse in hoc casu, sequuntur Gomez vbi supra, num. 79. Pinel. in l. 1. parte 3. numer. 78. C. de bonis matern. Xuarez allegatione 3. colum. 2. Padilla in l. 1. C. de fideicommis. num. 30. fundantur, quia vt dixi, hæreditatem viuentis † prę-
45 maturè quis petit, l. 2. §. interdum, ff. de vulgar. l. statius florus, §. vltimo, de iure fisci, l. qui superstitis, ff. de adquiren. hęred. l. 2. de hæredit. vel actio. vendit. sequitur Mieres de maioratibus, 2. parte in initio numer. 64. dum limitatim loquitur in primogenito, & alijs descendentibus, intrantibus locum eius, propter ius formatum, & spem in se certam, quam habent, supponens, secus esse, vbi illud ius de prę́senti nõ datur, vt in alijs, allegat. l. 1. C. de fideicommis. vbi datur ius de præsenti, confirmat Auendañus dict. l. 40. Tauri, numer. 35. vbi solum permitit hoc in primogenito successore, ratio differentiæ est, quia in alijs, non datur tale ius formatum, cum
46 in primogenito † non posśit illud ius variari, eludi, & euanescere, sed certum sit iam, immutabile, & perpetuum, licet effectus vtilis desit, vt sup. dixi, ex quo in-

fertur, quod licet primogenitus † filius
47 Regis iuretur per Magnates in dominũ, propter hoc ius formatum, secundũ Molina lib. 3. de primog. cap. 6. num. 15. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 15. part. 2. glos. 11. verbo, su padre, Auendan. num. 33. imo, in vi-
48 ta † patris vocatur largo modo Rex, quia habet radicatam successionem habitualem, glos. in capit. fin. 24. quæst. 1. Bald. in l. ex hoc iure, numer. 5. de iust. & iur. Afflictis in cap. 1. numer. 17. & 33. de succes. feud. Isern. in præludijs feudo. cap.
49 quis dicatur Rex, Auenda. nu. 33. quod † sane dici etiam debet de alijs primogenitis, Ducum, Baronum, & similibus maioratibus, qui simile ius formatum habent, etiam viuo patre, Abb. in cap. tanta num. 10. qui filij sint legitimi, Iass. in l. in suis, numer. 19. ff. de liber. & posth. late Molin. vbi supra, numer. 17. cum sequent. quod omne, tam de iure formato, quam de iuramento, non practicatur, ex defectu huius iuris in nepote
50 † Regis, filio fratris, nec vnquam fuit visum, quia in eo non datur illa continuatio, quæ in filio primogenito consideratur, quare in primogenito posset procedere, sed in alijs agnatis non videtur procedere, & hanc opinionem frequentiorẽ dicet Fabius de Anna. consil. 11. numer. 3. Calcan. consi. 21. numer. 1. Boer. decis. 255. num. 10. Emilius consil. 155. in fin. Marzar. de fideicommis. q. 61. dicens, sic iudicatum in Rota Florenti. Vasqui. de successio. creatio. §. 6. num. 46. Ludu. commun. opinio. cap. 8. colum. 5. versic. amplia. 11. Gutierrez consi. 13. & cum his concordat Gamma dicta decisione 202. videlicet, quando † non
51 commiscetur ius aliquod de præsenti, veluti status personæ, nobilitatis scilicet, vel ingenuitatis, & simillum, nam his interuenientibus cõtrarium tenet, Garcia, de nobilitate, glo. 47. nu. 14. vbi id sequitur, non dato aliquo iure de præsenti, etiam minimo, quo dato, tunc sustinebitur secundũ, eũ ius de futuro, & quod re-
52 quiratur ius † de prę́senti in diffamatore, & diffamato, nõ vero sufficiat ius de fu-

turo, tenet Aretinus conſ. 68. numer. 6. Anton. Gabriel. de actio. numer. 38. Albarus Valaſ. conſult. 184. numer. 7. par. 2. Carpan. ad Mediolan. cap. 46 num. 8. parte 1.

Eſt verum, quod auctores huius opinionis adducunt vnam bonam limitationem, ſcilicet, quando poſſeſſor † maio-
53 ratus, vel rei iactaret, & diffamaret ſucceſſorem non habere ius, vel bona eſſe libera, & alienando, diſponendo, diſſipando quomodocumque id attentaret, ex quo iuri maioratus, & ſucceſſori præiudicare poſſet, tunc enim agere poſſet ſucceſſor remedio legis diffamari, Molin. d. cap. 14. numer. 32. Xuarez allegatione 4. Garcia de nobilitate, gloſ. 47. nu. 13. 16. quia tunc iam diffamans poſſidet de præſenti, quod ſuſtinet ius de futuro annexum, vt dixit Bart. in l. vti frui, §. vtrum, ff. ſi vſusfruct. petatur, quod poſſidens † Comitatum poteſt petere declarari ſe
54 Comitē, licet veniat ius de futuro, quia ſuſtinetur propter illud ius de præſenti, licet minimum ſit; tunc, quia † diſſi-
55 pando bona, iam videtur ſucceſſori cōpetere de præſenti ius ad obuiandum illi præſenti præiudicio, vt dicunt Doctores iſti. quod tamen moderatur Didacus vbi ſupra, in fin. quando eſſet iuſta cauſa non leuis, veluti quia bona alienaret, emptorem quæreret, vel bona libera eſſe diceret, & ſimilia faceret, (tametſi Pinelus in l. 1. C. de bonis mater. 3. parte numer. 78. Gom. in l. 40. Tauri, numer. 79. id impugnent) & dicit Couarr. vbi ſupra ſic iudicatum in Regio Tribunali; idem, quod Didacus ſequitur Mieres de maiorat. 2. parte in initio, à num. 63. Gregor. Lopez l. 1. tit. 2. part. 3. Otalor. de nobilitat. 2. part. tertiæ partis princip. cap. 9. fol. 84. num. 6. Fabius de Anna. conſ. 11. num. 5. 6. 7. Gutierrez conſ. 13. colum. 1 & hoc fatentur in hoc caſu omnes, qui alias denegant actionē ſucceſſori maioratus cōtra alios diffamantes non primogenitos, ſecundum Anna. num. 5. eſt verum, quod in
56 hoc † ſolent cumulari, lex ſi contendat, & lex diffamari, vt poſſit concludi non ſolū ſuper non iure diffamātis, ſed ſuper iure diffamati, Couar. num. 3. & 8. & pro
57 hac opinione † fuit iudicatum in proceſ. D. Ioannis Ximenez de Vrrea Comitis de Aranda, contra D. Mariam de Vrrea Comitiſſam de Alba de Liſta, in Regia Audientia, alias intitulatur, proceſſus Petri Viuera, necnon dominæ Mariæ de Vrrea Comitiſſæ de Alba, ſuper iuris firm. in Curia Iuſtitiæ Aragonum 30. Octobr. 1581. vbi in electione iuris firmæ fuit confirmata ſententia Regiæ Audientiæ, per quam citabatur dicta Maria, vt veniret ad videndum dari petitionem ciuilem contra eam propter diffamationē, qua ſe iactabat habere ſe dotem liberā, & fuit citata ad inſtantiam D. Ioannis de Vrrea Comitis de Aranda, hic erat ius de præſenti, & in proceſſu D. Franciſci ab Aragonia, qui citauit Ioānam filiam, quæ dicebat patrem ſibi debere aliquid, & erat etiam ius de præſenti, & in proceſſu Hieronymi Ferrer de Eſpaña contra Franciſcum Ferrer ſe iactantem habere bona libera, cum non eſſent, verum hic, vt in primo proceſſu iactabat ſe poſſeſſor ſuper iure de præſenti, & in hoc ca ſu videtur id verum.

In contrarium tamen facit præmittendo, quod remedium l. diffamari † eſt
58 contra regulas iuris, cū inuitus quis agere compellatur, Couar. Cagnol. & alij vbi ſup. Paz in praxi, 3. tom. cap. 9. §. 1. &
59 2. & in hoc remedio † non agitur de vendicandis, aut recuperandis rebus, ſuper quibus iactationes interuenerunt, ſed ſolū agitur de declaratione nō iuris ipſius diffamatoris, communiter DD. in dict. l. diffamari, Couar. vbi ſup. Molin. & alij, quo fit, vt nullū ius actuale ſit neceſſariū in diffamato, nec in diffamatore, nā diffa
57 mator † tacite ad iudicium prouocat, & ſic diffamando videtur ſe ad agendū reſtringere. Bald. in d. l. diffamari, n. 6. Gail. lib. 1. obſer. 9. n. 4. & 5. Oſaſc. vbi ſup. n. 6.
58 & ita nō ſolū † quādo actio cōpetit de præſēti, ſed etiā quādo differtur executio in tempus mortis, poteſt proponi exceptio ab

ab ipso diffamato contra diffamatorem,
si enim diffamator diffamãdo prouocat
ad iudicium, comparente diffamato ex
63 vtriusquè voluntate videtur † sustineri
posse iudicium, quod alias, tanquam si-
ne actione intentatum nullum esset, l. si
pupilli, §. videamus, ff. de negotijs ge-
stis; nec mirum est, quod ex vtriusquè
voluntate iudicium istud conualidetur,
similiter † enim, licet pactum de futura
successione viuentis non valeat, l. final.
C. de pactis: Decius cons. 475. numer.
22. & consil. 494. numer. 2. Cagnol. in
dict. l. fin. numer. 22. vbi dicit commu-
nem, tamen quando † interuenit con-
64 sensus illius, de cuius hæreditate agitur,
sustinetur pactum, Cagnolus in dict. l.
final. numer. 43. Paris. cons. 24. numer.
60. in 2. Craueta consil. 42. Beroius con
sil. 95. num. 12. Becius cons. 74. numer.
2. cum ergo in casu nostro adsit con-
sensus vtriusquè diffamatoris, & diffa-
mati, citantis diffamantem, sequitur nõ
esse necessarium ius actuale de præsen-
ti, cum non agatur de recuperatione a-
ctuali bonorum, sed de declaratione
non iuris diffamantis, in casum adue-
nientis conditionis, pro quo facit Xua-
rez Paz tomo 3. in sua praxi, capit. 9.
65 §. 1. nume. 3. fol. 62. dicens, † remedium
legis diffamari esse inductum in odium
diffamantis, & in fauorem illius, qui dif-
famatione molestatur, & timet vexari
actionibus intentandis non opportuno
tempore, & quando probationes desunt
66 diffamato, † quod procedit, vbicumque
fama, & status diffamati per diffamatio-
nem deterioratur, Cæsar Vrsilis ad Af-
flictum, decis. 264. numer. 3. quod veri-
67 ficatur † in iure actuali, & etiam in spe
probabili alicui competenti, in casum
aduenientis conditionis, vel diei, talis
enim spes non dicitur vana, sed radica-
ta in vocatione maioratus, vt in nostro
casu, Tiraqnel. ad leges connubia, glos.
68 2. numer. 40. Illud † enim nobis debe-
tur spe firma, quod iam non pendet ex
alterius voluntate, sed ex aliquo futu-
ro euentu, Bartol. in lege finali numer.
16. C. de pactis, Pelaez de maioratu, se-
cunda parte, in initio, num. 51. & 53. Spes
69 enim † dupliciter consideratur, primo,
quatenus vinculis iuris non est munita,
& hæc appellatur vana, & hanc habent
agnati, & cognati de succedendo agna-
tis, & cognatis, & quam habet hæres scri
ptus in testamento viuo testatore, nam
cum voluntas sit de ambulatoria, vsquè
70 ad mortem, l. 4. pro socio talis, † spes non
est in consideratione, nec stimatur, nec
de illa potest fieri pactum, Bart. in l. post
emancipationem, de liberatione legata,
Cagnol. in dict. l. fin. numer. 227. C. de
71 pactis; Alia est spes à iure † approbata,
veluti, quæ ex fideicommisso etiam con-
ditionali resultat, in fauorem vocatorũ,
vel ex contractu feudo, emphyteusi, le-
ge, aut consuetudine, vt in iure primo-
geniture, quæ spes considerabilis, & æ-
stimabilis est, & super qua transigi li-
cet, l. de fideicommisso, C. de transa-
ctio. Cagnol. in d. l. finali, numer. 219.
C. de pactis, Peregrin. artic. 23. num. 52.
62. Pelaez vbi supra, numer. 65. Becius
72 consil. 74. num. 24. Cuius spei vigore †
sustinentur in dies iudicia intentata à
successoribus vocatis post mortem pos-
sessoris, Garcia de nobilitate, glos. 47.
numer. 14. refert Fabius Anna. consil.
11. numer. 11. Gutierrez consil. 13. num. 2.
Pelaez num. 64. sed certè isti loquun-
tur, vel quando adest aliquod ius de
præsenti, vel quando possessor se ia-
ctat, sed magis clare tuẽtur hanc par-
tem, Cephalus, & alij allegati per Bor-
gnin. decisione 9. numero. 14. part. 4.
Raudens. vbi supra, Decianus respon-
so 54. lib. 3. quid quod, iam hic datur
ius de præsenti pro D. Antonio, scili-
cet diminutio status legitimitatis, quam
negauit D. Petrus; & licet in ipsa ci-
73 tatione † id non fuerit expressum ver-
bis specificis, fuit tamen verbis gene-
ralibus, quod sufficit, Bart. in l. præ-
tor, in principio de noui. oper. nuntia.
Surdus consil. 43. numer. 19. & cons. 181.
Beroi. quæst. 1. numer. 5. Petra quæst.
15. numer. 155. & nos late de Inhibitio.

cap.3. §. 3. num. 15. & decis. 27. præsertim, quia hic satis expressum est per relationem ad aliud,
74 † cum relatum sit in referente: Decius consil. 68. numer. 6. Petra quæst. 15. numer. 155. Tiraquel. ad leges connu. glos. 7. numer. 182. Bald. consil. 212. numer. 1. in quinto, vulgatis iuribus, maxime, quod non requiritur, quod in citatione constet de iure citationis, si tamen postea constet ex processu; Garcia vbi supra, numer. 15. in fin. Cumque hic per relationem ad processum D. Sebastiani de Morrano fide factum constet, quod D. Petrus diffamauerit D. Antonium asserendo illum illegitimum, iam aderit ius de præsenti, ratione cuius sustinebitur omne ius de futuro.

Vltimo facit, quia in remedio legis
75 diffamari non est necessaria † actualis possessio, cum illud fundetur super iactatione emissa à diffamatore, & ita diffamatus tanquam reus necessariam sui defensionem suscipit, per eam solum intendens, quod diffamator agat, vel taceat, Riminaldus consil. 716. numer. 39. & quando cumulatur l. diffa-
76 mari † cum lege si contendat (quod fieri posse dicunt Couarruuias, Raudens. respons. 11. numer. 274. Paz tomo 3. capit. 9. §. 1. & 2.) tunc si alterum non procederet ex defectu iuris actualis, manet † tamen saluum remedium alterius
77 legis, quia vnum non perimit alliud, glosa in l. de pecoribus, C. ad l. Aquiliam: Raudens. numer. 274. & 330. Borgninus decisione 9. numer. 11. part. 4. remedium enim l. diffamari fundatur in iactatione, lex autem si contendat fundatur in iure actuali, Pax dict. §. 2. tom. 3. fol. 63. Oliua. de actio. lib. 2. capit. 34. & 35. Vnde cum in casu præsenti iactatio probata sit, etiam super iure de præsenti, super statu, videtur sufficere: quam sententiam tenet Gamma in sua opinione, vbi supra, cum in suo casu, & nostro non agatur principaliter de successione viuentis, sed de
78 statu personæ, † quod de præsenti competit, licet secundario agatur de successione, quod non attenditur, glos. in l. de vnoquoque, de re iudicata; tum quia si contra dicentem me seruum esse, vel libertum, habeo remedium legis diffamari, licet secundario tractetur de successione, tractando principaliter de statu, dict. l. diffamari, l. diui fratres, §. 1. secundum vnum intellectum, ff. de liberali causa, ergo idem in casu nostro, quia illa lex extenditur ad causas nobilitatis, Faber in §. præiudiciales, columna fin. versic. sed quid in causa nobilitatis, num. 41. de de actio. Gamma numer. 4. & licet hic agatur de legitimitate, id autem non fit principaliter, nec incidenter super iure, & viribus matrimonij, sed tan-
79 tum super quæstione facti † in ordine ad successionem, quod fieri potest coram Iudice laico: Barbos. in l. Titia, ff. soluto. & nos latius dicemus cito. Imo, quod absolute possit successor vi-
80 uo possessore petere, † quod declaretur successor in casu mortis possessoris, tenet idem Pelacz numer. 64. propter illam spem firmam, quam habet ad primogenium, sed ipse loquitur in primogenito, qui spem firmam habet, vt supra dixi, secundum Abbatem, consil. 85. & habet ius primogenituræ formatum in sua persona etiam viuo patre, & potest illud vendi, & cedi, & ita iudicatum refert Pelaez, & idem in primogenito fatetur Auendan. l. 40. Tauri, numer. 35. quod non tollit primam opinionem, quia id in primogenito omnes fatentur, sed Cephalus idem tenet in quocumque successore, dict. consil. 381. in tertio, loquendo in agnatis vocatis ad primogenium, Fabius de Annan. vbi supra, Petra de fideicomiss. quæstio. 10. numer. 11. dicens verius, & receptius.

Tandem consideratis his omnibus Se-
81 natus pronuntiauit † pro dicto D. Antonio, attento, quod diffamatus fuit per D. Petrum, super statu & legitimitate suæ natiuitatis, asseuerabat enim Petrus, Anto-

Antonium natum ex Gratia Sancho, & Dño Alphonso Ixàr, existente ipsa Gratia Sancho in primo matrimonio vxorata cum alio,& per consequens asserebat Antonium filium Alphonsi illegitimum, tanquam natum ex adulterio, ex quo se quebatur,quod diffamatio erat super iure de præsenti,scilicet status,quod requiritur ad verificationem legis diffamari, & licet secundario agatur de successione, nil inconuenit, quia non attenditur, quod in consequentiam venit,dict.l.diffamari, quod omnes fatetur sine dubio. Quid quod hic citatio solum fuit decreta ad effectum imponendi silentium diffamanti super iure negatiuo, quo asseuerauit diffamando Antonium non successibilem adueniente casu vinculi, iuxta meros terminos, & cancellos legis diffamari, & licet citaretur Petrus, etiã super iure succedẽdi affirmatiuo vtriusquè diffamantis, & diffamati, id liceret, cum fiat secundario, & in consequentiam, quod licet, vt dixi supra latè, & multo magis, quando diffamans in suo libello excluderet diffamatum à iure,& potentia succedendi, & diffamatus coactus ob id se defenderet, & probaret se posse succedere, tunc id maximè liceret, vt supra latè dictum est, & quamuis in citatione expresse non dixerit diffamatus, velle se citare Petrum ob diffamationem status, sed solum ob diffamationem inhabilitatis non succedendi, quæ inhabilitas potuit ex alijs causis (quam status) nasci, tamen quia in citatione se retulit diffamatus ad diffamationẽm iudicialiter in actis factam, & in actis constat de diffamatione status, & illegitimitatis, perinde est, ac si expresse se retulisset Antonius diffamatus ad eam causam status, & illegitimitatis, relatum enim est in referente, Decius communiter receptus, cons. 63. in 2. Menoch. Surdus multa referens cons. 230. Et sententia primi Iudicis à quo, decernentis citationem contra Petrum, licet expresse non se retulerit ad eam causam, & diffamationem status, tamen est referenda ad eam

81 causam, quia † sententia & decretum debent referri ad acta, & iustificari ex causa in actis deducta: glos. in l. hæc enim, vers. est verum, ff. de suspect.tut. in principio, glos. Bart. in l. si quis, de exceptio. rei iudic. & in l. Iulianus, 4. colum. vers. prædicta vero, in fin. ff. de conditio. & demonstrat. Nos late in tractat. de Inhibitio. cap. 1. §. 2. quare merito pro Antonio iudicatum per maiorem partem Senatus, vno contradicente, die vigesimo Martij, millesimo sexcentesimo decimo secundo, in processu appellationis, Don Petri de Ixar, actuario Losilla, in Regio Consilio.

DECISIO C.XVI.

An in creatione census possit apponi pactum, vt teneatur venditor census nouam hypothecam dare, aliàs teneatur sortem restituere.

SVMMARIVM.

PACTVM *de melioranda hypotheca, vel noua constituenda adiectum venditioni census, an sit licitum, dubitatur num. 1.*

Census consignatiuos licitos esse, licitèq. imponi nemo dubitat, certis tamen conditionibus num. 2.

Census emptionem suspectam, odiosam, & vsurarum succedaneam appellant Doctores. num. 3.

Pactum, vt intra certum tempus liceat redimere censum, & non post illud, reijciendum esse, & remanere absolutam redimendi facultatem, tradunt DD. num. 4. licet

tale pactum in alijs contractibus emptionis praeter censum sustineatur.num.5.

Pactum, vt intra certum tempus liceat redimere, & post illud maneat census irredimibilis addito iusto pretio, licite imponitur.num.6.eodem tamen pretio, secus. nu.7.

Vsura praesumitur ex pretij paruitate. num.8.

Census redimendi facultas venditori restringi non potest.num.9.Nisi super addito iusto pretio.num.10.

Pacta restringentia venditori facultatẽ redimendi sunt illicita, ex motu proprio Pij V.num.11. & 34.

Motus proprius Pij V. fidem habet extrauagantis.num.12.

Census redimendi facultas nullo tempore praescribitur.num.13.

Exceptionum materia perpetua est, & praescribi non potest.num.14.

Pactum, quod facultas redimendi censum relinquatur arbitrio emptoris in penã, vel ex aliquo euentu non valet.num.15.& est contra vniuersalem contractus censiticij conditionem.num.16.

Mutui & census differentia.nu.17.

Pactum, quod si census nõ soluatur intra biennium possit exigi sors, nõ valet.n.18.

Extrauagantium fides probata est.n.19.

Censum redimere nullo pacto cogi potest veditor. num. 20. Sors principalis ita alienatur in venditione census, vt venditore inuito etiam ob moram solutionis redditus non possit recuperari.num.21.

Mutuum est, quando conuentum fuerit, vt quandiu soluantur vsurae, sors non possit peti.num.22.

Census ab egentibus hominibus frequentius constituitur.nu.23.

Spes reppetendi pretium operatur, vt non sit omnino alienatum. nu.24.

Mutuum contrahitur, quandocunq; creditori conceditur reppetẽdi facultas. nu.25.

Pactum penale adiectum dationi quãtitatis, inducit praesumptionẽ vsurae.nu.26.

Pactũ, quod si per bienniũ debitor nõ soluerit pensiones, possit emptor sortẽ reppetere iniustũ, iniquũ, & sic reijciendũ est, valido remanente contractu.num.27.

Pactum, vt liceat intra certum tempus redimere, & non post, iniustum, & reijciendum esse iudicatum fuisse refertur. nu.28.

Pactũ de melioranda hypotheca ad arbitriũ, satisfactionẽ, & securitatẽ emptoris super aliquo loco tuto, & securo reijciendũ est, contractu census firmo manẽte. nu.29.

Pactũ de reppetẽda sorte, si per bienniũ non soluatur pensio, potest lege, vel statuto confirmari.num.30.

Pactum de meliorãda hypotheca, quod prima sufficiens, & secura est, prorsus est illicitum.nu.31.idem quando dubium est, an sit sufficiens prima.nu.32.

Pactum adiectũ venditioni domus, vt si venditor intra certum tempus non reficiat domum ruinosam, possit emptor recuperare pretium, nihil prestando pro vsu domus, suspitionem continet vsurae. nu.33.

Pactum de melioranda hypotheca, vbi facile est venditori, & expeditum censum nouum constituere valet.nu. 35. idem vbi prima secura non est.num.36.

Census conuertitur in mutuum, quam primum emptor deliberat sortem reppetere, & exinde annuum redditum non potest exigere.num.37.

Pactum de melioranda hypotheca licet fiat ad firmiorem cautelam, & securitatẽ con-

contractus, non ideo magis valet, cum sit contra naturam census.num.38.

Emptori licet indemnem se seruare per securam hypothecam à principio, non vero ex post facto.num.39.

Pactum de melioranda hypotheca licitum esse, aliqui tenent.num.40.

Pactum adiectũ mutuo, per quod quis nihil lucratur, sed se indemnem seruat, licitum est ex sententia Theologorum, & Canonistarum.num.41.

Mutuans pecuniam, pro qua pensionem alij soluit, potest pactum apponere, vt quandiu ei non reddatur, soluatur pensio liberta te apud ipsum mutuantẽ manente.nu.42.

Emptor census quæcunq; pacta pro securitate census apponere potest..nu.43.

Pactum, vt in pœnam aliquã teneatur venditor redimere censum, valet.nu.44.

Mutuatarius pacisci potest, vt sibi aliquid vltra sortem soluatur nomine pœnæ. num.45.

Pactum, vt censu non soluto per biennium possit exigi pretium, valet.num.46.

Nec cogit præcisse, sed causatiue ad redimendum censum.num.47.

Emphyteosis ob non solutionem amittitur culpa dñi vtilis, non vero directi.n.48.

Mora delictum est maxime in eo, qui iurauit.num.49.

Facultas fruendi pretio pensiones soluẽdo data est debitori per pactum, vt si non soluantur, possit pretium exigi.num.50.

Pactum pœnale adiectum dationi quantitatis suspectum est de vsura.num.51.

Pactum pœnale appositũ facto, vel dationi speciei, vel faciendi aliquid, valet pactum, & pœnam.nu.52.& 62.

Repetitio sortis non pendet à voluntate emptoris, sed venditoris non soluentis pẽsiones, non constituentis, vel non meliorantis hypothecam.n.53.

Pactum de retro vendendo non impedit, quin res empta perpetuo fiat emptoris, licet possit à venditore redimi ex voluntate emptoris.num.54.

Emptor verus & perpetuus dominus est rei emptæ, dum non adimitur ei ex vi pacti ab eo concessi.num.55.

Pactum, vt post aliquod tempus possit emptor suo arbitro ad inuito debitore pretium repetere, non valet.num.56.

Pena licite imponitur in moram solutionis.num.57.

Delinquens consentit penæ.nu.58.

Mutuum non transit in aliam speciem contractus, licet pactum adijciatur, vt pecunia non restituatur, dum vsuræ soluuntur.num.59.

Pactum contra naturam census, si aliquo casu iustum sit, admittitur.nu.60.

Census non transfertur in mutuum, licet in certo casu, & culpa venditoris procedente, possit emptor pretium repetere, sed vera est emptio continens pretium, & mercem hoc est, annuum redditum venditum eo pacto.num.61.

Iudicatum fuisse secundum superiora refertur. nu.63.

Concordia opinionum in hac materia traditur.num.64.

Pactum censui appositum, quod casu quo inueniantur bona hypothecata alteri obligata, vendita, vel alio modo dolo versatum esse venditorem, possit sors repeti, valet.num.65.& emptor potest statim contra venditorem agere, vt rem restituat quasi datum ob causam, causa non secuta.nu. 66.

Mentiens in contractu, tanquam dolosus punitur; iure communi ciuiliter, & iure Castellæ criminaliter. num. 67.

Pactum restituendi rem quasi per commissum, ob defectum solutionis in censu appositum, nullum est firmo remanente censu. num. 68.

Pactum de reppetēda sorte ob non solutas pensiones non valet. num. 69.

Census iniustificatio per pacta apposita prouenit ex eo, quod sint onerosa venditorium. num. 70.

Pactum de reppetēda sorte, ob non solutas pensiones minus onerosum est, quam pactum de melioranda hypotheca. numero. 71.

Sortem repetere potest emptor noua hypotheca non data, quando tale pactum in initio ponitur, si facile, & expeditum sit venditori eam constituere, vel si prima non fuerit secura. num. 73.



SOLENT quotidie formari, emi, & vendi, seu carricari census consignatiui, & annui redditus super bonis vniuersitatum, siue particularium personarum iusto pretio interueniente adiecto pacto, † quod teneatur venditor meliorare censum, seu nouam hypothecam cōstituere ad securitatem census, securam & firmam ad arbitrium, & aliquando ad voluntatem emptoris, quo facilior & securior remaneat exactio census, solet dubitari, an talis pactio sit vsuraria, vel saltim reijcienda, an vero licita sit hæc conuentio.

2 Primo, iam dubitandum non est licitos † esse hos census consignatiuos licitèque imponi, cum imponantur licitè quotidiè iuxta vniuersalem consuetudinem orbis, ita Soto lib. 6. quæst. 5. art. 1. Nauarr. in manuali, cap. 17. numer. 236. & in cap. 1. 14. quæst. 6. num. 76. communis secundum Couarr. lib. 2. cap. 7. num. 2. Molin. de vsur. cap. 17. Medin. de censib. & hon. lib. 2. obserua. 1. glos. 1. in l. 28. tit. 8. part. 5. vers. censeo. Tiraquel. de retract. titul. 1. glos. 6. numer. 13. certis tamen conditionibus obseruatis, quæ in materia tradi solent, licet contradictores habuerit resolutio hæc, & pro parte negatiua aliqua adduci solēt, primo adduci solet auctoritas Couarr. lib. 3. variarum cap. 8. & 9. numer. 5. 7. 8. & lib. 1. cap. 9. numer. 9. quæ ad casum nihil concludit, solum enim dicit ab emptione census, seu annui redditus (quæ 3 suspecta est, † & odiosa, Soto lib. 6. de iustitia & iure, quæstio. 5. art. 3. colum. 3. glos. in l. 28. tit. 8. par. 5. vers. censeo, colum. 14. ad fin. & vsurarum succedanea ob id appellatur à Lasarte, de decima vē- 4 ditio. cap. 10.) reijciendam fore † eam pactionem; vt intra certum tempus liceat reddimere, non post, imo remanere absolutam reddimendi facultatem (cum in 5 alijs † contractibus emptionis, & venditionis sustineatur talis clausula, vti etiam ex omnium voto tenet idem Couar.) de vetitate tamen huius regulæ: vide Felician. lib. 1. cap. 7. à num. 4. vbi pro & cōtra, & tandem sub distinctione rem 6 componit, scilicet vt si actum † sit, quod amplius transacto termino census sit irredimibilis superaddito iusto pretio, valeat pactum, Soto lib. 6. par. 5. artic. 3. versic. 3. Corras. de contractibus, quæstio. 83. Medin. de censu reddi- 7 mi. alias si eodem pretio, secus, † cū pretium non respondeat pensionum quantitati, & sic si istæ conditiones concipiuntur pretio iusto arbitrio boni vi- 8 ri, valent pacta, alias si modicum pretium adsit, præsumitur vsura † ex doctrina Abbas in capite ad nostram. numero. 10. de emptio. Tiraquel. de retract. conuentio. glos. 2. numer. 68. illud ittidem, quod dicit Couar. pactū scilicet, quod non liceat reddimere annuū redditum, nisi post certum tempus, esse nullum, & annullare, & vitiare totum contractum,

tractum, licet in alijs venditionibus de
iure hęc clausula sola, sine alia, non vi-
tiet contractum, nec arguat pręsumptio-
nem vsuræ, de quo Solis dicto cap. 7. nu-
mero 7. ista dicta non concludunt ad
casum, siquidem in eis agitur de tollen-
da seu restringenda venditori facultate
9 redimendi censum, quod † absolutè fie-
ri non potest; vt infra, nisi superaddito
iusto pretio arbitrio boni viri, quia ex-
presse libertas debet dari venditori redi
mendi censum totum, vel partem, Ex-
traug. 1. de emptio. & venditio. versic.
& semper, & Extraug. 2. versicul. hoc
10 adiecto, quãuis † si apponatur conditio,
vt per partes non possit redimi, valebit,
si aliquo iusto pretio compensetur, se-
cundum Nauarr. in cap. 1. 14. quæstion. 3.
Soto lib. 8. quæst. 5. artic. 3. versic. 4. con-
clusio, licet possit hæc facultas limitari,
vt dixi, non obstante Extrauag 1. de em-
ptio. & venditio. quia tantum eam re-
quirit in verbis narratiuis, non dispositi-
uis secundum Soto, vbi supra, vel ideo
hęc conditio ibi ponitur, quia maiorem
effigiem mutui habet, Tiraq. de retract.
conuentio. §. glos. 1. num. 72. potest etiam
perpetuo constitui census, Couar. vbi su
pra, & cum maiori securitate conscien-
tiæ, in nostro vero casu non id agitur, sed
solum vt constitutio census melioretur,
& firmetur, vt securior, & firmior sit ex-
actio census, hodie tamen attento motu
11 proprio Pij V. hæc pacta † restringentia
facultatem redimendi sunt illicita in il-
lis verbis, *sed etiam posse pro eodem pretio ex
tingui censum in futurum creandum, non obstan
te longissimi temporis, & immemorialis, imo &
centum & plurium annorum præscriptione, non
obstantibus aliquibus pactis directè aut indirectè
talem facultatem auferentibus, quibuscumque
verbis aut clausulis concepta sunt.* In fine ve-
ro subdit hæc verba, *cõtractus vero sub alia
forma post hac celebrandos iudicamus fænerati
12 tios,* † mot⁹ autẽ proprij fides satis ꝓbatur
quia extrauagans est vt infra, & hæc fa-
13 cultas † data ipsi venditori in vim extra
uagantis, & motus proprij Pij V. redimẽ
di censum: quandocumq; nullo tempore

præscribitur, quia est de necessitate, &
substãtia Iustitiæ, tum quia ius redimẽdi
14 est coniunctum exceptioni, & † materia
exceptionis est perpetua, nec potest præ
scribi. l. quare. §. finali de doli exceptio.
Molin. de vsuris. num. 19. & 194. Couar.
lib. 1. cap. 9. num. 8.
Secundo, pro eadem parte negatiua
15 adduci solet, quod non valet † pactum
in annuo redditu, & censu, quod facul
tas redimendi relinquatur arbitrio em-
ptoris, seu creditoris, etiam in pœnam,
vel ex aliquo euentu particulari, Con-
rad. quæst. 84. quem sequitur Couar. lib.
3. var. cap. 9. num. 4. Soto, Palacius, Sara-
uia, Nauar. de vsuris notabil. 22. & alij
allegati per Solis lib 1. cap. 7. num. 15. de
censibus, Ludouicus Lopez in instructo
rio negotiantium, lib. 1. cap. 57. versic. re-
solutoriè igitur. Couar. lib. 3. variarum.
cap. 9. Gutierr. lib. 2. practi. quæst. 174. Pi-
çarro ad statutum de Guadalupe, glosa
irreptibile. Solis lib. 1. Coment. de censi-
bus, cap. vlt. num. 18. Rodericus de an-
nuis reddi. lib. 2. quęst. 1. num. 2. vbi alij,
sic enim posset emptor non data hypo-
theca sortem exigere á debitore, vendi-
tore ve, sicut in mutuo, & facultas redi-
16 mendi remaneret coangustata; quod †
esset contra huius contractus censitici
vniuersalem conditionem, & sic non de-
bet valere, l. cum præcario 12. ff. de præ-
cario, & quod sit contra substantiam cõ-
tractus, patet, quia census in eo distin-
17 guitur á mutuo, † quod in mutuo credi-
tor liberè potest exigere sortem á debi-
tore, non sic in censu, Solis. d. num. 15.
Couar. dict. cap. 9. num. 4. vbi alij, & pro-
batur in extrauag. 1. & 2. de emptio. vbi
venditor non tenetur, nec potest com-
pelli redimere censum, si non vult, & est
conditio necessaria in hoc contractu se-
cundum Nauarr. in cap. 1. 14. quæst. 3. nu.
83. & sic Gaspar. Roderic. de annuis red-
dit. lib. 2. cap. 1. num. 1. dicit esse vnum sub-
stantiale huius contractus; quod sors per-
petuo alienetur, nec nunquam repperi
possit, quę adeo vera sunt, vt talis pactio,
& contractus relinquens facultatem re-
dimendi

dimendi arbitrio emptoris sit vsurarius,
& vt talis vitiabitur; Couar.vbi supra, So
to de iustitia & iure,lib.6.quęst.5.artic.3,
conclu.1. hoc fundamento hanc partem
sustinet frater Ludo.Lopez,vbi supra.

18 Tertio adducitur, quod non valet †
pactum, vt si census non soluatur intra
biennium,possit exigi quantitas,vel pre-
tium,quo census constituitur,& emitur,
ita Solis de censibus lib.1.cap.10.num.18,
Gaspar Roder.de annu.reddit.lib.2.cap.
1.num.4.quidquid Olan.Gabriel, Medi
na, & alij relati à supradictis teneant, ex
eo quia secundum Martinum,Calistum,
Pium V.Gregor.13.in suis extrauag.non
valet pactio, qua directè, vel indirectè
agitur, vt sors principalis repeti possit à
debitore coacto; esset enim hoc contra
primum substantiale huius contractus
censitici,quod est,vt sors principalis per
petuo alienetur,nec vnquā repeti possit,
Roderic.vbi sup.nu.1. & etiam esset con
tra dictas extrauag. (de quibus dubitan-
19 dum † non est, cum sint impressæ, & in
volu.extrauagantium insertæ, & passim
in Consistorijs allegatæ,Iosephus Ludo.
in cōmunibus conclusionibus, concl.54.
Mascard.cōclu.1269.) in quibus habetur
20 non licere pascisci, vt venditor cogatur †
inuitus vllo casu ad redditum redimēdū
vt probatur ibi, *sed ad hoc huiusmodi census
venditores inuiti nequaq. emptores arctari, vel
astringere valerent*, secūdū Soto de iustitia
& iure lib.6.q.5.ar.3.cōcl.1. & esset cōtra
motū propriū Pij V.vbi habetur *pacta etiā
cōtinentia pretiū census extra casum prædictū ab
inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti
posse, omnino prohibemus*, Gutier.lib.2.pract.
q.175.vbi benè, dicens nō valere hoc pa-
ctū,omnes enim Theologi,& Canonistę
vnanimi cōsensu tenent,in hoc cōtractu
21 † sortē ita alienari in debitorē,vt ipso in-
uito nullā emptor habeat spem recuperā
di,etiā ob morā solutionis, ita vt sortem
cum vsuris teneatur restituere, ibi enim
daretur latēs mutuum;quia mutuum est
22 si conueniatur,† quod dum vsus, ad quē
petitur pecunia,adimpletur, nō petatur,
siue actum sit, quod donec soluatur vsu-
ræ sors, non possit peti,siue quod sors nō
petatur; si vsurę soluantur, l. 2. §.mutui
datio. ff. de rebus creditis, l. item quia.
§.vlti. & ibi Alex. & Paul. ff.de pact.vbi
mutuū ex hoc pacto nō trāsit in aliū con
tractū,sed remanet mutuū,Gabrie.lib.1.
cōs.152.n.3. Solis d.c.10.n.18.vers.rursus,
substinetur enim tali casu mutuū in illa
spe, quod eueniet casus,in quo deficiēte
cōditione nō soluēdo peti possit sors,seu
tantundem in genere, in quo tota substā
tia mutui consistit, Gutier.vbi supra, er-
go hæc pactio iniqua est, & reijcienda,
non tamen facit contractum vsurarium,
Roderic.dicto cap.1. num.7. hac conclu-
sione subsistente sequitur, quod nostra
pactio etiam iniqua sit, cum per eam in-
directe agatur,vt sors ab inuito debitore
23 repetatur, census † enim non nisi ab egē
tibus hominibus, & qui difficiliter nouā
hypothecam constituere possunt,consti-
tuitur, Roderic. de annuis reddit. lib. 2.
24 quæst.1.num.5.quo casu iam †non manet
omnino alienatum pretium propter illā
spem repetendi pacto non seruato, Ro-
deric.vbi supra,& compellitur restituere
pretium,& pensiones decursas contra
primum substantiale huius contractus.

Quarto fundantur, quia negari non
potest, quod si hæc pactio seruanda est,
poterit creditor in suo casu repetere sor-
25 tem, at † vbicumq. creditori conceditur
repetēdi libertas,mutuū est,non census,
Vriginius Vocat. de interdicto vti posside
tis c.18.n.15.21.29.& 59. Solis de censibus
in prohemio,c.4.nu.14.vbi in hoc differt
cēsus à mutuo, quod in censu nulla prorsus
spes repetendi debet dari,in mutuo autē
sic,& quod mutuū fiat gratis, cēsus autē
cū pensione,vnde si aliquid vltra sortem
detur,erit iniquū, & vsurariū, vt hoc ar-
gumento vtitur Solis 2.to.de censibus c.7.
n.4.versic.2.quoniam, cum ergo hęc pa-
ctio arguat contractum mutui,& in eo
aliquid detur vltra sortem, iniqua erit.

26 Quinto omne pactū † pœnale adiectū
dationi quātitatis inducit pręsumptionē
vsuræ,& sic nō valet, Abb.in c.dilecti n.
15.de arbitr.Nauar.in cōmentar.de vsur.
n.99.

n.99.& 100. Solis de censibus lib.2.cap.5. num. 12. & 15. in principio, quod verum est, licet pœna esset imposita semel, vel pluries, nam ita indistinctè loquuntur DD. vt latius dixi decis. 110. ergo cum in casu nostro hęc pœna apponatur dationi quantitatis, meritò damnanda, &
27 reijcienda est, non dico † quod hæc pactio,& illa alia, quod si per biennium, nō solueris debitor pēsiones, possit emptor sortem reppetere, vsuraria sit, & sic vitiet contractum, licet non sine dubio hoc sit secundum DD. sed solum iniusta, & iniqua,& debitori onerossa,& sic reijciēda ipsa sola pactio, remanente contractu census valido, & firmo, vt cum multis resoluit Roderic. de annu. reddit. lib.2. cap 1. num.7. Antonius Thesaur. quæst.
28 69. sicut † & illa clausula, vt liceat intra certum tempus redimere, non post, de qua supra dixi num.1. vti fuit iudicatum in processu D. Francisci Perez Coloma, super iuris firma 4. Dezembris 1610.& in process. D. Martini de Bolea, super iuris firma 16. Dezemb. 1610.& in processu D. Caroli de Heredia super iuris firma 12. Februarij 1611. vel 6 2. & in process. Gasparis Ximenez de Sanper super iuris firma 29. Maij 1611. & in duobus processibus Michael. de Carrascossa super iurisfirma 27. Iunij 1611. in quibus omnibus processibus iam denegando has inhibitiones, iam concessas reuocando,
29 fuit declaratum † hoc pactum de meliorandà hypotheca ad arbitrium, satisfactionem, & securitatem emptoris census, super aliquo loco tuto, & securo, quādo de iure non valeret, (quod pro tunc non determinarunt) esse reijciendum, creatio tamen,& contractus cēsus firma manerent, & sic propter annullationem pacti, comandarum, & obligationē eius contemplatione factarum, quando de iure ita esset, quod essent iniustę, non rescinderetur contractus census, nec pensionum solutio impediretur, nec ad id danda esset inhibitio,& sic ex hoc capite fuerunt illę inhibitiones reuocatę, & non concessæ,& in hoc scilicet, quod census maneret firmus, & solum pactum reijciatur, fere omnes conueniunt, qui tenent contra illud pactum, Roderic. Couar. Gutier. practi. in quæstionibus, lib.2. quæst.176. num.3. versic. quinto, vbi alle-
30 gat alios, idquè probatur, quoniam † pactum hoc de repetenda sorte, si per biennium non soluatur pensio, & similia, de quibus Gutier. vbi supra, potest lege, vel statuto confirmari, Solis dict. cap.10. nu. 19. Nauar. in Manual. Hispano cap. 28. in additione ad cap. 23. num. 66. & 67. Gutier. de iuramento confirm. 1. parte, cap.31. num 11. licet per partem fieri non possit, igitur non est vsurarium, alias nō posset approbari lege, vel statuto,& hoc argumento vtitur Roderic. ante num.8. Sed difficultas versatur circa validitatem pacti de melioranda hypotheca; & in hoc grauissimi DD. his rationibus adducti impugnant pactum prædictum de melioranda hypotheca, inter quos est frater Ludouicus Lopez doctissimus vir in instructorio negotiantium, lib.1. cap.57.
31 versic. resolutoriè, qui † quęstionē hanc dicit sumendam,& discutiendam, quando dubium sit, an prima hypotheca sit secura, vel non, nam si esset certum esse securam, & ab omni onere liberam, tunc ipse in versic. igitur, tenet illicitum prorsus esse, aliam specialem hypothecam petere pręstari intra aliquod tempus, cum prima sufficiens ad censum, & secura etiam sit, quod & Garcia contrariæ opinionis antesignanus sequitur, secuti ecōtra quando secura non est, tenet etiam ipse Garcia posse secundam securitatem
32 in pactum deduci: iam ergo in dubio † resoluit Lopez hoc pactum non licere aliquibus rationibus, etiam stando in solo iure naturali, nam sic emptor recuperaret pretium capitale cum pensionibus decursis ob non datam nouam securita-
33 tem, non aliter, quam † si quis emat domum cum pacto, quod si venditor intra quatuor annos non reficeret domum ruinossam, posset recuperare pretium datū cum vsu domus iam percepto; quod (nisi fieret refussio in pretio) contineret suspitionem

picionem vsuræ, deinde quia secundum motum proprium Pij V. & aliarum extra
34 uagantium, de quibus super pacta † continentia pretium census (extra vnum casum, de quo ibi, quādo scilicet venditor denuntiauerit se velle redimere) ab inuito, aut ob pęnam, aut ob aliam causam repeti posse, omnino sunt prohibita, & si dixeris motum proprium non esse vsu receptum, extrauagantes idem statuunt, ex quo sequitur, illicitum esse nostrum pactum, hanc opinionem sequitur Solis 2. tom. lib. 1. cap. 7. num. 1. dum absolutè
35 non admitit hoc pactum ab initio, nisi † tantū vbi facilè, & expeditum sit, venditori hypothecam constituere, alias non; nam cum tunc nullum onus, nec grauamen resultet venditori, valebit prout cō siderat Solis vbi supra, Roderic. dict. quęstio. 1. num. 5. hos sequitur Garcia de contractibus 2. par. cap. 4. pag. 119. versic. ter-
36 ceramente, vbi etiā non † admitit absolutè hanc pactionis formam, sed tantum casu quo prima hypotheca non est secura, seclusa omni fictione, quod & nos fatemur, & tunc dicit esse frequentem in Regno Valentiæ: dicit tamen Garcia,
37 quod quam primum emptor † dicto casu deliberat repetere sortem, ab inde nō exigat annuum redditum, quia iam inde conuertitur in mutuum, vel computabit in sortem: hanc eandem opinionem de non admittendo absolutè dictum pactum, tenent omnes illi DD. quos supra adduxi ad impugnandum aliud pactum de repetenda sorte, si non soluatur pensio intra biennium, qui licet non loquantur in nostro casu, tamen loquuntur in fortiori casu, & fundantur in eisdem fundamentis, & rationibus, quibus hæc opinio fundatur, quæ hic repetenda sunt, & dum hæc scriberē, in manu mihi incidit quædam repetitio manuscripta Salmanti. vbi fundatur his rationibus hæc nostra opinio, quam etiam tenet Roderic. dicta quæst. 1. num. 5. & 6. vbi reprobato pacto de repetenda sorte, si pensio non soluatur intra biennium, subdit in aliquibus cassibus id permiti, inter quos non ponit casum nostrum, & sic concedendo limitatim alios, excludit nostrum, sequitur Molin. de vsur. quæst. 8. in terminis, quibus nō videtur obstare illa ratio, quę ab omnibus adducitur in fauorē aduersę
38 opinionis, quod scilicet † hæc pactio fit ad firmiorem cautelam contractus, tenditquè ad faciliorem executionem eius, quod venditor facere tenetur, scilicet solutionem census, vt ita tenēt multi, quos infra adducam. nam respondetur primo, quod hęc pactio est contra naturam census, vt dicit Gutierrez, & Nos supra, quid
39 quid dicit Roderic. dicto num. 7. nam † tribuit spem repetendi ex causa de præterito subsistente tempore creationis cē sus, quod est contra illius naturam, & licet ita sit, quod liceat emptori se indemnem seruare per securam hypothecam, hoc est, ab initio, non ex post facto, & imputet sibi, qui á princ. debuit se certificare de hypotheca prima, & eius valore, vel aliam speciem securitatis quærere, quæ non essent contra extrauag. & mot. propr. sup. dict.

Alij tamen oppositum tenent admit-
40 tentes pactionem † istam, & licet maior eorum pars non loquatur in terminis quæstionis nostræ, sed pacti, quo cautum est, sortem posse repeti, si solutio cessauerit per biennium, tamen quia rationes illorum videntur adaptari ad casum nostrum, ideò promiscuè illi, & sua fundamenta trahuntur ad decissionem nostræ quæstionis, dicunt igitur licitum esse omni iure se indemnem seruare, quod adeò
41 † verum est, vt Theologi, & Canonistæ iustam dicant pactionem in mutuo, per quam quis nihil lucratur, sed se indemnē conseruat, cap. peruenit de fideiussor. & ibi communiter DD. cap. præcarie 10. quæst. 2. Conrad. de contract. quæst. 19. Alphonsus de Villagut. in tracta. de vsur. quęst. 19. Solis de censibus 2. tom. lib. 1. cap. 7. num. 5. vers. deniq; vbi ex hoc re-
42 soluit † iustissimum esse, si quis accepit in censum redimibilem quingētos aureos, ex quibus centum mutuauit Francisco, pacto adiecto, vt quandiu Franciscus nō reddat

reddat mutuanti eam pecuniam, pro illa teneatur Franciscus redditum soluere, manente pœnes creditorem mutuãtem libertate repetendi, tunc enim mutuans nihil lucratur, sed se indemnem conseruat à damno soluendi redditus pecuniæ, quam mutuo dedit, ita Ludouicus Molin. de iust. & iur. 2. tom. disputa. 394. versicul. secundum est, & ita frequentissimè obseruatur hęc pactio tam ab vniuersitatibus, quam particularibus, si ergo in mutuo id licitum est, quanto fortius in censu, qui vera emptio est; & ita fideiussor datus ab emptore census potest cum eo conuenire licitè, vt reddimat censum intra certum tempus, quia solum se indemnem conseruat, & nihil lucratur, cum ergo in casu nostro hæc hypotheca non petatur à creditore, nisi pro sola indemnitate census, videtur licita.

43 Secundo, quia emptor † census potest apponere quæcunq; pacta tendẽtia pro securitate census, iuxta Bullam Nicolai, & sic iudicatum in Regno Sicilię refert Mastrillus decis. 95. id enim ad firmiorẽ cautelam cõtractus adijcitur, nec minuit pretium, sed faciliorem executionem, & solutionem census tradit, prout ita tenẽt Olan. in concordia iuris litera A, nu. 112. Gabriel. consil. 152. lib. 1. Medina de restitu. cap. de censibus redimibilibus. §. ex dictis, versiculo quod si censualista, fol. 181. colum. 4. Mastrillus vbi supra loquentes in fortioribus terminis, ergo cum hypotheca in casu nostro petatur ad securitatem, & faciliorem exactionem census, videtur quod licita sit.

44 Tertio, quia dicunt valere pactum, † vt in pœnam aliquam teneatur quis reddimere censum; prout tenent Medin. Olan. Geronymus Gabriel, Ludouicus Molin. ex Societate Iesu, & alij allegati per Solis dicto cap. 7. num. 1. Mastrillus vbi supra, num. 4. Imo quod plus est, po-

45 test † pacisci mutuator cum mutuatario de soluendo sibi aliquid vltra sortem nomine pœnæ, si sibi non soluit mutuatam pecuniam statuto tempore, quia hæc pœna non quæritur ratione mutuationis cum mutuatarius non sit obligatus absolutè ad dandum aliquid vltra sortem, sed conditionaliter, casu quo non soluerit in termino, & sic magis mutuator exoptat solutionem simplicem statuto tempore sine incursu pœnæ; quæ est communis Canonistarum, & Theologorum, Villagut de vsur. quęst. 20. Ergo in casu nostro cum non obligetur venditor redimere absolutè, sed solum in pœnam, casu quo non pręstet hypothecam, videtur quod licitè id fiat.

46 Quarto, quia dicunt valere † pactum; vt censu non soluto per biennium, possit exigi pretium, quo census emptus est, prout tenuit Olan. vbi supra, dicens in Regno Nauarræ hanc conuentionẽ esse frequentissimam, quia fit ad firmiorem cautelam contractus, pro qua consuluit Gabriel. consil. 152. Molin. de iustitia, & iure, lib. 2. disputatio. 391. colum. 18. Medin. in C. de restitu. cap. de censu redimibili. §. ex dictis, versi. quod si censualista, Nauar. & alij allegati per Roderic. dicta quæst. 1 lib. 2. num. 4. Ita Mastrill. vbi supra, vbi alios allegat, Blas. Lanc. in appostilla ad Bullam Nicolai V in verbo de mortuor. & nouissimè doctissimus Ioãnes Petrus Fontanella de pact. nuptial. claus. 4. glos. 18. par. 3. num. 86. vbi cum magna distinctione materię, & ingenij dexteritate rem tractans, huic opinioni se subscribit, fundantur omnes vnica ratione respondendo tacitæ obiectioni, scilicet quod ab inuito debitore repetitur sors, dicunt enim, quod hoc pactum

47 † non cogit debitorem pręcisse ad redimendum censum, sed causatiuè, ita scilicet, si nolit intra terminum pensiones soluere, & tunc non tam voluntate creditoris, quam culpa debitoris redimitur, sicut

48 si emphytheosis † ob non solutionem amittatur, id nõ culpa domini directi, sed vtilis, qui cessat, prouenit, ita latè Roderic. dict. quęst. 1. num. 7. nec mirum, quia

49 cum mora † sit delictum, maximè in eo qui iurauit, l. si quis maior. C. de transactio. videtur tunç pretium repeti à venditore non inuito, sed volente, quoniam delin-

delinquendo consensit, & sic non debet
censeri prohibita repetitio, quæ fit culpa
venditoris, Bart. in auth. hoc amplius. C.
de fideicōmiss. Decius cons. 206. in princ.
50 Gabriel. dict. cons. 152. num. 5. cum ergo †
hoc casu detur debitori libertas fruendi
pretio semper, si pensiones soluerit, &
eis solutis nunquam creditori liceat sor-
tem repetere, non videtur hoc pactum
contra substantiam contractus, secundū
Roderic. vbi sup. Gabriel. vbi supra, sequi
tur, Mastrill. vbi supra, eodem fundamen
to, quem omnino vide, ergo idem dicunt
esse in casu nostro si hypothecam non de
derit, cum par ratio sit in vtroq. quę vide
tur multum astringere.

51 Quinto, pro hac ego adduco meam ra
tionem † fortissimam, admiratus quod
non tetigerint eam DD. scilicet, quod
licet pactum pœnale adiectum dationi
quantitatis sit suspectum de vsura, vt su-
52 pra dixi, pactum † tamen pœnale appo-
situm, facto, vel vti dationi speciei, vel fa
ciendi aliquod, tunc valet pactum, &
pœna, Solis lib. 2. de censibus cap. 5. nu-
mero 15. in principio, cap. dilecti vbi Abb.
num. 15. de arbitris, Nauar. in comentar.
de vsur. num. 99. & 100. sed in casu nostro
apponitur pœna facto, veluti si non fece-
rit meliorem cautionem, & hypothecā,
ergo valebit tale pactum, hæc ratio, si de
medio tollas prohibitiones extrauagan.
& motus propij, esset indissolubilis.

Ad argumenta autem contrarię opi-
nionis respondent, ad primum, prout in
eo continetur, ad secundum, quia vt di-
ctum est in quarto fundamēto huius par
53 tis, hæc repetitio † & eius facultas non
est relata in voluntatem, nec arbitrium
emptoris, qui nunquam poterit debito-
rem inuitum compellere restituere sor-
tem, sed eam repetit de voluntate illius,
qui morosus in soluendo est, & etiā non
constituens nouam hypothecam, consen
tijt repetitioni, & voluntariè restituit, &
est verum dicere, quod à principio con-
tractus remansit pretium de mortuum
apud venditorem, & perpetuo in eum
alienatum; vt volunt omnes supradicti
DD. non obstante, quod postea de volū
54 tate eius repetatur, sicut † in simili dici-
mus, quod res empta perpetuo fit empto
ris, & apud eum de mortua perpetuo, nō
obstante quod de eius voluntate possit à
venditore redimi, in vim pacti de retro
vendendo, concessi ex voluntate empto-
ris, (ob quod carta de gracia in Regno
appellatur) glos. quam sequitur omnes,
& Bald. ibi in l. 2. ff. de in diem adiectione
55 idem Bald. cons. 303. dicens † quod em-
ptor est verus, perpetuus, & absolutus
dominus rei emptæ, dum sibi non adimi-
tur vi pacti ab eo concessi, Lassarte de de
cima venditio. cap. 1. num. 1. latissimè dixi
in decis. 18. per totam, & ex his remanet
responsum ad extrauag. & motum pro-
prium, in quibus habetur, quod directè,
nec indirectè, non possit repeti pretium
à venditore, imo tale pactum esset con-
tra substantialia contractus censitici, &
esset viciandum, Paul. consil. 289. num. 4.
in princ. Couar. lib. 3. variar. cap. 9. nu. 4.
56 vt supra dixi, nam id procedit, quando †
pactū, ita conceptum est, vt post aliquod
tempus simpliciter, & arbitrio suo possit
emptor ab inuito debitore pretium repe
tere, quia nunquam talis repetitio ad ar
bitrium emptoris cōferri debet, Gabriel
dict. consi. 152. num. 5. quod perpetuo no-
ta, vel quādo pactum est, vt post aliquod
tempus teneatur venditor illud redime
re, & non antea Paul. & cęteri, secus au-
tem est, quando non ita simpliciter, sed
57 precedente mora † & culpa venditoris,
id licet, tunc enim cum sit delictum, ma-
xime in eo qui iurauit, l. si quis maior cū
notatis. C. de transactio. videtur tunc re-
peti pretium à venditore non inuito, sed
58 volente, quia delinquendo † consentit.
l. 1. §. bestias vbi glos. onerari, de postulan
do, ita Gabr. vbi supra, Mastril. d. decis.
95. vbi allegat alios, ita declarans Bullā,
& ex his remanet etiam responsum ad
tertium fundamentum partis aduersæ, se
cundum DD. huius opinionis, & ad id,
59 quod ibi dicitur, mutuum † non transire
in aliam speciem contractus, sed remane
re mutuum, quamuis dictum sit, vt pecu
nia

nia non repetatur, dum vsuræ soluuntur, & quod sic eadem pacto apposita in cen su faciat præsumi mutuum, potius quam censum, respondit Gabriel vbi supra, nu. 3. dicens, quod sicut illud pactum nō trāsfert mutuum in alium contractum; ita
60 etiam, & in censu, & † licet tale pactum sit contra naturam census, tamen si aliquo casu iustum sit, admitetur, alias annullabitur.

Ad quartum remanet etiam ex his responsum, nam non datur simpliciter facul
61 tas emptori, † sed in certo tantum casu nascente ex voluntate, & culpa venditoris, & sic cum pretium perpetuo fiat venditoris, & perpetuo eo frui possit, si hypothecam det, vel pensionem soluat, & hoc adimpleto nunquam creditor potest sortem repetere, non videtur contra substantiam contractus pactum istud, & est eo casu vera emptio, cum interueniat eo casu pretium, & merx, quæ est redditus tali pacto emptus, & c. sic non potest dici mutuum, in quo simpliciter & absolutè potest repeti quantitas.

Ad quintum respondent, quod hoc pactum non adijcitur dationi quantitatis,
62 sed potius facto, † quod permittitur ex iuris Pontificij regulis certis, & indubitatis, & secundum superiora, fuit pronunciatum pro pacto de repetenda sorte nisi intra certum tempus noua hypotheca
63 constitueretur, in processu † Michaelis de Carrascosa supra comp. anno 1611. coram Cancellario competentiarum domino Gabriele Sora, viro religiosissimo, magnæ eruditionis, simul & doctissimo, vbi tres consultores votarunt pro validitate pacti, & quatuor locumtenentes idem iudicarunt in processu Michaelis de Carrascosa super iurisfirma, in tertio.

Hæc licet ita sint, & in quibus ita fluctuant DD. vt ferè certa resolutio capi
64 non possit, ego tamen † sub censura istorum grauissimorum patrum, reducere ad concordiam has duas opiniones, vt scilicet prima vera sit cum certis limitationibus, secunda etiam non sit vera simpliciter, & absolutè, nisi in certis casib⁹, nam inuenio, quod non omnes, qui allegantur in proposita quæstione, loquuntur in proprijs terminis illius, sed in alijs similibus & germanis, in quorum applicatione ad nostrum casum periculosum est iudicium, nam in primis Mastrillus, qui ad id allegatur, loquitur in casu lon-
65 ge diuerso, scilicet in † pacto, quod casu quo bona subiecta censui reperiantur obligationi obnoxia, sitie, hypothecata, vinculata, vel alteri vendita, & sic venditorem dolo versatum, possit per emptorem repeti sors principalis, & c. determinat quod sic, allegans alios, quod & nos iustum putamus, vt tenet Rodericus dict. quæst. 1. lib. 2. num. 6. versicul. adde
66 alium, dicens, quod tunc † emptor statim potest aduersus debitorem agere, vt prettum restituat tanquā datum ob causam causa non secuta, vbi allegat Nauar. & alios, sequitur Fontanella vbi supra, num. 92. refferés sic iudicatum in Senatu Cathaloniæ, Pater Molin. de contractib⁹ disputa. 394. Ita Molin. de vsur. quæst. 8.
67 quia si venditor † census in initio mentitur, dicens fundum, super quo census imponitur, esse liberum, neq. alteri obligatum, tanquam dolosus punitur. l. penult. de iure dot. & c. tenetur restituere pretium; imo iure Regio Castellæ punitur criminaliter, vltra quod tenetur reddere sortem duplicatam in prag. 5. tit. 3. 4. prag. tit. 5. lib. 1. in pragma. anni 1563. de iure tamen solum tenetur ad interesse, & sorte. l. quæro de action. empti; Couar. in regu. possessor. 2. par. §. 11. num. 5. Meness. in l. 2. num. 14. C. de seruit. & aqua.

Anto. autē Thessau. solū agit, q. 99. de
68 pacto † restituendi rem, quasi per commissum, super qua census imponitur, ob defectum solutionis, quod pactum improbat ipse, & annullat remanente censu firmo, Roderic. lib. 2. quest. 2. per totā, Fontanella num. 90. sic lege municipali Nauarræ hoc pactum reprobari dicit Olan. litera A. num. 96. Albar. Valaf. consultatione 35. qui id sequitur, Gabriel autem, & c. alij multi, qui in proposita quæstione allegantur, loquuntur in pacto de repe-

69 repetenda sorte † ob non solutas pensiones, quo casu in prima opinione probatum est pactum istud non valere, tam per extrauagantes, & motum proprium, qui illud annullant, tanquam permittens indirectè redemptionẽ census, quam etiã de iure, quo attento, vt dixi, omne pactũ poenale adiectum dationi quantitatis ini qum est, & quando huiusmodi opinio circa dictum pactum iusta foret, non potest applicari ad casum nostrum, ratio
70 est, quia † in iustificatione census solet semper considerari in pactis, quæ adijciuntur, an sint onerossa venditori, & incõmodiora, vt ponderat Roder. dicta quæst. 1. nu. 5. & certum est, quod minus
71 † oneratur per hoc pactum de repetẽda sorte ob non solutas pẽsiones, quam per pactum, de constituenda noua hypotheca, facilius enim est soluere pensionem annuam, decem aut viginti ducatorum, quam constituere hypothecam valentẽ centum, præsertim cum huiusmodi cen-
72 sus regulariter † non vendantur, nisi ab obæratis & egentibus hominibus, quib⁹ difficilimum erit nouam constituere hypothecam, quo casu, verosimiliter non manet omnino alienatum pretium, & nõ solum debitor non subleuatur tunc, sed in maiorem redigitur necessitatem, quia ad pretium, & pensiones decursas persoluendas teneretur, contra substantialia contractus, extrauag. M. & C. de emptio. & venditio. vt benè aduertit Roderi. dicto num. 5. quæst. 1. quare ego tenerem, quod in casu fallentiali supra proxime dicto, licitum sit sortem repetere, & etiã
73 in casu † nostro, vbi debitor non constituit nouam hypothecam hoc pacto appo sito, in initio contractus, si tamen facile, & expeditum est debitori eam constitue re, vt tenet Solis dicto cap. 7. lib. 1. vel vbi à principio hypotheca non fuit satis secura, vt fatetur Garcia, alterius opinionis antesignanus, alias autem talem pãctionem quasi contrariam extrauagantis & motus proprij substantiæ, & contractus census, non admitendam, dicunt Doctores isti, in quo quia pendet lis non profero votum meum, vbi autem facultas redimendi esset collata ad arbitrium & voluntatem creditoris, nullum esset pactum supra, Gabriel, vbi supra, & extrauag.

DECISIO C.XVII.

De euocatione per horrescentiæ propter suspitionem Iudicis, & loci, an habeat locũ in locis dominorum.

SVMMARIVM.

1 Causę pręsentes non autem futurę euocantur de iure, licet cõtrarium verius sit. num. 5. maxime de foro. numero 14.

2 Tractus futuri temporis non spectat ad Iudicem.

3 Iurisdictionem habens habitu, & non actu, non potest illam delegare.

4 Praxis Regię Audientię euocandi causas futuras est odiosa, & restringenda.

6 Iudices Ordinarij habentes iurisdictionem generalem, possunt causas mouendas delegare.

7 Quęlibet dispositio potest esse in pendenti.

8 Iurisdictio sub conditione, & in diem dari potest.

9 Episcopi, & alij Ordinarij constituunt Officiales foraneos super futuris litibus, in suis diocesibus.

10 Rescripta commissionis possunt concedi ad futuras lites. Idem numero 15.

11 Procurator constitui potest ad futura negotia.

Iudex

12 *Iudex & procurator in multis æquiparantur.*

13 *Euocandi ius illi tantum competit, qui potest iurisdictionem dare, & tollere, Idem num.20.*

15 *Iurisdictio habitu tantum competens delegari non potest.*

16 *Dominus Rex ex causis suspicionũ Iudicis & territorij potest causas ad se, & eius Audientiam euocare.*

17 *Tristissimum est coram suspecto Iudice, & territorio litigare.*

18 *Perhorrescentia non potest concedi à locis dominorum temporalium de foro, Idẽ num.21. quamuis aliqui teneant, quod sic de Iure. num.25. bene autem de consuetudine. num.24.26. & 33. & 38. concludit, declaratur tamen, vt in num.40.*

19 *Dominus Rex in locis dominorum nullam habet iurisdictionem in actu.*

22 *Causas officialium delinquentium nõ potest Dominus Rex vllo modo euocare.*

23 *Domini locorum possunt vassallos suos bene, & male tractare sublata omni appellatione.*

27 *Domini locorum in locis suis vsurpatam habent iurisdictionem Regalem, in quantũ sunt vigiles in ea exercenda. n.28.*

29 *Dominus Rex data negligentia, vel impotentia dominorum, potest in locis illorum iurisdictionem euocare, & exercere.*

30 *Iudice Seculari negligente ministrare iustitiam Clerico, potest Ecclesiasticus se intrommittere.*

31 *Iudex Ecclesiasticus non potest se intromittere, nec cognoscere de causis absolutæ potestatis, & quid in Rom. Pont. n.32.*

34 *Perhorrescentia non potest concedi nisi ex iusta causa suspicionis Iudicis, & territorij.*

35 *Perhorrescentiæ fere omnes obtinentur cum periurio, & tunc constito de eo reuocandæ sunt. nu.36.*

37 *Perhorrescentiæ data causa, an sint de necessitate concedendæ, traditur remissiuè.*

39 *Iustitiæ corporales in locis dominorum ad Dominum Regem spectabant, licet à dominis sint vsurpatæ.*

CASVS.



Niuersitas, & homines Villę de Ayerbe proclamantes ad libertatem, à nexu seruitutis dominicæ, & asserẽtes se ex iustis causis esse vassallos domini Regis, & lite iam super hoc mota, & ordinata in Regia Audientia, supplicarunt eidem Regiæ Audientiæ, vt causas omnes motas, & mouendas cum ipso domino, in quibus ipsi actiuè, & passiuè essent interessati, euocaret ad se, ex causa suspicionis Iudicis, & territorij, quam euocationem ex hac causa appellamus euocationem perhorrescentiæ: quorum occasione fuit dubitatũm de duobus, primo an causæ futuræ possent euocari; secundo, an casu quo possent euocari, illud haberet locum in locis dominorum temporalium.

1 Circa primũ Couarruuias in practic. quæstio. capite 9. numero 1. tenet, quod tantum euocantur causæ præsentes, non futuræ. l. decem. ff. de verbor. obligation. Rebuffus titulo de euocat. tomo 1. in præfatio. numero 9. Portol. verbo euocatio. numero 46. allegans alios, Peguera in practic. rubr. 4. titulo de euocat. numero 1. pro quibus facit. cap. vltimũ de

2 rescriptis, & quia tractus futuri temporis non spectat ad Iudicem. capite audi-

3 tis. de procurator. & quia habens iurisdictionem solo habitu, non autem actu non delegat eam. capite 1. §. nec pro eo, iuncta glosa margina. & glosa futuris de officio ordi. in 6. & ob id dicit

4 Portoles, quod praxis Regię Audien-

F tiæ

tiæ euocandi causas futuras, est odiosa contra ius, & sic restringenda, Baldus consilio penultimo. numero 5. Rebuffus tomo 1. de euocation. articulo 1.
5 numero 89. Cassadorus decisione 1. numero 1. de rescriptis. Cæterum contrarium verius est, nam causæ futuræ euocari possunt, Molin. verbo euocatio: versiculo euocata si est aliqua causa, folio 120. columna 3. in principio, quod sequitur, & obseruat practica Regni, secundum Molin. & Portoles dicto numero 46. & idem est de iure, secundum Bellug. quem refert
6 Portoles vbi supra, Francus. in capite 1. numero 3. de Officio ordinarij in sexto, dicens, quod Iudices ordinarij habentes iurisdictionem non limitatam ad aliquas causas, bene possunt causas certi loci delegare antequam sint ortæ, Clement. 1. de rescriptis. sequitur Ancharran. ibi, numero 6. dicens, quod Archiepiscopus non potest facere commissionem illam de qua ibi, ex eo, quia caret iurisdictione ad illam faciendam, non autem quia sit de causis futuris, & sic sentit, quod causæ futuræ possunt delegari, si aliud non obstet, veluti defectus iurisdictionis, vt in dicto textu,
7 tu, facit, quia secundum Monach. ibi quælibet dispositio potest esse in pendenti, patet in contractibus. l. si à colono, de verborum obligation. Idem in vltimis voluntatibus, regula, quę legata, de regulis iuris, item iurisdictio
8 sub conditione, & in diem dari potest, capite ab excommunicato de rescriptis. vbi Innocenc. in quibus casibus prouisio fit de futuro, est tamen verum, quod in his casibus non defuit iurisdictio ex parte concedentis, & vltra ista expresse probatur in Clemen-
9 tin. si principalis, de rescriptis. vbi Episcopi, & alij habentes iurisdictionem ordinariam, constituunt officiales foraneos, super futuris litibus in suis Diocęsibus, Ancharran. 1. notabil. &

numero 6. Francus numero 3. qui alios referunt, ex quo habent iurisdictionem in eis, & sic non possunt eos creare in diocęsibus aliorum, dicto capite 1. de officio ordinarij. in 6. cum in eis iurisdictionem nullam habeant, confirmatur, per caput si confirmationem de electio. supra eodem, Rota decisio. 242. incipienti, item si vnus & decisio. 455. incip. item
10 factum, facit etiam longa additio ad Abba. in dict. cap. fin. de rescript. verbo futuras, vbi patet, quod rescripta possunt concedi ad lites futuras, & ibi glosa, ad futu-
11 ras allegat aliqua; nequè id mirum, cum etiam procurator posit constitui ad fu-
12 tura negotia. l. item ad litem. ff. de procurat. & in multis ęquiparantur Iudex, & procurator. cap. cum plures de offic. deleg. in 6. cap. si duo, de procurator. in 6. ex quibus resultat causas futuras posse euocari, nec immerito, nam si iurisdictio, & in diem dari potest vt supra, & etiam iurisdictio delegatur in causis pręsentibus, & futuris dict. Clem. & si principalis, cur non idem dicemus in euocatione, vt euocari posint causæ præsentes, & futuræ (nisi aliud obstet) facit. l. iuditium solui-
13 tur de Iudit. augetur, quia si hoc euocandi ius non cuilibet datur, sed tantum ei qui libere potest iurisdictionem tollere in quocumq. statu, & tempore, & eam reuocare dict. l. iuditium soluitur. cap. vt nostrum, de appellatio. Couar. vbi sup. nu. 1. & sic ei qui iudicare iussit, & iurisdictionem dedit, sequitur aperte, quod sicut poterat huic, vel illi iurisdictionem dare pure, sub conditione, vel in diem, poterit etiam id omne quod dedit etiã respectu certarum causarum auferre, & euocare,
14 Couar. vbi sup. quod pro certissimo habeo de iure com. & de foro, facit fortiter for. 1. de cõmissio. & rescript. ibi (vbi aliàs essent tractãdę) quasi aperte loquatur de causis futuris, secundum Moli. vbi sup. & practicos antiquos, qui secundum eum id etiam per illa verba tenuerunt, vt & idem resoluit etiam Michael Ferrer in sua methodo. §. de euocatione perhorres-

resentiæ. folio 69. vbi dicit per eam euocari omnes causas, tam præsentes, quam futuras, & hoc iure vtimur sine difficultate, vt euocentur etiam causę futuræ, in casibus tamen, vbi euocatio perhorrescentiæ fieri potest, & hoc maxime procederet, & sine dubio in causa
15 futura particulari: Portol. numero 58. neque superioribus † obstat, quod iurisdictio habitu competens non potest delegari. capite 1. de offic. ordin. in 6. nam respondeo, quod hoc ideo est, quia delegans nullam habet iurisdictionem dicto tex. cum habeat illam limitatam ad certos casus, ante quorum ortum non dicitur eam habere, vt ibi, non autem hoc prouenit ex eo, quod sit de futuris causis; Francus numero 3. melius Ancharran. numero 6. qui sentiunt, quod hoc non esset sufficiens ad impediendam commissionem, etiam super futuris causis, & sic concludunt, quod futuræ causæ possunt delegari, & per consequens euocari, cum eadem sit ratio in vtroquè, cum de vtroquè dubitetur de iure ex hoc solo capite, quod fiant de futuris causis, etidem quod de iure resoluimus, licet non careat contradictoribus de iure, dicendum etiam est de foro, cum forus non contradicat, imo assistat, foro 1. de commissio. Molin. vbi sup. & alij practici, & talis est practica secundum Portol. vbi sup.

16 Et generaliter, quod † de foro possit Dominus Rex, ex causis suspicionum Iudicis, & territorij omnes causas euocare ad se, & eius Regiam Audientiam, est citra omne dubium, Molin. verbo euocatio, & verbo perhorrescentia, foro 1. de commission. & rescription. §. *Item, que como*, & §. *A este Capitol responde el Señor Rey*, in declaratione generalis priuilegij, folio 11. foro vnico, titulo de adiunct. & foro vnico de officio delegati, & in obseruantia pro parte, & sequenti, actus Curiæ. Portoles
17 verbo euocat. † numero 24. Idquè ex eo, quia tristissimum est coram suspecto Iudice, & territorio litigare. capite statutum. §. cum vero de rescriptis, Portoles vbi supra, Mandosius de commission. §. 7. Cassadorus decisione 1. de iure iurando, Couarruuias practica. 9. numero 6. cum sequentibus, Bellarminus decisione 45. Federicus consilio 158. Neuizan. consilio 44. numero 10. capite cum speciali, capite secundo requiris de appellatio. vbi Doctores, allegat alios Portol. numero 25. vbi bene.

18 Dubitatio autem tota consistit, † an euocatio perhorrescentiæ fieri possit per Dominum Regem, primogenitum, & Locumtenentem generalem à locis dominorum temporalium, & licet Molin. in verbo perhorrescentia non determinet, attamen, quod fieri non possit, suadent sequentia, quia in foro de adiunctis. permitti solum videtur à locis Regalibus (ibi nostrarum Ciuitatum) & ibi (loci nostri) & facit. §. Item del mero Imperio, in priuilegio generali, ibi, *E que el Señor Rey no meta justicia, ni faga juzgar en lugar que suyo no sia*. Et ita determinauit Curia Iustitiæ Aragonum, referente Molin. verbo perhorrescentia, versiculo perhorrescentia an possit prouideri. Nam
19 si Dominus † Rex in locis dominorum nullam habet iurisdictionem actu, obseruata. Item notandum de priuileg. milli. quia vsurpata est per dominos locorum, vt ibi habetur, sequitur, quod
20 non poterit causas euocare, quia solum potest † euocare ille, qui in quacumquè parte litis potest iurisdictionem tollere, & eam reuocare, & iudicium soluitur de Iudic. Couarr. in practi. cap. 9. num. 1. & 4. dicens, quod Castelle Duces, Marchiones, & Comites, & similes magnates non possunt causas euocare ab his Iudicibus, quos Alcaldes ordinar. vocam⁹, quia licet isti ad plebis electionem confirmentur per dominum, tamen non licet eis eorum iurisdictionem

nem tollere, ex quo Principis absoluti
iura non habent, quod in Aragonia vide
21 tur procedere, cum Dominus Rex (salua
sua clementia) iurisdictionem nō habeat
actualem in locis dominorum, neque á
foro ei videatur permissa euocatio à lo-
cis dominorum, quod tenet Molin. vbi
supra in verbo perhorrescentia, confir-
matq. Portol. in verbo euocatio. num.
53. vbi allegat alios pro hac opinione;
22 Boer. Rebuf. & Lancelot. pro quibus vi-
detur facere, quod causas officialium de
linquentium, tractandas de foro in Curia
Iustitiæ Aragonum, non potest Domi-
nus Rex (salua sua clementia) euocare,
etiam ex causa suspicionis Iudicis, &
territorij, Molin. verbo euocatio versic.
fallit etiam fol. 119. dans rationem, quia
si de foro in illis causis sublata est appel-
latio, ergo multo fortius euocatio, nam
fortius est denegare appellationem, quā
euocationem, vt ibi, & alias, vt dicit
Molin. in verbo perhorrescentia. fol. 251.
esset per indirectum tollere iurisdictio-
nem dominorum locorum, qui possunt
23 vassallos bene & male tractare, siti, &
fame necare sublata appellatione, absq;
eo quod Dominus Rex possit se intromi-
ttere, obserua. de consuetudine Reg-
ni nobiles, de priuileg. gener. Molin. la-
tè in verbo domini locorum, quod om-
ne prosterneretur, si euocationi locus es-
24 set; videtur cum his concordare Barda-
xi in tracta. gubernat. general. quæst. 5.
num. 67. circa finem, dum dicit Dominū
Regem ex consuetudine causas euoca-
re, sentiens de iure, & de foro aliud esse
dicendum, & id tantum in causis, à qui-
bus datur appellatio, vt ibi per eum, ve-
luti in causis infantionum, & militum, &
similium, & etiam extraneorum illius lo
ci, in alijs vero clare denegat euocatio-
nem perhorrescentiæ.
25 Quidquid tamen sit de iure, & foro,
vltra quod non desunt, qui dicant posse
Dominum Regem ex locis dominorum
causas euocare, ex hac causa perhorres-
centiæ Iudicis, & loci; vt sunt Auenda.

de exequen. Mandá. lib. 1. cap. 19. num. 2.
versiculo ex quo, Bellug. rubr. 13. titulo
de effectu Imperij. §. sed pone, à num. 5.
fol. 129. reffert Portol. verbo euocatio.
fol. 54. quod in Regno nostro non vide-
tur posse sustineri propter illa verba ma-
gna, & ardua priuilegij generalis, de
26 de quibus supra, tāmen ex consuetudi-
ne euocantur à locis dominorum omnes
causæ tam ciuiles quam criminales, vt di
cit Molin. verbo perhorrescentia, versic.
perhorrescentia an possit prouideri. fol.
251. columna 1. Portol. in verbo euoca-
tio. numero 53. vbi dicit, quod in quadam
causa, de qua ibi fuerunt adducti seu
mentionati plusquam centum processus
euocationum, in quibus Dominus Rex
euocauit propter perhorrescentiam cau
sas à locis dominorum ad Regiam Au-
dientiam, vltra alios processus quos re-
fert Molin. vbi supra, vbi sic practica-
tum effectiuè testatur, assignatque Mo-
lin. huius practicæ bonam rationem;
27 quia domini locorum habent vsurpa-
tam iurisdictionem Regalem, obserua.
item notandum de priuileg. milit. quia
iurisdictio à sui principio Regis, & Prin-
cipis est, Molin. ibi columna 2. circa finē
Bald. in capite ad hæc de pace tenenda
inter sub. obseru. 1. de salua infantio. foro
si aliquis de homicidio. Bald. in capite 1.
qui dicatur Dux, adeo vt nullus, nisi pri-
uilegium ostendat, vel præscriptionem
immemorialem, eam prætendere va-
leat, cum Regis præsumatur, & fuerit à
principio, Angel. Bartol. Couarru. Aben
da. Petra, & alij multi, quos ego alle-
gaui in tractat. de Inhibition. capite 5.
§. 10. numero 58. cum sequentibus. qua-
28 re faciliter reddit talis iurisdictio ad Do
minum Regem, & sic fontem vnde ef-
fluxit Molin. vbi supra, maxime quia
illa vsurpatio, & præscriptio domino-
rum videtur facta in tantum, quantum
ipsi vigiles sint in ea exercenda, &
quandiu possint, secus alias, vt loquens
de iurisdictione Ecclesiastica tenet Ab-
bas in capite irrefragabili de officio
ordin.

29 ordinando. 1. colum. Molin. vbi supra, quare data negligentia, vel impotentia in exercitio iurisdictionis, videtur quod Dominus Rex possit illam euocare, & exercere, Innocen. in cap. licet ex suscepto, extra de foro compet. vt in simili inuenio cautum in foris Turoli, & Albarra. lib. 2. par. 2. fol. 50. titul. executiones. col. 2. vbi disponitur, quod in causis appellationis, & perhorrescentiæ, pignorationes, & similes diligentię fiant per ordinarium Turoli, & eius locumtenentē nomine Regiæ Audientiæ, nisi essent negligentes illi in exequendo, in quorum confirmationem faciunt Auiles. in cap. 1. prætorum. nu. 31. ad finem. Ioan. Andr. in cap. fin. de exceptio. in 6. cap. cum sit. cap. Clericus de foro compet. Decia. in tracta. crimi. tom. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 85. & alij allegati per Bobadil. lib. 2. politi. cap.

30 17. nu. 110. in lit. A. apud quos habetur ex communi opinione, quod si iudex secularis sit negligens, & nimium remissus in administranda iustitia Clerico, potest Ecclesiasticus se intrommittere, quod licet magnam in praxi difficultatem haberet, & esset turbare totam iurisdictionē Realem, vt dicit Couar. in cap. 6. pract. n. 1. in fine, vers. & in hoc, late Bobadill. vbi

31 sup. num. 106. & 108. vbi alij multi, sicut si vellet Ecclesiasticus se intromittere, & cognoscere de causis absolutę potestatis, nam non posset, & ad id fuit prouissa firma de præciso D. Petro de Alagon, vt videbis in tract. de Inhibitio. cap. 4. §. 5. ante

32 nu. 11. quod vltimum, an etiam procedat respectu Rom. Pont. an scilicet possit Sūmus præsul se intromittere de causis absolutæ potestatis, & tractatibus absolutis dominorum temporalium absolutorum, opprimentium tyrannide, & sine causa vasallos suos, nō diiudico, Feli. in cap. 1. num. 10. de constitutio. & in cap. cum non liceat. num. 12. versic. 2. de præscriptio. Bald. consil. 267. num. 9. in princ. & multi alij allegati per Bobadill. vbi sup. num. 26. fol. 909. dicunt, quod posset ipse Rom. Pontif. se de his intromittere, quod

33 æquitate non caret, saltem si non sit alius superior, qui hoc reparare valeat; illud tamē certum est, quod ista sufficientissima sunt ad reassumēdam de facili iurisdictionem vsurpatam per dominos temporales, vt sic reddeat ad suam naturam, & Principē, vnde emanauit, & ita videmus Regiam Audientiam has euocationes fecisse in dictis locis, ex causa suspicionis Iudicis & loci, secundum Molin. in verbo euocatio. fol. 120. colum. 4. Portol. vbi supra. num. 53. Auenda lib. 1. de exequen. cap. 19. num. 2. vers. ex quo, Bellug. rub. 23. num. 5. & 6. Bobadil. lib. 2. cap. 16. num. 100. & ita expræsse probatur in priuileg. general. vbi agitur de hac euocatione, &

34 dicit tex. *E lo fizieron siempre el, y los suyos, y es muy necessario*, est tamen verum, quod hæc euocatio absquè iusta, & rationabili causa concedi non debet, Castren. in auct. si qua in Prouincia. C. vbi de crimi. agi oper. Couar. in pract. 99. num. 1. Auenda. de exquen. par. 1. cap. 19. num. 2. versic. hęc autem, Rebuf. tomo 1. de euocatio. quæst. 6. Portol. versicul. euocatio. num. 8. facit. §. *à este capitol*. fol. 11. in declaratio. priuileg. gener. ibi, *quando sia razon* (& ibi) *injusta, y manifiesta razon*. Menoch. consil. 466. num. 41. volum. 5. causa autem iusta erit, suspicio Iudicis, & loci, vt in dicto §. & foris supra allegatis continetur, & ob id dicitur euocatio per horrescentiæ, quasi magna suspicio, & magnus metus, à, per, quod est valde, & horresco, vt in cap. statutū de rescript. in 6. & l. vni. C. quando Imperat. Moli. verbo perhorrescentia, & sic, quia non audet comparere in territorio, nec ibi iustitiam consequi sperat, vt declarat Portol. ver-

35 bo perhorrescentia. Ex quo sequitur, quod ferè omnes (cum perjurio obtinētur) per horrescentiæ, quia ferè semper impetrantes remanent in locis, ad quę non se habere tutum accessum asseruerunt, secundum Portol. verbo euocatio. nu. 47. & 50. & sic periurium manifestum detegitur; est verum, quod de hoc Iudici non constat, & si constaret forsam eam reuocaret; prout reuocari posse similes euo-

36 cationes iusta causa suadente, tradit Por

F 3 tol.

37 tol. verbo euocatio. num. 47. & 48. & an istæ euocationes sint voluntariæ, an vero data causa debeant de necessitate concedi, Molin. verbo euocatio, fol. 120.
38 col. 3. versic. sed quero, Portol. verbo euocatio. num. 49. Ex his omnibus resumendo, videtur de consuetudine causas euocari posse à locis dominorum per dominum Regem, Locumtenentem generalem, & primogenitum, vt concludit Portol. verbo euocatio. num. 53. Moli. verbo perhorrescentia. fol. 251. col. 3. dicit, in ciuilibus sic fuisse assuetum, at in criminalibus dicit, non ita vidisse practicari, sed allegat duas perhorrescentias in criminalibus factas in locis dominorum, & dicit maiorem esse rationem in criminalibus ita faciendi, quam in ciuilibus, quia de foro, dominus Rex habet fundatam intentionem in locis dominorum in criminalibus. foro 4. de homicid. quia exemę
39 corporales, & iustitiæ corporales expectant domino Regi, etiam in locis dominorum, vt ibi dicitur, licet ab aliquibus dominis id vsurpatum sit, obserua. Item
40 notandum, de priuileg. milit. verum hęc omnia intelligenda sunt in causis, in quibus licita est appellatio, vt dicũt Bardaxi, & Moli. vbi supra, & sic, quando exterus, vel infantio, & similes supplicant ex suspitione Iudicis, & loci euocari causam, à locis dominorum, quia respectu istorum datur appellatio, & appellare se possunt iuxta forum à dominis locorum, & ex consequenti, vassalli signi seruitij non possunt eam supplicare, nec ad instãtiam illorum concedi, tum ex eo, quia non se possunt appellare à dominis suis, tum ex eo, quia remanent in suis locis, & sic non perhorrescunt territorium, si autem se desauassallarent, & alibi viuerent, possent eam impetrare, & ita exemplaria criminalia quæ Molin. allegat, fuerunt ad instantiam exterorum concessa, alia autem exemplaria adducta, similiter fuerunt impetrata ad instantiam exterorum, saltem non morantium in locis, à quibus fiebat euocatio, nam in processu iurat. de Tortol. super euocatione 13. Iulij 1584. fuit euocata causa pendens inter Marcum Pomar, & locum de Tortoles, actuario Rada, & potuerunt Iurati loci de Tortoles perhorrescere Ciuitatem Tirasonen. licet essent barij illius, in processu autem Iuratorum de Inogosa aldeæ Cõmunitatis Turoli, die 10. Augusti 1595. obtinuerunt euocationem perhorrescẽtiæ, contra conciliũ loci de Xarque, eiusdem Communitatis, quia potuerunt Iurati de Inogosa perhorrescere Ciuitatem Turoli, non commorantes in ea.

In processu Iacobi de Ardebines, & aliorum de Aguero, super euocatione, obtinuerunt euocationem propter causas motas, & mouendas, inter eos, & etiam extraneos. 13. Octobris. 1597. & hoc, quia erant Infantiones, & poterant appellare, vt diximus supra; postea 9. Maij 1601. reuocabit dominus Regens beneplacitum, quo fuit prouissa, & antea die 20. Decembris 1597. fuit ibi declaratum, quod calõniæ omnes non excedentes viginti solidos, non compræhendebãtur in euocatione.

In processu Iuratorum del Buste. 15. Ianuar. 1567. obtinuerunt Iurati del Buste euocationem, propter causas inter illos, & Ciuitatẽ Tirasonę, quia potuerunt dicti Iurati perhorrescere Ciuitatem Tirasonæ, licet esset vicus illius, & fuit ibi facta circa calonias eadem declaratio. 3. Martij 1557.

In processu Ioannis Blasco & aliorum loci de Fornoles, obtinuerunt eandem euocationem 4. Iulij 1608. propter causas motas, & mouendas, inter ipsos solos, & etiam cum extraneis, nam licet essent de vico Villę de Peñaroya, potuerunt illam Villam perhorrescere, & circa calonias fuit ibi facta eadem declaratio. 14. Nouembris. 1609.

In processu Iuratorũ de Tortoles. 13. Deceb. 1595. Iurati, obtinuerũt euocationẽ cõtra ipsam Ciuitatẽ Tirasonæ, itã cõciliariter, quam singulariter, quia potuerũt perhorrescere Ciuitatẽ ipsam, in qua non viuebant, & sic supradicta exẽplaria non

non obstante presenti decisioni, in qua fuit denegata verbo dicta perhorrescentia, attēto quod vicini qui eam petebant litigantes cum domino viuebant ibi, & non poterant appellare à gestis per domi num, qui erat Commissarius curię, die 7. Dezembris 1610. in Regia Audientia, actuario Ioan. Ripol. an autem propter litem cum domino motam possit eidem inhiberi, ne vtatur absoluta potestate, dixi latè in tracta. de Inhibitio.

DECISIO C. XVIII.

De materia falsitatis instrumē torum ciuiliter agendo.

SVMMARIVM.

Heres statim fit dominus bonorum, acquirendo dominium, & licet de iure non transeat possessio absq; apprehensione, secus tamen in Regno Aragonum, & Castellæ, quia transfertur ciuilis, & naturalis absque aliquo actu ficto, vel corporeo. num. 1.

Immixtio large sumitur pro additione, nam hoc verbum immiscere solum ad suos hęredes pertinet. num. 2.

Voluntas declaratur verbis, & facto. num. 3.

Hęreditas quibus modis adeatur, remissiuè. num. 4.

Firma Iuris habet locum in omni casu demptis quibusdam. num. 5.

Fidantia Iuris non habet locum in debito manifesto. num. 6.

Instrumentum publicum propter authoritatem tabelionis censetur esse probatio probata, & inducit casum manifestum, ex eoq; resultat notorium, & sic pro eo in dubio iudicandum est. num. 7.

Instrumentum quando dicatur falsum, & quę & quales suspiciones & coniecturę sint necessarię ad redarguendum illud de falso, & ad mouendum Iudicis arbitriū, latissimè. num. 8.

Instrumenti casum manifestum vna sola scintilla effuscat taliter, quod non possit dici clarum & manifestum. num. 9.

Instrumentum falsum, vel de falso suspectum, non probat, nec fidem facit. n. 10.

Pressumptiones, & suspiciones sufficiunt, quando ciuiliter agitur, ad tollendam fidem instrumento. num. 11.

Suspicio falsitatis inducitur numerorū foliorum instrumenti, in quo debitum continetur, vel vt melius dicam, ex non conformatione numerorum. num. 12.

Suspicio falsitatis contra instrumentum inducitur ex eo, quod vnus quaternus non est equaliter cum alys, sed minus bene consutus. numero 13.

Diuersitas papiri, & stigmatis, & signa diuersa suspicionem falsitatis inducūt. num. 14.

Falsitatis suspicionem inducit litera recentior, quam aliæ scripturæ & carthæ prothocoli eiusdem. num. 15.

Suspicionem falsitatis inducit diuersitas atramenti. num. 16.

Suspicionem falsitatis arguunt clausulæ, & cautelæ insolitæ. num. 17.

Falsitatis coniectura potens est inuerosimilitudo. num. 18.

Falsitatis suspicio oritur, quando quantitas obligationis excedit quantitatem facultatum, ita vt vltima voluntas testamēti adimpleri non possit. num. 19.

Fama facit inaicium, & pressumptionem supposito vitio visibili falsitatis, si sit

probata cum suis qualitatibus, & recepta apud probos viros, & non orta à maleuolis. num. 20.

Diffamatio, & mala qualitas Notarij auget præssumptionem falsitatis in similibus falsitatibus. num. 21.

Infamatio specialis falsitatis, præualet magis quam bonæ famæ generalis probatio num. 22.

Falsitatis coniecturam præbet, quando testes, & Notarius instrumenti non producuntur ad deffensionem eiusdem instrumenti, si viui sunt. num. 23.

Notarius incognitus, & qui partes nõ cognoscit in instrumento, arguit suspitionẽ falsitatis, dum adest Notarius Communitatis. num. 24.

Instrumentum debiti si diu est occultum, & de eo non datur notitia vsq. post mortẽ personæ obligatæ, inducit falsitatis præsumptionem. num. 25.

Præssumptio falsitatis inducitur ex eo, quod ex duobus testibus instrumenti vnus qui viuit sit familiaris creditricis, vel patris illius, & alter sit mortuus. numero 26.

Præssumptionem falsitatis inducit fractura papiri, & quaternus male consutus, & aliquantulum incissus. num. 27.



Ertebatur lis inter Reuerẽdum Petrum del Villar ex vna, & Elisabetã de Guerta ex alia, super dominio quorundam bonorum in duobus processibus emparamenti, prætendente Petro Villar dominium illorũ, vti hærede Elissabetis Marco veræ dominæ, & testatricis, Elissabeta vero de Guerta obtauat bona, in vim cuiusdam comãdę, & crediti, in quo apparebat sibi obligata dicta Elissabeta Marco, in quãtitate viginti mille librarum, contra quã opposuit Petrus de falsitate, & obtinuit contra creditum, siue obligationem ex multis coniecturis, & præsumptionibus sufficientibus, vt apparet in motiuo sequenti.

Dum cogitarem futurum ordinem, & seriem decisionis, se se mihi obtulit sequens motiuum, præstitum á doctissimo Augustino Pilares collega meo á 10. huc vsq. annis, viro summæ prouitatis & exempli, quo inspecto iudicaui tanto melius futurum, si illiùs ordinem insequẽdo, doctrinis & authoritatibus ornarem illud, quanto me viro illo doctrina & ingenio inferiorem iudico.

Glos. ad Motiuum.

A 1 HEres enim statim fit dominus bonorũ acquirendo dominium † l. cum hæredes de acquir. possess. & licet possesio non transeat de iure, nisi apprehendatur in hæredem l. pomponius. §. quæsitum, & l. cum hæredes vbi supra, communis ex Tiraq. in tractat. le mort saisit le uif. declaratione 3. num. 2. in præfactione Anton. Gabr. lib. 1. communium opinionum, titul. de adquirenda possessione, conclus. 9. nu. 1. tamen in Regno transfertur possesio ciuilis, & naturalis, quæ ciui-

Motiuum.

EX eo potissimum, & alias recipitur propositio Reuerendi Petri del Villar principalis, G. Gonzalez Procuratoris, quia ex deductis, & probatis in processu constat, bona in eodem ad instãtiam Elissabetis de Guerta emparata, fuisse Elissabetis Marco prędefunctæ, & in hoc partes conueniunt, quæ in suo vltimo testamento per Frãciscum Cerellon Notarium in loco de Munebrega recepto,

ciuilissima appellatur, in hæredem, absq; aliquo actu ficto, vel corporeo, per for. à vezes, de apprehens. & in Regno Castellæ transfertur similis possessio, beneficio. l. 45. Tau. de quorum iurium intellectu, vere Anton. Gom. in d. l. 45. Taur. & signanter. num. 194. Et nos in decis. 67.

2 *Verbum immiscuit, summitur large hic † pro aditione, immixtio enim pertinet solum ad suos hæredes, nam sui propriè non dicuntur adire, sed potius propriè se immiscere hæreditati paternæ, §. in extraneis, inst. de hæred. qualitat. & differentia, glos. in rub. C. de iure deliber. & glos. in rubr. ff. de acquir. hæredit. Adiuit igitur hic hæres, declarando verbis,*

3 *& facto voluntatem suam, nam † sic declaratur voluntas l. reprehendẽda, & ibi Bald. & DD. C. de institutio. & substitut. Speculator. tit. de successio. ab intestat. vers. pone quidam, Bald. in l. libertæ tuæ, in fin. C. de oper. libertorum, & in hac declaratione animi consistit additio hæreditatis, l. gerit, ff. de acquir.*

4 *hæredit. l. si Auia, C. de iur. deliber. modos, † autem adeundi hæreditatem re, & verbis, congerit Marant. in l. is potest, de acquirenda hæreditate.*

B *Iuris firma, & seu propositio iuris firmæ,*

5 *habet locum in omni casu † demptis, quibusdã casibus, Molin. verb. firma, in princ. Nos latissime de Inhibitio. cap. 2. §. 2. num. 4.*

C *Hoc ideo, quia in debito manifesto non*

6 *habet locum † fidancia iuris, §. item demandant, in priuilegio generali, & declaratione illius, obseruancia de foro & vsu Regni, de fideiussor. Molin. in verbo firma, in principio. Nos late in tract. de Inhibitio. cap. 2. §. 2. nu. 23. 24. & §. 3. & 4. & ideo hic, pro parte Elisabethis de Guerta fuit producta Comanda, quæ inducit casum manifestum.*

In

to, sub die 26. Aprilis, anni 1607. Et in processu exhibito, factis quibusdam legatis pijs, & alijs in satis ampla summa, & quantitate suum vniuersalem hæredem reliquit omnium suorum bonorum mobiliũ, & immobilium, dictũ Petrum del Villar, eius consanguineum, per cuius mortem effectus fuit eorũ dominus, & possessor, eius hæreditati

A se immiscendo. A. Qua propter iuris firma pro eius parte oblata venit, & est recipienda, quæ in omni casu locum habet quibusdã exceptis, de quorum numero præ-

B sens non est, vt infra patebit. B. Neque obstat, quod pro parte dictæ Elisabethis de Guerta emparantis principalis a Ximeno Procuratoris, loco rationem, & pro rationibus, & docendo de casu manife-

C sto. C. Facta fuit fides de quodam instrumento publico Comandæ, per dictam Elisabetham Marco, in eius fauorem concesso, quantitatis viginti mille librarum, & sub die vigesimo quinto Ianuarij, anni millesimi sexcentesimi quinti, in loco de Munebrega, per Ioannem Hermegildum de Abiego Notarium, & vicinum Villæ de Epila recepto, quia licet verum sit, quod instrumentum publicum sit probatio probata, & faciat regulariter rem notoriam, & manifestam pro-

D pter auctoritatem Notarij. D. Hoc tamen sine dubio fallit, quando ta-

E le instrumentum, vel est falsum, E.

F vel de falso suspectum, F. Si suspicio,

D 7 *In dubio enim præsumendum, & indicãdum est pro instrumento † publico, quia propter auctoritatem tabelionis censetur esse probatio probata, & inducit casum manifestum, obseruantia, vius Regni, de pignor. obseruan. Item differentia eod. tit. & resultat ex eo euidens probatio, cap. licet causam, vbi Abb. de probat. cap. auditis, vbi Butrio, de in integrũ restitutione. Imo notorium resultat ex instrumento, & dicitur veritas apparens, probatio probata, alias, noli me tangere, Bald. in l. Imperator, col. 2. ff. de stat. homin. Alex. cons. 62. in 7. Bald. in l. 2. colum. 2. C. quando fisc. vel priuat. Tiraquel. de retract. lignag. §. 2. glos. 1. num. 20. Nos latè in tract. Inhibitio. cap. 2. §. 2. num. 24.*

E F G 8 *Falsum dicitur instrumentum, quando concludenter probatur falsum, vt puta rẽ aliter † se habere, quam cantat instrumentum, suspectum vero dici, quando nulla adest concludens probatio falsitatis, sed solum adsunt verisimiles falsitatis suspiciones: ita Abb. cons. 99. num. 3. & 4. Gandino in tit. de falsit. num. 5. vers. Item nota, quod rasura, vide Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 740. nu. 1. 2. & 3. glos. Bart. & alij in l. 1. §. si quis neget, ff. quemadmod. testam. aperiantur, Cano. in cap. ex literis, de fide instrumentorum, & hæ cõiectura falsitatis debẽt esse verosimiles, graues, & vrgẽtes, glos. & communiter DD. in c. fin. de crimin. falsi. Paris. cons. 28. nu. 12. lib. 2. Abb. vbi sup. cons. 99. Gabr. lib. 7. conclus. 6. nu. 15. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 99. num. 11. vers. cæterum traditio hæc, & num. 19. latè Farinac. vbi supr. nu. 27. & 45. vbi friuolas & leues repellit. Quæ vera sunt, siue suspicio proueniat ex vitio visibili patenti, & seu ex inspectione scripturæ, vt est abrrasio, cancellatio, interlineatura, superimpositura, &*

cio, ex vrgentibus coniecturis, & G suspicionibus deducatur. G. tunc enim nõ solum offuscat casum manifestum, ad quod vna sola scintilla H sufficeret. H. sed ita suspectum, & inualidum reddit instrumentũ, quod nulla fides debeat adhiberi I instrumento. I. suspicio namquè falsi pro falsitate habetur in ciuilibus, ex communi Doctorum sen K tentia. K. At in proposito casu multæ resultant suspiciones contra instrumentum Comandæ exhi L bitũ intrinsice, & extrinsice. L. ex nota tabellionis, ex oculari inspectione, & aliunde resultantes. In primis quoddam reperitur quaternum octo foliorum, solummodo numeratorum in medio protocoli, quorum foliorum numerus primus cum alijs folijs dicti protocoli si numeretur, non consonat, & sic apparet dictum qua M ternum. M. diuersum quidem, N N. & minus benè cũ cæteris qua O ternis consutum. O. Et in medio dicti quaterni quatuor folia sunt (vbi prædicta Comanda Elisabethis de Guerta continetur) in papiro magis Alba, & diuersi P stigmatis. P. Litera. Q. & atramẽ Q to. R. recentiora quam ea, quæ R præcedũt, & subsequuntur. S. Hoc S certe oculis cernitur apertissimè, & quam patentem, & arduam inducat suspectionem, quis non videt? Præterea clausula emparamẽti in contextu Comandæ supra po T sita non solita. T. quidem apponi, in

ra, & huiusmodi vitia visibilia, siue proueniat ex vitio inuisibili latēte, vt quādo producitur scriptura extra tēpus, vbi intra tempus potuisset produci, vel quia est contraria alijs scripturis, vel continet inuerisimilitudinem, & similia, quæ in scriptura oculo corporeo non videntur, & hæc suspicio hominis dicitur, 1. vero iuristaliter, quod ex illa iuris suspicione scriptura iudicetur falsa, determinatione iuris, nisi probetur cōtrarium, vt in cap. inter dilectos, §. instrumentū quoq; de fide instrumētorum, & melius, in cap. olim, ex literis, de rescrip. Ita procedit l. iubemus, C. de probationibus: ita intelligendi sunt, Innoc. in c. 1. col. penult. de fide instrum. Speculat. de instrumentorum editione, §. breuiter. num. 13. & Paul. de Castr. in l. iubemus, C. de probat. qui in contrarium adduci solent, solum enim isti DD. volūt, quod ex hac suspicione iuris, nascatur præcissa determinatio à iure, vt instrumentum habeatur pro falso, nō autē ex 2. suspicione inuisibili, quæ hominis dicitur, quia non determinat, sed mouet tātum arbitrium iudicis ad credendum, & non credendum, iuxta regulam, quæ dictat probationes esse arbitrarias, l. 3. de testibus, Dec. consi. 650. & 652. quod arbitrium suadet contra instrumentum, vt ei non adhibeat Iudex fidem, tenēt plures allegati per Crauet. cons. 134. num. 36. Felin. in cap. auditis, num. 23. de rescripp. & multi alij allegati per Mandel. vbi sup. num. 7. sic concludit Farinac. dict. q. 152. n. 16. Si similiter agatur de tollēdo fidem instrumēto, Menoch. vbi sup. num. 16. est communis secundum Alba. vbi sup. & Farina. testatur, de communi, idem Nata cons. 633. num. 8. vbi de communi, si tamē sint graues & vrgētes suspiciones hominis, Mascar. cōclus. 740. numer. 4. vbi de communi, & seruatur in practica secūdum Farina. vbi sup. Sforcia Oddo cons. 78. num. 13. & 14. vbi de communi: Imo ius hanc suspicionē inui-

ni, in alijs eiusdemq; protocholi
Comandis omissa, nimiam certè
cautelam, & visibilem suspitionem arguit; maximè si cum
hijs, & alijs, quæ ex oculari inspe
ctione possunt facile ponderari,
concurrat, prout in c. su præsenti, vbi maxima, & euidens in ve-
V. rosimilitudo. V. ex pluribus, &
signanter ex ingenti, & excessi-
X ua quantitate. X. obligationis
per dictam Elisabetham Marco
factæ resultant, quæ totam eius
substantiam, & facultates absor-
bet, & excedit: vehementissima
Y etiam, & inuariabilis fama. Y. fal-
sitatis, non a malebolis orta per-
Z sonis, sed apud probos viros. Z.
inconcusse recepta, simul cū dif-
A famatione. A. Notarij, in quibus-
dam specialibus casibus, quam
B non excludit generalis. B. pro-
batio famæ in contrarium facta,
deinde, quod ipse met Notarius
simul cum teste instrumentario
superstite non producatur in te-
stes, nequè in hoc, nec in alijs
processibus pro veritate instru-
C menti tuenda. C. quod quilibet
prudens faceret, si verum ama-
ret, maximum præstat suspicio-
nis inditium; nullus præterea
producitur testis, qui tabellio-
nem (alioqui extraneum à loco
D de Munebrega) viderit. D. eun-
tem, stantem, nec redeuntem à
dicto loco, in quo, & eius cir-
cuitu, & in locis circumuicinis
plures reperiebantur Notarij:
qui

inuisibilem considerat aliquando, vt in d.c. inter dilectos, vers. in omnibus autem Imperialibus priuilegijs, vbi inducitur suspicio ex non solitis, & sic ex suspicione inuisibili, Mandel. vbi supra, & licet contrarium teneant multi quantum attinet ad suspicionem nascentem ex vitio inuisibili, quos reffert Farina. num. 14. illi tamen loquuntur, quando criminaliter agitur, vt sic eos intelligit Farina. num. 41. Secus si ciuiliter, ad tollendum fidem instrumento, Farina.num.33. & sic non recedere ab hac opinione, & hanc veriorem appellat Farina.num.16. & de hac differentia vitij visibilis, & inuisibilis, vide Oddofred.in l.fin.num.7.C.de edict. diui Adrian.tollend. Henrric.Boich.in cap.licet,num.3.de crimin.fals. Mandel. vbi supra, tunc enim, instrumentum non inducit casum manifestum, sed remanet offuscatum, tanquam sit falsum, vel de falso suspectum.l.iubemus, C.de probatio.l.2.ff.de fid.instrumentorum, cap. inter dilectos, eod.tit.

H *Vna sola scintilla offuscat casum manifestũ*
9 *instrumẽti, taliter, † quod nõ possit dici liquidũ, clarum, manifestum, dixi latè de Inhibitio. cap. 2.§.2.num.23.27.cum seqq. Molin.verbo manifestum. 2.col. & ver. liquidatio, Bardax.in tit.de citationibus, & monitionibus.*

I *Instrumentum enim falsum, vel de falso su-*
10 *spectum non probat, nec fidem † facit d.l.iubemus, l.2.& dict.cap.inter dilectos, de fide instrumentorum, Alba.vbi sup.& probatur, toto tit. de falsis, Menoch.de præsump.lib. 1. quæst. 99. num.16.*

K *Quando enim ciuiliter agitur ad tollendam*
11 *fidem instrumento, vel aliæ scripturæ, tunc † suspiciones, & præsumptiones sufficiunt, ex communi, & receptissima sententia, Villalob.in communibus opinionibus, litera F.nu.3. Clarus, in practica, §.falsum, num.30. in fin. vbi de communi Sua-*

E E. qui comodius, & cum secretis (si id forsitan desiderabatur) potuissent actum gerere, & cognoscere dictam Elisabetham Marco, se obligantem; quam se non
F agnouisse. F. pro vt decebat, ipse Notarius recipiens instrumentum confessus est, cuidam testi fide digno, hoc suspicionem inducit ex tarditate productionis.
G G. instrumenti, etiam arguitur falsitas, quod non est verissimile, si verum fuisset instrumentum, nec potuit ignorare illud fuisse confectum pater emparãtis, si credimus confessioni Notarij illum interfuisse confectioni, superfluum tandem videbatur patri, qui comandam eius filij concessam sciebat, si vera fuisset, alijs vti remedijs, censuris Ecclesiasticis, bona dictæ Elisabethis Marco virtute alterius obligationis consimilis quantitatis viginti mille librarum in eius met fauorem concessæ inuestigare, & donationem sibi dictorum bonorum, aliquando si-
H bi factam tentare. H. compromissum facere, & sic inaniter se contorquere; quia si verum fuisset huiusmodi instrumentum Comandę, vel si in rerum natura fuisset, tunc temporis inani labore præmeretur, quod non est credibile in viro cordato, nec
I verissimile. I. quibus sic stantibus, & attente perpensis cum vrgentissimam simul, & potentissi-

Suarez in communibus opinionibus, in versic. falsi crimen.num.17.vbi de communi, Menoc. de præsumpt.lib.1.q.99. nu.5. Vbi de communi, Hondedeus cons.109.num.62.in 1.vbi de communi, Farinac.alios multos allegans, q. 152. de falsis,nu.10.& in num.31.dicit, quod hæc conclusio non habet contradictorem, dixi supra in litera G.

L *Ex hac diuersitate, scilicet, quod numerus*
M *primus foliorum numeratorum,in quibus conti-*
N *netur † debitum,non conformat cum alijs folijs*
12 *prothocoli, si numerentur,resultat magna suspi-*
cio secundum Menoch.de arbitrar. cas.187. nu. 45. Sforcia 78.num. 10. quia ex dissimilitudine quaternorum resultat falsitatis præsumptio,Barbat.cons.54.num.3.& 6.in 3. Monticel.regul. crimin.30.num.130. Ludou. decis. Lucensi.15.num.21. Sforcia Oddo.cons.78.& ex diuersitate stili,etiam oritur suspicio,Sforcia Oddo.cons.78.num.11.cap.licet, §. illos quoq; & ibi DD.de crimine falsi,cap.quam graui,eod.vbi DD.Farinac.quæst.153.nu.159.& in casu isto datur diuersitas stili, quia solum illa octo folia numerantur,reliqua non.

O *Quando vnus quaternus est non equaliter cum alijs consutus, sed minus bene,† inducit*
13 *suspicionem falsitatis,Sforcia Oddo.&* Lud.*vbi sup.*

P *Ex diuersitate papiri, & stigmatis, quia vna magis,altera vero minus alba,& signa*
14 *† diuersa,resultat falsitatis suspicio, Monticel.regul.criminal.15.num.127.Decian.cons.100. num.17. in 2.Menoch.de præsump.lib.1.præsumpt.20.num.40. Mascard. de probat. lib.2. conclus.740.num.21.Menoch.cons.199.num.8.lib.2.*

Litera enim,& scriptura recẽtior, quã aliæ scripturæ,& chartæ eiusdẽ prothocoli † suspicio
Q *nem falsitatis inducit,cap.inter dilectos,§.sed contra,de fide instrumentorum, ibi, litera quo*
15 *que recentior videbatur etiam,vbi glos.facit regulam,quod ex qualitate chartæ falsitas deprehenditur,vt DD.ibi tenent, Anchar.cons.431.num.3.Crauet. cons.28. num. 4. & 5. Menoch.lib.1.de præsump.præsu.20.num.15.& de arbitr.cas.187.num.37. Alba.cons.224. num.2.& 3. Mascard.de probat.lib.2.conclu.740.num.22.& licet alij multi dicunt hanc coniecturã non concludere,tamen cum alijs vrgens erit.*

R *Diuersitas attramenti magnam falsitatis suspicionem † inducit, glos.in cap. in memoriam*
S *verb.falsam,decis.19.Anchar.cons.431.colum.2.Menoch.cons.199.num.8.lib.2.& de ar-*
16 *bitr.lib.2.cas.187.num.35.Curt.Iun.cons.52.in fin.*
T *Clausula enim,& cautelæ insolitæ arguunt præsumptionem † falsitatis,Ioseph. Ludou.*
17 *decis.213.num.12. Mascard.conclu.740.Menoch.cons.199.lib.2.num.6. Aymon cons.28. num.1.Franc.Marcus decis.743.num.2. 1.par. loquens de clausulis insolitis, Alba.224.*

tissimam inducat falsitatis suspitionem, ex patentibus, & latentibus etiam coniecturis, & pręsumptionibus, resultantem non mirum, si secundum iuris regulas, & naturales ac probabiles rationes prędicto instrumento, fidem non fore adhibendam arbitremur, pręsertim cum tot sint præsumptiones plures numero, quam duę cum de iure duę suffi
ciant ad tollendam fidem instrũ
K mento. K. seu scripturę, quando ciuiliter agitur.

num.

num.3.imo dolus, simulatio, & fictio præsumuntur ex actu insolito, l. qui sit fugitiuus. §. apud Labeonem, de edilitio edicto, à contrario sensu, vt ibi Bart.notat. Abb.in cap.nauiganti, de vsuris, num.12. Dec.in rubr.de vsur.num.114. Crauet.cons.191.num.13.vol.3. vbi idē de clausulis intricatis, & contra naturam actus: Roland.cons.40.num.34. in 2. Simon. de Pret.cons.108.num.20. Neuizan.cons.8.num.63. Ioan.de Amicis cons.107.colum.fin. Ioan. Baptista Lupus, de vsur.num.49. Crauet.cons.145.nu.14.in 1. Riminal.Iun.cons.58.nu.23. lib.1. Menoch.de præsump.lib.1.præsump.20.nu.16.& nu.20.

V Inuerisimilitudo enim potens est coniectura falsitatis, † Bald.in l.scripturæ, C.de fide in
18 strumētorum, Auton.Thessaur.lib.singularium quæstionum.q.47.num.10. Mandel.cons.171. num.8. Dec.cons.175. Osasc. decis.117.num.4. Crauet.cons.134.num.36. Hæc enim falsitatis imaginem in se habet: Alba.224.in fin.num.6. vbi exemplificat, Socin.28.numer.9. in 3. Nata 613.num.13. lib.3. apud quos plura exempla inuerißimilitudinis, generaliter enim ad probandum falsitatem instrumenti sufficit probatio per verißimile, & non per impoßibile, Alba. vbi sup. & cons.485.

X Quando quantitas obligationis excedit quantitatem facultatum, † ita vt vltima vo-
19 luntas testamenti non poßit adimpleri, oritur magna suspicio ex fauore. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles.

Y Fama autem facit indicium, & præsumptionem, si sit probata cum suis qualitatibus, sup
Z posito vitio visibili † falsitatis: Baiar.ad Clar.num.113.in §.falsum, Alberic.in l. iubemus,
20 C.de probat.recepta apud probos viros, & non sit orta à maleuolis personis, eius materia est latißima, Clar.in §.fin.q.6. & quia est indicium generale ad delicta remitto te ad criminalistas.

A Diffamatio enim, & mala qualitas Notarij in similibus † falsitatibus auget suspicio-
21 nem, Bald.in l.si aliquid, C.de suceptoribus, Crauet.d.cons.134.nu.34. Ioan. Anani. cons.49. Nata.633.num.12.& 17. Osasc.decis.117.num.11.

B Præualet enim specialis infamatio falsitatis, † quam bonæ famæ generalis probatio.

22 Vbi enim testes instrumentarij viui, † & etiam Notarius viuus non producuntur in
C testes, ad defensionem instrumenti, cum possent produci, magnam præbet coniecturam falsita-
23 tis: Aret.cons.13.num.18. quem refert Crauet.d.cons.134.num.24.

D Vbi adsunt Notarij loci, & Comitatus, qui partes cognoscunt, si alij adhibeantur inco-
EF gniti, & qui partes non cognoscunt, † arguit suspicionem, & inuerißimilitudinem in simili-
24 bus terminis, Surd.cons.173.num.18.

G Quando enim diu instrumētum debiti est occultum, & non exigitur, neq. de eo datur no
25 titia, sed multo post mortem personæ † obligatæ producitur, secum trahit imaginem falsitatis, Menoch.lib.1.præsumpt.20.num.39. Crauet. cons.28.nu.6. vers.ex qua etiam tarditate, Castro cons.281.num.1.lib.1. & cons.182. col.3.in 1.l.si quis forte, §.1.ff.de pœnis, ibi, nec enim debebant tam magnam rem tandiu retinere, Mascard. conclus.340. decis. Pedemontana 117.num.9.

HI Totum hoc est inuerißimile, de quo dixi in litera V.

Vltra

26 *Vltra ista, quia testium instrumenti unus qui viuit † est familiaris creditricis, seu patris illius, alter testis est mortuus, quod non est sine suspicione falsitatis, Crauet. cons. 28. nu. 7. Alexand. cons. 77. colum. 2. lib. 1. Mascard. conclus. 740. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumptio. 20. num. 7. & de arbitrar. cas. 187. num. 44.*

27 *Apparet etiam fractura papiri, & quanternus male † consutus, & aliquantulum incissus, quod etiam inducit suspicionem falsitatis, Aymon dict. cons. 28. num. 8. Menoch. dicto cas. 187. num. 48. Ex quibus, & alijs fuit lata sententia in fauorem Reuerendi Petri del Villar, ut supra dictum est.*

K *Gabriel lib. 7. conclus. 6. num. 5. Baiard. ad Clar. in §. falsum, num. 233. Cephal. consil. 287. num. 40. Viuio decis. 81. num. 10. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 740. Decian. cons. 99. num. 11. si vero sint plures quam duæ, sufficiunt etiam, quando criminaliter agitur ad condemnandum de falso, Decian. cons. 108. num. 76. lib. 2. Farinac. ubi sup. nu. 29.*

DECISIO C.XIX.

De aduceratione instrumentorum, quæ redarguuntur de falso, sub prætextu specierũ falsitatis, accurata explanatio.

SVMMARIVM.

Falsitatis crimen, quando criminaliter deducitur in iudicio, ut quando quis accusat Notarium de falso, cui incumbat onus probandi, & quomodo procedatur in accusatione, & an sufficiant probationes præsumptiuæ, vel concludentes sint necessariæ. num. 1.

Testes duo, an sufficiant ad conuincendum Notarium, & instrumentum de falso, vel an requirantur tres, vel quatuor. num. 2.

Falsitatis crimen, quomodo deducatur ciuiliter in iudicio, & quæ probationes sufficiant ad tollendam fidem instrumento, & traditur decretum Regij Consilij. nu. 3.

Obseruantia, nota quod si aliqua exceptio, de fide instrumentorum intelligitur. n. 4.

Exceptio peremptoria solutionis, & exceptio falsitatis equiparantur, per obseruantiam Regni. num. 5.

Probatio contra instrumentum per Notarium instrumenti, & testes eiusdem simul, difficilis est. num. 6.

Instrumentum ciuiliter agendo, remanet falsum, saltem præsumptiuè, redarguendo illud de falso, allegando species falsitatis, aduerando eas medio iuramento. nu. 7.

Instrumentum offuscatur de foro, propositis speciebus falsitatis, donec per producentem fuerit aduceratum; quod secus est de iure. num. 8. & 11.

Instrumentum habet pro se præsumptionem. num. 9.

Probandi onus transfert in producentẽ instrumentum, data suspicione falsitatis contra eum. num. 10.

Aduceratio instrumenti debet fieri intra annum, & diem computandum à die,

quo

quo species falsitatis in iudicio fuerint proposita.num.12.

Instrumentum reprobatur, & nullius valoris est, & producens causam amittit, si illud non aduceret infra annum, & diem. num.13.

Instrumento aduerato non potest Notarius accusari de falso, quod intellige, vt ibi. num.14.

Aduer atio instrumenti, quomodo fieri debeat. num.15.

Aduer atio instrumenti per Notarium, & omnes testes in instrumento conscriptos, etiam si sint supernumerarij, difficilis, & periculosa est, & contra regulas iuris communis.num.16.& 17.

Identitas probatur duabus confrontationibus, etiam si tertia supernumeraria nõ sit vera.num.17.

Testis solus vnus, etsi supernumerarius sit, si contradicat instrumento, in Aragonia instrumẽtum redditur suspectum de falso, & sic equalis potentiæ est testis supernumerarius cum teste numerario, & necessario instrumenti.num.18. Quod non indistincte procedit, vt num. 28.

Testes non directè contradicendo instrumento, negando rem ita se habere, sed solũ dicunt, se non recordari, tunc de iure non destruunt instrumentum, nec suspectum reddunt, sed firmum manet, & illæsum. num. 19. quod secus in Aragonia.nu.20.

Testes, & Notarius, vel alter eorum si non vixerint ad aduerandum instrumentum, tunc instrumentum aduerabitur cum superuiuentibus eorum, etiam si solus vnus testis superuiuat, sic fuisse iudicatum refertur.num.21.

Aduer atio instrumenti habet locum cum solo Notario superuiuente mortuis testibus, maxime si aliæ præsumptiones Notario aduer anti, vel etiam testi assistant. num.22.

Aduer atio instrumenti mortuo Notario, & testibus instrumenti, potest fieri per exhibitionem aliorum instrumentorum, & comparationẽ chartarum, & his deffcientibus iuramento producentis.nu.23.

Aduer atio instrumenti habebit locum, probando illud fuisse in iudicium deductũ, debitore præsente tacente, & nihil opponente, & hoc mortuo Notario, & testibus. num.24.

Testes omnes instrumentarij si contradicant instrumento, dicendo, se non interfuisse, tunc instrumentum reprobatur de iure.& testes nõ dicentur singulares.nu.25.

Quod verum etiam si alij testes extra instrumentarios deponant in fauorem instrumenti.num.26.

Aduer atio instrumenti admittitur contra omnes testes, contradicentes per subscriptionem illorum, vel alias; quod idem, si Notarius contradicat.num.27.

Testis vnius instrumentalis depositio cõtra instrumentum confunditur testimonio aliorum testium pro instrumento deponentium. num.29.

Quod etiam procedit, si duo testes instrumentarij contradicant instrumento, si tamen alij instrumentarij plures numero deponant pro instrumento.num.30.

Quid tenendum sit in hac contradictione. num.31.

Subscriptio sola testis contradicentis instrumento probat falsitatem contradictionis. num.32.

Instrumenti fides sustinetur per solam suscri-

subscriptionem testis contradicentis instrumento.num.33.

Testis deponens contra suam subscriptionem tenetur de falso, & non creditur ei postea contrarium asserenti. num. 34. quod sic iudicatum refertur.num.35.

Testis unum dicēs extra iudicialiter, & aliud in iudicio examinatus, cui dicto standum sit, disputatur latissime.n.36.

Testis se subscribens, iam eo tempore videtur testimonium perhibere, & attestari rem ita se habere, pro ut in actu subscripto continetur.num 37.

Testis deponens contra suam subscriptionem conuincitur de falso.num.38.

Subscriptio testis impedit variatatem illius.num.39.

Instrumentum non reprobatur per testes, alias ad id sufficientes, quando testes instrumentarij essent subscripti in instrumento, & constat de illorum subscriptione.num.40.

Testis subscriptus in instrumento, si deponat in iudicio contra suā propriam subscriptionem, contradicens instrumento, eius contradictio nullius est momenti, & sic instrumentum ramanebit adueratum, per alios testes instrumenti, & Notarium, vel per superuiuentes eorum. num. 41. & sic fuisse iudicatum refertur.num.42.

Testi dicenti unum extra iudicialiter, & postea aliud in iudicio, si cum primo dicto interueniant aliquæ præsumptiones, & coniecturæ animum iudicis mouentes ad illud credendum magis verosimile, quam secundum dictum iudiciale, tunc attenditur primum dictum extra iudiciale. num.43. quod secus si constet de errore. num.44.

Instrumentum aduertatur aduersus contradictionem testis oppugnantis instrumētum medio iuramento, & dicentis se non recordari, per alios testes non descriptos in instrumento, qui interfuerunt negotio, tempore confectionis instrumenti. numero 45.

Testes deponentes pro instrumento qualiter præualeant alijs impugnantibus, & qualiter possit impugnari per alios testes directè, vel indirectè ipsum instrumentum, contra affirmationem Notarij, & testium, remissiue.num.46.

Instrumentum remanebit aduertatum, si contra testes instrumenti contradicentes instrumento, proponatur aliqua exceptio notoria, & quæ à notorio tolleret fidem testis.num.47.

Maxime si alij testes, vel Notarius aduerassent instrumentum.num.48.

Exceptiones aliquæ an possint opponi contra testem descriptum in instrumento, & oppugnantem ipsum instrumentum, eo ipso, quod partes consenserunt ipsum rogari, & interuenire pro teste in ipso instrumento, tempore confectionis. num.49. Quod intellige, ut num.50. & 51. & 52. & quid in Notario. num.51.

Testis impugnans instrumentum potest notoria exceptione repelli, & instrumentum remanebit aduertatum, eo repulso, per Notarium, & reliquos testes. numero 53.

Instrumentum aduertatur per comparationem literarum, recognitionem subscriptionis, mortuis Notario, & testibus. numer. 54.

Instrumentum remanet aduertatum sola recognitione subscriptionis testium; etiam si om-

si omnes contradicant, ita fuisse iudicatum refertur. num. 55.

Instrumentum remanet adueratum sola exclusione testis contradicentis, & redditur ratio. num. 56.

Testis contradicens instrumento repulsus exceptione, vel aliàs, perinde est, ac si mortuus esset, & non deposuisset. nu. 57. & quomodo tunc adueretur dictum instrumẽtum. num. 58.

Dictum Testis deponentis pro instrumento, quomodo impugnetur, & conuincatur de falso. nu. 59. Quod in Regno difficile videtur, & redditur ratio. num. 60.

Exceptiones opponere contra testes contradicentes, & etiam fauentes instrumento; non solum permittitur de foro, sed etiam de iure, num. 61.

Instrumentum potest remanere in parte aduertatum, & in parte non. nu. 62.

Exceptiones non possunt opponi contra Notarium instrumenti, etiam si dicat se falsum illud cõfecisse; sed semper eius dicto est standum, & redditur ratio. n. 63. Quod intellige, vt num. 67.

Scriptura à Notario confecta, licet habeat præsumptionem pro se, non tamen contra Notarium confitentem eam falso confecisse; quia semper eius dicto statur. numer. 64.

Testi deponenti contra fratrem in grauissimo crimine, creditur eius dicto, potius quam dicto contrarij facti. num. 65.

Confessioni dicentis se grauissimum delictum comisisse creditur. nu. 66.

Aduerationis instrumentorum, late materiã comprehendens decretum cum motiuo processus Don Ioannis de Gamboa, Regiæ Audientiæ traditur. num. 68.



FALSITATIS crimen multis modis in iudiciũ deduci solet, primo criminaliter, velu
1 ti, quando quis accusat † aliquem Notarium, siue testẽ de falso, quo casu assumit in se onus probandi falsitatem; & hoc tractatur via ordinaria; & an probationes debeant esse in hoc casu concludentes, an vero sufficiant præsumptiuæ, diximus supra in decisione, & an tunc ad conuincendũ † No
2 tarium, & instrumentum de falso, sufficiant duo testes, an vero requirãtur tres, vel quatuor, sub eo prætextu, quod Notarius repręsentat personam duorum testium, vide late per Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 2. casu 105. à nu. 33. Bofs. de falsis nu. 21. Ruin. cons. 56. nu. 1. in 4. Bald. cons. 491. num. 5. in 5. Foller. pag. 544. nu. 53. in 8. & plena manu, Farinac. quęst. 158. par. 1. & 3.

Aliquando vero deducitur ciuiliter crimen hoc in iudicio, & hoc dupliciter. Primo, quando quis † opponit contra in
3 strumentũ exceptionẽ falsitatis, assumendo in se onus probãdi eã ciuiliter; hocq; probare solet præsumptionibus, & coniecturis, nascentibus ex instrumento, quæ in ciuilibus tollunt fidem instrumẽto, vt dixi sup. latissimè in decis. vel debet probare eam cũ Notario, & testibus instrumenti, vel cum alia scriptura publica: ita quod nõ sufficeret vnus, vel duo, sed omnes debent concurrere, obseru. *Nota quod si aliqua ex. eptio*, de fide instrumentorum, obseru. *Item Iudex*, eod. tit. obseru. *Item si dicatur*, & obseru. *Quidam confessus*, de probatio. facien. cum charta, obseru. *Vsus Regni*, de pignor. Molin. in verb. exceptio, contra instrumentũ. Ratio est, quia sicut Notarius, & testes dant esse instrumẽto; sic ad destruendum instrumentũ omnes debent concurrere, quia Notarius, & testes instrumenti habentur pro instrumẽto; obseru. *Quidam confessus*, de probatio. faciend. cum charta, prout ita fuit declaratum in quodam testamento Don Albari de Mendoça, vbi pars impugnans de falso assumpsit in se onus probãdi falsita-

tem

tem directè, (non tamen dando species
falsitatis, ob euitandũ periculum aduera
tionis, vt statim dicã) & cũ non potuisset
probare eam cũ Notario, & testibus, fuit
iudicatũ pro testamento, & falsitas pro
non probata, verè in proces. D. Eluiræ de
Mendoça sup. eiusli, 16. Martij 1552. & ꝙ
4 d. obseru. nota, quod † si aliqua exceptio,
loquatur in exceptione falsitatis, ꝓbatur
in obseru. nota duas, & peremptorias exce
ptiones, de probatio. faciend. cũ charta,
5 vbi equiparat exceptionẽ † peremptoriã
solutionis, & exceptionẽ falsitatis. Verũ,
quia hæc species probationis est diffici-
lis; † quia nõ semper viuunt simul testes,
6 & Notarius, & si viuunt nõ faciliter con-
cordarẽt cõtra instrumentũ; saltẽ Nota-
rius difficiliter cõtra instrumentũ suũ di
ceret; ideo est alia, & 2. species probatio-
nis falsitatis, ciuiliter agẽdo cõtra instru
mentũ, redarguẽdo illud de falso, & hoc
fit dãdo, & exprimẽdo † species falsitatis,
7 dicẽdo scilicet instrumentũ esse falsum,
seu suspectum de falso, quia scilicet nun
quã fuit testificatũ, neq; testes adhibiti,
nec cõtractus celebratus, & similes spe-
cies falsitatis opponẽdo, & tũc ex hac so
la allegatione specierũ falsitatis medio
iuramẽto aduerati, iuxta for. *por quãto*
de fide instrum. & foro, si aliquis homo,
remanet probata falsitas instrumẽti, saltẽ
præsumptiuè, & instrumentum sine fide,
iuxt obseru. de for. & vsu Regni, de fide-
iussori, ibi: *Veruntamẽ si charta illa de falso re-
darguatur, quia infra annũ & diem aduerari de
b·t secundum forum, Iudex dabit pignora capta
ad caj lebã lum, durante aduerratione, & facta ad
aeratione cessabit capleta, & restituentur pigno
ra Curtæ Iudicis pignorantis*: Ex qua obseru.
colligũt omnes foristę, ꝙ propositis spe-
8 cieb⁹ falsitatis, offuscatur † instrumentũ;
donec per producentẽ illud fuerit adue
ratũ, & verificatũ, & interim pignora dã
tur sub fideiussoribus reo pignorato, quo
usq; fuerit verificatũ, & aduceratũ instru
mentũ. d. obser. vt nos diximus latissime
de Inhibit. c. 2. §. 4. à n. 49. cũ seqq. & hoc
fuit à foro introductũ contra regulas iu-
ris cõmunis, & rationis scriptę, nã de iu-
re ex sola allegatione falsitatis, nisi illa
probata fuerit clarissimis ꝓbationibus,
non corruit instrumentum Notarij, imo
stat firmũ, & pręsumptiuè verũ creditur,
l. cũ precibus, C. de probat. & facit rẽ ma
nifestã, liquidã, & notoriã, d. l. cũ precib⁹
c. licet causam de probar. Rolan. conf. 9.
n. 15. Cephal. cõs. 4. n. 19. Osasc. decis. 117.
n. 1. Menoc. de recup. pos. remed. 1. n. 224.
Ioseph. Lud. decis. Lucens. 35. n. 7. & tali-
ter instrumentũ habet ꝓ se pręsumptio-
9 nẽ, † ꝙ ex ea oriuntur tres præsumptio-
nes, ꝙ sit verũ, quod sit solẽne, & ꝙ om-
nia in eo descripta facta sint. Nos de inhi
bit. c. 2. §. 4. à nu. 39. data tamẽ suspicione
falsi cõtra instrumentũ trãsfert onus pro
10 bãdi † veritatẽ scripturę in ꝓducentẽ. l.
fin. C. de fals. ibi glo. & gl. in l. licet, in ver.
falsitatis, & ibi Hosti. n. 1. de crim. fals. Ne
uizan. conf. 27. n. 13. Montice. regul. crim.
15. n. 118. & 171. Verũ, quod ex sola † allega
11 tione specierũ falsitatis, instrumentũ per
dat vires suas. & fiat suspectũ, cõtra regu
las iuris est, & hoc in Aragonia habemus
introductũ in odiũ falsitatis; vt oppositis
cõtra instrumentũ speciebus falsitatis, il
lius fides conquiescat, donec per produ-
cẽtẽ verificetur, aduceretur, seu cõprobe
tur veritas. Aduceratio autẽ instrumenti
redarguti de falso fit: *Quia partibus præsentibus
coram Iudice, vel altera per contumaciam absente,
legitur instrumentum publicè testibus instrumenti,
& Notario, qui fecit illud, & leguntur etiam spe-
cies falsitatis opposita contra instrumentum, &
interrogantur Notarius, & testes, si velint aduera-
re instrumentum, & si dixerint, quod sic, tunc
ponendo manus super Euangelia, Crucem Domini no
stri, & etiam super instrumento, dicunt aduerando,
Nos tales iuramus per Deum, & Euangelia, quod
dictus talis se obligauit, & promisit tali eo modo,
quo continetur in instrumento, & mandauit fieri
omnia in eo contenta, vt continentur, & quod instru
mentum in omnibus, & per omnia continet verita-
tem, & specialiter in speciebus falsitatis*: Hęc ferè
sunt verba obseru. 1. de fide instrum. ita
etiã cauetur in for. 1. for. si aliquis homo,
for. *Por quanto*, de fide instrumentorũ, &
12 deber fieri † aduceratio intra annum, &
diem, computandum à die quo species
falsitatis in iudicio fuerunt propositæ, d.
foro si aliquis homo, & foro: *Por quanto*,

Molin. in verbo aduceratio. Et est tam
13 præcissa obligatio † aduerandi infra annum; quod si producens instrumentum non adueret, infra annum, & diem amittit causam, & instrumentum reprobatur, & nullius valoris existit; & ex tunc semper pro damnato habetur, & soluit de calomnia sexaginta solidos, dict. foro, si aliquis homo, & foro, *por quanto*, ibi: *E si aquel no aduerara pierda la causa, no esperada otra discusion*: si vero aduerauerit infra annum, & diem, tunc redarguens de falso perdit causam, dict. for. *por quanto*, ibi: *E si aquel aduerado habra por sola aduecacion, obtenga sentencia diffinitiua en la causa por su parte*: Imo redarguēs tunc soluit supradictam caloniam, & non solum tunc redarguēs de falso amittit causam, si producens ad
14 ueret, verum etiam post aduceratum † instrumentum, non potest Notarius accusari de falso, obseru. item si cōtra, de probatio. faciend. cū chart. cuius verba sunt. *Item si contra instrumentum fuerit obiecta falsitas, & instrumentum fuerit aduceratum, & postea Notarius accusetur de falso, non debet talis accusatio admitti, postquam instrumentum est aduceratum*: Hoc tamen vltimū aliqui ita intelligunt, si instrumentum fuerit aduceratum iuxta obseru. 1. de fide instrumentorum, & obseru. itē si tres, de probatio. faciend. cum chart. obseru. item si aduceratur, de fide instrumentorū: videlicet, cum testibus instrumenti, secus aliás, si mortui sint testes, & per Notarium fuerit aduceratum instrumentum; quoniam admittitur accusatio.

15 Et hæc aduceratio debet fieri † per Notariū, & omnes testes instrumenti, etiam si supernumerarij sint, si viuunt, taliter, quod si omnes concordēt cum Notario aduerando instrumentum, si tamen vnus solus discrepet contradicendo instrumēto, directe, vel dicēdo se non recordari, non est aduceratum instrumentū, quia cū omnibus aduerari debet, ita obseru. 1. de fide instrumentorum, ibi: *Legitur instrumētum testibus in instrumento contentis, & tabellioni qui illud fecit*; & probatur in obseru. Item si aduceratur eodem, vbi si vnus testis, & Notarius aduerent instrumentis, & alius testis dicat se non recordari, non est aduceratum, & probatur in obseru. itē quamuis testamentum de testamētis, & melius d. obseruan. item si tres, vbi habetur, *quod si tres testes sint adhibiti in instrumento publico, & redarguatur de falso, cum omnibus tribus debet aduerari; quia dixit forus cum testibus scriptis in instrumento, & si vnus contradicat non erit aduceratum*: Idem probatur in foro 1. & 2. de fide instrum. in illis verbis: *per testes in charta conscriptos*, prout ita fuit factum in processu D. Ioan. de Gamboa, & domnę Ioannæ de Funes & Villalpando coniugum, super aduceratione, 28. Iunij 1577. in Regia Audien.

In quo fuit aduceratio facta per Notarium, & omnes testes. Molin. in verbo aduceratio instrumenti. vers. aduerari de
16 bet. Ex quibus apparet, † quod hęc aduceratio est difficilis, & periculosa, cum debeant concordare omnes testes cum Notario, si viuunt, & etiā si testes sint supernumerarij; & licet sit vnus solus supernumerarius, imo licet etiam, quod plus est, dicat se non recordari, quod totum est exorbitans, & contra regulas iuris, & rationis scriptæ; nā de iure, quando vnus tantum testis instrumentatius, & supernumerarius impugnat instrumentum, & eo dempto, superest integer numerus testium, ad illius actus perfectionem; veluti si octo testes de iure adhibeantur in testamento, cū septem sufficiant, Authen. hac cōsultissima, C. de testam. si octauus testis contradicat, testamētum suspectū non redditur; quia perfectus numerus testium remanet. Bos. de fals. nu. 39. Bart. in l. 1. §. si quis neget, n. 2. & 7. ff. quemad. testam. aper. vbi de cōmuni Anna. cons. 97. nu. 3. vbi additio. nec vllus ab hac discrepat opinione, tum quia testis singularis est, tum quia remanet integer nu-
17 merus, pro quo facit, quia identitas † probatur duabus confrontationibus, licet tertia supernumeraria non sit vera, Bart. in l. demonstratio. de conditio. & demonstra. Socin. Iun. cons. 127. lib. 3. Alciat. respons. 116. numer. 9. quid autem

tem sit dicendum de Iure, quando duo testes supernumerarij instrumentum impugnarent, remanente perfecto numero, an tunc vacillet fides instrumenti, & corruat, vide Menoch. pulchre resoluentem de arbitrar. casu 105. num. 24. vsquè ad 31. vbi dicit vacillari instrumentum, quousquè testes instrumentatales, perfecti numeri deponant pro instrumento, quo casu reassumit vires instrumentum, subdens optimam rationem: totum hoc in Aragonia sublatum,
18 & correctum est; † quia indistinctè, & sine distinctione, si vnus solus testis instrumenti, etiam supernumerarius, contradicat, corruit, & fit suspectum instrumentum, quantumuis alij testes pro instrumento deponerent; existimarunt leges Regni, ita facilius occurri fraudi falsariorum.

Et sic in Regno equalis potentiæ est testis supernumerarius, cum teste numerario, & necessario instrumenti: nam sicut quando vnus testis necessarius reprobat instrumentum, asseuerando rem aliter fuisse gestam, vel se non interfuisse in confectione talis instrumenti, ipsum instrumentum redditur suspectum, & inefficax, quousq; comprobetur veritas instrumenti, ex eo quia testis contradicēs est de numerarijs, & necessario requisitis, vt tradunt Bart. & omnes alij in l.1.§. si quis neget, ff. quęmadmo. testam. aper. Imol. Ioan. Andr. alij in c. cum Ioannes, & ibi Abb. nu.14. Ioan. de Imol. post nu. 20. & Felin. sub nu.50. asseuerat communem opinionē ita se habere, glos. in d. §. si quis neget, Angel cons.169. Socin. sen. 213. in fin. Afflict. decis.166. nu.5. Boer. q. 118. nu.6. Didac. lib.2. var. c.13. nu.10. Menoch. d. cas.105. nu.13. quod aliqui extendunt etiā, si cęteri testes instrumenti deponerent pro instrumento, quia dicunt per inde esse ac si à principio non omnes necessarij testes interuenissent. Soci. sen. cons.28. lib.3. Alex.11. n.15. in 3. Paris.162. nu.24. in 4. Socin. iun.88. num.12. in 3. sed hæc ratio est periculosa, quia quando à principio deest vn⁹ testis, deficit forma; at quādo plenus numerus interuenit, & post vn⁹ se subtrahit, potest esse subornatus, & falsus: & sic nō desunt contradictores qui in hoc casu, quo cæteri testes necessarij attestarentur de veritate instrumenti, calumniose potius, quā verè repugnare dicunt illum testem contradicentem, & eius testimonium confundi, aliorū testimonio, secundū practicam Papiēsem, in forma oppositionis contra instrumentum, in verbo, dignoscitur. n.3. Inno. in d. c. cum Ioannes, & alij allegati per Menoch. qui tamen hoc in iudicis arbitrio constituit, qui iuxta testiū conditionē, & notarij, arbitrabitur, quid tenendū sit; ita eodem modo in Regno vacillat instrumentū, si testis supernumerarius contradicat; nam in Regno vtriusq; æqualis est potentia.

Et non solum hoc introductum est cōtra regulas iuris, verum etiam, & aliud præcipuum, & singulare; quia de iure, si testes †non cōtradicunt directè negādo,
19 rē ita se habere, vel se interfuisse, sed solum dicunt, se non recordari, tunc non destruunt instrumentum, nec suspectum reddūt, sed remanet firmum, & illęsum, ita Bart. in d. §. si quis neget, nu. 9. Alex. cons.33. nu.22. in 3. & cons.88. nu.3. lib.4. Felin. vbi sup. col. penult. Iass.124. colu.3. vers.2. lib.1. tunc enim nihil contra instrumentū dicitur, l. cum precibus, C. de prob. & hoc siue sit vn⁹, siue plures testes, qui hoc ita dicunt: in Aragonia tamen se
20 cus est; † quia etiā si vnus solus testis, imo etiam si sit supernumerarius, dicat se nō recordari eorum, quæ scripta fuerunt, & confectionis instrumenti, redditur suspectum instrumentū, & inefficax, quousq; aduer etur. Vides ergo quam rigurosa, & periculosa sit hæc aduer atio in Regno.

Sed ad liniendum, & mitigandū hunc rigorem, leges Regni equitate plenæ, tēperando, introduxerunt aliqua specialia in fauorē aduerationis, ita vt, sicuti quādo viuunt testes omnes, requirit omniū fidem, & tantam, quanta reperiri possit, ita etiā mortuis testibus, & Notario ob difficultatem probationis, & ne pereat

veritas instrumenti, facilitarunt aduerationem faciendam aliquibus modis, & primo producenti instrumentum est datus hic fauor à foro, quod si non viuunt omnes testes, & Notarius, possit aduerari instrumentum eum superuiuente † ex illis, licet sit solus vnus foro 1. de
21 fide instrumentorum: verum hoc ibi nō probatur, nisi in argumentum, dum dicit ibi, quod aduceratur instrumentum comparatione literarum, sed satis probatur in illis verbis, *Per testes in charta scriptos, & scriptorem si vixerint.* Innuens secus esse, si non vixerint, & sufficere fidem solam vnius, si vnus solus superstit, prout fuit iudicatum in processu Augustini de Sancta Fide, in Curia Iustitiæ Aragonum, vbi, cum solo vno teste fuit facta aduceratio mortuis alijs: & in appellatione ab illa sententia, vide in processu Antonij Iayme, super appellatione in Regia Audien. 4. Augusti 1575. & idem esset, quan-
22 do solus Notarius superuiuit, † mortuis testibus; nam tunc per ipsum Notarium aducrabitur instrumentum, cum testes non sint, qui illud aduerent; maxime si aliæ præsumptiones Notario aduceranti assistant, vel testi aduceranti; & satis hoc probatur in dicto foro primo, vbi habetur, quod si Notarius & testes mortui sint, & dubitetur de fide instrumenti,
23 debebit aduerari, & probari † per exhibitionem aliorum instrumentorum illius Notarij, & sic comparatione chartarum, quod si hæc non reperiantur, aduerabitur solo iuramento producentis secundum forum, dicendo esse verum illud, & non falsum.

Pro his facit, nam etiam in casu quo testis necessarius contradicit instrumento, dicendo, non ita rem se habere, vt in eo continetur, dicunt nulli (vt statim dicā,) quod sustinetur instrumentum, si alius testis cum Notario deponat, pro instrumento ergo à fortiori in casu de quo dixi, aduerabitur instrumentum, ex sola aduceratione Notarij, vel solius vnius testis, si alii non viuant, cum tunc nullus alius testis cōtradicit instrumento, sed sola asseueratio partis impugnantis instrumentum, quæ suspectum reddit illud, contra omnes iuris, & rationis scriptæ regulas. Similiter poterit aduerari instrumentum redargutum de falso comparatione chartarum eiusdem Notarij mortui, vt expresse cauetur per dictum forum primum, de fide instrumento. Hæc enim aduceratio potentissima est, contra præsumptionem falsitatis, quando dubitatur, an ille Notarius tale instrumentum fecerit, vel negatur fecisse, & testes Notariusquè mortui sunt, qui viua voce illud erant confirmaturi, secundum, §. si vero tale, in Authen. de instrum. cautela. & fide: ita probatur, in dict. §. si vero tale, & in §. si vero moriantur, cuius verba sunt: *Si vero moriantur omnes testes, aut forsam absint, aut aliter non facile sit fidem ex testium subscriptionibus inuenire, neque tabellio super est, qui complenit, aut non est in ciuitate sed necesse est collationem literarum, suppletiones eorum qui subscripserint assumere, tunc properandum est ad comparationes, &c.*

Poterit etiam aduerari instrumētum
24 defficientibus Notario, & testibus, † probando scilicet instrumentum fuisse in iudicium deductum, antea presente debitore tacente, & nihil opponente, nam tunc remanebit aduceratum, quoad præiudicium obligati debitoris, & habentium ius, & causam ab eo, vt amplius redarguere de falso non possit illud, argumento tex. in for. *por quanto*, ibi, *E sino dara las especies de fasia el que quiere redarguir de falso, sea hauido el tal instrument por verdadero, quanto al prejudicio del demandant, aquel exhibiir, a fin de redarguir de falso, é de los hauientes causa, & dreito del, E no pueda segir mas per el, o ellos redarguido de falso, &c.* Hos enim, & alios similes modos aduerandi instrumentum non exclusit forus, imo approbat expresse, vt in foro secundo, de fide instrumentorum, in illis verbis: *Qui chartam obtulit probet per testes in charta scriptos, aut alio legitimo, & iudiciario modo.* Veluti confessionibus testium, & tabellionis qui in

in vita confessi sunt, maximè cum iu-
ramento rem ita fuisse gestam, vel si id
pars redarguens fuerit cõfessa, his enim,
& alijs similibus modis solet aduerari in
strumentum; non solum defficientibus
Notario, & testibus (quod sine difficul-
tate est) verum etiam ipsis viuentibus,
maximè coadiuuant præsumptiones hęc
instrumentum redargutum de falso, e-
tiam in casu, quo aliquis testis contra-
dicat instrumentum, vt in processu su-
pradicto Don Ioannis de Gamboa fuit
practicatum, & videbis, infra, & hęc quã
tum ad casum istum.

Aliquando autem non sunt mortui te
stes, & Notarius, saltem omnes, & con-
tradicunt vnus, duo, vel tres instrumen-
to, dum adueratur dicendo rem aliter
se habuisse, vel non ita fuisse gestum,
tunc, opus & labor est, nam primo, si om
25 nes concorditer contradicunt † instru-
mento, dicentes se non interfuisse instru
mento, tunc instrumentum reprobatur
de iure, & verè falsum fit, Bart. in d. §. si
quis neget, numer. 6. & ibi Angelus, Fe-
lin. in dict. cap. cum Ioannes, numer. 46.
de fide instrumẽtorum, vbi de cõmuni,
Didacus lib. 2. variarum cap. 1. num. 10.
cap. tertio loco, de probationibus, capit.
tam literis, de testibus, nã si quando vnus
testis tantum instrumentarius contradi-
cit, instrumentum vacillat; d. §. si quis ne
get: Ergo contradicentibus omnibus fal
sum erit, nec dicentur singulares, licet
seorum, & separatim vnusquisq; depo-
nat, se non interfuisse quia vnum, & idẽ
concludunt, scilicet absentiã, & remotio
nem sensus: imo non possunt esse conte-
stes cum omnes absfuerint ab actu, Felin.
in d. cap. cum Ioannes, nu. 35. Anchar. 73.
Crauet. cons. 56. nu. 17. Bart. in d. §. si quis
neget, nu. 6. in fin. & hæc vera etiã si alij
26 † testes extra instrumentum deponerẽt
in fauorem instrumenti, Menoc. vbi sup.
nu. 9. de foro † tamen admitteretur adue
27 ratio contra testes omnes, per subscrip-
tionem, vel aliàs, si constaret falso contra
dicere, vt in processu D. Io. de Gamboa,
& idem si Notarius contradiceret, quia
posset probari veritas instrumenti con-
tra eum, & testes, vt in sequentibus.

Aliquando vero non omnes contra-
dicunt, sed vnus duo, vel tres: & tunc
est difficultas, quomodo aduerabitur in-
strumentum, contra tales depositiones
testium instrumentalium, & distinguen
do casus, licet quando vnus contradicit
28 instrumentum reddatur suspectum † in
tantum, quod non reualidetur, licet alij
instrumentarij deponant, vt supra dixi
numer. 18. ex sententia Socinij, & alio-
rum, hoc tamen non indistinctè apud
omnes receptum est; nam practica Pa-
piensis, & Innocent. vbi supra dicunt,
29 vnius testis † depositionem confundi
testimonio aliorum testium instrumen-
talium, si deponant in iudicio pro in-
strumento, quos sequitur Iass. cons. 124.
colum. 3. vers. 3. lib. 1. & cons. 13. colum.
2. lib. 3. Fulgos. cons. 79. in fortioribus
30 terminis, quando duo † testes instru-
mentarij contradicunt; si tamen alij te-
stes instrumentarij plures numero de-
ponant pro instrumento, sequitur Ioan.
à Platea, in §. item verborum, institut.
de inutilibus stipulationibus, sequitur
cum multis Boer. dict. decisione 118.
numer. 12. vbi de communi, & sic iudi-
catum refert Franchis decisione 613.
numer. 3. in secunda part. Marsil. consil.
27. numer. 14. qui omnes dicunt, non
vacillare fidem instrumenti; si vnus, vel
duo testes instrumentarij contradicant;
si tamen plures numero testes instru-
mentales cum Notario, vel sine eo de-
ponant pro instrumento. Iam igitur se-
cundum hæc videtur bona aduceratio
per reliquos testes instrumenti, ex opi-
nione multorum, verum hoc difficul-
tatem habet, nisi adessent aliæ conie-
31 cturæ, † & argumenta veritatis quæ fa-
cerent pro instrumento, nam tunc, si ista
essent vrgentia, inclinandum esset pro
aduceratione instrumẽti, supposito, quod
testes cõtradicẽtes possũt impugnari de
falso, vt dicemus, verũ nõ admissa ista ad
ueratione nuda, sine alijs argumentis, ad
miniculis, nã cum eis admittẽda esset, vt

dixi,si vrgerent, adhuc tali casu in viam
iuris & fori supersunt alij modi aducran
di instrumentum,contra illam contradi-
ctionem, nam Imola, & post eum Ioan.
Andreas,in dict.cap.cum Ioannes, & ibi
Butri. & omnes alij concludunt, quod
per suscriptionem ipsorum testium fa-
ctam in instrumento, & aliorum subscri-
ptorũ,coadiubatur veritas ipsius instru-
menti: imo est communis resolutio Do-
ctorum,vt constat ex Bart.Bald.Imol. &
alijs in d.§.si quis neget,quod per solam
subscriptionem ipsius testis cõtradicen-
32 tis † instrumento, probatur falsitas con-
tradictionis testis,ac depositio ipsius, ita
impugnatur, quod fides instrumenti †
33 per talem subscriptionem omnimodo
sustinetur, ita fuisse decisum, refert Ca-
picius decis. 192. vbi num.5. dicit, teneri
† de falso eum, qui contra suum signum
34 deponit,per l.eos.ff.de falsis, nam quan-
do testis se subscripsit, & firmauit, non
creditur ei contrarium postea asserenti,
quia se ipsum notat, Bossius de falsis,nu.
11. Castro in l. scia, ff. ad Senat. consult.
Velleian. Iass.in l. iusiurandum,quod ex
conuentione, §. procurator, ff. de iure
iuran. Rebuf. tom.1. constitution.regal.
tractat. de Chirographis, & cedulis re-
cognitis,num.101. & 102. vbi non credi-
tur testi firmato, quãdo dicit se ad aliud
firmam dedisse,quam ad id, quod scri-
psit Notarius, nisi illud probet sufficien-
ter, prout sic fuit iudicatum contra talẽ
depositionem factam à teste,contra the-
norem suę subscriptionis, primitus factę
in processu Ioan. Michaelis de Tella, †
35 super appellitu, in mense Februarij ; &
a: Martij 1608. in Regio cons. vide nos
in decis. 108. Idque probatur alia com-
muni traditione Doctorum, disceptant
36 enim illi, an ex dicto, & assertione † ex-
tra iudiciali anteriori,eneruetur, & in-
ualidetur dictum, & depositio iudicia-
lis ipsius testis,& Bart. asseuerantem di-
ctum iudiciale testis inualidari ex di-
cto anteriori extra iudiciali, in l. eos, ff.
ad l. Cornel. de fals. communiter dam-
nari dicunt, cum suis sequacibus, Bu-
trio, Abbate, & alijs allegatis per Ga-
briel. lib.7. conclus. 31.num.1. Montice.
in Reportor. de testibus, rubric. testis,
fol. 218. Nam licet hæc videatur de iure
Canonico verior, secundum Aretin. in
cap.per tuas,num.33.de testibus,&c. ta-
men communis, communior, & verior
est contraria opinio, quod scilicet; si te-
stis iudicialiter examinatus dicit contra
rium eius, quod prius extra iudicialiter
dixerat, statur secundo dicto iudiciali,
non autem primo extraiudiciali,Tindarus
in tractat.de testibus, lib.2.cap.1. per
totum,vbi testatur de communi, & res-
pondet contrarijs, & in cap. 2. vbi bene
fundat, & testatur de communi Canoni
starum. Iacobus de Sancto Georgio,in l.
qui falso,aut variè,num.6.ff.de testibus,
vbi latè de vera,& magis communi, Co-
uar.lib.2.resolut.cap.13.n.7.vbi de com-
muni. Gabriel. lib.7. conclus. 31. num.1.
vbi de magis cõmuni, & indubitata opi-
nione, Clar.§. fin.quæst.53. vers. primus
casus est,vbi de communi,& magis com
muni,Andreas Gail obseruat.104.nu.18.
lib.1.Menoch.de arbitrarijs lib.2. c.108.
num.22. vt de hoc dubitandum non sit,
sed licet hoc ita sit, dicunt tamen in ali-
quibus casibus, Bart. contrariam opinio
nem esse tenendam, veluti, quando di-
ctum extraiudiciale testis in scripturam
redactum fuisset,tẽpore actus gesti,tunc
enim secundum iudiciale subsequẽs præ
sumitur emanatum ad partis suborna-
tionem,& sic illud non attenditur,Aret.
in cap.per tuas,num.35.&ibi.Dec.nũ.43.
de testibus, alios allegat Gabriel. lib. 7.
conclus. 31. numer. 111. Menoch. de ar-
bitrarijs lib. secundo,casu 108.numer.25.
Capicius decis. 192. numer. 7. à quá re-
solutione non est recedendum, dum-
modo testis subscriptio interueniat tem
pore actus gesti,prout benè declarat Are
tin. vbi supra, ponderant Doctores, tex.
id probãtem,in l.eos.de falsis, per quem
tex. Bart.(secundum quod communiter
allegatur)dixerat standum esse,primo di
cto extraiudiciali,dicunt enim hunc tex
tũ procedere, quando testis asserit ali-
quid

quid extra iudicium non simplici verbo, sed in scriptura, & tempore, quo actus fuit gestus, & quod eo casu reprobatur secundũ eius dictum iudiciale cum iuramento confirmatum, maximè recognita subscriptione ab eodem teste, vt semper fit in aduueratione, rationẽ assignat Aret. vbi sup. in penultima colum. quia in 2. dicto pręsumitur subornatio, & ponderat etiam tex. in cap. literas, de præsumptionibus, & facit pro hac resolutione, id
37 quod communiter traditur, quod † subscribens se vt testis, iam eo tempore videtur testimonium peribere, & atestari, rem ita se habere, prout in actu subscripto continetur, Bald. in l. fin. C. de ędict. diui. Adrian. Tol. in 5. oppossitione, Afflictis decis. 166. ex quo dicto & testimonio
38 conuincitur de falso † ipse testis contra suam propriam subscriptionem aliquid deponens, Boer. in d. decis. 118. sub num. 25. instruit tabelliones, & contrahentes rogantes confectionem instrumenti, vt testes ipsos instrumentarios subscribere faciant, propter mortem eorum, absentiam, & varietatem, id colligens ex dif-
39 ferentia Doctorum, quod † subscriptio testis impediat varietatem illius, & hinc etiam præfati Doctores, & signanter Salicetus, in l. in exercẽdis, C. de fide instrumentorum dicunt, quod instrumentum non reprobatur per testes aliàs ad id suf-
40 ficientes, quando † testes instrumentarij essent subscripti in instrumento, & facta collatione scripturarum, constaret de eorum subscriptione, vnde applicando ad
41 casum nostrum, quando † testis deponẽs in iudicio, & contradicens instrumento, reperiretur subscriptus in ipso instrumento, eius contradictio est nullius effectus, & confunditur sua propria subscriptione, taliter, quod si per alios testes instrumenti, & notarium, vel per superuiuentes aduueretur, instrumentum remanebit aduueratum efficax, & validum, non obstante contradictione testis, pro-
42 ut fuit iudicatum † in dict. processu Augustini de Sãcta Fide, & Antonij Iayme, vbi licet testis dixisset esse falsum, testamentum, non fuit habita ratio de eius dicto, quia ex quo erat firmatus, & subscriptus propria manu in testamento, non poterat contrarium dicere iuxta notata in l. si stipulatus fuero. §. Chrisogonus, de verborum obligation. & sic etiam fuit iudicatum in supradicto processu, D. Ioã. de Gamboa, & hoc procedit, siue vnus tãtum testis vt supra dixi, subscriptus contradicat, vt in dict. processu Augustini Sancta Fide, vbi erant mortui notarius, & vnus testis ex instrumentalibus, & vnus solus testis super erat, qui ductus ad aduerandum, contradixit instrumento, & non obstante sua contradictione, quia constabat de sua subscriptione per eum recognita, fuit eius contradictio reprobata, & instrumentum habitum pro aduerato, & valido, siue etiam plures testes instrumentarij contradicant, nam si reperiantur subscripti subscriptione recognita, nihil nocebunt, & obstabunt veritati, & validitati instrumenti, quod remanebit aduueratum per recognitionem subscriptionis illorum, vt in dict. processu D. Ioã. de Gamboa, cuius motiuum ponitur infra, & sicuti instrumentum iubatur subscriptione testium contra eorũdem depossitiones, ita similiter coadiuuari potest, si pro eo facerent, & inter-
43 uenirent aliquæ † præsumptio. & con iecturæ, animum Iudicis inducentes ad credendum primum dictũ, vel illud alias esset magis verissimile, quam secundum iudiciale, tunc enim attenditur primum dictum extraiudiciale, non autem secundum iudiciale, Aretin. in cap. per tuas. num. 5. iunct. num. 32. & ibi Dec. num. 45. ex. de testib. Felin. in cum in tua, de testibus, Roman. consil. 505. num. 3. Tiraq. de reuocand. donationibus, in pręfactione. num. 49. Couar. lib. 2. variar. cap. 23. nu. 7. Menoch. d. cas. 108. num. 24. Roland. con sil. 40. num. 13. Crauet. consil. 6. num. 45. & consil. 75. num. 31. & sine dubio communis est, secundum Farinac. de oppositione. contra testes. quęst. 66. num. 217. Albertin. in cap. 1. quæst. 16. num. 72. ponit pręsumptiones, & verissimilitudines de hæretic.

retic. in 6. In hoc etiam casu nihil noceret contradictio testis, & staretur potius primo dicto, & subscriptioni extraiudiciali, quam contrariæ depositioni factæ
44 in aduerat ione, nisi † constaret de errore primi dicti, vt per Tindarũ, de testib⁹ lib.2. par.1. cap.13. per totum, vt fuit declaratum in dict. processu D. Ioan. de Gãboa, sicuti videbis in motiuo illius infra inserendo, neque hæc debent videri rigida; quia & si absolutè secundo testimonio iudiciali credendum sit, reiecto primo extraiudiciali, nunquam tamen secundum dictum iudiciale inducit plenam, & integram fidem, quia eius fides minuitur, & aliqualiter debilitatur ex primo dicto, extraiudiciali, Roland. dict. consil. 40. num. 12. Didac. dicto capite 13. num. 7. Crauet. consil. 6. num. 46. Felin. in dict. cap. cum in tua. num. 6. Tindarus vbi sup. par. 1. cap. 14. Bossius de oppositione contra testes, num. 3. vbi de magis communi, late Menoch. vbi supra. num. 27. & ita si simul cum hac debilitatione concurrerent aliqua adminicula, & præsumptiones veluti subornationis ipsius testis, confessio obligati in instrumẽto, vel quod iam aliàs instrumentum fuerit in iudicio deductum, vel diminuta fides testis contradicentis, & his similia, dubio procul esset amplectendum instrumentum, & iudicandum pro eo, aduersus contradictionem testis, vbi tamẽ esset subscriptus, tunc indistinctè præualeret subscriptio.

45 Iuuabitur etiam instrumentum † in aduerarione aduersus contradictionem testis oppugnantis instrumentum medio iuramento, & dicentis se non recordari, si adueretur per alios testes, etiam nõ descriptos in instrumento, qui interfuerint negotio tẽpore confectionis instrumenti, obseru. Item si aduerarur instrumentum, de fide instrumentorum, Salicet. in dict. l. in exercendis sub numer. 6. Felin. dict. cap. cum Ioannes, num. 51. limita. 2. qui optimè declarant, qualiter †
46 testes pro instrumento deponentes præualeant alijs impugnantibus, & qualiter possit impugnari per alios testes directè, vel indirectè ipsum instrumentum contra affirmationem Notarij, & testium, & vide ad hanc adiuuationem, quod tradit Meno. dict. casu 105. à num. 33. cum sequentibus, neque restricta est via aduerandi ad supradictos modos, nã licet per aduerationes illas, de quibus in supradictis obseruantijs instrumentum non remaneat aduera tum, propter depositionem vnius, vel plurium testium expressè contradicentium instrumento, nihilominus tamen per forum, & obseruantiam Regni superest, & competit facultas producenti instrumentum ipsum aduerandi per alios modos á lege permissos, vt constat ex foro 2. de fide instrumentorum, ibi, alio legitimo & iudiciario modo, & in obseruantia si opponantur exceptiones, de probat. faci. cũ carc.
47 vnde in terminis nostris si † contra testes instrumenti contradicentes ipsi instrumento, proponeretur aliqua exceptio notoria, & quæ à notorio tolleret fidem testis, iam instrumentum ipsum remane-
48 ret aduera tum; maximè † si alij testes, vel notarius aduerassent instrumẽtum, vel aliqua alia concurrerent, itaquè, licet alias discepient Doctores, an contra tes-
49 tem † descriptum in instrumento, & impugnantem ipsum instrumentum possint proponi, & obijci alique exceptiones, attento quod videtur iam approbatus eo ipso, quod partes consenserunt ipsum rogari, & pro teste interuenire, & describi, in confectione instrumenti, vt tradunt Franc. Curt. Senior. consil. 55. Aymon. 56. Nat. 195. qui dicunt nihil referre, an isti testes instrumentarij sint omni exceptione maiores, vel non, quia sunt approbati à partibus, Corneus 232. colum. 3. versic. nec etiam obstat, in primo. l. si quis testibus. C. de testibus, Socin. Iun. 189. nu. 9.
50 in 2. quod debet † intelligi, quantum ad deffectus, quos patiebantur tempore celebrati instrumenti, non quoad superuenientes, quorum respectu nulla videtur approbatio, Alex. 191. num. 1. in 7. Craue. d. consil. 56. num. 10. facit Bald. in l. 1. nu. 6. C. de

51 C.de testament.non procedit etiam id † quod supra diximus de approbatione, quoad notarium, qui cum testium fidē, sicut contrahentes, non censetur approbasse, non potest fides illius illorum testimonio impugnari, nisi sint omni exceptione maiores, Alex. consil. 70. num.6. in princ. Cepol.consi.21.num.1. Ioan.Anchar.Regiens.quæst.7.num.9.Bossius de fals.num.46.Iass.124.colum.2.lib.1.Bald. consil.39.lib.1. Cepol.consil.criminal.21. num.56. In testibus autem extra instrumentum non necessarijs, cum non sint approbati, debent esse omni exceptione maiores, Bald. & Iass. vbi supra, Bartol. in dict.§. si quis neget, num.12. Felin.in cap.cum Ioannes,num.44. Curt.Sen.cōsil.56.colu.3. Socin.Iun.189.num.52.in 2. Boer.vbi supra.num.14. Crauet.cons.56. num.9.Didac.lib.2.variar. cap.13. nu.10. Bossius vbi supra.num 43. l.optimam in fin.C.de contrahend.& comitend. stipulat. quia magna est præsumptio instrumenti.l.cum precibus.C.de proba. ideò ad eam elidendam requiruntur probationes validiores. l. vltim. ff. quod met. caus.

52 Et non solum quoad hos deffectus † post instrumentum contractos possunt opponi obiecta notoria ad tollendam eorum fidem, verum etiam per legem Regni ad mitigandam illam asperam, & durā decisionem legum Regni, tam amplam viam prębentium ad subuertenda instrumenta, sola propositione specierum falsitatis, fuit pinguius prouissum, & consuetudine receptum, quod contra testes productos ad aduerandum instrumentū, siue sint de descriptis siue nō, possint proponi exceptiones legitimę, dummodo notoriè constet de illis, & non requirant altiorem indaginem, obseru. si opponantur, de probat.faciend. cum cart. Molin. versicu. exceptio contra instrumentum. Itaquè, producens instrumentum, licet consenserit testem in eo descriptū fuisse rogatum, & pro teste adhibitum, imo licet illum produxerit in iudicio ad aduerandum instrumentum, poterit tamen contra eum, si contra instrumentum deponatur, proponere, & allegare quascūquè exceptiones, tollentes fidem ipsius testis, vnde si in terminis obseruantiæ, Item si tres, de probat.faciend.cum cart. & in terminis obseruan. Item si adueratur, de fide instrumentorum, contra testē contradicentem instrumento opponeretur exceptio notoria, tollens eius fidem, instrumentum remaneret adueratum, vt in motiuo infra posito, & supradictę obseru. limitantur, & modificātur per dictam obseruantiam, si opponantur exceptiones, de probat.faciend. cum cart., quæ in verbis dispositiuis simpliciter, &
53 sine distinctione dicit, quod † testis impugnans instrumentum potest notoria exceptione repelli, & eo repulso remanebit adueratum instrumentum, quantumcumq; illud non adueretur per notariū, & reliquos testes, si defuncti essent, verba enim dispositiua obserua. hoc important, & quod testis exceptione excludatur, & pro mortuo habeatur, non obstantibus illis verbis, alij aduerauerunt ipsum, nam verba illa refferunt contingentiam facti, de quo ibi, quod regulam non restringit, itaquè, exclusso teste remanet illessa, & intacta dispositio legalis, tam iuris quam fori 2. de fide instrumen.
54 quibus cauetur, instrumentum † remanere validum defuncto notario & testibus, dummodo adueretur alio legitimō modo, veluti per comparationem literarū, recognitionem subscriptionis, & alijs modis, de quibus supra, imo sola recogni-
55 tione † subscriptionum facta per testes, licet omnes cōtradicerent remanebit ad iuratū, vt in dict.proces.Ioan.Gamboa.

Et quando quis pertinaciter asseue-
56 raret, ob solam † exclusionem testis contradicentis non remanere adueratum instrumentū, sed oportere, quod per alios etiam, adueretur, quod tamē falsum est, cum si alij essent mortui, periret veritas instrumenti, & obseruantia, si opponantur exceptiones (quę fuit lata in fauorē instrumentorum) operaretur potius destructionem illorum, quod esset absurdissimum.

simum, & sic sufficeret constare de veritate literę notarij, collatione aliarum cartarum, & de subscriptionibus testium, & deniquè tunc adueratio est facienda per illa documēta, probationes, quibus esset facienda adueratio, si testis contradicens instrumento per exceptionem repulsus á testimonio, mortuus, & defunctus esset;
57 quia quando testis contradicens † instrumento, non facit fidem, quia exceptione repellitur, vel quia deponit contra sigillum, & subscriptionem suam, perinde est ac si defunctus esset, & non depossuisset, ita DD. in dict. §. si quis neget; & sic concludendo, documēta quæ eo mor
58 tuo † sufficerent, debent sufficere in hoc casu, veluti quod ipse testis contradicēs confiteatur suam subscriptionem, & quod aliquando confessus fuerit veritatem facti, & quod & alij testes idem cōfessi fuerint aliquando, & quod recognita sit illorum subscriptio, & quod obligatus aliquando confessus fuerit debitū, & per similes probationes, & sicuti instrumentum contradictum per depossitiones testis contradicentis coadiuuari potest
59 aliàs, ita etiam † poterit impugnari dictum, & depositio testis deponentis pro instrumento per alios testes, qui attestarentur testem ipsum tempore confectionis instrumenti, non interfuisse in loco confecti instrumēti, sed in alio loco prorsus remoto, quo casu nedū ipsum instrumentum redditur suspectum, & inualidum, sed etiam conuinceretur de falso; quantumcumquè (quod est fortius) veritas instrumenti aliàs probaretur per testes instrumenti, vt tradunt præfati DD. & signanter Abbas in dict. cap. cum Ioãnes, sub num. 14. versic. secundo casu, & Felin. ibidem num. 5. nam eo ipso, quo probatur concludenter vnum ex testibus, descriptis in instrumento fuisse absentem ab ea parte, probaretur falsum fuisse instrumentum: verum hoc licet de iure admitatur, tamen in Regno difficile
60 esset practicari; † quia hæc probatio indirecta, quę fit eum determinatione loci & temporis contra testes, probando contrahentem siue accusatum fuisse absentē ab illo loco, vbi fuit contractus, vel delictum, & quod sic testis falsum deponit, vt permitunt ita fieri obs. item est vsus, & obs. item exceptio falsi de prob. faci. cum carta, hæc inquam non vidétur procedere, quando contractus est celebratus cum publica scriptura, aliàs faciliter cum duobus testibus deponentibus de absentia contrahentis tempore confectionis instrumenti subuerterentur multa instrumenta, vt ita expresse dicit Molin. verb. exceptio contra instrumentum, & solum admituntur hæc obiecta, quando contractus fit sine publica scriptura, vel quando non tendit hæc exceptio cōtra instrumentum, cum possint dari aliæ exceptiones contra testes instrumentarios.

61 Et supradicta de opponendis † exceptionibus notorijs contra testes contradicentes, & etiam fauentes instrumento, non solum sunt permissa de foro, vt habetur in dict. obseru. si opponantur exceptiones, de probat. fac. cum cart. & ex foro 1. de fide instrumentorum, verum etiā de iure idem statutum est, in fauorem instrumentorū, vt scilicet testis cōtradicēs instrumento possit conuinci de mēdacio ita practica Papiensis, vbi sup.

62 Non aduerato autem instrumento † in aliquo capitulo, si tamē in aliquo alio capitulo sit adueratum, habetur quo ad partem tantum pro aduerato, sicut est in processu confecto per diuersos scriptores: obseruantia. Item si plura de fide instrumentorum, for. vni. de aduer. instru. Molin. verb. adueratio processus: quādo autem instrumentum in parte falsum, in totum reputetur pro falso Farinac. de falsitate, quæst. 152. num. 12.

Pro complemento materiæ est aduer
63 tendum, quod hoc quod est posse † opponi exceptiones notorias contra testes cōtradicentes instrumento, licet instrumētarij sint, non procedunt nec reperiūtur disposita in Notario conficiente instrumentū, quod in iudicio redarguitur, & venit aduerandum, nec in foris, & obseruantijs

uantijs reperitur decissum, & differentię ratio esse potest in viam iuris, quia aut notarius asseuerat se instrumentum confecisse, falso tamen, quia nunquam per partes fuit concessum, & tunc cum Notarius remaneat falsarius, & possit cõdemnari de falso, credẽdum est suę asser tioni, quia cum se condemnet de acerrimo crimine, non est credibile quemquã in mundo facturum, si non esset verum illud, quod asseuerat, vnde licet scriptu-
64 ra à se facta † habeat pro se præsumptionem dict.l. cum precibus, hic subest alia maior præsumptio naturalis, quod scilicet non pręsumatur fateri falso id, propter quod incurrat pœnam corporalem, vel infamiæ, & sic vna præsumptio tollit aliam Abb. Imol. Butri. Felin. & alij in cap. literas de præsump. ponderantes, ibi
65 tex. quod † statur dicto alicuius, qui deponit cõtra fratrem suum maxime super graui crimine, potius quam dicto contra rij facti ab eodem, quia non est verisimile, quod quis falso afferat fratrem suum grauiter deliquisse, multo minus id præ-
66 sumitur, quando quis † de se ipso confitetur graue delictum, hinc Hypolit. in sua pract. criminal. in §. expedita num. 14. dicit, quod nemo præsumitur ita demens, quod fateatur delictum, propter quod imponitur magna pœna, & dicere contrarium est imago falsitatis, cum sit remotum á verosimili, cum secundum Bal. in dict. cap. literas nemo præsumitur se odio habere, vnde dicunt DD. quod licet quis non possit renuntiare defensionibus in causis criminalibus, pro vt in foro de submisionibus non faciẽdis, quod tamen si accusatus confiteatur delictum fore à se factum, valebit talis confessio, cum non sit verosimile, quod quis falso sibi attribuat graue delictum, Marsilis in §. examinanda. num. 13. & 19. Verum hoc
67 intelligerem † procedere, quoad præiudicium Notarij, non quoad preiudiciũ aliorum secundum Bossi. de falsis num. Nam posset contra assertionem Notarij instrumẽtum quoadinuari per alias pro bãtiones, Bald. Imol. Abb. Felin. & alij in dict. cap. literas de pręsump. & hæc sufficiant in materia ista, reliqua á supradictis Doctoribus quętenda.

Motiuum præstitum in processu D. Ioani de Gamboa de quo supra.

68 FVit pronuntiatum † in hoc processũ instrumentum testamenti esse legitime aduerarum, validumq; & verum esse, ex eo, quoniam constat instrumentum testamẽti quondã D. Beatricis de Funes & Villalpando, de cuius adueratione cõtenditur, fuisse testificatum die 24. Iulij 1574. per Michaelem Español Notarium ad illud rogatum, Notarium publicum authoritatem habentem, nec non fuisse subscriptum, & firmatum de voluntate dictæ testatricis tempore confectionis il lius manibus Ioannis Ludouici Mauran, & Gasparis Serrano testium instrumentalium ad illud conficiendum adhibitorum, prout ex dictis eorum subscriptionibus tempore aduerationis per eosdem recognitis, & in calce dicti instrumẽti, & notæ originalis insertis constat, vbi legitur. *Yo Ioan Luys Mauran soy testigo de lo sobredicho, y me firmo por la testadora, que dixo, y vi, no estaua para poderse firmar. Yo Gaspar Serrano soy testigo de lo sobredicho, y me firmo por la testadora, que dixo, y vi, no estaua para poderse firmar.* Quæ subscriptiones testiũ modo prædicto tactæ sunt eiusdem efectus (secundum fori dispositionẽ) acsi propria manu dictæ testatricis dictum testamentum fuisset subscriptum, & firmatum, ex quo dicti testes instrumentales fatentur in suis subscriptionibus recognitis tempore aduerationis in iudicio factæ, quod dicta testatrix dixit tempore testificationis dicti instrumenti, quod nõ poterat se subscribere, & ideo ipsi propter testatricis impedimentum se subscripserunt, & quamuis non obstantibus his probationibus illud testamentum in sui prima figura non viciatum nec cancellatum, nec in aliqua sui parte suspectũ apparens fuit per D. Ioan. de Gamboa & D.

& D. Ioannam de Funes, & de Villalpando coniuges, contra quos fuit productum, praecedentibus quibusdam asser tis speciebus falsitatis per eosdem propositis, & mediante iuramento aduerratis de falso impugnatum, & per consequens, iuxta regulas forales onus illud aduerandi in producentes translatum, nihilominus tamen constat per dictos producentes dictum instrumentum testamenti per testes in eo subscriptos, & tabellionem illud conficientem, legitimo, & iudiciario modo fuisse aduerratum, pro ut ex depositione dicti tabellionis, dicentis illud verum fuisse, constat, nec non ex recognitione subscriptionum per dictos testes tempore aduerationis facta, vbi legitur: *Yo Iuan Luys Mauran foy testigo, &c. Yo Gaspar Serrano foy testigo, &c.* Vbi confessi fuerunt suis proprijs manibus in dicta nota originali se subscripsisse, per quam recognitionem modo praedicto factam sufficienter dictum instrumentum fuisse aduerratum existimamus, non obstante, quod in eadem depositione tempore dictae aduerationis, vnico contextu facta, idem testes instrumentales asseruerunt, dictum instrumentum falsum esse, neque per dictam testatricem verbis explicitis fuisse concessum, eo quod ipsa erat cum pluribus accidentibus, veluti personae, quae sanae mentis non erat, detenta, & oppressa graui infirmitate non loquebatur, & licet interrogata, an contenta in dicto instrumento, quae fuerunt scripta prius per vnum ex dictis testibus, & dictata per tabellionem, post quam fuerunt eidem lecta, illico capite annuerit, pro ut in hoc duo testes contestantur, dubitantes etiam, an illud solum sufficeret ad concessionem contentorum in eo, non respondeo verbis explicitis claris eam fuisse suam voluntatem. Nam vltra id quod contra dictos testes resultat notoriè non leuis suspicio, eo quod tam magnum facinus falsitatis (vt ipsi praetendunt) per plures menses reuelare reticuerunt, depositio tamen secunda viua voce facta trahit secum notoriam suspicionem falsitatis ex eadem depossitione, per necesse resultātem, eo quod fundatur in ea causa, scilicet, quod non loquebatur dicta testatrix tempore concessionis instrumenti testamenti, & tamen ijdem testes in recognitione suarum subscriptionum fatentur ipsam eo tempore loquutam fuisse, dum dicunt, & suis proprijs manibus scripserunt, quod se firmabant pro testatrice, eò quod dixit, quod non poterat se subscribere, nam si ipsa dixit, quod non poterat se subscribere, loquebatur, si ergo loquebatur, falsum esse secundum testium dictum comprobatur, cui standum non est, sed priori resultanti ex recognitione suarum subscriptionum, tanquam verisimiliori, per quam dictum instrumentum testamenti sufficienter remansisse aduerratum dicendum est, cum secundum regulas fori testes ad aduerandum producti, licet contra instrumentum dicant, si tamen aliqua exceptio notoria contra eos obstet, contradictione eorum non obstante remanet instrumentum aduerratum, & iuri, & equitati consonum est, ne aliás de facili per testes, etiam instrumentales subornatos, instrumenta, quae vera apparent (quale est istud, de cuius aduerratione agitur) destruantur.

In quo Motiuo apparent verificata, & decissa omnia, quę in hac decisione scripta sunt.



DECI-

DECISIO C.XX.

An, & quomodo processus redarguantur de falso, & debeant aduerari secundum forum.

SVMMARIVM.

ACTA Iudicialia non aduerantur quẽadmodum instrumenta, saltem infra annum, & diem, nam cum hæc materia sit exorbitans, non extenditur de instrumentis, ad acta iudicialia. num. 1.

Notario non creditur, si aliud asserat de eo quod in processu reperitur, sed semper statur processui. num. 2. & num. 10.

Iudex debet iudicare secundum allegata, & probata. nu. 3. secus. nu. 7. secundum aliam opinionem.

Iudex si iudicaret secundum id, quod scit extra allegata, & probata, non valeret sententia. num. 4.

Iudices, & etiam Dominus Rex in Aragonia (salua sua clementia) sunt legibus Astricti. num. 5.

Dominus Rex in Aragonia voluntariè non coactus, se legibus subiecit vim pacti. num. 6.

Iudex potest iudicare secundum propriã conscientiam, quam, & supra leges, & habet facultatem eas condendi, quia tunc eius dictum habetur pro lege, secus si sit intra legem. num. 8.

Dominus Rex in Aragonia non potest sine curia leges condere. num. 9.

Notarius si increpatur, quod actitauit processũ defectiuũ, & ipse neget, eius dicto statur: nisi pars contrarium probet per testes conscriptos in processu, vel per assistentes in curia, si sit factum recens. num. 11. & numero 24.

Acta iudicialia in Regno non probantur per testes, nisi in duobus casibus, de quibus supra num. 11. extra quos semper statur processui. num. 12.

Obseruantia Item si Notarius de probationibus faciendis cum cart. intelligitur. num. 13. 14. 22. 31. & 52.

Processus adueratur iuramento Notarij, nisi sit factum recens, vel testes sint subscripti in processu, quia tunc aduerabitur cum Notario, & omnibus testibus. numero 14.

Fori, & obseruantiæ loquentes de adueratione instrumentorum sunt correctoriæ iuris communis, & sic non extendendæ, numer. 15.

Statuta ita debent interpretari, vt minus corrigant ius comune quam sit possibile etiam verba impropriando, maxime vbi stamus cartæ. num. 16.

Masculinum non concipit fœmeninum in statutis exorbitantibus, & odiosis. numero 17.

Statutum loquens de decedente abintestato seu intestato, non intelligitur in pupillo, qui non dicitur propriè intestatus, nam statuta strictè sunt accipienda in casu in quo loquuntur. num. 18.

Fori loquentes de adueratione intra annum, & diem, solum loquuntur de instrumentis publicis, non tamen loquuntur de processibus, & actis iudicialibus, nam appellatione instrumentorum publicorum, non veniunt acta processus. num. 19. & ita fuit decisum. num. 21.

Verba fororum, & obseruantiarum strictè

strictè sunt accipienda. num. 20.

Instrumento redarguto de falso, onus probandi incumbit producenti. numero 23.

Obseruantia subsecuta declarat intentionem praecedentem. num. 25.

Obseruantia est interpretatiua actus. num. 26.

Testes conscripti in processu, seu non conscripti in casu facti recentis, admittuntur, & deponunt in aduteratione processus, non secundum formam obseruantiae 1. de fide instrumentorum, sed secundum communem formam deponendi in qualibet, causa. num. 27.

Aduerationis processuum, & actorum iudicialium certa forma traditur. numer. 28.

Forus, por quanto, & forus finalis, de fide instrumentorum, loquentes de aduteratione instrumentorum, & processuum, intelliguntur. num. 29. & 30. & 41. cum seq. e ntibus, vsq. ad 45. & etiam 53.

Nota originalis in iudicio non probat, nisi ex ea, vel prothocolo instrumentum sit extractum in publicam formam, cum debitis solemnitatibus. num. 30.

Acta iudiciaria iudici sunt notoria. num. 32.

Acta iudicialia actitata coram vno Iudice, vt coram alio probent, sunt extrahenda per Notarium in forma probante. num. 33.

Actorum iudicialium, & instrumentorum differentia, tam in aduteratione eorum, quam in alijs, traditur latissime. numer. 34.

Auctoris opinio traditur circa supradicta. num. 35. Traditurq. intellectus Nolin. in verbo adu ratio processus, vers. & nota. num. 36.

Instrumenti appellatione in statutis veniunt acta processus, & sic falsificantes ea equaliter puniuntur cum falsificantibus instrumenta. num. 37.

Instrumenti appellatione de propria significatione venit qualibet scriptura priuata faciens fidem, & qualibet scriptura publica. num. 38.

Aduteratio processus, & aduteratio instrumenti, etiam publici pari passu ambulat secundum foros de aduteratione loquentes. num. 39. & quomodo hoc intelligi debeat. num. 40.

Exceptio firmat regulam in cõtrarium, in casibus non exceptis. num. 42.

Reseruatio facta de aliquibus confirmat actum in non reseruatis. num. 43.

Exceptio, seu reseruatio facta in aliqua dispositione, siue lege declarat, quid & quãtum in dispositione comprehendatur. numer. 44.

Exceptio semper intelligitur in terminis comprehensis sub regula. num. 45.

Forus 1. 2. & 3. de fide instrumentorum intelliguntur. num. 46.

Statutum vnum declarat aliud. numer. 47.

Statuta correctoria quod non sint extẽdenda, quomodo intelligitur. num. 48.

Dispositio de vno casu loquens de alio loqui videtur, quando est eadem ratio. numer. 49.

Genus suas species comprehendit. numer. 50.

Aduteratio instrumentorum, quae fit in Aragonia secundum foros, licet sit contra regulas iuris communis Romanorum, & sic

sit exorbitans, & odiosa, non tamen est cōtra ius nostrum, nam etiam in Aragonia fori veniunt appellatione iuris communis, tanquam ius nostrum commune. nu. 51.



CVM hæc materia sit in aliquibus exorbitans à iure cōmuni, inde fit, vt aliter, atq; aliter apud practicos recipiatur, aliquibus dicentibus
1 processus, & acta iudicialia non † debere aduerari, si redarguantur de falso, eo modo quo instrumenta, saltem quoad annum, & diē, taliter, quod si eo tempore non aduerentur, postquam fuerint de falso redarguta, habeātur pro non adueratis, & falsis: alijs totum contrarium asserentibus, scilicet debere aduerari, eo modo, & sub eisdem periculis, & cautelis, quibus instrumenta. Ad quorum faciliorem explicationem præmittendum
2 est, quod si Notarius dicit † se alibi habere extra processum scripturā, seu quid aliud, non creditur ei, sed statur processui, obseruan. fin. de re iud. obseru. *Item si Notarius*, de prob. facien. cum char. obseru. *Item in causa appellationis*, de appella. Molin. in verb. *Notarius actitans processum*, ex quo aliqua nascuntur nota in Regno;
3 primo, quod Iudex debet iudicare † secundum allegata, & probata in processu, l. illicitas, §. veritas, ff. de officio præf. vbi Bart. & DD. idem Bart. in l. 1. C. vt quæ desunt aduocatis part. Felin. & alij in c. Pastoralis, §. quia vero, de offic. ordi. Alciat. in cap. 1. eod. cap. iudicet, 3 quæst. 7. & ideo non potest sequi id, quod vidit, & certo scit, secundum conscientiā particularem contra ea, quę sunt probata in processu, Felin. vbi sup. nu. 23. Imò si ita
4 iudicaret † non valeret sententia, Bald. in cap. nisi cum & idem, 2. col. de renunciatione, Alciat. vbi sup. nu. 84. Barbar. in d. §. quia vero, n. 36. dicens communem, adducit concordantes Couar. lib. 1. var. resolur. cap. 1. num. 6.

Et cum in Regno Aragonum non so-
5 lum † Iudices, verū etiā Dominus Rex, (salua sua clemētia) sint legibus adstricti, eum absoluta potestas, & libera non regulata foris, & legibus Regni, non sit cognita in Aragonia in Domino Rege,
6 qui voluntarie, non coactus † ex sola ipsius clementia, & magnitudine voluit subijci legibus in vim pacti, vt in tract. de Inhibitio. dixi in princip. quod omnibus notum est, & sic non possunt in Regno transgredi leges, vt pactionatę, §. *Item del mero Imperio*, in priuileg. generali, & in declaratione illius, sequitur quod non solum in Aragonia non proceder decisio Guid. Papæ 19. de quo Alciatus vbi supra, numer. 89. quem reprobat Didac. vbi supra, numer. 7. Voluit enim Guido, quod Iudices † Regij possint iudicare secundum conscientiam, & non secundum processum, secundum Felin. vbi supra, numer. 23. ver. secundo limita, quasi illi sint supra leges, quos sequitur Bart. Bald. & alij, in dict. l. 1. C. vt quæ desunt aduocata part. Innoc. in cap. cum inter R. de electio, quod & in terminis, in quibus procedit, temperat Alciar. vbi supra, vt procedat in toto Senatu; non vero in vno solo Iudice, cui forte sit commissa causa, nam tenebitur iudicare secūdum allegata, & probata, quia tales non habent facultatem condendi leges, nec sunt supra legem, & in tali ordine sunt constituti Senatores vt vniuersi, & tanquam Collegium, non vt singuli, Anchar. & alij in cap. sicut olim de accusat. isti enim omnes, scilicet Guid. Felin. Bart. & alij per eos relati, fundantur, in ea ratione, & casu, quā do Iudex esset supra legem † & haberet facultatem eas condendi, talis enim cum possit legem facere, & eius dictum pro lege habeatur, poterit secundum conscientiam iudicare, & sic dixit Bart. vbi supra, quod si Iudex sit intra legem, hoc est, astrictus lege, non poterit, & eadē ratione nequaquā in Regno procedit, id quod tradunt Bart. & alij in d. l. 1. Felin. & alij vbi supra, dū volunt, quod Dominus Rex, & quicumq; alius Dominus in suo territorio, vt Papa, vel Imperator, cuius dictum pro lege serua-

H tur

tur,& sunt supra legem, poterunt iudica
re secundum propriam conscientiam;ra-
tio enim secundũ omnes sup.dict. ea est,
quia cum isti sint supra legem,& possint
eam derogare, tollere, & corrigere, ita
potuerunt iudicare, non secundum le-
ges ac processum, sed secundum suum
dictamen, & conscientiam;aliàs si essent
intra legem, & iudicarent, secundum
conscientiam, & non secundum proces-
sum, peccarent, vt dicit Bart.totum hoc
cessat in Aragonia cum Dominus Rex
9 sit legibus astrictus vt dixi, † & sine Cu-
ria leges non condat, nec conditis dero-
get, vt in for.1.quod Dominus Rex,fol.
6. Molin.in Reportor. in verbo Rex,ver
sic. Dominus Rex, fol.293. vbi quod Do
minus Rex, salua sua clementia non po-
test sine Curia Aragonum statuere fo-
ros, & vide in vers. Dominus Rex, fol.
292. colum.1. vbi quod habet iurisdictio
nem iuxta foros, & libertates Regni; &
ita cessante ratione Bart.& aliorum, ces-
sabit in Regno eorum resolutio. Iam igi
tur in Regno, vt ad materiã redeamus,
à qua satis digressi sumus, habemus ob-
seruantiam, quod non creditur Nota-
10 rio † contra processum, veluti si diceret
se habere ad partem aliqua acta, seu iu-
ramenta testium & per obliuionem non
inseruisse in processu,nam hoc non ob-
stante, Iudex iudicabit secundum pro-
cessum, non secundum illa,quæ sunt ex-
tra processum.

Aliud autem circa eandem fidem No
tarij actitantis processum statutum est
de foro; quia si Notarius increpatur,
quod aliquid omisit inserere, seu scri-
11 bere † in processu, & ipse id neget, sta-
tur dicto Notarij, nisi pars vellet con-
trarium probare per testes processus,
nam posset semper,& quocumque tem-
pore. & idem esset, si essemus incon-
tinenti, & in facto recenti, puta quinde-
cim dierum, secundum Molin. in ver-
bo recens, nam id posset probare per
assistentes in Curia, secũdum obseruan.
Item si Notarius, de probationibus fa-
ciend. cum charta, Molin.in verbo No-
tarius actitans processum, vbi alij alle-
gantur. Ex quibus resultat secundum
Molin. vbi supra, quod in Regno acta
12 iudicialia † non probantur per testes,ni-
si in duobus casibus vt dixi: Quid au-
tem de iure dicũt DD.in capite quoniã,
contra falsam.de probat. extra quos ca-
sus statur processui in Regno, siue No-
tarius aliud dicat contra processum, vt
in obseruant. final. de re iud. siue Nota-
rius respõdeat pro processu d.obseruan-
tia Item si Notarius, ibi: *Statur semper di-
cto Notarij, nec testes admittuntur nisi essent
conscripti in processu, vel nisi factum esset re-
cens, & pars vellet probare defectum processus
per testes, qui essent in Curia eo tempore, quo
fuit enantatum*, secundum quæ, & Molin.
(vbi supra) procedit hæc obseruan. non
13 quando † Notarius accusatur formata
inquisitione de falso, nec quando pro-
cessus redarguitur de falso, iuxta obser-
uan. Item si contra instrumentũ, de pro-
bat. faciend. cum chart. & obseruant.
Item si aueratur. obseruan. de foro &
vsu Regni de fideiussor.sed loquitur tan
tum obseruan. quando Notarius incre-
patur, & reprehenditur, quod omisit
aliquid in processu, vel secundum Mo-
lin. quãdo Notarius actitans processum
accusatur de defectu, seu omissione ip-
sius Notarij; quo casu si Notarius ne-
gat illud omisisse, semper statur eius di-
cto, in quantum facit pro processu, quid
quid pars increpans dicat, & hic est ve-
rus intellectus illius obseruantiæ;& ideo
statur eius dicto, quia sustinet proces-
sum;nam si diceret contra processum nõ
staretur eius dicto, dict.obseruan.fin. de
14 re iudicat. Iam igitur †semper statur di-
cto Notarij,& per eius iuramentum ad-
ueratur processus:dict. obseruan. ibi: *&
processus per iuramentum Notarij aduerantur:*
nisi vel factum esset recens, vel testes es-
sent conscripti in dict.processu; quia alio
cum illis omnibus testibus posset proba
ri cõtra Notariũ,iux.obser. Itẽ si Notari9.
cum igitur dict.obseruan.non loquatur,
quando processus redarguitur de falso,
& in eo tantum casu procedant fori, &
obser-

obseruantiæ, de fide instrumentorum, & aliæ, quę loquuntur de aduerationc instrumentorum, contra propositam redargutionem de falso, sequitur non posse fieri fundamentum in dict. obseruan. ad probandum, quod aduceratio processus debeat fieri iuxta aduerationes instrumentorum, & sic intra annum, & diem, iuxta for. 1. & 2. de fide instrumentorum, obseruan. 1. eodem titul. mouentur 2. nam vt habes supra, & in præcedenti decisione, fori, & obseruantiæ,
15 † loquentes de aduceratione instrumentorum deuiant á iure communi, imo illud corrigunt, vt vidisti in præcedenti decisione, nam de iure testis supernumerarius contradicens instrumento non facit eum suspectum, quinimo nec numerarius, & necessarius, si dicat se non recordari, nequaquam inficit instrumentum, de foro tamen secus est, vt in dictis foris, & obseruantijs continetur; ergo non debent extendi, vt sic minus
16 corrigant ius commune, nam † statuta ita debent interpræutari, vt minus corrigant ius commune, quam sit possibile, etiam verba impropriando, cap. cum dilectus de consuetudine, Roman. consil. 328. Alexand. conf. 85. in quarto. Corneus conf. 100. columna 3. in tertio, & maximè stãte statuto, quod stemus chartæ, vt in similibus terminis voluit Marian. Socin. iunior consil. 1. numer. 102. volumine primo, & ita in statutis exor-
17 bitantibus, † & odiosis, masculinum nō concipit fœmininum, l. 1. §. 1. ff. de ventre in possessio. mitend. Cardin. in Clementina 1. de electio. Alexan. consil. 24. 1. colum. in secundo, Corneus conf. 271. 4. colum. in quarto, Bart. in l. 1. de ver-
18 borum significatione, & sic statutum † exorbitans á iure, si loquatur de decedẽte ab intestato, seu intestato, non intelligitur in pupillo, qui non dicitur propriè intestatus, & statuta strictè, & propriè sunt accipienda in casu, in quo loquntur tantum, l. 3. §. hæc verba, de nego. gestis, Doctores in l. si vero, §. de
19 viro, soluto matrimo. fori autem † loquentes de aduceratione intra annum, & diem loquuntur de instrumentis, ergo non venient acta processus; deinde quia dicti fori loquuntur de instrumento publico, foro primo, de fide instrumentorum, ibi: *Quæ per chartam publicam debeant confirmari*: Ergo non venient acta processus, quia in statuto loquente de instrumento publico non venit quodcumquè documentum, nisi instrumentum publicum, nec etiam scriptura priuata, licet faciens fidem, quæ etiam dicitur scriptura publica, secundum Cravetam de antiquitate, part. 1. versic. 4. folio 78. numer. 83. ita tenet Canar. de executio. instrumentorum, numer. 73.
20 verba † autem fororum, & obseruantiarum strictè sunt accipienda, & propriè, secundum Molinum in verbo fori Aragon. vbi fori appellantur statuta, & quia de foro stamus chartæ, & est reiecta omnis extensio, obseruantia prima, de equo vulnerato, & ita in vim superio
21 rum † fuit in Regia Audientia declaratum, in processu Hieronymi Galindo super apprehensione, in articulo proprietatis, die trigesimo primo Iulij, millesimo sexcentesimo nono, Actuar. Petro de Roda, vbi cum per quemdam emptorem Curiæ esset productus quidam processus super executione, & tranҫa quorumdam bonorum, fuerunt oblatæ species falsitatis contra instrumentum inuestigationis mobilium, ad effectum, vt producens aduceraret, & fuit declaratum producentem non teneri ad aduerandum instrumentum inuestigationis aduerari supplicatum, quia in actibus iudicialibus non procedunt fori, & obseruantiæ, de aduceratione instrumentorum loquentes, & idem antea fuerat iudicatum in processu euocationis perhorrescentię Hiero. Gascon, contra Petrum Rabaza, & alios, die vigesimoseptimo mensis Augusti. 1576. vbi fuerunt datę species falsitatis, contra quendam appellitum criminalem, impugnando eum de falso, dicendo, talem appellitum nunquam fuisse oblatum, & per conse-

quens Petrum Rabaza fuisse liberandum per viam priuilegiatam, vel aduerandum appellitum debitè, & iuxta forum, & fuit pronunciatum dicto die reuocationem, liberationem, & cætera supplicata locum non habere.

Et vltra prædicta fundamenta à me præstita, considerabant antiqui practici, (quorum scripta non me latuerunt) aliquas aliàs rationes satis vrgentes. Nam
22 primo † dicebant, circa aduerationem processuum, & actorũ iudicialium, præscriptam esse iam particularem formam diuersam ab adueratione instrumentorum, per obseruan. Item si Notarius, de probatio. faciend. cum charta, asseuerando obseruantiam illam loqui, non solum quando processus impugnatur, tanquam defectiuus, sed etiam quando impugnatur de falso, & in his casibus dicebant, onus hoc probandi incumbere impugnanti instrumentum, nõ vero producenti illud, si redarguatur de falso, vel defectiuo, quod totum contrarium est in adueratione instrumentorum, vbi
23 † redarguto de falso instrumento, onus probandi veritatem incumbit producenti, vt per foros & obseruantias de fide instrumentorum constat: primum dictum probabant, ponderando dictam obseruantiam, Item si Notarius, vbi regula est, quod † si impugnatur processus
24 de falso, vel defectiuo, semper statur dicto Notarij, nisi contrarium probetur per testes conscriptos in instrumento, & si factum sit recens, veluti quindecim dierum, secundum Molin. in verbo recens, per alios testes de assistentibus in Curia tempore enantaměti, quasi quod non teneatur Notarius aduerare, & veritatem ostendere per viam aduerationis, sed quod impugnans teneatur probare falsitatem, vel defectum.

Id autem confirmabant ex † obser-
25 uantia subsecuta, & ex modo aduerandi inconcusè obseruato, quę declarant, quid sibi voluerit à sui principio dicta obseruantia, & quæ fuerit eius intentio, & scopus, & verus sensus, Bald. in capit. 1. quid iur. si post alien. vassal. feud. recuper. Gregorius Lopez in l. 3. titul. 25. versic. *Algunas pasturas*, partita 4. Castro de lege penal. libr. 1. capit. 1. Vasqui. controuers. illustri. libro 1. capit. 47. Craueta post Castrens. Roman. Socin. consilio 211. numero sexto, Iosephus Ludouicus conclusione trigesima octaua, Bartholomeus Socin. consil. 111. num. 5. melius Surdus consilio 140. numer. 43.
26 in primo. Et cum fuerit † obseruantia interpretatiua actus; fortita fuit effectum vnica vice sine lapsu præscriptionis, Surdus vbi supra numer. 45. in pra-
27 xi † autem & obseruantia habemus, quod quando impugnatur de falso, vel defectiuo processus, testes scripti in processu, & seu non descripti in casu facti recentis, admittuntur, & deponunt non iuxta formam traditam in obseruantia prima, de fide instrumentorum, vbi in aduerationc instrumentorum, hæc forma seruatur: *Quia partibus præsentibus, vel altera absente per contumaciam coram Iudice legitur instrumentum aduerandum testibus conscriptis in eo, & etiam Notario, qui illud fecit, & eo lecto, leguntur eisdem publicè omnes species falsitatis propositæ, & post interrogantur Notarius, & testes, an vellint aduerare instrumentum, & si dixerunt, quod sic, flectunt genua, & eis flexis tenendo manus super Sancta Euangelia, & Crucem Domini nostri, & etiam instrumentum publicum partibus præsentibus, vt dictum est, iurant dicendo, Nos tales iuramus per Deum, & Euangelia, quod talis se obligauit, & mandauit fieri omnia prout in instrumento continetur, & quod instrumentum continet in omnibus, & per omnia veritatem*, & hæc est forma aduerationis instrumentorum: Verum hęc aduerațio non practicatur, quando processus impugnatur de falso, vel defectiuo, neque testes conscripti, vel non conscripti, qui ab impugnante producuntur ad probandum defectum, vel falsitatem processus, de quo supra deponunt, iuxta prędictam formã, sed iuxta communem modum, & formam, prout quilibet alij testes, in quacumque

causa ad probandum producti iurare, & deponere consueuerunt, neque contrarium visum fuit in perpetuum. Ex quo videtur, quod aueratio instrumenti, & leges Regni loquentes de aueratione instrumentorum non procedunt, nec sunt extendendæ ad auerationem processus, quę ratio fortissima iudicatur.

28 Et quod iste sit verus intellectus † dictæ obseruantiæ, & vera opinio, scilicet quod in aueratione processuũ sit præscripta certa forma auerandi acta processus, scilicet per dictum, & assertionem solam Notarij, nisi ex aduerso probetur defectus, vel falsitas probatur, & resultat ex serie,& continuatione obseruantiarum, nam incipiendo ab obseruantia Item iuxta consuetudinem,vsquè ad obseruantiam Item si quis dicat, de probat. faciendis cum charta, agitur circa auerationem instrumentorum productorum in iudicio,& de falsis impugnatorum, quam producens tenetur facere veritatem probando, vel impugnando testes, & qualitates illorum, sed deinde ab obseruantia Item si dicatur, quod instrumentum est factum, *por cubierta*, non prosequitur articulum propositum, videlicet, quando quis adstringitur probare veritatem instrumenti cõtra exceptionem falsitatis oppositam; sed tantum modum probandi exceptionem oppositam, supposita regula, quod excipiens eam probare teneatur, & ita disponit, quod excipiens contra instrumentum, quod est factum in fide, & *por cubierta*, non possit excipiens probare talem exceptionem, nisi cum Notario, & testibus instrumenti, & eundem ordinem, de modo probandi exceptionem, prosequitur obseruantia Item si Notarius, vbi supponendo quod impugnans acta de falsitate, vel defectu id probare tenetur, præscribit certam formam probandi per testes descriptos, vel non descriptos, vt in casu recenti, vt sic regula illa generalis dictans, quod vbi instrumenta redarguuntur de falso, teneatur producens veritatem ostendere, & instrumentum auerare cum Notario, & testibus, iuxta foros & obseruantias de fide instrumentorum, non militet, nec obseruetur in casu speciali dictæ obseruantiæ, Item si Notarius, quando scilicet impugnantur acta iudicialia de falsitate, vel defectu, prout nunquam contrarium fuit obseruatum, nec auditum, & sic non est de nouo aliquid inmutandum.

Neque superioribus videtur † obsta-
29 re, quod per forum *por quanto*, & foro final. de fide instrumentorum, videtur pariformiter obseruandam esse auerationem, & solemnitatem illius, in instrumentis, & processibus, tam per dispositionem expressam, quam per specialem reseruationem aliquorum processuum, nam respondetur supradictos foros loqui de processibus extractis in publicam formam, & productis per aliquam partium in processu, Romæ, vel in Insula Rodos testificatis, qui tunc
30 vim instrumenti habent, sicut † enim originalis nota in iudicio producta non probat, nisi ex ea, vel prothocolo instrumentum extractum sit in publicam formam cum debitis solemnitatibus; Bellamera consilio 10. columna secunda in principio. Tunc enim creditur instrumento, quando cum debitis solemnitatibus redactum est in debitam formam, sic idem est in processu, quoniam vt probet, productus coram alio Iudice, debet esse in formam publicam per Notarium habentem potestatem redactus, & de talibus processibus extractis, & productis in iudicio, & de falso redargutis, loquuntur dicti fori, alius enim est processus, qui actitatur inter partes continens omnia producta per partes, alius vero est processus in publicam formam per Notarium instrumentaliter redactus, & productus in alio processu, & de illo fori loquuntur, & differunt, tanquam continens, & contentum, & vnus sub altero non comprehen-

31 ditur, obseruantia † autem, si Notarius
loquitur in alio casu, quando si singu-
la acta processus, qui inter partes fit,
contingit impugnari vt falsa, vel defe-
ctiua, in quibus breuis, & vtilis forma
probandi præscribitur in ea, quæ ex
persona Notarij, & assistentium in Cu-
ria, & Iudicis præsentia iustificatur, † cū
32 acta iudiciaria Iudici sint notoria, Inno-
cent. in cap. ex insinuatione, de procu-
33 rator. ideo acta ipsi Iudici probant, † li-
cet, vt probent coram alio Iudice, sint
per Notarium extrahenda in formam
probantem, Doctores in cap. quoniam
contra, de probatio. resultat iam ex his
34 manifesta differentia † inter instrumen-
ta, & acta processus, nam acta de sui na-
tura, ex sola auctoritate Notarij reci-
pientis processum robur accipiunt, pro-
pter iudicialem calorem, & Iudicis præ-
sentiam, licet talia acta non habeant te-
stes conscriptos, nituntur enim tantum
ex fide Notarij, prout notatur in l. in do-
nationibus, vbi Salicet. & Bald. C. de
donatio. Doctores in cap. quoniam con
tra, de probat. vbi Dec. numer. 19. Fe-
lin. 4. Notarius enim circa acta ad quæ
est deputatus regulariter non conficit
instrumenta, nec testes recipit, nequè
sunt in actis necessarij propter multi-
tudinem personarum in iudicio assisten-
tium, Roland. consi. 70. num. 10. in prin-
cip. Bald in l. quotiens, §. fin. ff. de pro-
bat. & hinc dixit Bartholomeus Socin.
in consi. 94. volumine 3. quod circa acta
processus potius tabellioni, quam testi-
bus creditur, prout idem disponit ob-
seruantia supradicta, quæ videtur abso-
lutè loqui, siuè processus impugnetur
de falso, siue de defectiuo, quidquid
Molin. dicat in verbo aduerario pro-
cessus, prout infertur ex verbis finalibus
dictæ obseruantię, vbi, *Quod processus ad-
uerantur per iuramentum Notarij, si aliquis di-
xerit contra eos*, cum igitur tanta reperia-
tur differentia inter instrumenta, &
processus, tam in modo aduerationis,
cum specialis aduerario in processibus
reperiatur stabilita, in instrumētis vero
alia, & in alijs etiam detur differen-
tia, nam in instrumentis testes sunt ne-
cessarij, in actibus iudicij non regulari-
ter, & aduerario instrumentorum odio-
sa sit, & contra iuris communis regulas,
videtur concludendum foros, & obser-
uantias loquentes de aduerarione instru
mentorum practicari non posse in adue-
ratione processuum, aliàs si singula acta
iudicij possent redargui de falso, esset
inmortalis litium finis, maximè, quia
pars posset compellere Notarium vt te-
stes reciperet in actis, & resultaret mag-
num damnum iustitiæ & causarum.

35 Ego tamen (salua tantorum † virorum
auctoritate, & rerum iudicatarum) sem-
per dubito super his, existimans proces-
sus, sicut possunt redargui de falso, sic
etiam debere aduerari, iuxta forum, &
eius qualitates, & requisita, & sic intra
annum, & diem; nam primo Molin. in
36 verbo † aduerario processus, vers. & no-
ta, clarè præsupponit processum posse re
dargui de falso, & tunc non esse recurrē
dum ad aduerationem, de qua in obser-
uātia item si Notarius, vbi solum potest
aduerare Notarius, quando increpatur
Notarius de omissione, & de processu
defectiuo, non autem de falso, ergo tunc
recurrendum est ad foros, & obseruan-
tias loquentes de adueratione, cum alios
foros de his loquentes non habeamus,
maximè, quia in obseruantijs, de fide in-
strumentorum fit mentio de aduerario-
ne processus, & in foro, *por quanto*, & foro
por proueyr, de fide instrumētorum, etiam
ęqualiter fit mentio de processibus, &
instrumentis aduerandis, contra species
falsificatum; vt sic argumento desumpto
à rubro, & nigro, & ab expressa fororum
dispositione fatendum sit dictos foros, &
obseruātias procedere, tam in processu,
quam in instrumento, vt deniquè non
sit arguendum extendendo dispositio-
nem instrumentorum ad processus. Et
ad rem deueniendo illud certum est,
37 quod in statutis † instrumenti appel-
latione veniunt acta processus, & sic
falsificans ea punietur per statutum,
sicut

sicut falsificans instrumenta, Molin. in verbo falsitas, vbi determinatio prima, quidquid aliud postea dixerit, sequitur Bart. in l. in fraudē, §. instrumenta, de iur. fisc. Anchar. Iunior. in quæstionibus familiaribus, Grammatic. decis. 27. num. 1. Campeg. de testibus regul. 436. vers. 15. Monticel. regul. criminal. 15. num. 167. vers. quinto nota, Crotus 151. num. 22. in 2. Baiard. ad Clar. §. falsum. n. 95. & 289. qui dicunt, quod pœna statuti punientis Notarium facientem falsum instrumentum, habet locum in Notario falsificante acta, Bart. vbi supra, §. sed neque, & §. quoties, quia tunc appellatione in-
38 strumenti veniunt acta, imo † instrumēti appellatione de propria significatione venit quælibet scriptura priuata faciens fidem, & quælibet scriptura publica, Bart. in l. 1. C. de iure iuran. propt.
39 calum. ergo fori † loquentes de adueratione instrumentorum procedent etiā in aduceratione processuum; & quando fori loquerentur de instrumento publico, idem esset dicendum, quia tunc, licet non veniret scriptura priuata faciens fidem, secundum Canar. vbi supra (cuius
40 † contrarium tenet Aymon vbi supra, nisi quando ageretur de corrigendo ius commune, vt in decisione) attamen hoc non procederet in actis iudicialibus, quę habent vim instrumenti publici, maximè, quando statutum loquitur de instrumento publico, & alia qualibet scriptura publica, seu fidem faciente, vt ita loquuntur fori nostri, in foro 1. ibi: *Per charta publicam*, & in foro fin. ibi: *O qualesquiere otras scripturas facientes fe*, titul. de fide instrumentorum, quo casu appellatione instrumenti publici venire quamcumquè scripturam fidem facientem à quocumquè confectam, & multò magis acta iudicialia, scripsit Socin. cons. 63. in 1. Ergo fori nostri loquentes de aduceratione instrumentorum, sunt etiam practicandi in aduceratione processuum, cū in vtrisquè eadem sit ratio, & hoc maximè procedet multo fortius in actibus iudicij, in quibus sunt adhibiti testes per modum instrumenti, nam tunc vltra, quod ibi adest instrumentum, adest auctoritas publica iudicij, quæ non minorem fidem adhibet, quam instrumentum ipsum.

41 Sed cur ad mendicata suffragia † recurrimus, cum habeamus casum legis, nam in primis forus, *Por quanto*, de fide instrumentorum, loquendo de speciebus falsitatis, oppositis contra instrumentum, & de aduceratione facienda contra eas, & prescripta iam forma aduerationis, inter aliquos casus, quos excipit, & in quibus producens non cogitur aduerare, excipit processum Iudicis Apostolici, & processus factos in Insula Rodij, dicens, quod in eis producens non tenetur aduerare; sed quod imo redarguens tenetur probare falsitatem, ergo in alijs processibus tenebitur
42 producens aduerare, exceptio † enim firmat regulam in contrarium, & in non exceptis, Abb. in cap. quoniam frequenter, vt lite non contestata, Alexand. consil. 26. in 1. & consil. 59. eod. Bart. in l. quæsitum, §. deniquè. ff. de fundo instruct. Siluan. consil. 74. numer. 13. in 2. Deci. in l. 1. numer. 27. de regul. iur. facit in simili, † quia reseruatio facta de
43 aliquibus, confirmat actum in non reseruatis, Bart. in l. quæsitum, §. deniq;
44 de fundo instruct. exceptio † enim, seu reseruatio facta in aliqua dispositione, siue lege, declarat, quid & quantum in dispositione comprehendatur, l. nam quod liquidè, de penu legata, Corne. cons. 9. columna penultima, lib. 3. quod est repetitum in consil. 25. eodem lib. 3. vbi voluit, quod si Papa in confirmatione statutorum reseruat aliqua statuta, quæ erant nulla, ex hac reseruatione declaratur voluntas eius, quod voluerit confirmare omnia alia statuta non reseruata, etiam nulla, quia aliàs superflua fuisset reseruatio, si in generali regula illa non comprehendebantur secundum eum, nam semper exceptio
45 † intelligitur in terminis comprehensis sub regula. Canario, de executione

instrumentorum, quæst. 2. Cinus in l. ita
nobis, C. de adulterijs. Crauet. cons. 213.
cum ergo forus excipiat processus illos,
ergo firmat contrarium in alijs processi-
bus non exceptis, vt sic maneant com-
præhēsi in dispositione termini eiusdem
fori, idquè fortius dedocitur, ex foro fi-
nal. eod. tit. ibi: *Que toda hora, é quando instrument, processo, letras, o prouisiones reales, Bullas de Papa, o del Conuento de Rodas, o qualesquiere otras letras, o prouisiones, o qualesquiere otras escripturas facientes fe, seran redarguidas de falso, se puedan dexar á jurá, si las dictas escripturas son falsas en todo, o en part.* Quid cla-
rius, quam in hoc foro, vbi equiparan-
tur instrumenta, processus, & omnes scri
pturæ facientes fidem, loquendo de ad-
ueratione, & redargutione de falso, &
quando isti fori expressi non comprehen
derent aduerationes processuum, cum
certum sit per eosdem, & per obseruan-
tias posse processus, & acta iudiciaria re-
dargui de falso, simul & aduerari, si non
sunt aduerāda per hos foros, iuxta quos
quæso aduerabuntur?

Nequè obst. quod forus 1. 2. & 3. † de fi
46 de instrumentorum, & aliquæ obseruan
tiæ, mentionem non faciant de processu
quia sufficit, quod in foro vltimo, & pe-
nultimo eod. & in obseru. item si plura
de fide instrumentorum, fiat mentio de
actibus iudicialibus, nam perinde est,
ac si in alijs expresse mētio fieret de pro
47 cessibus, cum vnum † statutum declaret
aliud, Bart. in l. prætor ait, §. eritq; diffe-
rentia ff. de vi bonorum raptorum, Bar-
tholomeus Socin. cons. 242. 2. colu. &
omnia statuta pro vno debent haberi,
Marian. Socin. iun. cons. 7. nu. 6. in 1.

Nequè etiā obstat, quod statuta † cor
48 rectoria nō sunt extendenda, nam dato,
quod verum esse fateamur, foros scilicet
correctorios iuris communis, etiam ex
identitate rationis præsumptæ extendi
non posse, sed nos non agimus de exten-
sione, sed de interpretatione comprehē-
siua, naturali, & propria, dicimus enim, in
strumenti appellatione saltem lata, com-
prehendi acta iudicij, & sic foros de ad-
ueratione loquentes in eis procedere,
quia vbi casus comprehenditur sub im-
propria & lata verbi significatione, tra-
hendo dispositionem ad eum casum, qui
sublata verbi expressi significatione con
tinetur, non extendimus decisionem. Ay
mon cons. 89. Tiraquel. in l. si vnquam,
verb. donatione largitus, num. 146. & in
alia impressione numer. 159. C. de reuo-
cand. Riminald. in princ. institut. de do-
nat. num. 273. Alba. cons. 1. num. 15. & 20.
Ludouic. Molin. de primogen. lib. 1. cap.
17. num. 27. & maxime, quia hic in vtro-
49 que casu eadem est ratio, † & tunc dispo-
sitio de vno casu loquens, & in alio locu-
ta videtur, nequè est omissum, quod ea-
dem ratione includitur, Menoch. consil.
11. numer. 16. volum. 1. Aymon cons. 183.
num. 3. Roland. cons. 72. num. 37. volu. 1.
Burgos de pace, in l. 1. Taur. nequè hoc
casu fit extensio, cum propter identita-
tem rationis eodem statuto censentur
decisi casus isti, non per extēsionem, sed
50 per comprehēsionem, sicut genus † suas
species comprehendit, Tiraquel in tract.
cessante causa, in verbo causa legis ces-
sante, numer. 141. idem de retractu li-
gnag. §. 20. glos. 1. num. 2. Mexia de tax.
panis, in 2. conclus. num. 9. fol. 43. Molin.
in repertor. in verb. forus, fol. 136. colu. 1.

51 Deinde, quia licet adueratio † instru-
mentorum sit contra regulas iuris com-
munis Romanorum, non propter hoc
dicitur exorbitans, & odiosa, tanquam
contra ius commune, quia ius nostrum
commune non est ius Romanorum, sed
ius potius peculiare Regni, quod venit
appellatione iuris communis, vt dicunt
allegati per Alciatum, in l. pupillus, §. ter
ritorium, num. 51. de verborum significa-
tione, in terminis Molin. in verb. excep-
tio non numeratæ pecuniæ, in fine. De-
cius cons. 683. num. 1. Gozadin. cons. 37.
num. 8. Io. de Amicis cons. 42. numer. 25.
Auendañ. de exeq. lib. 1. cap. 16. num. 10.
attento, quod Rex Aragonum non reco
gnoscit superiorem in temporalibus, vt
dicunt, Bellug. in Specul. rubr. 14. tit. de
iuramento num. 70. Oldrad. cons. 69. n. 9.
& cons.

& consi.231.num 1. circa medium, Rom. 298.num.1.Alexan.25.num.6.in 1. Portol. verb.Rex,num.53 quos reprehendit Vlcurrunus de regim.mundi. 2.par. quæst. 3. fol. 274. & vers.sed postquam,fol.279. vbi contra Oldradum,omnino vidēdus. Et sic non dicitur casus exorbitans à iure communi ille casus,qui est secundum foros nostros, quantumcumquè sit contra ius Romanorum, & sic non agimus hic de extendendis odiosis,& exorbitantibus, nequè aliæ rationes contrariæ videntur obstare, nam primo dicta obseruan.

52 item si Notarius † non loquitur,quādo processus redarguitur de falso,sed.tātum,quia defectiuus:ita Molin. in verbo aduerario processus, & quādo dicerem loqui in vtroquè casu ob sui generalitatem,adhuc non obstaret ponderatio contraria, quia ibi aduerario fit etiam cum Notario, sicut aduerario instrumentorū cum Notario & testibus, & non requiritur,quod fiat aduerario cū testibus, propter auctoritatem iudicialem,quam habēt acta, data tamen licentia impugnanti probandi defectum, & falsitatem in duobus casibus,vt ibi: Hæc autem differentia per plus,& minus non mutat substantiam, quominus dicatur tā processus debere aduerari, quam instrumenta, & ob hanc iudicialem auctoritatem,quam habent acta,non requiritur illa rigurosa, & solemnis aduerario, de qua in obseruan.2.de fide instrumentorum,vbi aduerario fit non solum per Notarium cum iuramento,sed etiam per testes, hic autem solo iuramento Notarij,sed tu semper tene cum Molin. quod dicta obseruan. solum loquitur, quando impugnatur processus de defectiuo, non vero de falso; si autem impugnaretur de falso, prout & aliæ obseruan. & fori innuunt, tunc esset seruanda solemnitas aduerationis instrumētorum in:ra annū & diē, cum testibus,si essent scripti, vel sine eis cum Notario.neq; obstat vltima ratio,

53 † quia in dicto foro vltimo, & penultimo referuentur processus extracti in publicam formam,prout ibi dicitur,adhuc tamen in foro fin.fit mentio de aduerarione processus indeffinitè, vt sic negari non possit foros illos, loqui etiam de aduerarione actorum iudicialium,& in hoc nullus consideratur rigor, cum facile sit producenti, si Notarius verum scripsit aduerare acta ási gesta, cum testibus si sint conscripti, vel sine eis infra annum & diem, cum sequaces alterius opinionis præcisse compellantur fateri in terminis dictæ obseruan. debere Notarium respondere statim cum iuramento,super veritate actorum,quod magis grauosum est, quàm quod redargutis de falsis actis iudicialibus, teneatur pars aduerare cum Notario, & testibus, si sint conscripti,vel sine eis cum solo Notario, infra annum & diem: Hæc saluo rectius sencientis iudicio.

DECISIO C.XXI.

¶ An, tertius in cuius posse bona emparantur mandato Iudicis, possit opponere de falsitate contra emparantē, vt aduerer instrumentum.

SVMMARIVM.

Emparatus in cuius posse bona alterius emparantur,non potest excipere de falsitate instrumenti ad finem aduerandi illud, sed hoc tantum expectat ad eum cuius bona sunt emparata,sic fuisse iudicatum refertur.num.1. & quid,quando emparans petit duci bona ad curiam.num. 14. & quid in casu contrario.num.15.

Emparato interdicitur omnis alienatio.num.2.

Interesatus principaliter solum admittitur in Regno ad agendum & excipiendū, num.3.

Quod

Quod etiam de iure procedit.n.4.

Exceptio partis non legitimæ, vel sine actione, & iure agis, licet peremptoria sit, & possit opponi in omni parte iudicij, potest etiam opponi in vim dilatoriæ, si sit de peremptorijs priuilegiatis, & semper impedit processum ad vlteriora, donec de oppositione cognoscatur num.5.

Exceptio peremptoria opposita à tertio habet vim dilatoriæ, & impedit processũ ad vlteriora.num.6.

Exceptio peremptoria opposita à consentio, non à tertio, debet opponi in vim dilatoriæ, vt suspendat.num.7.

Exceptio clericatus semper impedit, quia non potest renunciari.num.8.

Emparatus in cuius posse bona tertij emparantur, cum sua non sint, nec futura sunt, sed solum est quasi depositarius curiæ, sic nec defendere, nec excipere potest cum non sit pars legitima.num.9.

Alienare prohibitus prohibetur etiam actiones exercere, excipere, nec aliquid aliud facere potest, per quod res possit alterari.num. 10.

Contraria opinio verior, nisi in casu de quo hic.num.11.

Alienare prohibitus non potest compromittere.num.12.

Exceptio non debet admitti, quando est suspicio quod calumniosè opponitur.n.13.



D instantiam Elisabethis de Guerta fuerunt emparata per Regiam Audientiã (in posse cuiusdam tertij) bona pertinẽtia ad Elisabetham Marco, in vim cuiusdam comãdæ 20000. librar. in qua erat sibi obligata dicta Elisabetha Marco, in quo emparamento se opposuit Reuerendus Petrus del Villar, tanquam hæres dictę Elisabethis Marco, qui vt talis in alio processu (vt vidisti supra) impugnabat dictã comandam de falso: his sic existentibus, illę tertius, in cuius posse bona fuerunt emparata, postquam responderat se habere bona dictæ Elisabetis Marco, impugnabit de falso dictam comandam, proponendo contra eam species falsitatis, ad effectum, vt pars emparans, scilicet, Elisabet de Guerta aduerarct instrumentum comandę, cum notario & testibus, quo semel (vt dixi supra) aduerato, amplius impugnari non potuisset secundum forum, vt late supra vidisti, & an hęc attentatio fuerit collusiua inter emparantem, & emparatum, ad effectũ præiudicandi Petro heredi, Deus scit, non diiudico, est verum quod non caret suspicione, attento quòd iam in alio processu pendebat tunc impugnatio falsitatis contra comandam, dubitabatur igitur, an iste † tertius possit excipere de falsitate comandæ, contra emparantem, & per propositionem specierum falsitatis transferre in eum onus probandi veritatem, & aduerandi instrumentum, taliter, quod eo semel aduerato, amplius non posset illud redargui, impugnari & aliquo modo eius fides notari, fuit in cõsilio resolutum, quod non poterat emparatus de hoc excipere, & sic causam deffendere, sed quod hoc expectabat tãtum ad dictam Elissabetam Marco, vel heredes illius, quorum bona erant emparata, & de quorũ pręiudicio tantum agebatur, vide in processu Elisabetis de Guerta super emparamento, die 27. Iunij 1612. in Reg. Aud. actuar. Io. Ripol.

Pro fundamẽto resolutionis breuiter suppono, quod in Regno, quãdo aliquis creditor vult assecurare creditũ suum, vel illud promptè exigere, solet auctoritate Iudicis facere emparari, & seu testari bona, debita, & res omnes debitoris sui, existentia penes quem cumquè tertium, & per illud emparamentum mandauit illi tertio (si bona illius debitoris habet) nè illa alienet, restituat, defferatuè, nam † interdicitur sibi omne genus alie-

alienationis, vt fusè Molin. in verbo emparamentum,& nos in tractatu de in hibitionibus cap. 4.§. 8.fol.336.numer.9. Hoc supposito, necessaria & iuridica fuit superior Senatus resolutio.

Primo, quia ille solum admittitur in
3 Regno ad agendum,& † excipiendum, cuius principaliter interest, nec admittitur secundario interessatus, quod plus est,nam hic & reliqui,qui non sunt principaliter interessati, tanquam personæ non legitimę repelluntur à iudicio,for.1. de postuland.obseru. Item per foros de generalib. priuileg. totius Regni, foro vnico, quod in factis vsurarum, Molin. verbo,clamum,verbo,fiscus, verbo, pœna,verbo,capleta, & nos de inhibitio, c.
4 5.§.4.num.15.Prout etiam de iure † nullus auditur in quocumque iudicio, nisi prius constet sua interesse,vel sibi ius agẽdi competere,cap.veniens.2.de testibus, cap. cum inter R. de electio. l. fin. C.de ædict.diui Adrian.tollen. l.1. de appellatio recipiend.saltem summariè,Felin. in cap.cum super,num.16.de re iudicat.ex-
5 ceptio † enim partis non legitimæ,veluti,tua non interest, vel sine actione & iure agis,licèt sit peremptoria, Bald. Angel.in l.posthumus,§.si quis de inofficio. testam.num.5.ad Trebel. Aret.in cap.super his,num.59.de accusatio. & per consequens in omni parte iudicij opponi possit,l.peremptorias,vbi Paul.C.sentẽt.rescind.non poss.& de ea iudex pronunciare,l.de qua re deiudic.potest etiã opponi in vim dilatorię,si sit de peremptorijs priuilegiatis,de quibus in cap.1.de litis con testat. in 6. vbi DD. & semper impedit processum ad vlteriora,donec de opposi tione cognoscatur,Abb.in cap.tuam,nu.
6 6.de ordin.cogni.Siue † à tertio oppositore,opponatur,quo casu semper impedit,l.si quidem,C.de exceptio. DD.in l.
7 si aliena.soluto matrim. si vero † opponatur non à tertio, sed à conuento,tunc debet opponi in vim dilatoriæ, & tempore quo opponuntur dilatoriæ, vt suspendat,Abb.in cap.tuam de ordine cogniti. aliàs talis effectus erit renunciatus, cap. inter monasterium,de re iudicat. & solũ poterit opponi ad merita,nisi esset excep
8 tio † clericatus, quę semper impedit, quia non potest renunciari,cap.si diligenti de foro competent. latè Barbos.in l. bina,ff.solut.matrimo.modo ad casum no-
9 strum. Huic tertio, in quo bona † fuerunt emparata per Regiam Aud. nihil interest in his bonis,cum sua non sint, & cum iam ordine & mandato curiæ sint affecta taliter,quod ea nec alienare,nec restituere potest,& in nullum euentũ sunt sua futura,& solum est quasi depositarius Curię, restiturus cui Curia mãdauerit restitui,ergo hic tertius nec deffendere, nec excipere potest,cum non sit pars legitima aliquo modo ad sic agendum.

Secundò fortius facit pro determinatione sacri Senatus regula illa, quę desumitur ex tex.in l.ait prætor, ff. de iure deliber.vbi dicit tex. absurdum esse ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere,&c.Ex quo ex.passim colligũt
10 DD. quod qui † non potest alienare, nec potest actiones exercere,nec excipere,nec aliquid aliud facere,per quod res posit alterari,ita tenet Dec.cons.445.n. 29.Socin.nepos cõs.131.num.93. in 2. Aymon.cons.117.num.7. & cons. 60. num.1. Tiraquel.de iure mari. glos.5. num.207. Cagnol.in l.res iudicata,num.5. ff. de regul.iur.sequuntur & alij,quos refert Pinel.in l.1.3.par.num 48.de bon.mater.& licet contra istos asserentes, bona maioratus,& feudalia, & quæcumque subiecta restitutioni non posse per possessores deffendi, trãsigi,nec compromitti, quia alienari non possunt, per regulam, d. l.
11 ait prętor,sit alia & contraria opinio † & verior in casu,in quo ipsi loquti sunt,fundati in d.ratione d. l. ait prętor, vt apparet per Pinel.ibi, vers. *Sed contraria opinio, &c.* dicentem,quod possessores maioratus,feudi,emphyteusis,& rerum fideicõmisso subiectarum,& etiam pater in bonis aduentitijs filij,habere a lege aliquam administrationem & arbitriũ,& sic possunt exercere actiones,& sententia in eis lata præiudicat successoribus, Pinel. vbi sup.

sup. tamen quando eadem est ratio prohibendi, & alienationem & exercitium actionum & exceptionum, tunc ab omnibus recipitur regula, cap. ait prætor, de iure deliberan. vbi quodammodo videbatur repugnans, nō adire hæreditatem, & exercere actiones hæreditarias ita eleganter Bald. in Authent. hoc ius, col. fin. num. 10. C. de sactosanct. Eccles. dicens, quod in casu illius legis eadem erat ratio prohibendi vtrumque, de quo bene Pinel. sic transiens vbi supra, sicut in simili †
12 qui non potest alienare, non potest compromittere, cap. cum tempore, vbi Abb. Immol. & alij de arbitr. Ias. in l. fin. n. 119. de iure emphyt. Deci. consi. 44. alij allegati per Pinel. num. 44. in casu autem nostro iste tertius in cuius posse bona emparantur, & confessus est rem alterius esse, ex hoc solo non potest rem alienare, restituere, nec dissipare, imo expresse ei interdicta est per iudicem omnis alienatio, neque habet administrationem aliquam, siue a lege, siue ab homine, nec arbitrium aliquod nomine proprio, nec alieno, vt sic fugiamus aliqua contraria, quæ adducit Pinel. ergo concludi oportet hunc tertium non potuisse opponere de falsitate, cum illud sit cōsentire, quod producens instrumentum debiti possit adnerare illud, cum notario & testibus in præiudicium veri domini bonorum, attento quod eadem est ratio ad prohibendum alienationem, & exercitium actionum, & exceptionum.

Vltimo ducti fuerunt domini iudices considerando, quod ista exceptio non carebat suspicione collusionis, attēto quod eo tempore iam impugnabatur de falso instrumentum illud, per dictum Petrum del Villar in alio processu, vt vidisti in decissione, vbi poterant partes deducere veritatem instrumenti, cumque illud nollent facere, non carebant suspicione fraudis & calumniæ, & vbi † est suspicio, ca-
13 lumniose opponi aliquam exceptionem, non debet admitti talis exceptio, tanquā calumniosa, cap. suscitata, de restitutione in integrum, cap. post electionem, de electione, l. 2. C. de fals. & sic remansit integra Senatus resolutio, vt dixi supra. Neq; superioribus obstabit, si dixeris, quod
14 quando petit emparans bona † emparata duci ad posse curię, & ad id facit fidem de casu manifesto, quod facere ita tenetur, Molin. verbo, emparamentum, fol. 117. col. 3. versic. emparata si sunt bona mobilia, & nos de inhibitio, cap. 4. §. 8. fol. 338. col. 1. num. 8. potest tunc emparatus opponere de falsitate contra casum manifestum, & opponere exceptiones offuscando illud, quia respondetur illud tunc permitti, quia in hoc est interessatus, cum spolietur possessione rerum emparatarum, quidquod non ita expeditum hoc est, cum videatur & certius sit, id debere fieri & opponi per eum, cuius bona emparantur, cui illud debet etiam intimari ad euitandas multas fraudes, vt ad uerto in tractat. de inhibitio, vbi sup. nu. 14. & emparato satis cautum esse, si ea duxerit ad curiam mandato iudicis, qui de veritate casus manifesti inquirere debet, verum ab hinc, & vltra hunc passum nihil amplius facere potest emparatus, vt supra dixi.

15 Quid autem foret † dicendum in casu contrario, quando sententia lata foret posse excipere, & fuisset aduceratum instrumentum debiti, an talis sentētia præiudicasset vero domino, Paul. Castrens. in l. Lucius, ff. de his qui notantur infamia, DD. in l. sæpè, ff. de re iudicat.

DECISIO C. XXII.

An iura & nomina debitorū, & annui reddit⁹ veniāt appellatione bonorū mobiliū, vel immobilium, vel bonorū simpliciter de iure & foro.

SVMMARIVM.

Nomina debitorum, iura & actiones, non veniunt appellatione bonorū mobilium, vel immobilium, quia constituunt tertiam

tertiam speciem bonorum,num.1. sed limita & intellige,num.7.

Nomina debitorum, iura & actiones, vt in pignus capi possint,primo mobilia, se cum immobilia capienda sunt,num.2.

Nomina debitorum, iura & actiones à rebus mobilibus, & immobilibus distinguntur substantia,& natura,num.3.

Nomina debitorum, iura & actiones nullo loco circumscribuntur, num.4.

Nomina debitorum, iura & actiones affixa sunt ossibus,tanquam caracther,& sic nunquam separantur à nobis per solam traditionem,num.5.

Nomina debitorum, iura & actiones veniunt appellatione bonorum mobilium, vel immobilium,loquente dispositione cum dictione generali,omnia,num.6.

Nomina debitorum, iura & actiones veniūt appellatione bonorū simpliciter, n.8.

Nomina debitorum,iura & actiones veniunt in generali obligatione,num.9.

Nomina debitorum,iura & actiones, veniunt appellatione bonorum, etiam si in dispositione dicatur (bonorum meorum, vel tuorum) num.10.

Emphyteosis,vel feudum, an veniant appellatione bonorum remissiue,num.11.

Nomina debitorum,iura & actiones veniunt appellatione bonorum,maximè in Regno,vbi non datur tertia species bonorum,num.12.

Annui redditus in Regno reputantur pro mobilibus,num.13.

Annuus redditus formatur plerumque per titulum venditionis,num.14.

Annuus redditus constituitur super re fructuosa,num.15.

Annuus redditus est mers, & vicē mercis habet, & sic emi & vendi potest, nu. 16.& 17.

Pecunia (in annuis redditibus) non emitur cum pecunia, sed ius percipiendi annuam pensionem,num.17.

Annuos redditus possidens excusatur a satisdatione,quasi immobilia possidēs, n.18.

Annui redditus non possunt alienari per ciuitates,minores, nec Ecclesias, sine decreto,num.19.

Annui redditus, quoad alienationem præscriptionem,constitutionem feudi,& alios similes effectus, æquiparantur immobilibus,num.20.

Retractus,qui solum datur in immobilibus,datur etiā in annuis redditibus,n.21.

Annui redditus, si perpetui sunt, aut ad longum tempus, sunt immobiles, secus si ad modicum,num.22.

Tempus longum,aut modicum,quod dicatur,num.23.

Annui redditus reddimibiles indicantur perpetui,num.24.& sequentibus; intellige tamen,num.26.& quid in Aragonia, num.27.latissimè.

Dominus verè dicitur,emens cum pacto de retrouendendo, dum res non redditur,num.25.

Annua praestatio personalis an reputetur inter mobilia, vel immobilia, num.26.

Annua præstatio personalis secundum veriorem sententiam non computatur inter immobilia,nisi debeatur a fisco, vel persona publica,num.27.

Mercedes annuæ,quæ a Rege debentur alicui ad vitam, inter immobilia computantur.num.28.

Fisci debitum perire,vel extingui difficiliter potest,num.29.

Debi-

Debitum annuum, quod a priuato præstandum est, facile perire potest, num. 30.

Declaratur obseruan. item de consuetudine. 60. de iure dotium, num. 31.

Annui redditus in Regno quo ad diuisionem faciendam, & respectu pensionum decursarum & porrata inter mobilia computantur, num. 32.

Annui redditus respectu pensionũ decurrendarum, & sic pro futuro tempore, inter bona immobilia computantur quoad effectum diuisionis, num. 33.

Porrata decursa computatur inter mobilia, non autem residuum pensionis, seu alia porrata decurrenda, num. 34.

Vsufructuario censualis, vel tributi moriente, vna sola die antiqua pensio cadat, vel tributũ, illa talis pẽsio nõ pertinebit hæredi vsufructuarij, sed ipsi propietario, n. 35.

Censualia cum instrumento gratiæ, & sic redimibilia, regulariter loquendo, inter mobilia computantur, nisi in casibus, in quibus ex particulari legis & fori dispositione aliud dispositum sit, num. 36.

Censualia sine gratia redemptiua reputantur inter bona sedentia, num. 37.

Tributum, vbi procedit a censu consignatiuo vere, vel præsumptiuæ, inter mobilia computatur, si interueniat facultas redimendi, num. 38.

Census vere reseruatiuus non obstante gratia redemptiua inter immobilia computatur, num. 39.



Votidie controuerti soler, dum obligantur & hypotecantur bona, an veniant nomina debitorum, iura, & actiones, in qua re tollendo non dubia, dicendum est, quod appellatione bo-

1 norum † mobilium, vel immobilium nomina debitorum, iura & actiones de iure non continentur, quia constituunt tertiã speciem bonorum, l. à Diuo Pio, §. in venditione, & §. si quoque, ff. de re iudicat. l. quam tuberonis, §. fin. ff de peculio, in

2 quibus apparet differentia † in exequẽdo rem iudicatam, inter hæc tria bona mobilia, scilicet, immobilia, iura, & actiones, cum primo mobilia, secundo immobilia, tertio iura capienda sint in pignus, l. Caius, in princip. de legat. 2. loquendo tamen in dispositione hominis, vt ita declarat Tiraq. de retract. linag. §. 1. glos. 7. num. 5. l. ad eum in princip. de donationibus, vbi nomina, & mobilia ponuntur, vt diuersa l. omnes in princip. & l. benè à Zenone, vers. & nemo, C. de quadriennal. præscriptione, idque sequitur Bart. Fulgos. in d. l. qnam Tuberonis, §. vltim. idem Bart. in cons. 51. ad fin. Oldrad. 119. Alber. in l. mouentium, de verborum significat. Lapus, allegatione 91. & alij infiniti allegati per Tiraq. vbi sup. num. 9. dicens id maximè procedere in statutis, Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obligat. & est communior & verior, secundum Tiraq. vbi sup. num. 17. Abb. in cap. nulli, de rebus Ecclesiæ, Ias. cons. 184. num. 1. decis. 414. & 653. Nec destituta est opinio hæc fortissimis rationibus, cum substantia, & natura distin

3 guantur † actiones à rebus mobilibus & immobilibus, in quo consistit identitas, vel diuersitas speciei, secundum Dynum in regula sine possessione, 3. col. de regul. iur. in 6. nam actiones sunt inuisibiles, & incorporeæ, mobilia vero, & immobilia secus, quia cum sint corporea in loco cõ-

4 sistunt, & ideo † illæ nullo loco circunscribuntur, d. l. Caius, vnde vbi donantur omnia bona, quæ in tali loco sunt, non cõprehenduntur iura & actiones, vt dicam in sequenti decisione, etiam si instrumenta eorum in eo loco sint, vt dicemus ibi, cum tamen tunc mobilia, & immobilia veniãt, deinde quia dominia mobilium, & immobilium à nobis separantur, quando illa traddimus, l. traddi tionibus, C. de pactis

pactis actiones vero directæ, affixæ ossibus, tanquam caracter, nunquam separantur, l. quis ergo casus, in fin. & ibi glo. & Bartol. de pecul. Tiraquel. vbi supr. num. 13.

6 Superiora verissima sunt, nisi † dispositio hominis loqueretur generaliter cum dictione, omnia, quæcumque, qualiacumque, siue vniuersa bona mobilia, & immobilia, quia tunc nomina debitorum comprehenduntur, Alciat. in l. mouentium, de verbor. signifi. Couar. in ca. relatum. 2. col. 3. de testam. Hippolyt. in l. vnius, §. cognitnrum, col. 4. ff. de quæstion. & hoc omne propter naturam dictionis vniuersalis, quæ omnia comprehendit, Socin. cons. 217. col. 3. lib. 2. Bald. in l. 2. in quæst. 34. de rerum diuisione, Abb. cons. 3. lib. 2. Roma. Alex. in l. etiam solut. matrimo. & alij multi allegati per Tiraquel. vbi sup. & licet non desint cõtradictores, vt per Tiraq. num. 26. tamen illi loquuntur in dictione vniuersali prolata a lege, secus si ab homine, vt nos loquimur, quo casu vera est resolutio hæc, secundum Alex. in l. si patroni, in princi. ad Trebel. & in l. 1. de legat. 1. & vide Tiraq. num. 19. vbi sup.

7 Id autem, quod diximus † nomina debitorum & iura non venire appellatione mobilium, & immobilium, sed facere tertiam, speciem de per se, intelligẽdum est, nisi necessario statuẽdum sit de nominibus & actionibus, an sint mobilia, vel immobilia, vt putà quãdo de omnibus bonis constat esse actum, diuersimode tamen de mobilibus, & immobilibus: vt si statutum dicat, quod in omnibus bonis, vel dicat quod in bonis succedant agnati & cognati, agnati in immobilibus, cognati in mobilibus, vel si aliter expediat alterutris accedere iura & actiones, veluti quando quæritur an iura & actiones minorum, vel Ecclesię, possint alienari sine decreto, tunc quia constat de omnibus actum esse, vt in primo casu, vbi si aliter diceremus, remanerent iura & actiones sine hærede, in secundo etiam exemplo, necesse etiam est vt iura accedant mobilibus, vel immobilibus: cum agatur de alienationis solemnitate, quo ad decretum, quę solum data est, respectu mobilium, vel immobilium, & sic necesse est alterutri accedere debere iura, actiones & nomina debitorum, & per consequens necesse est determinare de nominibus, & actionibus iure mobiliũ, vel immobilium, & sic vni, vel alteri accedere, & tunc concors est sententia, vt iudicetur de actionibus & nominibus, prout sunt res & corpora, siue species ad quas nomina, & actiones cõstitutæ sunt, & tendunt; nam si actiones sunt ad mobilia, mobiles erunt, si ad immobilia, immobiles, Bart. in l. potest, de author. tutorũ, Bart. Alciat. in d. l. mouentium, Bald. cõs. 247. col. 3. in 2. Angel. in l. si constante, §. vlti. & ibi Roma. solut. matrim. Imol. in cap. nulli, col. vlt. & ibi Abb. col. 3. de rebus Ecclesiæ non alienand. Franc. & alij in cap 1. eod. in 6. Alex. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, 2. notabili, de re iudicata, & cons. 164. per totum, in 6. & multi alij allegati per Tiraq. num. 15. & in hũc sensum intelligẽdi sunt ferè infiniti DD. dicẽtes iura & actiones esse immobiles, si ad immobilia, & mobiles si ad mobilia competant, quos copiosa manu congerit Tiraq. vbi sup. num. 1. sed hæc regula determinandi nomina debitorũ & actiones, iuxta naturam rei, cui adhęrent, si illud necesse sit fieri, vt si mobili, sint mobiles, si vero immobili, immobiles, fallit in aliquibus casibus, in quibus non ita determinandæ sunt actiones, ratione rei propter illam necessitatem; sed aliter determinatio sumenda est. Et primo supradicta regula procedit tantũ in actionibus quæ competunt ad certam speciẽ; secus si ad genus, vel ad quantitatem in genere, tunc enim semper, & in quocumque casu non sunt mobiles, nec immobiles, sed faciunt tertiam, & separatam speciem; nam actio per se, genus, pecunia in genere non est mobilis, nec immobilis, nec sunt in sensu, Alex. cons. 68. col. fin. lib. 6. & fuit determinatio Lapi, allegatione 92. Roman. in l. si constante, §. vlti. solut. 8

solut. matrimon. Alex. in addition. Barr. in l. mouentium, de verbor. signif. Cassane. in consuetu. Burgun. tit. des drois a partenans agens maries, §. 1. in verbo, tous meubles, Tiraq. n. 17.

Et idem erit, quado ex communiori loquendi vsu actiones continerētur sub mobilibus, vel immobilibus, is enim magis attēditur, quā propia significatio verborum. Oldrad. 219. in terminis, Ioan. Andre. in addition. Specul. tit. de fructibus & interesse, §. scias igitur, vers. sed quid si debeo, Felin. in proemio decretal. col. 3.

Vltimo, id limitatur non procedere, quando est eadem ratio inter actionem & rem, tunc enim est eiusdem naturæ, etiam vbi aliàs non esset, tu habes per authenticam, sed iam necesse, C. de donatio. ante nuptias, quod augmētum dotis potest fieri in rebus immobilibus ad finem, vt habeant priuilegium prælationis, quod habet dos contra creditores, non autem in mobilibus, si datetur in augmētum dotis actio ad rem mobilem marito obnoxio creditoribus, non haberet illud priuilegium, quia licèt regulariter actio faciat tertiam speciem. & non veniat appellatione rei mobilis, id tamē secus erit imo erit res mobilis, sicut res ipsa, quia militat ratio illa prohibitionis, propter fraudem præsumptam. quod simulabit vxor traddere & vir recipere, quod nō tradderetur, idque in fraudem creditorum, vnde cum sit eadem ratio in actione, & in ipsa re mobili, idē ius erit; si tamen esset diuersa ratio, faceret speciē distinctam, & non esset res mobilis, nec eadem prohibitione afficeretur, ita Angel. in §. 1. auth. de non alien. col. 1. vers. sed iuxta hoc Tiraq. vbi sup. n. 19.

Nos tamen hic non loquimur in his terminis, sed an appellatione bonorum

8 † simpliciter veniant iura, & actiones, in qua re dicendum est, quod appellatione bonorum contineantur nomina debitorum, & iura, l. 1. C. de vsufructu, l. bonorum. §. fin. de verbor. signif. l. princeps bona, de verbor. signif. l. nomen, C. quæ res

9 pignor. Vbi in generali † obligatione bonorum veniunt nomina debitorum, Bald. cons. 15. in 6. dubio, lib. 1. Abb. in ca. relatum, de testam. & in cap. vltim. de præscriptionibus, col. vlt. l. 1. §. vtrum autem, vers. quod si noluit, ff. si quid in fraudem patroni, l. vlt. de vsu & vsufructu legato, Bald. Alex. Angel. in l. si constante, §. vltim. solut. matrimo. Isernia. in constitu. Neapolita. incipiente. Non sine, tit. de origine iur. Bart. in l. quintus. 3. §. argento, de aur. & argent. legat. Marian. Socin. in tracta. de libell. oblat. in 8. libel. q. 2. cū sequentib. Bartholom. Socin. eiusdem filius, cōs. 101. col. 2. in l. aliàs 175 in 2. Alex. cons. 59. lib. 6. & multi alij relati per Tiraq. in l. si vnquam, verb. bona, in 8. cum sequent. C. de reuocand. donat. dicens, n. 10. id omnes tenere, quæ resolutio in tantum vera est, vt procedat, etiam si dica-

10 tur bonorum meorum, † vel tuorum, & sic adijciatur illud pronomen possessiuum, l. meorum de verbo. signific. & ibi Alciat. dicens: siue omnia mea simpliciter dicantur, siue cum substantiuo omnia bona mea, seu omnes res meas, l. si legatus. §. 1. ad Trebel. Angel. in l. 1. de statu hominum, Bald. in l. 1. C. de vsufructu, Bart. in l. quintus. 2. §. argēto, de aur. & argent. legat. vbi latè Francis. Aret. in

11 l vlt. C. de pact. An autem † appellatione bonorum veniat emphyteosis & feudum, vide Tiraq. in d. l. si vnquam, vers. bona, num. 14. & 15. Quæ omnia nos sequuti sumus in decis. 52. tom. 1. Vbi asseruimus regulam hanc, quod appellatio-

12 ne † bonorum veniant iura & nomina debitorū, maximè procedere in Regno, vbi non habemus tertiam speciem bonorū, & vbi stamus carthæ, quo casu loquutio indeffinita æquipolet vniuersali, Molin. in verbo, indeffinita, & ibi Portol. sed in terminis Beroi. cons. 120. num. 39. obseruant. Item, de natio, de donat. vt sic in trepide tenendum sit, de foro & obseruan. totius Regni, etiā in casibus, vbi nō erat necesse, quod nomina debitorum reputarentur mobilia, vel immobilia, sed imo facerēt tertiam speciem distinctam, in his omnibus casibus in Regno reputantur

tantur pro mobilibus,& non constituũt tertiam speciem,obseruantia item vxor. de iur. dot. vbi habetur. *Item vxor non potest petere debitum, quod ei debebatur, nisi cum consensu viri, cum ipse sit dominus, & administrator rerum mobilium.* Et idem probatur in obseruantia, si legatum,quę sequens est, eodem titulo, vbi habetur, *Quod si legatum pecuniæ relinquetur vxori, maritus habet ius in illo legato, videlicet medietatem; quia est mobilis, & in alijs debitis, quæ debentur vxori.* Ita Molin.in verbo,mobilia bona,dicens,quod secundum foristas in Aragonia non habemus nisi bona mobilia & immobilia,& quod iura & nomina debitorum veniunt appellatione mobilium, allegat etiam obseruant, item de consuetudine Regni, eodem titulo, vbi habetur. *De consuetudine Regni redditus perpetui & annuales, quo ad diuisionem sunt censendi pro illo anno, quo fit diuisio, mobiles, seu inter mobilia computari & dimidi ad instar fructuum in fundis pendentium.* Et si id procedit in Regno appellatione bonorum simpliciter, propter cartham, & etiam de iure, multo magis procedet appellatione omnium bonorum,nam a fortiori venient omnia bona,etiam nomina debitorum,ex allegatis per Alciat.in l. mouentium, de verborum significatione, Couarr. in cap. relatum 2. de testam. 3. col. Hippolytus,in l.vnius, §.cogniturũ, de quęstion. Tiraquel.de retractu lignagi. §. 1. glos. 7. num. 20. diximus in dict. decisio.52. prout ita fuit declaratum in processu procur. adstrict.ciuit.Cæsaraugustę,super inuentario,de quo in pręcedenti decis.

13 Sed quia prędicta obseruantia, item de consuetudine tenet,annuos redditus perpetuos, & annuales reputari † pro mobilibus, quoad diuisionem eo anno quo fit diuisio,cum de iure totũ in contrarium habeamus,ideo altiori stylo oportet rem hanc examinare,ad declarationem aliquorum dubiorum, quę se quotidiè offerunt, & licet non desint, (quantum ad ius commune attinet,) qui dicant(& benè) annuos redditus ex propria natura, nec mobiles, nec immobiles esse,sed tertiã speciẽ facere, vt tradit Abb.in c.nulli,col.10.de reb.Eccle.Bart. & DD. in l.sciendũ qui satisd.cog.Ruin. 82.n.4.in 2. tanquã res,quę nec tãgi nec palpari possunt,nec loco circunscribuntur, sed sunt sicut actio, quę de eis datur,quę nec mobilis,nec immobilis est, tamen veritas est, quod vbi trahendi sunt ad alterutrum, imo semper, & simpliciter ex dispositione iuris sunt immobiles,& de natura immobilium: ita dixit tex.in Clement. exiuit de paradisso, col.10.ibi: *Cumque annui redditus inter immobilia censeantur de iure,* de verborum significatione,& ibi Cardinal.§.1.in authent. vers. vult enim, in authentico de non alienandis,aut permutandis rebus Eccle. l. hac edictali, § his illud, C.de secund. nupt. l.si quis inquilinos de legat.1.l.iubemus nulli,in principio,& ibi glos. annonas,Barto.& alij,C.de sacrosanct. Ecclesl.l.quemadmodum,C.de Agricol. & censitis,quod sequũtur communiter Doctores omnes,in supradictis locis, Ias. & Alexan. in l. à Diuo Pio, §. vltimo, 2.limitatione, de re iudicat. Alexan. in l. si constante,§.vlt.col.vltima, solut. matrimo. Alciat. in l. mouentium, de verborum significatione,Couar.lib.3. variarũ, cap.7.num.2.vers Secundo,&c.Specula. Ioan.Andr.& Bald.in additio. §.nunc di camus,col.penul.ibi: *Sed adhuc contra prædictos,* tit. de restitutio.spoliato.Feder.de Sen.cons.12.dicens:ex hoc fratres prędicatores esse istorum incapaces,sequũtur & alij multi,quos allegat Tiraqu. de retract.lignag. §.1. glos.6. a num.4.cum sequentib.Portius lib. 3. conclus. iur. conclus.11. Ruin. cons.82. lib.2. num.4. & per totum. Rationem assignant Doctores,quia omnes res,ex quibus percipiuntur fructus,inter immobilia cõputantur; sed ex his annuis redditibus fructus percipiuntur,quia fructus est id,quod singulis annis renascitur,glos.in l. diuortio, §. si vir, soluto matrimonio, ergo annui redditus perpetui inter immobilia computantur, & ideo formatur an-

I nuus

14 nuus † redditus plerumque per titulum venditionis, quia scilicet venditur annuus redditus centum, vel mille solidorum annualium, protanto, vt communis practica docet, & apparet per extrauagantes 1. & 2. de emptione & venditione, & communiter scribentes de hac materia, licèt formari etiam possit alijs titulis, & ita solet constitui annuus redditus super re fructuosa, Nauar. in can. 1. 14. quæst. 1. num. 86. Medin. de censibus, quoad eorum institu. conclus. 2. quod verum est, siue dicamus debere fundari annuum redditum super re certa, vt puta domo, vel agro, & non generaliter super omnibus bonis, secundum Nauar. in cap. 1. 14. quæst. 1. num. 83. Gregor. Lop. in l. 28. tit. 8. par. 5. siue dicamus (quod verius est) posse imponi annuum redditum, seu censum super omnibus rebus, Soto, lib. 6. quæst. 5. artic. 1. col. 8. Piçar. in declaratione constitutio. de Guadalupe, verbo, al tiempo del contrato, fol. 17. Couar. lib. 3. cap. 7. numer. 4. plura referens ad vtramque partem, & hinc dicunt DD.
16 quod annuus redditus † est merx, & vicem mercis habet, & per consequens emi, & vendi potest, in censibus enim & annuis redditibus emitur ius incorporale exigendi & percipiendi quotannis, vel quolibet mense pensionem aliquam, & sic est vera emptio, nam illud ius incorporale habet rationem mercis, sicut dum emuntur, & venduntur census, & annui redditus antea constituti, tãquam merces, Siluester, in verbo, vsura. 2. §. 12. Couarr. vbi sup. dicens, obid esse vendibiles, at autem certum est ius incorporale vendi posse & constitui pluribus modis, l. 3. de vsufruct. & quemadmod. quis, §. 1. institu. de vsufruct. & ita apud Hispanos hos census (iuros) vocant, Soto lib. 6. quæst. 5 art. 1. ad principium. Et sic
17 dici non potest † quod in annuo redditu emitur pecunia cum pecunia, contra l. 1. de contrahend. emptio. cum pecunia sit estimatio aliarum rerum, quæ vẽduntur non sui ipsius, secundum Couar. lib. 3. variarum, cap. 7. num. 2. versic. nec oberit: quoniam hic non emitur pecunia cum pecunia, sed ius percipiendi annuam pensionem pecunia emitur, & illud est pretio estimabile, sicut iurisdictio, ius percipiendi tributum, ius percipiendi fructus alicuius rei, quod ius formatum & incorporeum pecunia emitur, secundum Couarr. vbi sup. dicentem, quod licèt propria natura pecuniç consistat in estimatione aliarum rerum, non tamen est inconueniens, quod ex impropio vsu pecunia sit sui ipsius estimatio, & cum alia pecunia commutetur, vt aurea cum argentea & econuerso, & sic pecunia certę quantitatis vnica solutione data permutari potest, & esse prætium cum pecunia, quæ minori summa, pluribus minoris summæ solutionibus reddenda est, nam minores illę & plures solutiones hac vnica maiori estimãtur, vt ex his omnibus colligamus verissimam esse rationem illam, quod annuus redditus sit mers cadens in veditionem, & sic immobilis, cum fructificet, secundum Doctores supradictos, & alios quã plures per Tiraquel. dict. §. 1. glos. 6. numer. 5.

Ex quibus multa inferri possunt, & primo, possidentem huiusmodi † annuos redditus, quasi immobilia possidentem excusari a satisdatione, iuxta doctrinam glos. in l. sciendum, verbo, non compelli, qui satisdare cogantur, vbi Bartol. col. fin. Ias. num. 22. Rayner. & Cynus ibidem, Alber. Angel. & Roman. Et tandem hos † annuos redditus non posse alienari per minorem, nec ciuitates, Ecclesias, nisi cum ea solemnitate, qua res immobiles alienãtur, Bald. cons. vltim. lib. 5. l. vltima, vbi Doctores, C. de venditione rerum ciuitatis, lib. 11. & l. iubemus, C. de sacrosanct. Eccles. Doctores, in cap. nulli de rebus Eccles. non alienandis.

20 Et sic quod † isti annui redditus, quo ad alienationem, pręscriptionem, constitutionem feudi, & alios similes effectus, ęquiparentur immobilibus, tradit cum multis Tiraq. de retra. linag. §. 1. glos.

(margin numbers 18 and 19 appear beside "primo, possidentem huiusmodi" and "man. Et tandem hos")

glos. 6. numer. 6. Vbi bene & similiter
21 ex hoc dicunt in his † redditibus esse locu retractui, qui in immobilibus datur, Afflict. in tracta. protom. col. 11. vers. item quæro quid si vendantur, &c. prout idē dicit Ioann. Faber. de Regno Franciæ, in §. vltim. col. vlti. vers. sed ego moueo instituta, de duobus reis, prout & alibi talem vigere consuetudinem, refert Tiraquel. vbi supr. num. 3. & 14. & tamen hunc retractum in immobilibus tantum dari, & non mobilibus testantur omnes, secundum Tiraq. d. §. 1. per omnes glos. & signanter. 7. præsertim a num. 81. & magis expresse in §. 25. vbi in re mobili non est locus retractu, sicut & in Regno retractus consanguineorum, aliàs beneficium, de la saca appellatum, habet locum tantum in sedentibus, foro. 4. ibi: *Partem hæreditatis*, quæ sonant in factum pro re sedenti, vt ibi declarat Bardaxi, num. 2. iuxta obseruantiã, item si aliquis de consortibus, Molin. in verbo, abolorium, nisi res mobiles venient accessoriè ad rem immobilem, vt declarat Tiraq. §. 25.

Hæc tamen regula non ita simpliciter accipienda est, sed modificanda ali-
22 quibus † modis. Primo, vt procedat & intelligatur, quando redditus isti perpetui sunt, aut ad longum tempus, secus autem si ad modicum, ita Bald. in d. l. hac edictali, §. his illud, 1. columna, in noua lectura, C. de secund. nup. & in cap. cum M. Ferrariensis, de constitutionibus, & in cap. quærellam, de electione, Francus in cap. 2. de rebus Eccles. non alienan. in 6. Roman in l. si constante. §. vltim. solut. matrimo. Alex. & Alciat. in d. l. mouentium, de verbor. significat. Afflictis vbi sup. Benedict. in cap. Rainutius, verbo, cætera bona, num. 8. Dominic. in c. 2. col. 2. de reb. Eccles. Ruin. cons. 82. lib. 2. Paris. cons. 56. vol. 3. Tiraq. d. glos. 6. num. 7. Perpetuum autem tempus dicetur 40. vel 30. annorum, §. 1. instit. de perpet. & tempo. actio. glos. in authent. si quas ruinas, verbo, dentur, C. de sacros. Eccles. Abb. in cap. nulli, de reb. Eccles. aliàs autem diuersimodè accipitur perpetuum, vt per Tiraquel. d. glos. 6. num. 9. Lon-
23 gum † vero tempus, dicitur 10. annorum & supra glos. in l. cum de in rem verso, ff. de vsur. toto tit. de præscription. longi tempor. Cardinal. in d. Clemen. exhiui, in §. cumque annui redditus, in fin. vbi in terminis Tiraquel. dict. glos. 6. num. 9. modicum autem tempus dicitur, vsque ad decennium, glos. in verbo, ad modicum, in Clemen. 2. de rebus Eccles. Sed quia, dum hæc scriberem, Doctor Saluator Ximeno, vir mihi multum familiaris, & qui in his laboribus scribendis continuò assistebat, & operas suas præstabat, defendere tentauit, hos annuos redditus non esse perpetuos, si reddimibiles sint, ideo est sciendum hos annuos redditus, ob id quod reddimi possint intra aliquot tempus, vel simpliciter, non ideo minus cēsendos esse perpetuos, illa enim facultas reddimendi, quam in Regno appellamus chartam de gratia, quia gratiosè concessa est ab emptore, quando titulo venditionis competunt annui redditus, non faciunt eos temporales, sed remanent perpetui, donec reddimantur, l. sufficit, & ibi Bart. de condictio. indebiti, vbi Ias. allegat concordantes, Ruin. cons. 81. num. 3. in 2. non enim attendendum est, quod reddimi de futuro possint, sed ad præsentem statum, quod nondum redempta res est; vt talis cēseatur res, qualis nunc est, Cynus, in l. vltim. col. 2. C. de sententiam passis. Et ita est, quod emens
24 † cum pacto de retrouendendo verè dominus est, dum res non reddimitur, Bal. consil. 303. in principio, l. in bello, §. si quis seruum, ff. de capti. & postlimin. reuers. & sic emptor non potest amplius præscribere rem, sed solum iura luendi tantum, vt ibi habetur, Lassarte de decima venditionis, cap. 10. num. 1. ita Tiraquel. dict. §. 1. glos. 14. numer. 120. & glos. 6. numer. 8. in fin. dicens, annuum redditum simpliciter constitutum, vel in perpetuum, non ob id minus censeri perpetuum, quod reddimi possit, & sic Baeza, de dotibus, cap. 4. numer. 17. dicit

ex hoc annuum redditum computari inter immobilia, licèt reddimi posit, gl. in cap. vltimo, paulò ante finem, de solutionib. & licet hoc contradictores habeat, vt per Tiraq. d. glos. 14. num. 19. Tamen
26 illi intelligendi † sunt, quando certissimè constaret annuum redditum breuissimè fore reddimendum, veluti si res vēdita multo plus valeat, quam vēdita est, multumque damni immineat venditori, nisi reddimat, paratamque pecuniam habeat, ita vt in breui speretur rem in pecuniam conuerti; tunc enim perinde esset, ac si iam redempta res esset, in simili Bald. in l. si pro ea 6. q. C. mandat. Angel. in l. mulier, §. 1. ad S.C. Vellei. Abb. in c. Ecclesiæ, 3. notab. de immuni Eccles. Tiraq. d. glos. 14. num 121. & ex hoc quod gratia redemptiua, seu facultas reddimendi non faciat annuos redditus temporales, sed imo sint & remaneant perpetui, iudicandum est de eis, vt de bonis immobilibus. Vnde in viā iuris commu-
27 nis † si in solutum annui redditus detur aliqua res immobilis, nō habebit locum retractus, qui datur pro venditione rei immobilis, supposito quod isti redditus, etiam redimibiles, habeātur pro immobilibus, vt dixi, ita infert & concludit Tiraq. d. glo. 14. num. 117. & sic tunc censetur potius esse permutatio rei immobilis cum alia immobili, nisi intra breue tempus post venditionem annui redditus, fuisset facta hæc datio in solutum, quia tūc videtur propter breuitatē tēporis, ita actum fuisse a principio vt sic fieret, l. si venteri, §. vltim. ff. de priui. cred. & nos late decis. 19. in 1. tom. & per consequens, tunc annus redditus haberetur pro re mobili, & sic loco pecuniæ, & ex consequenti illa esset vera venditio, & haberet locum retractus ad rem venditam, & hæc breuitas tēporis a iudicis arbitrio penderet, Angel. in d. l. si venteri, & nos decis. 16. 1. volum. Et ex his resultat, quid dicendum, vbi Rom. Pontif. vel testator iubet, in euidentem vtilitatem pecuniā conuerti, vel vt immobilia emantur. Satisfactum enim esset, si annui redditus, etiam redimibiles emerentur: Solum crederē, quod si statuto caueretur, quod stirps reddeat ad stipitem, idest, *la raiz a la raiz, el tronco al tronco*, tunc non iudicarentur immobiles; quia illa verba videntur cum efficacia requirere rem absolute & naturaliter immobilē, Baeza de dotib. cap. 4. num. 17. at annui redditus, vt diximus, naturaliter, & de sua natura non sunt res immobiles, nec mobiles. Sed ne decipiaris in intelligentia huius regulæ, quod scilicet annui redditus sunt immobilia, aduerte, quia hoc intelligitur respectu futurarum & decurrēdarum pensionum, & sic pro tempore futuro, nam quantum ad præteritas, quarum dies iam cessit & venit, & pro eis exigendis iam competit actio, hæc inter mobilia assignantur, sicut aliæ actiones & iura, Alciat. in dict. l. mouentium, de verb. signif. Socin. cons. 100. col. 2. in prin. Ripa, in l. rem quæ nobis, num. 16. ff. de acquir. possess. Tiraq. dict. glos. 6. §. 1. nu. 10. Et supradicta regula de computandis annuis redditibus inter immobilia de plano procedit, quando annui redditus debentur a re immobili, vel a persona ratione rei immobilis, & sic in præstatione annua reali, vel mixta. & in hoc concordant DD. omnes, in l. sciēdum, ff. qui satisd. cog. per d. l. iubemus, & alia iura supra allegata, Angel. in l. si constante, §. vlt. ff. solut. mat. & ibi Alex. Cyn. & Bald. in l. hac ædictali, C. de secun. nub. Ruin. cons. 82. in. 2. Tiraque. multos allegans, d. glos. 6. num. 11. 12. & pro talibus iuribus competit interdictum & remedium possessorium, vt late diximus de inhibitio. cap. 6. §. 1. num. 15. & §. 2. num. 20. cū seq. ex quo infertur, quod quando debetur nobis ab aliquo aliquid annuum, vel mēstruum, siue ratione vassallagij, vel alterius iuris, quod in eius personam habeam, vt quia est meus adscriptitus; ita quod habeo aliquod ius reale in eius persona, occasione alicuius rei immobilis, vel cohærentis rei immobili, tunc tale quid annuum, censetur quid immobile, & releuat a satisdatione, & pro eo com-

competunt remedia possessoria, sicut pro præstatione merè reali, vt diximus de inhibitionibus, vbi sup. Tiraqu. dict. nu. 12. Ruin. vbi sup. & omnes quodquot sunt DD. vnde seruitia illa, quæ *çofras* appellamus, & quæ nobis debentur quo tannis, aut alijs certis temporibus ab aliquibus, siue vassallis, siue terras tenentibus & similibus, inter immobilia reputantur, & pro eis dantur remedia possessoria, vltra supra dictos DD. qui generaliter hoc dicunt, tenet in specie Speculator, titulo de restitutione spoliatorum, col. penultima, & ibi additio Bald. idem Bald. in cap. vltimo, titulo de feud. cognit. quia cum hæc seruitia solo cohæreant, cuius ratione debentur, immobilia erunt, & in his competet retractus, Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glos. 5. num. 4.

26 Tota difficultas consistit in † præstationibus personalibus, quæ a persona debentur, & in quibus non datur aliquod ius reale, nec percipitur ex re immobili, & in hoc casu est inter DD. diuersitas opinionum, alijs dicentibus, hanc annuã præstationem personalem non connumerari inter immobilia, nec pro ea dari possessorium, nec petitorium, Bart. post alios, in d. l. sciendum, per l. fin. §. fin. de contrahend. emptio. & l. fin. de constitut. pecun. Cynus, in l. si certis, C. de pact. Alber. Alex. & Ias. in d. l. sciendum, Speculat. in titulo de restitutione spoliatorum, §. nunc dicemus, col. penultima, fortiter Ruin. vbi supra, num. 5. vers. quandoque tertio, Xuarez, in l. 2. titulo *de los empl çamientos*, num. 28. alijs cõtrariũ asserẽtibus, vide licet inter immobilia computari, & sic releuare a satisdatione, Cynus, in d. l. hac edictali, §. his illud, C. de secund. nupt. Angel. in dict. l. sciendum, & ibi Fulgos. quod & sequitur Tiraquel. dict. glos. 6. numer. 12. & 13. prout seruat consuetudo Parisiensis, Præposit. in cap. 1. §. 1. col. 2. de feud. cognitio. Claud. in titulo de feud. rub. quæ res in feud. dari pos. col. 3.

In hac diuersitate licet secunda opi-

27 nio videatur a multis approbata, † tamen prima est verior ex tradditis per Ruin. vbi supra, & quia annua præstatio personalis, magis recedit a natura immobilium & sedentium, nisi deberetur prẽstatio personalis a fisco, aut a persona publica, quia cum sit idoneus debitor, l. 2. de fundo dotal. reputabitur inter immobilia præstatio illa personalis, Fulgos. & Alexan. in dict. l. sciendum, §. 1. & Ias. col. vltima, qui satisdare cogantur, quod est notandum, pro mercedibus annuis, quæ a Rege debentur alicui ad vitam, vulgariter dicimus, *juros de por vida*, Xuarez vbi supra, versic. vnum tene menti, vbi multa pulchra in

28 materia. Ratio assignatur per Doctores, quia debitum hoc fisci perire, vel extingui difficiliter potest, cum persona non pereat, secus si debeatur annuum debitum a priuato, qui fieri potest non soluendo, sicut in simili dicitur de vsufructuario, secundum Angel. & Alexan. in d. l. 2. §. 1. de fundo dotal. licet Ruin. vbi supra, etiam in hoc casu contrarium teneat.

In Regno autem, quo ad diuisionem faciendam inter hæredes deffuncti & superstitem coniugem, huiusmodi annui redditus habentur pro rebus mobilibus obseruantia item, de consuetudine 60. de iure dotium, etiam si dies illorum nec cesserit, nec venerit, ibi: *Etiam si non appareant tempore mortis*; quę verba (ne decipiaris) referuntur non ad fructus, de quibus ibi loquitur, sed ad annuos redditus, vt ita declarat Molin. in verbo, diuisio, versi. diuidendæ qualiter sunt pensiones, circa medium, Portol. in dict. obseruantia, & in verbo, diuisio, fol. 546 & in verbo, censualia. Hoc autem intellige respectu pensionum decursarum, & etiam respectu porratæ decursę, respectu enim istarum, & quo ad diuisionem tantum faciendam inter hęredes coniugis pręmortui, & superstitem coniugem, habentur pro mobilibus, & veniunt in diuisionem, dicta obseruantia item, de consue-

 tudine,

DECISIO C.XXIII.

De executione, & pignoratione iuris, seu nominis debitorum.

SVMMARIVM.

Nomina debitorum, & iura possunt capi in pignus & executari a iudice exequente sententiam.num.1.

Nomina debitorum, & iura pignorantes primo mobilia, secundo immobilia inquirere tenentur, ut ad iura & nomina debitorum perueniant.num.2.

Nomina debitorum & iura solet curia mandare vendi & de eis satisfieri creditoribus ut pignora corporalia, prout ita fuisse practicatum refertur.num.3.

Nomen debitoris cũ a iudice executatur, solet illud facere cõueniri ipse iudex & exigi, ut de pecunia ex acta creditoribus satisfiat.num.4.

Nominis debitoris quomodo debeat constare, ad hoc ut illud pignoretur, & a iudice executetur.num.5.

Creditor debitoris habet executionem priuilegiatam contra debitorem debitoris sui.num.6.

Nomen debitoris si ex causa iudicati capi potest, ita in vim instrumenti guarentigiati.num.7.

Instrumentum debiti, in vim cuius proceditur ad pignorationem, non efficitur dubium, nec obscurum ob solam negationẽ.n.8.

Casus manifestus & notorius, resultat ex instrumento.num.9.

Notorium per solam negationem non redditur dubium, nec offuscatum. num.10.

Debitum excipiendo & probando exceptionem, offuscat debitum manifestum.n.11.

Instrumenta de iure, quibusdam exceptis, eorumdemque actiones, & obligationes nullam habent executionem promptam, siue paratam, sed debent expediri & discuti ordine iudiciario seruato.n.12.

Nomina debitorum executari possunt, quomodocumque de illis constet, etiam si debitor neget debitum.num.13.

Instrumentum, quod non habet executionem priuilegiatam & promptam, nõ potest mandari executioni contra tertiũ.n.14.

Instrumentum quod producitur ad conuincendum negãtem, non producitur petendo ipsius executionem, quãm instrumẽtum non habet, sed solum ad probandũ malitiã negantis & probandum debitum.n.15.

Instrumẽta de iure non differũt.n.16.

Executio quæ fit in nomine debitoris in vim instrumenti priuilegiati, potest fieri in vim instrumenti non priuilegiati.n.17.

Executio cessat debitore, etiam malitiose, negante.num.18.

Executio fiet, & non cessabit, in vim instrumẽti priuilegiati, etiã si debitor neget; secus si nõ sit instrumẽtũ priuilegiatũ, nã tũc cessat executio per negationẽ debitoris.n.19.

Creditor non plus iuris habet in exigendo debitorem debitoris sui, quam ipse primus debitor habet.num.20.

Debitor opponẽdo exceptionẽ cõtra instrumẽtũ, cessat executio, & debet audiri.n.21.

Debitore tacẽte, & nõ opponẽte exceptionẽ, vel negãte, si statim appareat de malitia sua per probatã probationẽ, vel per suã cõfessionẽ & narrationẽ, fiet executio.n.22

Executio nõ fiet in vim instrumẽti nõ executiui, secus si sit instrumẽtũ executiuũ, nã tũc fiet executio in bonis, & nominibus debitoris, ita fuisse iudicatũ refertur.n.23.

Illud



1 Llud ante omnia expeditum est, posse nomina debitorum † & iura capi in pignus, & executari a iudice exequente sententiam aliquam, vt habetur in l. a Diuo Pio, §. in venditione, ibi: *Vel si nulla sint pignora soli, tunc peruenietur etiam ad iura*, & in §. sic quoque ibidē, ibi: *Sic quoque iudices exequantur, vt nomina iure pignoris capiant*. Et in l. etiā, C. de executione rei iudicatæ, vbi habetur, *etiam nomen debitoris in causa iudicati capi posse*, facit simili, l. 2. C. quando fiscus, vel priuatus, modo quo possunt nomina debitorum specialiter & generaliter pignorari, distrabique, vt de eis satisfiat illi, cui impignorata sunt, l. nomen quoque, C. quæ res pignori obligari possunt, est ve-
2 rum, quod in hac pignoratione † & distractione debet seruari ordo præscriptus in dictis iuribus, vt scilicet, primo mobilia, secūdo vero loco immobilia, quod si hæc non satis sint, vel non sint, tunc ad iura, & nomina debitorum deueniatur, d. §. in venditione ibi: *Quod si nec ea, quæ soli sint, sufficiāt, vel nulla sint pignora soli, tunc perueniatur etiam ad iura*. Et in d. §. sic quoque, ibi: *Sic quoque iudices exequantur iudicatum, vt nomina iure pignoris capiant, si nihil aliud sit, quod capi possit*. Sed hic aduertendum est, quod duplici via potest hæc pignoratio nominum & iurium fieri, vna
3 est, quod solet † curia mandare vendi nomen debitoris & pignora corporalia, & ex pretio soluere creditori, d. §. sic quoque, in fine, ibi: *An vero vendent nomen, vt pignora corporalia vendi solent, &c.* Prout fuit factum & practicatum in processu Augustini Capilla, super executione, in mense Decembris, anno 1609. in Regio Consilio, vbi fuit pronuntiatum, non obstante quadam compensatione executionem nominis debitoris fore finiendam & trançandam, vt latius videbis in decis. 88. Alia via est, quādo iudex
4 † facit conueniri illud nomen debitoris exigendo id, quod debetur, & in causam iudicati conuertendo, vt ex pecunia exacta satisfiat creditori, d. §. sic quoque, ibi: *Verum ipsi iudices conueniant nomē, ex geruque id, quod debetur: & in causam iudicati conuertente, &c.* quod & idem probatur in d. l. nomen quoque, C. quæ res pignori, &c. ibi. *Quare si debitor tibi non satisfaciat, ille, cuius nomen tibi pignori datum est, vtilibus actionibus tibi satisfacere, vsque id quod tibi debetur, a creditore eius compelletur, quatenus tamen ipse debet*, scilicet, secundus debitor, cuius nomen pignoratum est; & modus hic exercendi, conueniendique nomen debitoris practicatur quotidie, quando scilicet Petrus est mihi obligatus cum hypotheca suorum bonorum & iurium, soluere decem, & ipse Petrus habet obligatum Ioannem cum simili hypotheca rerum & iurium, cum instrumento guarentigiato. hoc casu; si Petrus est inops, vel pauper, soleo coram iudice allegare, quod ex quo Ioannes debet decem Petro, & Petrus itidem mihi debet decem cum hypotheca rerum & iurium, & nominum suorum, quod fiat executio in nomine debitoris, & sic in bonis Ioannis, & sic prouidetur quotidie; in hoc igitur modo exercendi & conueniendi nomen debitoris est examinandum nobis vnum dubium, quomodo, scilicet, debeat
5 † constare de illo nomine debitoris; si debitor neget, & qualiter debeat esse obligatū debitori meo, an simpliciter, an vero cum instrumento guarentigiato: & an hoc idem sit necesse, quādo curia pignorat nomen debitoris, quod omne sumpsit occasionem dubitandi a d. §. sic quoque, vbi determinat tex. quod solum potest per iudicem pignorari, intellige priuilegiare, debitoris nomen confessi, non vero illius, qui negat debitum, quia negatione videtur offuscatum debitum, & sic non meretur executionem. in hoc dubio fuerunt opiniones variç, sed tollendo non dubia, ille casus clarus est quando, scilicet, de nomine debitoris constat per instrumentum guarentigiatum, & seu confessionatū, tūc enim cū ex forma statuti habeat executionē, nedū paratā,

verum

verum & priuilegiatam, fiet executio in illo, licet debitor neget, & idem est, quādo de debito, & sic nomine debitoris cōstaret per instrumentum iudicati, confessionem partis, & ius iurandum, nam vt dixi de Inhibitionibus c. 2. §. 1. latius, isti casus equiparantur, & habent executionem priuilegiatam, iuxta l. post rem iudicatā de re iudicata, ita Bald. in d. l. etiam, C. de executione rei iudicatæ, in qua lege habetur, *quod nomen debitoris in causa iudicati capi potest, id est, priuilegiatè*, sequitur Alex. in dict. §. sic quoquè est, ibi Angel. omnino videndus, concludentes

6 omnes, quod sicut debitor † meus habet executionem priuilegiatam cōtra suum debitorem, eodem modo habeo ego cōtra eundem suum debitorem, non enim minus iuris habet creditor in exigendo debitorem sui debitoris, quam ipse primus debitor haberet contra debitorem sibi obligatum priuilegiatè, ita expressè probatur in l. nomen quoq; C. quæ res pignor. obligar. poss. vbi habetur, primo quod nomen debitoris potest pignorari generaliter, & specialiter, & postea subdit hæc verba: *Quare si debitor, cui tu credidisti, tibi non satisfecit, ille, cuius nomen tibi pignori datum est (nisi ei cui debuit, soluit, non dū certior à te de obligatione tua factus) vtilibus actionibus satisfacere tibi vsquè ad id, quod tibi deberi à creditore eius probaueris, compelletur, quatenus tamen ipse debet*. Elegantissima, & pregnantia verba in materia hac perpetuo menti tenenda, nam non solū probant id, quod quærimus, sed etiam quod secundus debitor potest soluere suo creditori, si à me primo creditore nō sit certior factus de obligatione mea. l. 3. C. de nouat. & quod etiam ipse secundus debitor non compellatur mihi soluere, nisi quantum debet, suo creditori, simulquè debitori meo, & quod etiam nomina debitorum pignorantur generaliter, & specialiter, hæc omnia probantur in illo fœcundissimo textu, ratio decisionis esse potest, quia si † nomen de-

7 bitoris ex causa iudicati capi potest, d. l. etiam, l. à diuo Pio, §. in venditione, §.

si quoquè, de re iudicata, idem dicemus fieri posse in vim instrumenti guarentigiati, quia in eo datur sententia legalis, confessio, & res iudicata in vim confessionis, & guarētigiæ virtute legis id disponentis, iuxta doctrinam Bartol. in l. cū vnus, ff. de bonis auctoritate Iudicis possidendis, & in l. peremptorias, numer. 19. C. sententiam rescindi non posse, & in l. ab executione, C. quomodo appellatio. non recipi. Prout sæpissimè per statuta terrarum, ita ordinari, & disponi dicit Bart. vbi supra, vide Rebuf. in tractat. de literis obligatorijs, art. 6. glos. 3. sub num. 37. vbi allegat text. in l. cum quasi, §. si plures, ff. de fideicommissar. libertat. vbi lex aliquando habet actum pro sententiato, super quo nulla vnquam fuit lata sententia, vt sic idem dicamus de Instrumento guarentigio confessionato exequibili, seu priuilegiato, quoad executādum, & capiendum nomen debitoris, & hoc non obstante, quod debitor secundus, cuius nomen executatur, neget de-

8 bitum, negatio † enim sola non efficit dubium, seu obscurum instrumentum debiti, in vim cuius proceditur ad pignorationem, seu executionem, ita ex Bald. refert Felin. in cap. si Clericus laicum num. 1. de foro competenti, Bald. in l. etiā 1. colum. C. de executione rei iudicatæ,

9 Nequè mirum, † quia ex instrumento resultat casus manifestus, & notorius, obseruantia, vsus Regni, de pignor. vbi dicitur debitum manifestum, quod resultat ex charta, obseru. Item differentia, eod. tit. imo dicitur casus euidens, qui resultat ex instrumento, cap. licet causam, vbi Abb. de probat. cap. audiris, vbi Butr. de in integrum restitutione: imo instrumentum facit rem notoriam; dixi latius de Inhibitionibus cap. 1. §. 4. num. 39. Noto-

10 rium † autem per solam negationē, absquè probabili ratione, non redditur dubium, nec offuscatum, Abb. in cap. tuanos, de cohabitā Clericorum. & in cap. si Clericus laicum, vbi Felin. de foro competenti, cap. super eo, de testibus cogendis: vnde remanet debitū probatum, & cum

cum instrumentum sit guarentigium, sequitur, quod sola debitoris negatio non impediet, quominus nomen debitoris capiatur priuilegiatè; ita Bald. Alex. & Angel. vbi supra, qui ita tenent ad limitationem dicti §. sic quoque. Secus † au-
11 tem esset si iste debitor exciperet, non tantum negaret, & exceptionem probaret, Alexand. de Imola in dict. §. sic quoquè num. 3. magna enim est differentia inter negantem, & excipientem, vt dixi de Inhibitio. vbi sup. nu. 38.

Maior dubitatio est, quando de nomine debitoris constat per instrumentũ purum, & simplex, non tamen guarentigiatum, seu priuilegiatum, tunc enim licet faciat fidem certã, & indubitatam, non tamen est exequibile sicut senten-
12 tia, instrumenta enim † de iure (quibusdam exceptis) eorumdemquè actiones, & obligationes nullam habent executionem prõptam, siue paratam, sed debent discuti, & expediri ordine iudicario seruato, parte citata, lite contestata, Angel. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore solut. matrim. & ibi Alexan. num. 6. l. minor. 25. annis, cui fideicommissum, ff. de minor. vbi Bart. Bald. & DD. l. ait prætor §. 1. ff. de re iudic. Angel. in §. illud, in Authen. de hæred. & falcid. Nos latissimè de Inhibitionibus, cap. 2. §. 1. vbi habes plenè, & in hoc casu sunt variæ opiniones, nam Alex. de Imol. in d. §. si quoquè num. 2. tenet indistinctè nõ esse differentiam inter instrumentum executiuum, & non executiuum, sed † quomo-
13 documquè constet de nomine debitoris per instrumentum, & sic probationẽ probatam, illud sufficiat, vt executio fiat in nomine debitoris priuilegiate, etiam si neget debitum debitor, quia iam per instrumentum constat euidenter de sua calumnia, & malitia, allegat pro se Bald. in l. 2. C. quando fiscus, vel priuatus, & ibi Cinus, Speculator in tit. de primo & secũdo decreto, §. restat, vers. quid ergo, vbi allegat l. fin. C. de compensatio. qui idẽ dicunt, quando euidenter constaret de calumnia negantis, & hæc fuit opinio Placentini in glos. l. 2. C. quãdo fisc. vel priuatus, & rationem elegantem assignat Alexan. vbi supra, num. 2. respondens tacitæ obiectioni, quæ fieri posset cõtra eum, scilicet, quod instrumẽtum,
14 † quod non habet executionem priuilegiatam, & promptam non potest mandari executioni cõtra tertium, vt latissimè diximus nos de Inhibitio. cap. 12. Xuarez in l. post rem iudicatam, vers. *Que las cumplades*, Imo nec contra aliquem habet executionem priuilegiatam de iure, vt
15 dixi supra, dicit enim Alexan. quod † instrumentum, quod producitur ad conuincendum negantem, non producitur petendo ipsius instrumenti executionẽ, quam instrumentum non habet, sed solũ ad probandum malitiam negantis, & debitum, & solum petitur executio sententiæ latæ contra primum debitorem con-
16 demnatum, & sic quo ad probationem malitiæ, inter † instrumenta non est differentia, l. cum proprietas, & l. cum precibus, C. de probat. cap. 2. de fide instrumẽtorum. Vnde resultat, quod sicut in vim
17 † instrumenti priuilegiati fit executio in nomine debitoris, videtur idem dicendum in vim instrumenti non priuilegiati, cum vtrumquè probet, & executio solum petatur in vim rei iudicatæ, & certè opinio hæc videtur colorata, tamen contraria est verior, quam tenet glos. in
18 dict. l. 2. vt † etiam si malitiosè neget debitor, cesset executio, quam glos. sequitur Bald. in dict. l. etiam, C. de executio.
18 rei iudicatę, dicens, quod † si volo conuincere debitorem debitoris mei negantem, & hoc per instrumentum guarentigium, fiet executio, non obstante, quod neget; quia est instrumẽtum executiuũ; si vero volo conuincere per instrumentum non priuilegiatum, & executiuum, tunc cessabit executio, hæc Bald. & hoc verius secundum Alexand. vbi supra nu. 2. in principio, & Bart. in dict. l. 2. C. quando fiscus, vel priuatus, & verè Angelus vbi supra hoc idem videtur tenere, dum dicit loquendo de his, quod hæc omnia intelligantur; quando primus debitor contra

contra debitorem suum haberet executionem paratam, non † enim plus iuris
20 habet creditor in exigendo debitorem debitoris sui, quod haberet ipse primus debitor, sed si primus debitor ageret cōtra suum debitorem, non ageret executiuè; ergo neque ego creditor exercebo illud nomen, nisi eodem modo, quo debitor meus poterat, & sic ordinariè, & non priuilegiatè, hæc Angelus, & hæc opinio mihi verior videtur, quia licet per hoc instrumentum probetur debitū (quod non negamus) tamen non habet executionem illud; cum non sit priuilegiatum. Neque executio rei iudicatę debet se extendere ad illud, quia habuit tantum effectum limitatum inter personas, inter quas lis fuit agitata. Verum est, † quod vbi debitor non opponeret
21 exceptionem contra instrumentum, & taceret, vel appareret euidenter de sua calumnia, tunc posset recipi contraria opinio, secundum Alexan. num. 2. dicentem, quod si opponeret debitor contra instrumentum exceptionem aliquam, quod deberet audiri, & cessaret executio, ita Salicet. in d. l. 2. concludens per l. fin. C. de compensat. quod vbi secundus debitor † nihil opponeret, sed tace-
22 ret, & idem si negaret, & appareret in continenti de malitia sua per probatam probationem, vel per suam confessionē, & narratiuam, quod fieret executio. & hoc sequitur de equitate Xuarez in d. l. post rem iudicatam, in declaratione Regni, vers. secundo quęro; mihi tamen in distinctè videtur, quod nullo modo fiat executio, † cum instrumentum debiti,
23 in cuius vim agitur, non sit executiuum; & licet malitiosè, & per calumniam neget, conuincatur de sua malitia, via ordinaria, vt est necessarium in vim superiorum, ita fuit iudicatum, quando de nomine debitoris constat per instrumentū priuilegiatum, in processu Proc. Astrict. Ciuitat. Cæsaraug. super inuent. bonorum lata fuit sententia, die 4. Iulij, sed fuerunt vota præstita, die 3. Iunij anno 1587. in Regia Audientia, Actuar. Ioan. Scartin: vbi inuentariatis multis bonis Ducis Villæ Formosæ, in domo Michaelis Palau, ad finē asseuerandi expēsas, in quodam processu criminali, cōtra dictū Palau, ad instantiam Procur. Astricti incohato, sub prætextu, quod dicta bona erant dicti Palau, postea constito, quod erant dicti Ducis, euenit quod Anto. Labata legum Doctor habebat obligatam Vniuersitatē de Pedrola, in magna quantitate, & dicta Vniuersitas habebat certas actiones, & obligationes priuilegiatas contra Ducem ratione cuiusdam indemnitatis per Ducem eis factę, & quod casus indemnitatis euenerat; Vnde dictus Labata, qui habebat obligatam Vniuersitatem, & omnia illius bona, & per consequens nomina debitorum, opposuit se in inuentario, & obtulit propositionem cum iure hominum de Pedrola sibi obligato, & sic cum nomine debitoris, & obtinuit pro illo iure in quantitate debita: ex quo resultat, quod nomen debitoris potest executari, & accipi per creditorem priuilegiate contra obligatos in eo, & hoc quando constat de dicto nomine debitoris per instrumentum priuilegiatum, vt dixi, aliàs autem si non constaret per instrumentum executiuum, tene, quod supradixi, & hęc sufficiant.

DECISIO C.XXIIII.

An appellatione bonorum mobilium, vel aliorum quorumcunq; bonorum in nostro tempore mortis repertorū veniant nomina debitorum, iura & actiones, & an donatio bonorum, quæ tempore mortis reperientur, sit conditionalis, scilicet, si aliqua reperiantur, & quid veniat in Legato Apothecæ relicto alicui.

SVMMARIVM.

IVRA, & actiones in Regno veniūt appellatione bonorum mobilium, quia non constituunt tertiam speciem bonorum, sicut de iure. num. 1.

Exce

in contemplatione matrimonij certa bona sedentia, post mortem dictorum coniugum promittentium, & in specie promisserunt domus propriç habitationis illorum, cum Apotheca, drogis simplicibus, & mixtis, zacharo, cera, medicinis, vnguentis, conseruis, floribus, confectionibus, aynis, & apparatibus necessarijs ad dictam Apothecam, & instrumentis elaborandi ceram, & cum omnibus bonis mobilibus adornatum domus, auro, argento, panicis, & alijs quibuscumquè bonis, quæ in d. domibus post mortem dictorum coniugum, exceptis censualibus, & etiam debitis, quæ vsquè in diem pactorum dotalium essent debita Apothecæ, vel ocasione illius, hæc enim debita sibi reseruarunt.

Accidit postea quod d. Martinus Gil nomẽ quoddam debitoris, seu debitum de nouo contractum post pacta dotalia, (contractum inquam in Apotheca, & in quibusdam pensionibus censualium decurrendis) vendidit Francis. Liñan, cumquè postea fuissent inuentariata bona Martini Gil mobilia, & quantitas etiam debiti fuisset depositata apud Regiam Audientiam, petebat Martinus Aybar quantitatem depositatam, & illud debitum sub prætextu, quod non potuit Martinus Gil dicti debiti venditionem facere, attento, quod dictum debitum erat contractum post pacta dotalia, & Martinus Gil solum reseruabat sibi debita contracta vsquè ad pacta dotalia, & in Regia Audien. fuit lata sententia in fauorem Martini Gil contra Martinum de Aybar, ex motiuo sequenti, in quo Domini Iudices negotium absoluerunt motiuo quodam communi, difficultatem intrinsecam omittendo, vide in processu Io. Gil super inuentariatione bonorum die 23. Iunij 1589.

Motiuum.

NEquè mandantur restitui Martino de Aybar principali. L. Caluo Procurat. in vim Capitulorum matrimonialium pro eius parte exhibitorum; quia attento illorum thenore, dies donationis eidẽ Martino de Aybar per Martinum Gil donantem factæ, de dictis bonis non dum cesserat, nec venerat, eo quod post mortem dict. Martini Gil prædicta donatio ei facta fuerit, & non antea, & sic eius petitio ante tempus mortis dict. Martini Gil admitti non potest alijs propositionibus repulsis.

Sed quia ab hac sententia habuit recursum Franciscus Liñan, per viam iuris firmæ grauaminum factorum ad Cur. Iustitiæ Aragon. ideo ibi de bono iure partium latissimè fuit cognitum, quo tempore iam erat mortuus Martinus Gil; & sic dies donationis cesserat, & venerat.

Et de duobus quærendum est primo vtrum Martinus Gil, & eius vxor Catalina de Aybar in pactis dotalibus eorum nepotum ex fratribus, nempè Martino de Aybar, & Mariæ Gil, donauerint credita contracta, vel eis quæsita post capitula matrimonialia, & donationem ab eis factam.

Secundo, vtrum per venditionem factam à Martino Gil, Francis. Liñan quinquaginta mille solidorum, in creditis cõtractis in Apotheca sua, & in pẽsionibus censualium decurrendis, potuerit preiudicium inferre Mariæ Gil donatariæ, quoad recuperationem quantitatis consignatæ in Regia Audientia, procedentis à credito formato post donationem prędictam in prædicta Apotheca dicti Martini Gil.

Et pro parte Mariç Gil vxoris Martini de Aybar, simulque donatariç faciunt
1 sequentia, nam in Regno † tantum habemus duas species bonorũ, bona scilicet mobilia, & sedentia, vt in superioribus decisionibus; adeò vt actiones, & iura tertiam speciem bonorum non constituant, vt ibi dixi: vnde opportet fateri in donatione mobilium à Martino facta in dictis pactis dotalibus iura, actiones, & credita

credita dicti Martini ei post capitula quæsita comprehendi, cum appellatione mobilium illa veniant in Regno, secundum obseruantias allegatas in præcedétibus decisionibus.

Secundo pro hoc facit, quia post donationem mobilium excepit Martinus Gil expressè censualia, & debita formata, vsque ad tempus dictorũ capitulorum, & ex hac exceptione colligitur per necesse comprehensa fuisse in donatione mobilium debita formanda post capitu-
2 la, operatur † enim exceptio, ne aliàs impertinens sit non præcedente materia, á qua dici possit facta, vt in dispositione & regula præcedenti comprehendãtur illa omnia, quæ aliàs non comprehenderentur, & sine qua comprehensione non esset exceptio de regula; cum semper debeat esse, Alexan. & omnes in l. fin. quod quisquè iuris, Dec. in cap. cum dilecta, num. 6. de confirmatione vtili, vel inutili, & cons. 197. nu. 3. Iass. in l. nummis, de in litem iuran. num. 12. Menoch. cons. 312 num. 7. Roland. cons. 12. numer. 54. in 4. Mandos. regul. 13. quæst. 7. nu 4. Aymon cons. 808. num. 2. DD. in l. 1. de regul. iur. Castrens. 79. num. 3. in 1. Iass. 69. num. 5. in 3. Aymon. 685. num 8. vers. aliter Menoch. lib. 3. præsumpt. 35. num. 19. Medic. de regul. iur. in præfat. num. 39. Iass. consil. 4. num. 14. & cons. 45. nu. 12. in 1. aliàs exceptio esset inepta, si sub regula non
3 comprehenderetur, cum exceptio † regulæ exclusio dicatur, l. 1. de exceptio. Bart. in §. ex hoc iure nu. 19. de iust. & iur. & priuatio præsupponit habitum, l. decẽ de verborum oblig. Aymon. d. cons. 685. vbi sup. & 808. Vbi exemplificat, veluti omnis homo currit, excepto asino, inepta esset, & ridicula exceptio, nisi igitur in præcedenti donatione debita post capitula contracta essent comprehensa, ineptissimè excepisset Martinus Gil debita contracta, vsq; ad capitula; sed quia comprehensa erant, ideo excepit debita formata, vsquè ad capitula, formãda autem post capitula manserunt comprehensa in donatione, quia cum reseruata, & excepta non fuerunt, in donatione remanserunt.

Quinimo etiam si debita post capitula contracta, sub regula non comprehen-
4 derentur, adhuc exceptio † facta de re, quæ in regula non continetur, intelligi debet, vt ampliet regulam ad comprehendendum ea, quæ aliàs sub regula nõ comprehenderentur, non facta exceptione, argum. l. si quando, de legat. 1. cap. si Papa, de priuileg. in 6. Dec. in cap. cum dilecta num. 6. colum. 2. vers. secus si exceptio, de confirmatione vtili, vel inutili, Roland. cons. 12. num. 55. cum sequentibus in 4. Menoch. lib. 3. præsumptione 97. à num. 35. Roman. 171. num. 3. Mandos. regul. 13. quæst. 7. num. 4. Medic. de regul. iur. in præfatione num. 43. Tiraq. de retract. lignag. ad fin. num. 96. dicens, quod si exceptio fiat de re, quæ de se in regula non continebatur, tunc ne exceptio sit superflua, & inutilis debet intelligi, vt ampliet regulam secundum qualitatem ipsius exceptionis, vbi Tiraquel.
5 supponendo, quod ad faciendam † oblationem retractus non sufficit generale mandatum, sed speciale requiritur, vt dixit in §. 1 lib. 1. glos. 10. vers. *De lans.* q. 17. num. 97. & ad fin. eiusdem lib. num. 94.
6 Hoc supposito quærit, † si quis sit procurator ad omnia, præter quam ad petendum restitutionem in integrum, & sic excipiatur vnus casus requirens speciale mandatum, vtrum talis Procurator possit facere oblationẽ retractus requirentem speciale mandatum, & num. 96. resoluit, quod poterit; quia ex quo est exceptus vnus casus requirens speciale mandatum, & qui sub regula non comprehendebatur, inde fit, vt amplietur regula ad omnia requirentia speciale mandatum, Dominic. in dicto c. qui ad agendum, §. 1. de procur. in 6. Alexan. in l. fin. ff. quod quisq; iur. & cons. 36. colum. 1. in 6. & cons. 203. in 7. allegat alios Tiraquel. Alexan. cons. 215. melius omnibus Dec. in l. 1. de regul. iur. à numer. 26. cum sequentibus, vbi per discursum resoluit, quod regula illa, qua dici solet, quod exceptio-

ceptiones sunt de genere regulæ, & quod sic exceptio non ampliat regulam, sed solum restringit eam in casibus contentis sub regula; imo quod exceptio
7 declarat regulam, quia † ex qualitate exceptionis declaratur, de quo genere regula loquatur. l. nam quod liquidè, de pęnu legata, & hoc ex eo, quia semper exceptio debet fieri determinis, & materia regulæ, & quod sic regula sub sui generalitate debet comprehendere omnes casus, etiam exceptos, qui non data exceptione inelnderentur sub regula, & quod sic exceptio, & regula debent esse eiusdem farinæ; vt si regula loquatur de homine, exceptio etiam de eo loqui
8 debet, non de asino, & quod licet † exceptio firmet regulam in contrarium, in casibus non exceptis, nam demptis casibus exceptis, alij sub regula remanent, eiusdem tamen naturæ, & qualitatis, nos latè de Inhibitio, cap. 5. §. 8. in regul. 3. ta
9 men quod talis exceptio † non ampliat regulam ad casus, qui sub regula non venirent exceptione non facta, exemplum in legato generali eorum, quæ in domo sunt non veniunt venalia, l. generali. §. idem quęrit, el primero, de vsufructu legato, l. si chorus, §. 1. l. si ita legatum, de legat. 3. modo si testator legauit vsumfructum eorum, quæ in domo sunt, excepto argento, non venient lanæ venales, quæ in domo sunt, dict. l. generali, §. vxori, & exceptio illa argenti, licet firmet regulam in contrarium in casibus non exceptis, non tamen ampliat eam, vt sub illo generali legato res venales includantur, quę aliàs non facta exceptione nequaquam continebantur, ita Bart. Florian. Abb. Imol. Alexan. & alij quam plures allegati per Dec. num. 29. ex quo argentum erat comprehensum sub regula, non facta exceptione, & sic non extenditur, sed satis operatur, quia regulam limitat, & cum veniat ad diminuendum, non debet operari augmentationē. l. legata inutiliter de lega. 1. Tiraq. vbi supra, num. 95. Totum hoc (vt ad argumentum reuertamur) procedere dicit Dec. vbi supra, quando est facta exceptio de eo, quod in regula continetur; quia tunc exceptio satis operatur restringendo regulam, vt in dict. §. vxori, & in exemplo per nos tradito de Inhibitionibus vbi sup. Secus autem erit, dicit Decius, quādo fit exceptio eius, quod sub regula non comprehendebatur; tūc enim (vt ad rationem reuertamur) ne exceptio superflua, & inutilis reddatur, regulam ampliat, secundum qualitatem eiusdem exceptionis ad similes casus non comprehensos sub regula, non facta exceptione, vt in exēplo tradito per Tiraqnel. ita Dec. num. 31. dicens, quod si facio Procuratorem generaliter ad omnia, non veniunt requirentia speciale mandatum, cap. qui ad agendum de Procurator. in 6. sed si facio te Procuratorē ad omnia, excepto ad deferendum iuramentum, hęc exceptio eius, quod requirit speciale mādatum, declarat regulā, & ampliat, vt omnia alia includantur, quæ requirunt speciale mandatum: ita Dominic. post Lapum in dict. cap. qui ad agendum, Euerardus in loco ab exceptione ad regul. num. 3. Roland. vbi supra. Alexan. vbi sup. Dec. num. 32. vbi dicit, quod si in casu dict. §. vxori esset facta exceptio de re venali, quæ in tali legato aliàs non comprehenditur, tamen virtute talis exceptionis regula generalis legati etiam ad res venales extenderetur, vt exceptio congrua sit, & aliquid
10 operetur, & in dubio fit † interpretatio, vt actus valeat, & licet inducta ad diminutionem non debent operari augmentum, tamen hoc fallit, quando aliàs exceptio, & actus non valeret; nam tunc inducta ad diminutionem operantur augmētum, ne inutilis fit dispositio, l. proculus de vsufructu, l. denique, §. interdum, & ibi Bart. de pęnnu legata; vnde concludendum est, quod dato, quod debita cōtracta, censualia, iura, & actiones non venirent in donatione præcedenti bonorū mobilium, quæ in domo reperirentur tēpore mortis; tamen exceptio debitorum contractorum, vsquè ad tempus capitulatio-

lationum matrimonialium, ne inutilis, & superflua fiat, operatur, vt sub donatione includantur debita postea contrahenda, licet non facta exceptione non includerentur.

11 Facit pro eadem opinione, quia † legatum Apothecæ, est legatum vniuersale, denotans vniuersalitatem debitorũ, & creditorum, tanquam nomẽ iuris, iuxta significationes, quas habet nomẽ Apotheca, de quibus Rebuf. in l. Taberna appellatio, ff. de verb. signif. Bald. in l. prædia, C. de fideicom. & ibi Iass. in fin. idem Iass. in l. si res obligata num. 24. ff. de leg. 1. post Angelus, & Paulus, in l. certo, ff. de seruitut. rusti. pręd. secundum quos omnes Apotheca nomẽ iuris est vniuersale comprehendens debita, & credita: vnde legata Apotheca resultat, legata esse etiam omnia debita, & credita facta in ipsa Apotheca: confirmatur hæc ratio, quia in alio inferiori capitulo pactorum dotalium expresè donatur dictis coniugibus à Martino Gil augmen-
12 tum Apothecę, augmentum † autem, secundum Philosophum primo de generatione, est additamentum præexistentis magnitudinis; idcirco cum magnitudo præexistens ipsius Apothecę, non solum consistat in rebus medicamentosis, & alijs, ex quibus Apotheca cõstruitur, sed etiam in creditis pecuniarum, cõtractis occasione ipsius Apothecæ, subrogantur enim pecuniæ loco medicamentorum vẽditorum, ex quibus redactæ sunt iam inde colligitur nomen augmenti debita contrahenda, & augmentanda, & merces augmentatas comprehendere, cum magnitudo pręexistens Apothecæ credita, & medicamenta contineat.

Posterior difficultas clarior est, nam cum credita formãda post capitula, quæ superessent tempore mortis, essent in donatione comprehensa; & Martinus Gil vendiderit simpliciter Frãcis. Liñan quinquaginta mille solidos in creditis suis, intelligendum est fuisse venditionem de creditis suis formatis ante capitula, & reseruatis, non vero de contractis post capitula, & dictis coniugibus donatis, argumento eorum, quę Doctores asserũt, prius transeundum esse per bona libera, antequam bonis vinculatis manus inijciatur.

13 Deinde, quando quis est obligatus † restituere, quæ supererũt tempore mortis, non potest interim, causa euertendi hanc obligationem, alienare bona, pulcher tex. in l. Titius rogatus, ad Trebel. l. Imperator, §. fin. de legat. 1. Bald. conf. 20. in 2. Alexan. conf. 58. nu. 11. in 3. Ruin. conf. 163. in 3. colum. 1. Paul. de Castro in dict. l. Titius, in dubio fraudulenter, & causa euertendi obligationem profitetur fuisse factam alienationem, & quamuis Bart. in dict. §. fin. fraudem & dolum probandum asseueret; tamen certum est
14 dolum † ex coniecturis probari posse, quod si vnquam coniecturæ fraudis, & doli in aliqua causa conspici potuerunt, in hac clarissimæ sunt, maximè ex eo, quia ipse Liñan nunquam fuit in possessione, sed venditor ipse, iuxt. for. fin. de emptione & venditione, & for. vnic. de reddit. regal. l. sicut, §. superuacuum, quibus modis pign. Mascar. conclus. 439. Menoch. cas. 39. Mozius tit. de diuision. contract. num. 60.

Sed his non obstantibus contrarium fuit resolutum in Curia Domini Iustitię Aragon. & pro hac opinione primo considerandum est, quod donatores considerantes, quod de iure dubitant Doctores,
15 an sub nomine † domus, vel domorum veniat Apotheca, idest, locus, seu edifficium Apothecę, in quo solet communiter distingui, an Apotheca sit incorporata, & introclusa in ipsa domo, & an detur aditus de domo ad Apothecam, vel non, vt in primo casu veniant, in secundo, secus, vt in l. Olimpico, ff. de seruitut. vrbanorum prędiorum, l. predij, §. penult. de legat. 3. l. arbor, §. de vestibulo, ff. com mun. diuidun. Benedic. in cap. Raynut. in verbo ortum, Mantic. de coniectur. lib. 9. tit. 2. num. 37. ob id, ad euitandum hoc dubium, exprẽssis verbis dixerunt, se donare domum cum Apotheca.

Et quia etiam poterat controuerti,& dubitari, an donarent tantum locum, & corpus Apothecę, an vero etiam drogas, medicinas, vel etiam si donabant Apothecam, prout est nomen iuris continens vniuersitatem debitorum, & creditorum, ideo ad tollendum dubium, dixerunt, quod dabant domus cũ Apotheca, drogis simplicibus, & compositis, zacharo, cera, medicinis, &c. exprimendo res corporales in dicta Apotheca existentes, & sic non fuerunt † comprehensa debita, & actiones tanquam incorporales, & quæ loco non circunscribuntur, vt dicam, sed solum res corporales, Bart. in l. cum pater, §. mensæ, numer. 9. de legat. 2. & sic nullatenus sub nomine Apothecæ potuerunt comprehendi debita, & non solum de dictis bonis fecerunt donationem donantes; sed etiam donarunt omnia bona mobilia, & suppellectilia domus, aurum, argentum, pannos, & alia quæcumquè bona, quæ in dictis domibus reperirentur tempore mortis donantium, vna sola differentia data in donatione inter mobilia bona, & immobilia, quia immobilia purè, & sine conditione fuerunt donata coniugibus, post mortem donantium, sed bona mobilia fuerunt donata conditionaliter, sub conditione potestatiua donantium, videlicet, si dicta bona mobilia reperirentur tempore mortis donantium in eorum domibus, quia illa verba: *Bona quæ in dictis domibus post mortem donantium reperirentur*, Habent † relatiuum adiunctum verbo de futuro, quod inducit conditionem, l. stichum qui meus erit, & ibi omnes de legat. 1. l. nuper, §. planè, & l. ea tamen adiectio de legat. 3. Garcia de expens. capite vigesimo secundo, numero vigesimo tertio, & sic perinde est, acsi dixissent, si in domibus reperirentur, & per consequens potuerunt donantes, & superstes eorum limitare effectum donationis, bona diminuendo, & sicut potuerunt donantes donationem non facere, potuerunt facere cum conditionibus sibi benè visis, & sic remanserunt bona mobilia subiecta conditioni, si tempore mortis in domo reperirentur; & sic non est iste casus similis illi, quo quis grauatur restituere hæreditatem post mortem suam, data sibi alienandi licentia ad subueniendas necessitates suas, de quo loquitur, l. Titius rogatus ad Trebell. & Authen. contra cum rogatus, C. eodem titulo, & sic argumentum contrarium diluatur; sed est noster casus, longè diuersus; quando scilicet quis

16 17

18 dat † omnia bona mobilia, quæ tempore mortis reperirentur in sua domo, quo casu reperta extra domum non erunt comprehensa in donatione. Decius consilio nonagesimo secundo, Gabriel consilio nonagesimo octauo, in primo volumine, Mantica de coniectur. libro nono, titulo tertio, numero decimo septimo: & cum etiam verba supradicta refferantur ad omnia; videlicet, drogas, medicinas, suppellectilia domus & reliqua mobilia, declarant donatores noluisse donare debita, nec vniuersitatem debitorum, sed solum res particulares, materiales, & corporales. lubat superiora aliud capitulum, in quo disponitur, quod morientibus Martino de Aybar, & eius filijs sine filijs, supradicta bona donationis reuertantur in Martinum Gil; verba illa sunt relatiua, † & debent intelligi de expressatis

19 corporalibus, & materialibus, & sic quæ oculis corporeis videri possunt, & non de hijs, quæ solo intellectus oculo intuentur, Bald. in Authen. hoc inter liberos, numero primo, C. de testament. Nata consilio 109. numero quarto. Hyppolit. Riminald. consilio 670. numero centesimo vigesimo quinto. Geminian. consilio vigesimo quinto, numero tertio. Bald. in l. legum, C. locat. Cum igitur applicando ad casum donatio sit facta de rebus corporalibus materialibus, tam respectu Apothecæ, quam domus, sequitur iura tanquam incorporalia non fuisse comprehensa;

deinde quando forent comprehensa iura, & actiones: quia tamen donatio fuit conditionalis, scilicet si, & quatenus tempore mortis reperirentur, resultat, quod cum dictum debitum, seu nomen debitoris fuit multo ante mortem Martini Gil alienatum, & venditum, nequè fuit repertum in eius bonis tempore mortis illius, non poterit pertinere ad dictum Martinum de Aybar donatarium, sed potius ad Franciscum Liñan emptorem.

Secundo in donatione Apothecæ, & rerum corporalium illius non possunt venire in nostro casu iura & actiones; quia licet aliàs comprehendantur debita & credita Apothecæ, quando Apotheca donatur, à verosimili mente donantis volentis dare vniuersitatem (etiam iurium) illud procedit, quando simpliciter donatur sine alio adiuncto: ita loquuntur Doctores allegati in cõtrarium. Secus autem est, quando donatio fit siue expresiè, siue ex iuris dispositione de rebus corporalibus, & materialibus, & quæ trina mensione metiuntur; idquè probatur attentis illis verbis: *Donarunt domus cum Apotheca, & drogis*, & illa coniunctio, cum, † coniungit accessoriè, &
20 non principaliter, Bart. in l. si cui, ff. de fundo instruct. Deinde coniunctio, † cũ,
21 ponitur inter similia, vel parum distantia, Abb. in cap. cum Matthæ. numer. 3. de celebratione Missarum, glos. in capit. quærellam, de simonia, latè per Antonium de Butrio in cap. in literis, el primero de restitutione spoliatorum, Bald. in rubrica, C. de institutionibus, 4. colum. pulchre per Socin. in l. si is qui ducenta. §. 1. de rebus dubijs, & ibi Castrens. Felin. in capit. quanto, de iudic. Innocen. in Clementina fin. de præbend. & si Apotheca intelligeretur, vt nomen iuris comprehendens debita, posset valere sex mille aureis, si tot debita essent, cum tantum valeret domus mille, quod esset contra naturam accessorij, ergo, &c.

Deinde cum expresserit drogas, medicinas, &c. visus est donator, sub nomine Apothecæ solum loqui de corporalibus, & materialibus rebus, & non incorporalibus, Bart. in l. librorum, §. sed etsi bibliothecam, de legat. 3. vbi
22 ex quo quis legauit † bibliothecam, in qua sunt libri, dicit constare manifestè, quod sensit de loco, & non de libris, & in simili si testator legat Apothecam panariam, per illud adiunctum probatur, quod intellexit de loco materiali, & corporali, & non de iure vniuersali, & sic non videtur legata mercantia, Bart. in l. si pater, §. mensę, numer. 9. de legat. 2. Petrus de Reuena in singular. 328. Couarr. practicar. quæst. cap. 11. numer. 5. Florian. in l. certo, de seruituti. rusticorum prædiorum, Menoch. cons. 339. numer. 9. Mantica de coniectur. vltimarum volunt. lib. 9. tit. 2. numer. 52. Vnde colligitur manifesta differentia, quando legatur Apotheca simpliciter, vel legatur cũ aliquo adiuncto, ex quo voluntas declaratur, & sic longè distamus á doctrina Iassonis, & aliorum in dict. l. prædia, C. de fideicõmis. vt in ratione dubitãdi diximus, quia hic donantur domus cum Apotheca, quæ aliàs includebãtur in donatione; quia erat incorporata in domibus, & statim dicit cum drogis, & reliquis speciebus, &c. quod est plus dicere, quam dixerat Bart. & Doctores vbi supra, quia si hic fuisset dictum, quod dabant domum cum Apotheca specierũ, non comprehendebantur drogæ; quia illud verbum specierum, pannariam, librariam, & similia ponuntur ad demonstrandum, quod dabatur solum locus Apothecæ, & non aliud, & si hoc ita esset, quanto magis in casu nostro, vbi dicitur cum drogis, zacharo, medicinis, & alijs speciebus corporalibus, ex quibus magis clare deprehenditur donantes non intellexisse de Apotheca, prout est nomen iuris, sed solum de Apotheca, idest, loco Apothecæ, & de drogis, & alijs speciebus, quæ sonant in res materiales, & corporales, & sic non de iuribus, & de-

bitis

bitis, & quia omissum in contractibus habetur pro omisso: probatur etiam illis verbis, & cum omnibus bonis mobilibus, quæ tempore mortis Martini Gil reperientur in dictis domibus, quę verba referenda sunt ad omnia bona, tam Apothecæ, quam domus, vt per Decium consil. 92. Gabriel. consil. 98. volumine 1. Mantica dict. lib. 9. titul. 3. numer. 17. vbi bene, facit l. quæsitum, §. 1. ff. de legat. 3. vbi testator ita legauit, argentum omne, & suppellectilem quemcumquè habeo, tibi dono, & quidquid in prędio Semproniano habeo, dubitatur, an in hoc legato comprehenderetur suppellex, quam in alijs prędijs testator habebat, dicit tex. hoc pendere ab arbitrio iudicantis, vt id obtineat quod testatori placuisse legatarius probauerit, & sic non veniet, nisi legatarius probet testatorem voluisse venire, vt ibi glos. verbo probabitur, dicens, *In dubio id tantum, quod in prædio Semproniano habetur, videri relictum, nam & illa demonstratio, & quidquid in prædio Semproniano habeo, superiora potest restringere*. Vnde in dubio in dicto legato non comprehendetur suppellex reperta extra prædium Sempronianum, Menoch. consil. 329. numer. 18. & numer. 21. vbi sequitur Decium consil. 92. & Socinum iuniorem consil. 98. numer. 44. in 1. volumine. Vnde infertur, quod in nostro casu illa demonstratio, *quæ in domibus reperientur*, videtur limitare, & restringere superiora, vt quæ extra domum reperirentur, non censerentur comprehensa in donatione, cuiusmodi est illud nomē debitoris venditum per Martinum Gil.

Pro choronide facit id, quod omnes rationes contrarias diluit, etiam si confiteamur de iuribus, actionibus, & nominibus debitorum comprehendendis donatores cogitasse, nam cum dictum sit de omnibus bonis, &c. speciebus, quæ in dictis domibus reperirentur, post mortem Martini Gil, iam inde sequitur iura & actiones, & nomina debitorum non fore comprehensa.

Ratio enim est, quia iura, † & actio-
23 nes non circunscribuntur loco aliquo, nec potest dici, quod sunt in tali domo, loco, seu spacio, est enim actionum, &c. iurium substantia incorporea, & impalpabilis, §. 1. inst. de rebus corpor. & incorpor. l. ciuitates, ff. quod cuiusquè vniuersitat. & ius quod incorporale est manu apprehendi non potest, & sic nullo loco hæc iura circunscribuntur: Quintilian. lib. 5. capit. 10. l. Caius de leg. 2. l. vxorem, §. legauerat, de leg. 3. ex quo fit, vt cum iura incorporalia verè non possideantur, l. sequitur, §. viam, de vsucapionibus, l. seruius, §. incorporalis, de acquir. rerum domin. capit. cùm Ecclesia, verbo quasi possessione, de caus. possessio, & propriet. & traditionem non recipiant, vt dicitur in dicto §. incorporales, ideo istarum dominium traditione, & possessione apprehensa non transit, iuxt. l. traditionibus, C. de pact. &c. l. si ager, de rei vendicat. vt fit in mobilibus, & immobilibus, sed sola pacientia sufficit in his incorporalibus, l. si ergo, §. 1. de Publician. Bart. in l. quotiens de seruitut. & cessio pro traditione habetur, glos. in l. vltima, C. quando fiscus, vel priuat. Bart. & alij in l. 1. C. de action. & obligat. Angel. cons. 179. columna 5. Alexand. consil. 184. lib. 6. Cumquè igitur diuersa sit substantia, & natura actionum, & iurium á natura rerum corporalium, cuiusmodi sunt res mobiles, & immobiles, etiam quo ad effectus, hinc fit, vt iura & actiones, cum corpore careant, nec tangi possint, non circunscribantur loco, vel spacio, & sic non veniant appellatione bonorum existentium in tali, vel tali loco, cum loco non circunscribantur, &c. hoc etiam si chirographi, & instrumenta, in quibus continentur nomina debitorum, sint in dicto loco, de quo sunt expressi, l. Caius de legat. 2. vbi testator instituit nepotem ex semisse bonorum, exceptis domibus paternis, in quib⁹ habito, cū omnib⁹ quæ ibi sunt, dubiū erat, an nomina debitorū censerentur excepta, quę erāt in

dicta domo, videlicet instrumenta debitorum, deciditur non venire, quia non censentur esse in domo, licèt instrumenta, ibi sint, vt dicit Paul. ibi, l. vxorem, §. legauerat de legat. 3. l. si mihi, §. 1. de legat. 3. vbi in legato facto de domibus, & omnibus, quæ in eis sunt, non veniunt instrumenta debitorum, l. si fideicommissum, §. tractatum de iudic. l. cum delanionis, §. vltimo, de fund. instruct. Vnde si dono quidquid habeo Cæsaraugustæ, non venient nomina, & actiones, etiam si instrumenta eorum eo loco sint, aut ibi debeantur, Bald. in l. 1. in principio, de statu homin. Dec. consil. 30. Corneus consil. 104. in secundo, Socin. cons. 101. lib. 1. Bald. in l. 1. de statu homin. latè Corneus consil. 49. lib. 4. Iass. in l. cunctos populos in 2. lectur. columna penult. de Summa Trinitat. & consil. 5. libr. 3. Ruin. consil. 155. libr. 3. Mantic. de coniectur. lib. 9. tit. 3. num. 13. & titul. 2. numer. 47. qui omnino videndus, quod tamen Benedic. in cap. Raynutius, verbo cætera bona, numer. 8.
24 intelligit, † nisi quis postquam disposuisset de aliquibus bonis, subiungeret, cætera autem bona hîc, & vbiquè sita, relinquo, dicens tunc nomina & actiones contineri: Sed nihil allegat, tu vide Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo bona, numer. 13. C. de reuocand. donat. & de retract. lignag. §. 1. glos. 7. numer. 5. & numer. 11. & numer. 30. Quorum ratio est, quia iura, & nomina debitorum non continentur in loco, sed concernunt totum patrimonium, vt in dict. l. si fideicommissum, §. tractatum de iudic. vbi Bald. hoc notat. Alexand. consil. 31. numer. 7. volumine 1. Mantic. vbi supra, dict. tit. 3. numer. 13. in nostro tamen casu id magis procedit, cum donatio sit restricta ad bona, quæ in domibus tempore mortis reperirentur, & sic excludit totum illud, quod non reperietur in dictis domibus tempore mortis, prout fuit illud nomen debitoris venditum ante mortem Martini donantis, & quando non fuisset venditum, & instrumenta nominum essent in domo, adhuc non venirent. Nam non ex hoc, quod instrumenta ibi reperiantur, dicuntur esse ibi nomina, seu debita; quidquod dictus Martinus Gil vendendo nomen vissus fuit donationem limitare, & quando nomen non fuisset venditum, adhuc non pertineret Martino de Aybar donatario, sed Hieronymæ de Amillon vxori, & hæredi dicti Martini Gil, ex quo nomen illud nõ fuit comprehensum in donatione.

Restat respondere ad rationes contrarias, & ad primam dicimus, & fatemur appellatione bonorum venire iura, & actiones de iure & foro, & in Regno inter mobilia computari, vt in præcedentibus decisionibus diximus; sed non inde sequitur iura, & actiones, licèt mobilia reputentur de foro venire sub dispositione bonorum certi loci, sicut nec venirent cætera bona mobilia, quæ extra illum locum essent: nam nec de iure, nec de foro, iura & actiones circumscribuntur loco, & sic in donatione facta de bonis existentibus in dicto loco non venient iura & actiones, quæ in dicto loco non sunt, vt in hac causa fuit iudicatum.

Ad secundam rationem dubitandi, quæ iuuenum, & aliorum ingenia turbare solet, quia distinctione non vtuntur; quam omnibus semper commendo, dicendum est, quod regula genera-
25 lis est, quod † exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, sub regula tamen comprehensis, nam non extendit regulam, vltra naturam ipsius regulæ, & sic extra casus, qui sub ea non comprehenderentur, exceptione non facta, & sic exceptio debet esse de terminis regulæ, & sic declarat, de quo genere regula loquatur: quia debent esse eiusdem qualitatis, & farinæ, vt si regula loquatur de homine, exceptio etiam de eo loquatur, & non de equo. l. generali, §. vxori, & ibi Bart. & alij, de vsufruct. legat. cũ alijs cõcordãtibus adductis per Feli. in c. quoniã frequen-

K

frequenter in principio, vt lite non contestata, Decius. in l. 1. numero. 26. de regul. iur. & vt supra ex Dec. latissimè diximus, allegat multos Tiraquel. de retract. lignag. ad fin. numer. 95. dicens, quod cum exceptio veniat ad diminuendum, non debet operari augmentum, l. legata, inutiliter de legat. 1. prout nos de Inhibitionibus vbi supra, & sic dici solet, quod exceptio est contra regulam in casibus exceptis, tamen in non exceptis firmat regulam in contrarium: intelligendo tamen quando omnes sunt de terminis regulæ, dict. §. vxori. verum hæc regula patitur vnam magnam limitationem, & restrictionem; Vt scilicet procedat, quando exceptio fit de eo, quod in regula continetur; tunc enim satis operatur restringendo, & limitando regulam, in eo quod excipit, dict. §. vxori qui est basis huius regulæ. Secus autem erit, quando exceptio facta est de eo, quod in regula non continebatur, tunc enim ne exceptio sit inutilis, & superflua ampliat regulam, & extendit secundum qualitatem ipsius exceptionis argumento, l. si quando, de legat. 1. & capit. si Papa, de priuileg. in 6. Tiraquel. vbi supra, numer. 96. Dec. numer. 31. vt diximus supra latè, & ita procedunt illa exépla de procuratorio ad retractum, & ad alia, & aliud exemplum ad limitationem §. vxori, de quo supra, & sic procedit contrarium supra positum, quod negari non potest, quia verissimum est sicut in vim istorum videmus multa practicari & recipi, & primo, id quod dicit Bald. in cap. 1. in princip. per quos fiat inuestitura, quod in generali confirmatione Papæ, excepto vno, quod sit contra ius, per hanc exceptionem inducitur confirmatio alterius etiam contra ius, quod aliàs confirmatum non censeretur. Deinde, quod licet regaliæ non comprehendantur, nisi specifica mentio agatur de eis, cap. 1. quæ sint regaliæ, Menochius de præsumptionibus, quæst. 7. numer. 20. Paris. de Puteo de syndicatu, vers. excedunt autem Barones, vbi multa ad propositum, cap. quoad translationem, vbi glos. & Doctores de officio delegat. tamen si in Regis concessione vna regalia fuisset excepta, reliquæ sub generalitate comprehenderentur: Roman. dict. consil. 271. num. 3. Menoch. vbi supra, numero trigesimo quinto, Decius consil. 197. numer. 3.

Sed hæc limitatio intelligenda est procedere, quando verba regulæ quæ debent ampliare non repugnant, quia generalia sunt, & de sui natura comprehendunt exceptionem, licet restringantur propter verisimilem mentem disponentis, vt in cap. qui ad agendum de procurator. in sexto, vbi verba mandati generali, scilicet ad omnia, apta sunt comprehendere casum requirétem speciale mandatum, & sic exceptio de tali casu ampliat regulam ad similes casus requirentes speciale mandatum; quia verba regulæ non repugnant, sed potius conueniunt exceptioni de natura verborum, sic etiam in cap. fin. de officio Vicarij in sexto, vbi in concessione generali facta per Episcopum suo officiali non veniunt ea, quæ requirunt speciale mandatum; sed si excipiat Episcopus collationem beneficiorum poterit officialis alia exercere, quæ requirunt speciale mandatum. Ita Dec. in dicta l. 1. numer. 37. contra Ancharran. in dict. cap. fin. Aret. & alios quos allegat Dec. vbi supra, & idem est in casu, §. vxori si testator legat omnia quæ in domo sunt, excepta lana venali, venirent omnia venalia, quæ aliàs in dict. legato non venirent exceptione non facta. dict. l. generali, §. idem quæsijt, & ratio istorum est, quia verba conueniunt, & sunt generalia, & de sui natura non repugnant exceptioni, vt licet videre per dicta exempla: secus autem esset si verba regulæ repugnarent: quia tunc regula per exceptionem nullo modo ampliatur, dato quod exceptio fiat eius rei, quæ sub regula non continetur, sed imo

potius exceptio iudicatur inepta, & vt talis reijcitur, ita Paul. de Castr. in l. in his, ff. de legibus, & ibi Bald. dicentes, quod stante statuto, quod debet solui gabella de omni instrumento continente summã centum librarũ, excepto instrumẽto procurationis, quo casu regula statuti loquitur de re ęstimabili, exceptio autẽ de re inęstimabili, in hoc casu, propter qualitatem exceptionis regula statuti non extenditur ad instrumenta facta de rebus inęstimabilibus; sed potius exceptio inepta reputatur, & reijcitur secundum Paul. ex eo, quia verba regulę non conueniũt, quę loquitur de re bꝫ ęstimabilibus, & ita in hoc casu tradit Io. Baptista de SãctoSeuerino, in l omnes populi, col. 76. de iustitia & iure, in contrarijs autem casibus, verba regulæ sunt generalia, & secundum qualitatem exceptionis extensionem patiuntur, ita sequitur Bart. in dict. §. vxori, Socin. conf. 47. num. 3. in 1. volum. Dec. in d. cap. cum dilecta. vbi idem concludunt, quod reijciatur exceptio superflua, potius quam ampliet, ita Alexan. conf. 14. num. 4. in 7. sic ergo in casu nostro, sub donatione bonorum existentium in Apotheca & domo, non veniunt iura, & nomina debitorum, ratio est, quia quantum attinet ad ius cõmune, & veritatem realem certum est †
26 iura, & actiones nominaquè debitorum ex propria suaque ipsorum natura, nec mobiles esse, nec immobiles res, sed tertiam quandam speciẽ constituere; Abb. in cap. nulli, de reb. Eccles. non alienand. Alexan. in addit. ad Bart. in l. mouentiũ, ff. de verb. sign. horum enim substantia, & natura incorporea est, & impalpabilis omni dimensione carens, vt sic, nec tangi, tradi, palpari, & per consequens, nec circunscribi loco aliquo possint, vt dixi supra, ex Tiraquel. dict. glos. 7. num. 11. & glos. 6. num. 3. Licet ex iuris, & fori dispositione habeantur, aliquando pro mobilibus, vel immobilibus, sed quantum ad corpoream substantiã, tam de iure, quam de foro, ex naturæ ipsius vi differunt in substantia á rebus corporalibus: vnde cum non circunscribantur loco, nec spacio; resultat euidenter de iure, & foro, sub appellatione bonorum existentium in tali loco, vel spacio non posse venire iura, actiones, & nomina debitorum, cum non possint esse in loco, ex quo carent dimensionibus, quæ loco proportionantur: vnde, & per consequens cum verba regulæ non conueniant, nec possint comprehendere exceptionem, nec ad id sint apta, sed repugnent illi, dicendum est, quod illa exceptio debitorum contractorum, vsquè ad capitula, tanquam facta de re, quæ sub regula non comprehendebatur, nec poterat comprehendi, non possit ampliare regulam ad casus, sub regula non comprehensos, vt dixi propter repugnantiam regulæ cum casu excepto; sunt omnino videndi, Alexand. & Socin. vbi supra, quia sunt in similibus terminis, & in confirmationem, Cagnolus in l. 1. numer. 34. de reg. iur. Couarr. lib 2. varia. resolut. cap. 5. numer. 9. Gozadin. conf. 26. num. 48.

Ad tertium autem respondetur per ea, quæ supradicta sunt, scilicet non esse donatam Apothecam, quatenus est nomen iuris, & comprehendit vniuersitatem debiti, & crediti, sed tantum corpus materiale illius cum rebus corporalibus in ea existentibus, scilicet drogis, medicinis, & cæteris speciebus, & in hunc eundem modum debet accipi augmentum, scilicet rerum corporalium Apothecæ, quod patet in illis verbis: *Augmentum in Apothecafactum*. Nam illa dictio, in, denotat intrinsicitatem in loco, perinde ac si dixisset, *Dentro la bottega*, quia quando † illa dictio deseruit 27
ablatiuo casui, denotat dictam intrinsicitatem, Bart. in l. 1. §. in publico, ff. de flumi. Alexand. consil. 22. numer. 8. in 4. volumin. Romanus consil. 376. vbi late de hac decisione. Deinde quia augmentum † debet esse eiusdem qualitatis cum suo principali cui accedit, l. etiã,
28 C. de iure dotium, Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 1. glos. 18. numer. 51. 52. & clausula

sula prima magis declarat sequentem, quam secunda primã, Bart. in l. quisquis, de leg. 3. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glos. 14. num. 25.

Neq; vltima ratio obstat † hic siquidem non est quis obligatus restituere quod tempore mortis reperietur, quo casu non potest grauatus alienare causa euertendi obligationem, sed sumus in casu longe diuerso, scilicet, quando quis donat tantum, quod in domo sua reperietur tempore mortis, quod potest, sicut non donare, vt dixi supra: & in vim superiorum fuit id omne iudicatum in dict. processu Francis. Liñan, super iurisfirma grauam. fact. in Cur. Iusti. Aragon. die decimoquinto Nouembris, anni millesimi quingentesimi nonagesimi quarti. Vbi fuit pronunciatũ pro secũda opinione, in fauorem Francis. Liñan, scilicet nomina debitorum non circunscribi in loco, & sic iura, & actiones non venire appellatione bonorum in dispositione facta de bonis in tali loco existentibus. & talem donationem fuisse conditionalem, & alia quæ pro secunda opinione dicta sunt.

Motiuum.

EX eo, & aliàs mandantur restitui Francisco Liñan pecuniã pęnes Regiam Audientiam depositatam per Abbatem Montis Aragonum integram, & sine aliqua diminutione; quia satis cõstat per publicum instrumentum venditionis, Martinum Gil vendidisse dicto Francisco Liñan debita omnia, quæ sibi debebantur ex mercibus, & aromatibus, & medicinis suæ Apothecę, vsquè ad diem dictæ venditionis, & sic Franciscum Liñan effectum fuisse dominum totius debiti per dictum Abbatem manifestati, & totius pecuniæ per illum depositatæ, tanquam procedentis ex medicamẽtis & mercibus ab eo acceptis ex Apotheca Martini Gil, ante celebratam dictam venditionem; vnde Frãcisco Liñan ius, & actio fuit quæsita ad recuperandã totam, & integram quantitatem per dictum Abbatem pęnes iudicem à quo depositatam. Neque intentioni Frãcisci Liñan obstant quæ pro parte Mariæ Gil princ. Melchioris de Salas procur. opponuntur de Capitulis matrimonialibus initis, inter Mariam Gil, & Martinum Scobar coniuges, in quibus Martinus Gil, & Catherina de Aybar coniuges inter alia promiserunt, & donarunt Martino de Scobar, & Mariæ Gil, in contemplationẽ matrimonij domus suæ propriæ habitationis, cum Apotheca, aromatibus, sacaro, cera, medicamẽtis, vnguẽtis, &c. & alijs instrumentis necessarijs ad Apothecam, & cum alijs quibuscumquè bonis, quę in dicta domo post eorũ obitũ reperirentur. Quia per huiusmodi donationẽ solũ res materiales, & corporales, & oculis subiectas, quę post eorum mortem in dicta domo reperirentur, visi sunt donare voluisse, nõ autẽ debita, & debitorũ nomina, quę loco non circunscribuntur, vt manifesti iuris est, & sic appellatione bonorũ, quæ in domo suæ habitationis post eorũ obitũ reperirentur, verificari nõ potuerunt, & ideo comprẽhendi non potuerãt. Neque dubitandũ est, quod illa verba, quę in suo domo reperirentur post eorum obitũ in fine posita referenda sint, non solum ad bona mobilia domus, sed ad aliàs res in Apotheca existentes, quia certi iuris est, quod qualitas adiũcta in vna re ex pluribus exprę̃ssatis, eadem ratione ad omnes aliàs porrigitur. Itẽ quia prędicta donatio nõ fuit pura, sed cõditionalis, de his videlicet rebus & bonis, quæ tã in Apotheca, quã in ipsa domo tẽpore eorũ mortis reperirẽtur, vt dictũ est. vnde licet sub ea dispositione nomina debitorum essent comprehensa, ea solũ intelligenda forent, quę tẽpore mortis extiterint, nõ autem ea, quę aut alienata, aut recuperata per donãtes fuerunt, quod eis facere licuit; quia suæ donationi, & in re propria cõditionẽ, pactũ, & modũ, quẽ maluerũt apponere liberũ fuit eis, & quemadmodũ Mart. Gil,

ante suum obitum desserendo Apothecam suam, merces,& alia bona ibi, & in sua domo existentia distrahere licuit super quibus nulla ei fuit mota controuersia, ita etiam debita recuperare, & alienare iure optimo potuit: minime etiam obstat,quod in dictis Capitulis matrimonialibus ab illa donatione excipiuntur censualia,& debita ex Apotheca procedentia,quæ tempore donationis existebant, quæ sibi donatores reseruare voluerunt,ex quibus videri poterat cætera censualia,& debita post donationem cōtracta,minime excepta fuisse, sed in donatione esse comprehensa,nam licet exceptio firmet regulam in non exceptuatis,nusquam tamen illam ampliat, neq; extendit ad hoc, vt comprehendat ea, quę aliàs, si exceptio apposita non foret, de sui natura minimè comprehenderentur sub regula;imo si verba regulæ repugnent contentis in exceptione,sancitum est potius exceptionem remanere debere superfluam, quam vt effectum operetur ampliandi ea, quæ de sui natura sub regula non includuntur; vnde cum appellatione mobilium, & rerū in Apotheca,& domo existentium,debita minimè comprehendantur,cum a loco non circunscribantur,prædicta exceptio, siue reseruatio operari non potuit, quod debita post donationem contracta in donatione prædicta continerentur. Item quia quando debita prædicta sub donatione comprehendi alicui videri posset, foret intelligendum cum eisdem met pactis & conditionibus, quibus cætera mobilia donata fuerunt, videlicet si tempore mortis donantium in domo sua reperirentur, quæ conditio adimpleta non fuit,cum per Martinum Gil multo ante suum obitum fuerint alienata,& vendita in fauorem Francisci Liñan; deniquè nō refragatur, quod in dictis Capitulis augmentum in Apotheca faciendum reseruatur donatarijs,quia non constat pecuniam depositatam processisse ex aliquo augmento in Apotheca facto, quia debuerat de capitali & principali præconstare,vt augmentum ab eo deductum eē ferretur. Item quia augmentum debet regulari iuxta naturam rei augmentatæ, & debet esse eiusdem naturæ, & conditionis, cumquè donatio res materiales mercium medicamentorum in Apotheca existentium contineat,de eisdem met rebus,& augmentum cēseri debet, cum clausula præcedens efficatius declaret sequentia,quam è contra: ex quibus, & alijs satis constat MariamGil nullum ius habere ad recuperationem pecuniæ depositatæ, & ideo merito totam & integram Francisco Liñan fore,& esse restituendam,pronunciandum videtur.

Et idem etiam fuit iudicatum in processu patronorum Beatæ Mariæ de Magallon, super executioneComandæ oblata 17. Augusti 1611. in Regia Audien. Actuar. Scartin, ibi enim domina Elisabetha Iauar in suo testamento, legauit Beatæ Mariæ de Magallon omnia bona mobilia, quæ reperirentur in domo & hermita sua dictæ B. Mariæ, fuit ibi reperta quędam Comanda, & instrumentum crediti, in quadam arca dictæ Elisabethis,& quia actiones, & nomina debitorum non circunscribuntur loco, fuit declaratum dictam Comandám non pertinere ab Beatam Virginem Mariam, seu ad eius heremitam,& quod sic appellitus oblatus pro eius parte non erat in casu prouisionis.

DECISIO C.XXV.

Quomodo is, qui obtinuit in possessorio inferiori,seu litependente, tenuta,seu recredentia, possit obtinere in plenario possessorio vti possidetis, contra non collitigantes, seu eos, qui non se opposuerūt in summario possessorio.

SVMMARIVM.

Citari possunt in plenario possessorio iuris firmarum non collitigantes in summario possessorio inferiori.num.1.

Sen-

Sententia ferenda in processu iuris firmarum, siue cisterno, siue externo, præiudicabit sententiæ litis pendentiæ prius latæ, n. 2.

Iudicium possessorium plenarium correspondet interdicto, Vti possidetis. num. 3.

Possessionem naturalem, seu meram detentationem habens, obtinet in iudicio possessorio inferiori contra habentem ciuilem. num. 4.

Remedia possessoria an competant detentatori, remissiue, num. 5.

Possessionem ciuilem habens, obtinet in articulo iuris firmarum, & plenario possessorio contra habentem naturalem, quando per naturalem turbatur ciuilis, secus econ-
26 *tra. num. 6.*

Interdictum retinendæ cui & quomodo concedatur, remissiuè. num. 7.

Commissarius curiæ, respectu collitigantium, non dicitur possidere, secus contra tertium, qui non est collitigans. num. 8.

Commissarius curiæ, qui possidet rem per triginta annos, præscribit contra tertiũ non collitigantem, & contra eum gaudet omnibus priuilegijs, ac si non esset commissarius curiæ. num. 9.

Præscribens, licet interrumpatur ciuiliter ab vno, continuabit contra alios præscriptionem. num. 10.

Apprehensio & sequestrum solum, inducunt quandam interuersionem ciuilem, quæ solum operatur effectum, quantum ad collitigantes, secus quo ad alios, & quomodo hoc verum sit. num. 11.

Possessio vna & eadem esse non potest pœnes duos, respectu eiusdem iuris. num. 12.

Possessio ciuilis perditur ex eo, quod illam habens non admittatur per habentem naturalem. num. 13.

27 *Possessio ciuilis perditur eo ipso, quod quis suspicatur se posse repelli. num. 14.*

Sententia litis pendentiæ quomodo præiudicet collitigantibus, & non collitigantibus. num. 15.

Sententia iudicis priuat aliquem a sua possessione, & præiudicat, quando procedit vt iudex, & in figura iudicis, etiamsi iniuste procedat, secus si vt priuatus. num. 16.

Spoliatus etiam a priuato, si verosimiliter rem recuperare non potest, propter potentiam spoliantis propria authoritate, amittit ciuilem possessionem. num. 17.

28 *Apprehensio & sequestrum idem sunt. num. 18.*

Sequestrum necessarium fit iudicis authoritate. num. 19.

Sequestrum quando conseruat possessionem, vel quando ab ea priuat. num. 20. 21. & 51.

Restitutionem postulans confitetur se non possidere. num. 22.

Apprehensio solum operatur inter collitigantes, non quo ad tertios, qui in processu non se opposuerunt. num. 23.

Obtinens in iudicio possessorio inferiori obtinebit in plenario possessorio contra non collitigantes, tradditurque motiuum. n. 24.

Immemorialis possessio habet vim tituli. num. 25.

Scientia & patientia requiritur in præscriptione iurium incorporalium. num. 26. & 46. fallit tamen, vt num. 28. & declara, vt num. 29.

Incorporalia traddi non possunt. n. 27.

Possidens præsumitur possidere in vim tituli præcedentis. num. 30.

Confessio est maior probatio omnium aliarum probationum. num. 31.

Con-

Confessioni suæ, quis contrauenire non potest. num. 32.

Instrumentum est probata probatio notoria & manifesta. num. 33.

Instrumentum pro se habens habet casum legis. num. 34.

Appellitur de tollifortiam datur ad tuendum in possessione eũ qui missus est in eam, quod est idem, quod interdictum ne vis fiat ei. num. 35.

Testes de vniuersitate non sunt idonei pro sua vniuersitate. num. 36.

Testes vniuersitatis quando agitur de pascuis non sunt idonei pro vniuersitate, etiam de iure. num. 37.

Testes plures numero præualere debent. num. 38.

Forus por quanto de apprehensionibus intelligitur. num. 39.

Dictio (en el dicto articulo) est repetitiua & relatiua præcedentis articuli. num. 40.

Relatio restringitur & limitatur ad illud, quod in relato continetur tãtum, & non amplius. num. 41.

Via solum præcluditur non collitiganti in illo processu tantum, in quo non se opposuit. num. 42.

Iuri suo censentur partes renuntiare per lapsum termini. num. 43.

Renuntiatio stricti iuris est. num. 44.

Viæ præclusio an intelligatur in articulo illo tantum, & in processu in quo non se opposuit quis, an vero extendatur ad alios articulos. num. 45.

Quasi possessio tanquam fragilis facile amittitur. num. 47.

Quasi possessio probatur per capturam pignorum in incorporalibus. num. 48.

Præsumptio amotionis foliorum semper stat contra eum, cui interest illa amotio. num. 49.

Exemplum, non exhibito originali fidem non facit, num. 50. sed fallit vt num. 51.

Factum Principis semper præsumitur, sine tertij præiudicio. num. 52.

Iura & seruitutes semel acquisitæ auferri non possunt, sine consensu adquirentis. num. 53.

Obseruantia subsecuta declarat, quid fuerit antea factum. num. 54.

Collitigantes & non collitigãtes in quo differunt. num. 56.



AD Instantiam Ioannis de Esteruelas vicini Villæ de Leçera, fuerunt apprehensi termini loci de Muniessa, respectu areę foralis, & factis præconijs foralibus, inter alios se opposuerunt iurati & concilium loci de Muniessa, & obtulerunt propositionem, respectu dominij & iuris prohibendi extraneos, & fuit eorum propositio recepta, & oblata cautione forali, fuerunt missi in possessionem, & obtinuerunt prouisionem de tolli forciam, aliàs ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est, & fuit præsentata iuratis loci de Moneba, qui de Moneba non se opposuerant in d. processu, nec propositionem aliquam, nec cedulam reseruæ dederant, & hoc non obstante dicti de Moneba intrarunt in articulo iuris firmarum, & seu plenario possessorio, & fecerunt citari iuratos de Muniessa, de duobus fuit quæsitum.

1 Primo, an iurati de Moneba potuerint citare † in possessorio plenario iuris firmarum, attento quod non fuerant collitigantes in summario possessorio litis pẽdentiæ, & fuit resolutum quod sic, tanquam in processu externo, non autem tanquam in cisterno & succedaneo diffe-

differentia est maxima, quia in primo casu non leuabit fructus perceptos in summario, & lite pendente, in secundo vero casu sic, cum habeat appendicem a possessorio summario, de qua materia vide latius in decisione sequenti, vbi latè. Et
2 sic quod † sententia ferenda in processu iuris firmarum, siue cisterno, siue externo; præiudicabit sententiæ litis pendentiæ prius latę, vt ibi dicetur.

Secundo fuit dubitatum de bono iure partium, & quis obtinere deberet, cũ omnes possessionem probarent, & vnus ex dominis iudicauit in fauorem loci de Muniessa, ex sequentibus; ex quibus etiã apparebit deffectu iustitiæ iuratorum
3 de Moneba, supponendo, quod hic agimus in pleno † possessorio, quod correspondet interdicto vti possidetis, in quo agitur de vera possessione, & sic nullus potest obtinere in hoc iudicio sine possessione, l. 1. & toto tit. ff. & C. vti possidetis, §. in retinendæ institu. de interdict. &
4 quamuis † in articulo litis pendentiæ, vbi agitur de possessorio inferiori, habẽs naturalem possessionem, vel meram detentationem, obtinere debeat contra habentem ciuilem possessionem, vt in foro item, por dar forma, & in foro ajustando de apprehensionibus. Et quid de iu-
5 re, † an detentatori competant remedia possessoria latè Gomez, in l. 45. de Toro, num. 11. 12. 13. vbi latè, quia in illo articulo solum agitur de mero facto, vt per Bart. in l. 3. §. hoc interdicto, ff. de itinere actuque priuato, num. 10. Paul. in 2. vol. conf. 3. l. 2. §. fin. si seruit vendicetur, ta-
6 men † in articulo iuris firmarum, & plenario possessorio contrarium reperitur; quia in eo habens ciuilem possessionem obtinet contra habentem naturalẽ, quãdo per naturalem turbatur ciuilis, vt latè Menoch. de retinend. remed. 3. num. 22. aliàs autem, si per naturalem non turbatur ciuilis, vterque obtinebit, vt in emphyteota, feudatario, & alijs similibus Bart. in l. 1. §. interdictum, num. 3. & §. fin. num. 5. vti possidetis & generaliter cui
7 hoc interdictum † retinendæ concedatur, & quomodo vltra Menoch. vbi sup. vide Gomez vbi supra, num. 168. cum sequentibus. Constito autem, quod ipsi de Muniessa possident ciuiliter & naturaliter, & iurati de Moneba, qui sunt actores nullo modo possident, obtinebunt illi de Muniessa. & quod iurati de Mone-
8 ba non possideant constat; quia licèt † commissarius curiæ, respectu colligantium, non dicatur possidere, cum sub manu regia possideat, vt per Rebuf. 1. tom. tractatu de sententijs executorialibus, art. 6. glos. 1. num. 14. Gomezius, in regul. triennia. quæst. 22. respectu tamen tertij, qui non est colligans, censetur plenus; & verus possessor, num. 101. nu. 198. aliàs num. 86. 166. 167. Gomez vbi sup. hocque est de mente fori item, por dar forma, & fori declarando de apprehens. Et hinc
9 videmus, quod commissarius † curiæ, qui possidet rem per triginta annos præscribit contra tertium, qui non est colligator, & etiam tertius contra illum, & gaudet omnibus priuilegijs aduersus alios, ac si non esset commissarius curiæ, quia quo ad alios liberas ædes habet, l. loci corpus, §. competit, ff. si seruitus vendicetur, facit l. fulcinius, §. verum, & §. illud ex quibus caus. in possessionem eatur, vbi solus ille potest impetrare venditionem bonorum debitoris latitantis, si aduersus illum latitet, non si aduersus alios, quem ad hoc adducit Rebuf. vbi su.
10 num. 200. Gomezius vbi sup. dicens, † quod præscribens licet interrumpatur ciuiliter ab aliquo, continuauit contra alios præscriptionem, Bartol. in l. naturaliter de vsucapio. Abb. in cap. illud de præscriptio. Bart. in l. fiscus, de iur. fisc. ratio istorum est, quia per apprehensionẽ, & sequestrum solum inducitur quædam interuersio ciuilis, quæ solum operatur
11 effectum, † quo ad colligantes, non tamen quo ad tertios, Rebuf. d. nu. 200. DD. supradicti, facit l. intra quatuor, ff. de diuersis & temporalibus præscriptionibus, quod verum est, quantum ad interruptionem ciuilẽ, quæ fit per citationem, vel litis contestationem, vt hic, secus

cus autem esset in interruptione natura li causata ex defectu alicuius ex substan tialibus requisitis ad praescriptionem, vel rem de qua agitur; tunc enim interruptio & interuersio facta ab vno operatur quo ad omnes & alijs proficit, & sic in regula de Triennali cum pro substantia requiratur triennalis, & pacifica possessio, si aliquis faciat eam litigiosam, interrumpet naturaliter etiam ad beneficium aliorum; & in praescriptione etiam si quis doceat de mala fide, interrumpet naturaliter, cum bona fides sit de substantia, & proderit omnibus inter ruptio; in nostro vero casu solum est ciuilis interuersio facta per apprehensionem, & sequestrum, respectu tantũ colli tigantium, & sic operabitur tantum quo ad litigantes, non vero quo ad alios, qui non fuerunt collitigantes in apprehensione vt sunt Iurati de Moneba, & ita de bono stillo solẽt in prouisionẽ apprehen sionis apponi verba illa *saluo iure partium tam super proprietate, quam super possessione.* Bart. in l. naturaliter, num. 14. 19. de vsucap. glos. in l. cũ notissimi. §. sedet, in verbo, innouata, C. de praescription. triginta vel 40. annorum, & est communis, vt per Balbum de praescription. 3. p. 6. p. principalis, in 4. q. num. 46. vers. Tertio quaero.

Sed dicet aliquis, quod ex hoc solum resultat, quod iurati de Municessa possunt continuare possessionem, & praescribere contra non collitigantes non autem con tra collitigantes, quibus iura sua sunt re seruata, & non amiserunt possessionem; quia quo ad illos commissarius curiae est obtinens & victor, non tamen inde sequitur id quod quaerimus, scilicet, quod iurati de Municessa probent melius posses sionem ad quod respondetur manifeste, quia obtinuerũt sententiam, in lite pen dente & possessorio, & fuerunt missi in possessionem iudicis mandato, eamque exercuerunt per aliquot menses, respectu iuris prohibẽdi quoslibet extraneos, & sic possessionem naturalem & ciuilem nacti sunt cõtra iuratos de Moneba, qui tertij sunt & non collitigantes, & quos fateri oportet nullam habere possessionem, & per consequens obtinere in hoc plenario possessorio non posse; quia ea-
12 dem possessio † penes duos esse non potest, respectu eiusdem iuris & causae, l. 3. §. ex contrario, de acqui. posse. Bart. in d. l. 1. §. interdictum, & in §. fin. idem, in l. si duo, ff. vti possidetis: nec obstat quod homines de Moneba haberent ciuilem pos sessionem, nam illã amiserunt; perditur
13 † enim ciuilis possessio, ex eo quod illã habens non admittatur per habentem naturalem l. clam possidere, §. qui ad nũ dinas, de adquir. possess. l. si id quod, §. fin.
14 eod. vbi perditur ciuilis eo ipso, † quod quis suspicatur se posse repelli, sententia enim litis pendentiae praeiudicabit iuratis de Moneba, quo ad amissionem ciuilis possessionis; sciebant enim, vel scire debebant, quod non poterant de facto possessionem ciuilem recuperare, & sic amiserunt illam Ruin. cons. 58. & cons. 28 num. 10. in 4 Natta, cons. 412. & hoc
15 omne resultat ex tenore † sententiae litis pendentiae; in ea enim, tam his qui dederunt cedulas reseruae, & eorum iura fuerunt reseruata, quam his qui dederũt propositionem litis pendentiae & succubuerunt, remanet ius illaesum, integrum & reseruatum, sententia enim illis non praeiudicauit, nisi solum in illo articulo & commissione curiae; cõmissarius enim curiae, qui obtinuit respectu illorum, nõ dicitur possidere nomine proprio, sed tantum curiae, & vt commissarius illius ad vtilitatem omnium; & licet ille, cuius iura sunt reseruata, non possit obtinere in alio simili articulo litis pendentiae alterius apprehensionis, respectu illius iuris, quod sibi competebat, tempore quo dedit cedulas reseruae, illud ideo est, quia obstat illi exceptio rei iudicatae, quae oritur ex prima sententia, quae quo ad illum transacta fuit in rem iudicatam, & illi praeiudicauit, ex quo propositionem non dedit, contentus reseruatione iurium sibi facta; verumtamen, ipse non desijt possidere, propter illam sententiam, si posses-

possessionem habuit. Ex quo fit, vt tam ipse quam ille, qui propositionem dedit & subcubuit; si intrent in artic. plenarij possessorij obtinebunt, si possessionem habuerunt. Totum contrarium est, respectu illorum, qui nec cedulam reseruę, nec propositionem dederunt, & sic non sunt colitigantes. Quia cum sententia non reseruauerit illis ius aliquod, imo præiudicauit, sequitur inde, quod qui eã obtinuit consequitur veram possessionem, & alij eam amittunt, vt dixi. Ex quo resultat, quod qui obtinuit, poterit potiri priuilegio commissarij curiæ in his, quæ sibi expedirent, veluti ad obtinendum prouisionem de tolliforiam, & seu ne vis fiat ei qui in possessionem missus est, contra non colitigantes, & colitigantes, ne eum turbent in sua possessione, aliàs puniuntur, & quando expediet sibi veræ & propriæ possessionis priuilegio frui, poterit contra non colitigantes, omissa commissione Curiæ veluti præscribendo contra istos tales eo modo quo præscripsisset non data commissione: & in hoc possessio commissarij curiæ producet effectus veræ possessionis contra colitigantes, cõtra quos non præscribet, & sic vna met possessio producit varios effectus diuersimodè, vt in l. 1. §. fin. ff. vti possidetis.

16 Quod autem dixi iudicem † sua sententia priuarę possessione illum, contra quem est lata, intellige quando processit tanquam Iudex, & in figura iudicij, etiam si iniustè procedat, secus autem si procederet tanquã priuatus, non citãdo possessorẽ, nam in primo casu, non dicitur iudex expoliare possessorem possessione sua, in secundo vero caso sic, quia non processit vt iudex. Et tunc possessor non perdit ciuilem possessionem, sicut nec perderet si à priuato fuisset expoliatus, capit. conquærente de restitutione expoliatorum, vbi glos. & Abb. Aymon. consil. 302. & nos late diximus in decisione ad materiam Recursus hoc voluit Ruin. consil. 58. io 4. Nata. 402. dicentes, quod si iudex non citat possessorem, sententia, nec missio in possessionẽ non priuant eum possessione, pulchre Molin. in verb. expoliatio. verbo expoliatus ibi me non vocato, qui omnes clare sentiunt, quod si fuisset vocatus possessor, amisisset ciuilem possessionem per sententiam, ex quo propria authoritate eam recuperare non potuisset. Ruin. vbi supra. & hinc dixit Rebuf. vbi sup. quod missus in possessionem Iudicis sententia quo ad colitigantes nõ possidet, sed respectu nõ colitigantium est verus possessor, & consequitur effectus. veræ possessionis; intelligendo tamen, quod Iu-

17 dex processerit vt iudex, non vt priuatus. Expoliatus † etiam à priuato, si verosimiliter rem recuperare non potest, propter potentiam expoliantis, propria authoritate amitit ciuilem possessionẽ, l. si id quod. §. fin. de acquiren. possess. vbi Bart. & omnes in l. clam possidere. §. qui ad nundinas eod. tit. vnde cum hîc Iurati de Mosoba fuerint citati per preconia, & publicum proclama, & priuati possessione, taliter, quod ea verosimiliter recuperare non potuerunt à Iuratis de Miniessa propria authoritate, cum authoritas Iudicis resistat, sequitur euidẽter quod nõ habuerunt possessionẽ, nec habent ad obtinendum in hoc articulo.

18 Nec obstat si dicatur, quod apprehensio † idem est, quod sequestrum foro. ad nostrum, iuncto foro aiustando & foro statuimus de apprehensio. Bardax. in rub. de apprehensio in princ. numer. 1. Et

19 cum fiat † Iudicis authoritate, dicetur sequestrum necessarium, ex notatis per Rebuf. tom. 3. ad constitutiones tit. de sequestris, artic. 1. glos. 1. numer. 7. & in l. 109. de verbor. significatione fol. 602. vers. necessario, & sic homines de Moneba, non videntur amisisse possessionẽ;

20 quia sequestrum † necessarium non priuat possessione, l. propriè. l. licèt. depositi, l. sequester de verbor. significat. Bal. & Salicet. in l. vnica C. de prohibit. sequestri. Cardin. & alij in Clement. vnic. de sequestra possess. Briher. decis. 172. in i. latissime Mandos. in regul. 34. quæst. 43. num. 5.

num.5. dicens communem, nam respondet † hoc procedere in sequestro non
21 decisso per sententiam, quod possessionem conseruat, ad beneficium partium, secus autem, si lata sit sententia in fauorem vnius partis, adiudicando ei possessionem, nam & illa transfertur per sententiam, & victi eam amittunt, vt dixi.

Confirmatur hæc eadem opinio, quia Iurati de Moneba se ipsos exclusserunt
22 petēdo † sibi restitui hos terminos; quia eo ipso confessi sunt, se non possidere, Couarr. practicarum quęstio. cap. 17. numer. 3. vbi admonet agentem illo remedio, interim, quod est litis pendentiæ, ne asserat se spoliatum, quia in eo ipso excludet se ipsum, & idem est in interdicto vti possidetis, quod correspondet artic. firmarum, quia in vtroquè sine possessione non potest obtineri, Menochi, de retinenda remed. vltimo, numer. 29. Ex his regulis colligitantium deducitur primo, quod si tempore apprehensionis Petrus posideat aliqua bona, & præscribit contra Ioanuem, & postea contingat bona illa apprehendi à tertio, & Petrus se opponat in apprehensione, Ioannes autem non, quod per talem apprehensionem, non interrumpetur præscriptio cepta contra Ioannem, imo continuabitur & perfici poterit, etiam bonis existētibus penes curiam. Ratio est, quia per apprehensionem Petrus non amisit possessionem, imo semper retinuit illam cō tra Ioannem non colligantem, & sic præscriptio non fuit interrupta quo ad illū, qui in processu non se opposuit, cum sit interruptio ciuilis causata per apprehensionem, quæ solum operatur inter colligantes, non autem quo ad tertios, qui in dicto processu non se opposuerunt.

Deducitur secundo, quod si dicta bona iterum apprehendantur, & Ioannes se opponat, & etiam Petrus, obtinebit Petrus contra Ioannem, cum illa possessione, quam tempore secūdæ apprehēsionis habebat, & si deinde Ioannes in illo secundo processu intentat articulū iurisfirmarum, seu plenarium possessorium, posito quod erit articulus cisternus, ipse Petrus obtinebit, cum illa possessione, quam habebat tempore secundæ apprehensionis; quia licet per secundam apprehensionem, in qua Petrus & Ioannes se opposuerunt, Petrus non possit dici possidere respectu Ioannis, cum sit colligitans, veruntamen post secundam apprehensionem remansit sibi illa possessio, quam tempore secundæ apprehensionis habebat cōseruatam, cum qua obtinebit, & Ioannes non poterit obtinere cum possessione, quam pręten debat habere ante primam apprehensionem; quia posito, quod illam haberet, ex quo tamen non se opposuit in processu, illam amisit, & illa fuit acquisita Petro, cuius propositio fuit recepta, quę sibi illæsa remansit post secundam apprehensionem, in qua Petrus & Ioannes non potuerunt aliquam possessionem acquirere de nouo, cum vterq. sit colligitans in secunda apprehensione: Quare cum in casu nostro, tempore primæ apprehensionis, in processu Ioan. de Esteruelas, non se apposuerint homines de Moneba, amisserunt possessionem suam ciuilem, & illam acquisierunt homines de Muniessa, qui se opposuerunt & obtinuerunt sententiam, & cum ea obtinere debent in hoc possessorio plenario, & articulo iuris firmarum, externo tamen, non cisterno, nec sucedaneo, & ita vnus ex dominis iudicauit in fauorem hominum de Muniessa in curia Domini Iustitiæ Aragon. in processu Ioann. de Esteruelas super apprehensione in artic. iuris firmarum, die primo Aprilis, anno 1594. cuius votum licet non pręualuisset, tamen quia est vrgentissimis iuris fundamentis munitum, ac summe eruditum, decreui illud tibi hîc apponere, nam exempla non necessario sequenda sunt.

Motiuū vnius ex dn̄is.

EX eo & alias quia constat de iure & possessione, seu quasi iurium, rerum & bo-

& bonorũ, superquibus fuit firmatũ. Et primo, quia cum in pręsenti processu & causa fuerit per sententiam declaratum, esse procedendum in eo tanquam in extraneo, & de per se, & non tanquam in cisterno, & dependenti à processu apprehensionis Ioannis de Esteruelas in huiusmodi Curia habito & actitato, in quo inter alios Iurati & Concilium Loci de Muniessã se opposuerunt, & suam propositionem obtulerunt respectu dominij & iuris prohibendi, & vetandi à partita apprehensa suorum terminorum quosuis extraneos, &c. & recepta eorũ propositione & præstita cautione forali fuerunt misi in possessionem bonorum, & iurium apprehensorum, deinceps vero fuerit præsentata prouisio de tolli fortiam Iuratis loci de Moneba nomine totius Concilij ad instantiam loci de Muniesa; & Concilium de Moneba in dicto apprehensionis processu non se opposuerit, nec propositionem aliquam obtulerit, etiam referuę, impossibile est, quod possit in huiusmodi articulo iuris firmarum obtinere, quia regulatur ad instar interdicti vti possidetis, in quo necesse est probare verã & plenam possessionem, seu quasi, saltem tempore litis contestationis, quod tamen Concilium de Moneba facere nõ potuit, cum eo tempore non possideret, quando quidem licet in mandato de apprehendendo, iura partium reseruentur, tam super possessione, quam super proprietate, ita vt Iudex neminem sua possessione priuare intendat, hoc solum est respectu se opponentium, & collitigantium in dicto processu. nam licet alicui ex collitigantibus bona apprehensa adiudicentur, & in eorum possessionem mitatur, & fructus sequestrati restituantur, iste talis respectu collitigantium non dicitur verus possessor, nec possessionem aliquam adquirit, nequè tempore aliquo præscribit, quod secus omnino est respectu non collitigantium & non se opponentium in eo processu. nam respectu illorum Commissarius Curiæ verus est possessor, & facit fructus suos, & præscribere incipit, & tenet alienatio in præiudicium istorum de rebus apprehensis facta, etiam non obstante, quod, qui non se opposuit tempore apprehensionis ciuiliter, & naturaliter possideret, quia vtramquè possessionem amisit, nõ se opponendo, etenim cũ possessio respectu eiusdẽ iuris, & causæ pęnes duos esse non possit, Commissarius Curiæ respectu non collitigantis naturaliter possidet, & ciuiliter, & vtramquè possessionem adipiscitur, de naturali non est dubium, cum fuerit missus in possessionẽ, & rei insistat, & de ciuili etiam, quia ex ea possessione consequitur veros effectus possessionis ciuilis, videlicet adquisitionem fructuũ, quia eos facit suos, & ius præscribendi, quia præscribit contra non collitigantem, & in eius præiudiciũ tenet & valet alienatio rei apprehensæ, licet enim respectu collitigantium omnia ista cessent, tamen respectu non collitigantis liberas ędes habet; quia non collitigans non potest se iubare de aliqua possessione anteriori naturali, vel ciuili, quarum vtraquè priuatur, naturali, quia rei non insistit iam, nequè ciuili, quia non potest propria auctoritate naturalem recuperare, quia contraueniret præcepto Iudicis, & prouisioni de tolli fortiam, & ne vis fiat, &c. & sic ex quo suspicatur, vel debet suspicari, imo aperte videt se propria auctoritate, & impune possessionem naturalem recuperare non posse, animo desinit possidere, & sic possessionem ciuilem amittit. licet enim possessio ciuilis animo retineatur, hoc solum procedit, quando talis possessor libere potest vti re, & possessione naturali illius: Secus autem quãdo datur impotentia vtendi tali re, tunc enim vere amittitur, quia deficit fundamentum, in quo possessio ciuilis insistit. Item quia quando aliquis mittitur in possessionem auctoritate Iudicis non solum cõsequitur naturalem, sed etiam ciuilem possessionem, quam turbare nõ poterit verus possessor, nec recuperare natu-

naturalem, saltem quando fuit vocatus, & citatus, hoc enim extra omnem dubitationem est, neque de animo & voluntate Iudicis dubitandum est hoc agere voluisse, quia per sequestrum, siue apprehensionem solum intendit prouidere & consulere collitigantibus, ad quorum vtilitatem tantum iura sua & fructus reseruat, non autem non collitigantibus, quandoquidem isti non possũt litigiosi vicium aut exceptionem opponere contra missum in possessioné, nam vicium litigiosi non egreditur causam, neque litigantes, & sic nõ collitigans nõ poterit gaudere, neque se iuuare de lite mota, aut de reseruatione per Iudicem facta, quia respectu illius Commissarius Curiæ paeifice & sine lite dicitur posidere, & lis primi & secundi non facit rem litigiosam cõtra tertium. & hinc est, quod licet per sequæstrum, & apprehensioné inducatur interruptio naturalis, ita vt quãdo bona sunt sequæstrata nullus collitigantium de sua possessione se iubare potest, tamen respectu non collitigantis, vtiq. id facere poterit, & possessione Curiæ se iuuare, si opus fuerit ad complemẽtum præscriptionis, quandoquidem quo ad tertios non interrumpitur ciuilis possessio; nam si commissarius Curiæ ante apprehensionem ciuiliter & naturaliter possidebit, non obstante apprehensione, erit continuata illius possessio, & pacifice dicetur possedisse, quo ad tertios non se opponentes, licet secus quo ad collitigantes, vt dictum est; quod in iure nouũ non est, vt eadem possessio respectu diuersorum diuerso iure cẽseatur, & quod respectu vnius sit iusta, & respectu alterius non, item, & quod vni noceat, & nõ alteri, qui morosus, aut negligens non fuit. Cum ergo constet Iuratos & Concilium Loci de Muniessa, tanquam Dominos suorum terminorum extitisse in qua si possessione prohibendi extraneos, & inter alios vicinos de Moneba respectu iurium per illos prætensorum, & in processu litis pendentiæ suam propositioné obtulisse, eamque fuisse receptam, & in possessionem missos, & ex eo acquisiuisse possessionem ciuilem & naturalem, obtinere debent contra Concilium de Moneba, cum careat vtraq. possessione, & (vt dictum est) illam amiserit. Item, quia etiã vtrorumq. iuribus, & possessione consideratis, circumscriptis omnibus supradictis, cum iure communi potior sit conditio prohibentis, probatio facta per Concilium de Muniessa per multa pignora, absque contradictione hominum de Moneba videtur sufficiens ad adquirendam quasi possessionem iuris prohibendi vicinos de Moneba; nam sicut in iuribus incorporalibus, quasi possessio vniuersitatis per actus singulares vicinorum suorum conseruatur, ita etiam per actus singulares prohibitiuos obtemperatos amittitur absque aliqua alia scientia, & pacientia vniuersitatis, & ita merito iudicandum fore censemus.

His tamen non obstantibus, quattuor ex Dominis iudicarunt totum contrarium, in faborem scilicet Iuratorum de Moneba, ex rationibus sequentibus: Supponendo, quod homines de Moneba ex diuersis titulis habent ius depascendi, & aliàs seruitutes in toto territorio, & communi latifundio Cõmunitatis de Guessa, in quibus titulis vicissim se admittũt omnes illi populi dictæ Communitatis ad omnes vsus, tanquam si essent vicini, iuxta glos. pactionibus, §. penultimo, instit. de seruit. §. fine testamento, institu. de vsufructu. & etiam habent † immemorialem, quæ habet vim tituli, & est
25
sufficiens, cum seruitutes istæ habeant causam discontinuam, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua, quo. & æsti. l. Foramen in princip. & §. 1. de seruit. late Cepola de seruit. rusti. prædi. cap. 4. de seruitut. iuris pascendi, nũ. 6. vers. 2. & n. 12. vers. 4. & num. 24. & capit. de montibus, nu. 19. Parisius consil. 111. num. 45. & 46. volum. 1, Balbus de præscrip. 4. par. glos. 5. Chassan. in consuet. Burgun. rubr. 13. §. 5. ver. habitans, num. 16. Couar. lib. 1. var. cap. 17. num. 11. Padilla in l. si aquam, C. de seruit. & aqua, numer. 32. & in hoc concor-

concordant ius commune & forus, quia etiam de foro sufficit immemorialis, Molin. in §. præscriptio. de præscriptione immemoriali, in princ. obseru. 3. de pascuis, obseru. fin. de præscrip. obseru. itē si homines, de aqua pluuia arcend. & cum his titulis allegatis tantum, vel immemoriali, quæ (vt dixi) vim tituli habet, & probata quasi possessione istorum iurium per 10. annos inter præsentes, vel 20. inter absentes, remanebit probatus titul⁹, & constitutio istorum vsuum, & seruitutum, glos. in l. seruitutes prædiorum, & ibi DD. de seruitut. glos. l. 1. §. deniquè 2. de aqua pluuia. Cepola dict. cap. 9. de seruit. iuris pascend. num. 24. & de Montib. num. 19. prope fin. Parisius dict. consl. 111. num. 46. volum. 1. Padilla vbi supr. nu. 33. Couar. vbi sup. num. 11. Et in hoc est aduertendum, quod licet in præscriptione
26 † iurium incorporaliū requiratur scientia, & patientia, quia hæc est loco possessionis, l. quoties via, de seruitutib⁹, aliter enim, cum sint res † in corporales tradi
27 non possunt, vt diximus in superioribus decisionibus, vbi egimus, an iura veniant appellatione bonorum mobilium, vel im
28 mobilium, tamen hoc omne fallit † in præscriptione immemoriali, in qua non requiritur scientia, & patientia aduersarij, Olascus late decis. 101. nu. 19. cum seq.
29 quod intellige, quando immemorialis † ius nō resistit fortiter, vt in seruitutibus depascendi, altius erigendi, & similibus, vbi non resistit fortiter ius, Couarr. vbi supra, secus vero si fortiter resisteret, nā tunc immemorialis requirit scientiā, & patientiam; ita Olasc. & Couar. vbi supr. qui late. Et cū semper possiderint homi-
30 nes de Moneba, præsumuntur † possedisse in vim suorū titulorū præcedentiū, iuxta glos. in vers. sufficiebat in l. quędā, mulier, C. de rei vendi. Mascard. de probat. concl. 1197. ratio est, quia non est præsumendū aliquē incipere possidere sine titulo. l. minus, de aeq. pos. Angel. in d. l. quādā mulier. nu. 4. Bald. n. 6. & consi. 10. nu. 7 in 5. & ad acquisitionem horum iurium iniustus titulus sufficit, Parisius dict. consil. 111. numero quarto, vt lum. ine primo.

Superiora maxima iuuantur, quia in concordia cōmunionis facta anno 1400. fatentur omnes loci cōmunis de Guesla, quod homines de Moneba habebāt omnia iura, & seruitutes, sicut alij omnes dicti comunis, quę confessio eis nocere de
31 bet, † cum nulla maior probatio, quā propria oris confessio, l. cū á matre, C. de rei vend. l. cum te, C. de transact. Aymon cō sil. 61. nu. 3. Roland. consl. 98. n. 11. & 12. vol. 4. Menoch. consl. 21. nu. 14. volu. 1. & huic
32 † confessioni non possunt confitētes contrauenire, DD. citati, & hoc multo magis procedit, quando confessio est instrumē
33 talis, vt in hoc casu; † nam instrumentū est probata probatio, notoria, & manifesta. l. interest, vbi Angel. not. vlti. C. de solutio. Roland. consl. 76. num. 8. vol. 1. & consl. 79. nu 47. eodem vol. & qui habet
34 instrumentum † pro se habet casum legis, Bald. consl. 215. num. 3. volu. 1. Roland. consl. 4. num. 24. volu. 2. & in anno 1554. obtinuerunt homines de Moneba in litis penden. cuiusdā prouisionem detolli
35 fortiā, † seu ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est, vt nullus turbaret eos in sua possessione, iuxt. l. 1. ne vis fiat ei, &c. Nata consl 707 nu. 3. in fin. & num. 4. Menoch. de retinen. possess. remed. 1. num. 4. 6. & 10. Et super possessione hominum de Moneba deponunt viginti testes, producti pro eorum parte, & septem alij testes, producti per homines de Blessa, qui sunt æque interessati cum hominibus de Muñessa, & hij omnes testes deponunt de quasi possessione hominum de Moneba, & pluribus actibus in præsentia custodum de Muñessa, vsquè ad tempus apprehensionis; testes autem hominum de Muñessa sunt 19. & ex his tredecim sunt vicini de Mu-
36 ñessa, † qui pro sua vniuersitate non sunt idonei testes, obseruan. nota, quod si petitio, de probatio. Molin. verb. vniuersitas, dicens, id verum esse nōn habita distinctione rationis scriptæ, & iuris communis, an scilicet deponant super

L iure,

iure, quod secundario resultat in fauo-
rem vicinorum, vel non; nam in Regno
id omne sublatum est dictis obseru. & de
37 iure etiam, quando † agitur de pascuis,
& nemoribus, testes vniuersitatis non ad
mittuntur, Bald. in l. parentis, C. de te-
stib. Roland. cons. 22. num. 13. volum. 2.
Couar. practic. quæst. 9. cap. 18. num. 4.
Menoch. casu 106. Mascard. conclu. 1416.
Vnde sublatis his testibus præualere de-
bent testes de Moncba, vt plures nume-
38 ro, † c. in nostra de testibus, vbi DD.

Maxime, quia, vt dictum est, sequestrũ
apprehensionis possessione non priuat,
nec Iudex apprehendẽs habuit intentio-
nem priuandi possessione partes, vt in
superioribus diximus, quare merito po-
tuerunt homines de Moneba continua-
re possessionem suam, vt continuarunt.

Nequè his obstat, quod homines de
Moneba non se opposuerunt in processu.
Io. de Esteruelas, & sic non possunt obti
nere in hoc articulo iuris firmarũ, super
quo extẽditur, quia respõdetur, quod fo
39 rus, † *por quanto*, de apprehensionibus so-
lum præcludit viam non se opponenti, vt
non obtineat in illo artic. litis pendentiæ
tantum, vbi non se opposuit, non autẽ in
alio, probatur in illo ver. *En el dito* † *artic.*
40 &c. quæ dictio est relatiua, & repetitiua
præcedentis articuli, Bart. in l. talis scrip
tura, §. fin. de leg. 1. Paris. cons. 21. num. 37.
in 3. Decius cons. 162. nu. 21. Roland. cons.
56. num. 27. volum. 3. Garcia de nobilit.
n. 48. & sic succedet reg. quod hæc rela-
41 tio † restringitur, & limitatur ad illud,
quod in relato continetur tantum, & nõ
amplius: Decius cons. 63. num. 6. Car-
dinal. cons. 111. Mandos. regnl. 32. quæst.
14. num. 2. quod in tantum est verum, †
42 quod in quocumquè alio processu ap-
prehensionis inchoato per eum, vel aliũ
poterit se opponere, & obtinere, quia
non potest quis vt negligens puniri, nisi
solum in illo processu, vbi fuit negligẽs,
& non in alio; Portol. referẽs iudicatum,
verb. apprehensio, nu. 69. vsquè ad 75. di-
cens verum, & sequendum, & quia per
43 lapsum † termini cẽsentur partes renun-
tiare iuri, quoad illum articulũ, glos. vbi
Bald. in l. si ca, C. qui accus. non pos. An-
char. cons. 306. num. 1. Portol. vbi sup. nu.
72. dicẽs decisionem illius for. *por quãto*,
in tacita renunciatione fundari, & sic cũ
44 renuntiatio † sit stricti iuris, Decius in l.
postquam liti nu. 15. C. de pact. Tiraq. in
l. si vnquam in præfat. num. 118. Aymon.
cons. 887. nu. 3. vers. argumentandi, Me-
noch. cons. 335. nu. 1. volu. 4. ex consequẽ
ti talis renuntiatio debet restringi: Dec.
cons. 402. num. 5. vt minus lędat renun-
ciantẽ, Bald. cons. 437. n. 2. in 1. cons. 407.
45 nu. 38. & sic hæc præclusio † viæ, inducta
per d. forũ, videtur intelligenda in d. art.
litis pendentiæ, in dict. processu, vbi fuit
contumacia, & non in alio. Verum quia
multi dicunt (& non sine ratione) illud fo
re intelligendum in alio quocumq; pro-
cessu in art. litis pendentię, vt præclusio
aliquid operetur, cum ad amittendũ be-
neficium illius articuli, in quo non fuit
data cedula, non erat opus præcludere
viam, cum re ipsa esset præclusa, ideo sal
tem negari nõ potest, quin in art. iuris fir
marũ, vt hic, se opponere potuerunt pro
ut ita fuit declaratũ, tanquã in extraneos
maximè, quia sequestrũ apprehensionis
non priuat possessione, vt in superiori-
bus dixi.

Nequè etiam obstãt prohibitiones fa-
ctę per homines de Municssa ex multis,
46 & primo, quia † in his iuribus incorpora
libus requiritur scientia, & patientia il-
lius, cõtra quẽ præscribitur, loco posses-
sionis, & per tempus sufficiens ad pręscri
bendum, l. 1. 2. C. de seruit. & aqua, Ripa
in l. quominus de flumi. num. 133. Xuarez
alleg. 16. nu. 3. Couar. reg. possessor 2. par.
§. 4. num. 6. Padilla in l. si quas actiones,
num. 14. 19. & 20. C. de seruit. & aqua, Mã
dos. de Inhibit. cap. 63. num. 6. Menoch.
de arbitr. casu 160. numer. 10. & casu 161.
Anton. de Petra de fideicom. c. 12. n. 128.
quod etiã in immemoriali procedit, Co-
uar. vbi sup. 2. par. nu. 8. Aymon de anti-
quit. 1. par. §. absolutis, nu. 5. idq; tradunt
pro cautela DD. supra citati, Balbus de
præscrip. p. 5. q. 5. nu. 4. vers. tamen, verũ
homines

homines de Moneba non acquieuerint prohibitio. ex quo citarūt in art.iurisfir. non potuerunt homines de Muniessa pignorantes acquisiuisse quasi possessionē, Xuarez vbi sup.qui enim cōtradicit non consentit,l.2. §.aristo, ff. si seruit. vendi. Aymon cons.292.nu.1.& cons.658. nu.4.
47 & quasi possessio † tanquam fragilis facile amittitur,Bald. in l.2.C.de seruit.n.3.
48 Deinde,quia licet per capturam † pignorum probetur quasi possessio in incorporalibus,Baldus in cap.1.§.sacramētū,col.vlti.C.de consuet rect.feud. Iass. cons.81.nu.4.in 3. sed hoc procedit quo ad pignoratos tantū,& non contra alios, ne aliàs factum vnius,vel paucorum prę iudicet toti vniuersitati, Ias. vbi sup. nu. 6.& 11.præsertim,quia pignorationes nō sunt factæ sciente, & patiente vniuersitate,vel maiori parte illius, vt requiritur Iass.d.cons.81, n.132. Xuarez nu. 3.in fin.

Nec obstat intentioni hominum de Moneba, quod sententia arbitralis non reperitur firmata à partibus. Primo,quia in nota originali Commissarij,notularū, & eius prothocolo defficiunt certa folia, & illorum defectus prodest hominibus de Muniessa,& nocet hominibus de Mo
49 neba: vnde illi † præsumuntur amouisse folia,Aret.cons.162. nu.15. vers. duo pro concordia, Menoc.de recuper.remed.9. num. 128. Deinde, quia licet exemplum
50 † non exhibito originali fidem nō faciat, Authent.si quis in aliquo documēto. C.
51 de edendo,sed hoc † fallit, vbi exemplū sumptū est ab illomet Notario qui originale scripsit.l.si quis ex argentarijs, §. prætor.vers.probet,de edendo, vbi Bart. num.1. Alexan. num.1. Iass.2.notabili,& Bart.vbi supra,2.opposit. Salicet.num.3. Alexan.dicit communem,numer.5. Iass. num. 3. Dec. 15. Roman.115. vers. quoad tertium,Padilla dicens communem in l. 3.C. de diuers. rescrip.num.4. Mascard. conclus 928.num.6. & conclus.711.num. 35. Vnde cum in hoc casu cōpromissum sit signatum per eundem met Notarium qui illud testificatus est, faciet fidē sicut originale,& etiam quod de originali nō constet,Couarr.pract.19.nu.3.vers. hanc sententiam,& alij supradicti.

Nec etiam huic parti obstat,quod cō mune dictum de Guessa multo ante red demerat (venditum namque erat cum pacto de retrouendendo) & se incorporauerat in patrimonio Regio; in qua incorporatione Dominus Rex dedit vnicuique loco terminum antea dezmariū pro termino proprio, & quod ex consequenti homines de Moneba fuerunt priuati iuribus suis,& seruitutibus, quas ha
52 bebant, quia factum † Principis semper intelligitur sine pręiudicio tertij.l.2. §. si quis à Principe,nequid in loco publico, Palat.Rub.in c.per vestras,de donat. inter vir.&vxor.§.20 nu.2.Padilla in l alterius.C.de seruit.& aqua,nu.3.& in l cau sa,vel lite.nu.3. C.de transact. Pinel.2.p. rub.de rescinden.vendi.nu.8.& 9. Deinde,quia quando plura loca habent communionem pastus, & aliarum seruitutū, quamuis postea Princeps faceret dicta loca exempta debet intelligi sine præiudició cōmunionis iurium & seruitutum, quas habent vni in terminis aliorum,Couarr.pract.37.nu.7.vers.primū enim,nec
53 sine proprio † consensu possunt à nobis auferri huiusmodi iura, & seruitutes semel acquisitæ arg.tex.in l.si via,& l.præses,C.de seruit.& aqua,l.si domus,de seruit.vrbanorū,Cepol.in tract. de seruitu. rustic.tit.de seruit. iuris depascēd. n.40. Crauet.cons.4.nu.6.& 7. Couar.lib.1.variar.c.17.nu.11.& pract.37. nu.7. Xuarez allega.15.nu.10. Auend. de exeq. cap.12. nu. hæc igitur iura homines de Moneba non potuerunt amittere,sine proprio facto,per dictam incorporationem, quæ semper fuit intellecta, & recepta per homines dicti cōmunis, absq; lęsione dictorū iuriū,quę obser. declarat,quod dicta incorporatio fuit facta ab initio,cum re-
54 seruatione talium iurium , prout † renuit subsequta obseruan.Alphons.de Castro de lege pęnal.c.1.pag.16. Bald. cons. 245.lib.3. num.2. Aymon 333. numer. 10. in 3. obseruantia enim subsequta rem in dubiam, & indubitatam reddit Aymon.

de antiquitate, 1. par. vers. 4. limitatur, num. 16. in fin. Hyppolytus Riminaldus cons. 413. num. 24. lib. 4. & cons. 352. nu. 83. & ab effectu dignoscitur causa: Bald. in l. si certis annis, C. de pact. Iass. consil. 128. num. 1. in 4. Nat. 406. num. 28. Molin. lib. 1. de primogen. cap. 6. num. 58. Menoch. cons. 21. num. 9. & cons. 331. num. 21. Ioseph. Ludouic. decis. 62. num. 7. & ex his fundamentis, quatuor ex dictis Dominis iudicarunt pro hominibus de Moneba cum motiuo sequenti.

Motiuū pro Moneba.

EX eo, & aliàs, quoniam ex probatis in præsenti processu legitime constat de possessione dictorum de Moneba, tempore, quo bona fuerunt per huiusmodi Curiam apprehensa, nec sic legitime ius prohibendi prætensum per vicinos de Moneba probatur; nam præterquam testes producti per dictos de Moneba fere omnes sunt vicini eiusdem loci, & sic nullam faciunt probationem, alij vero, qui talem exceptionem non patiūtur, minores sunt numero, minorisquè auctoritatis, minusquè cōcludenter deponūt, & ideo probationes dictorum de Moneba sunt multum exhuberantes magis, quam concludentes. Nec obstat, quod in articulo litis pendentiæ isti de Moneba non se opposuerunt, nec suas propositiones obtulerunt, quoniam forus qui prohibet, quod non audiantur, qui non se opposuerunt in articulo litis pendentiæ, in illo eodem articulo loquitur, & in eo satis puniuntur, & ita fuit cō muni vsu receptum, & intellectum, in alijs vero articulis iuris firmarum, & proprietatis, nihil prohibet, & ideo audiendi sunt, & si iustam habuerint causam, obtinebunt. nec potest dici, quod isti de Moneba amisserint suam possessionem, seu quasi, eo ipso, quod non fecerunt partem in dicto processu litis pendentiæ, & fuit recepta propositio vicinorū de Muniesa, & quod illi vere fuerint facti possessores bonorum apprehēsorū respectu istorum non colligantiū, quoniā hoc attenta natura litis pendētiæ nullo modo dici potest, cum ibi nullatenus de possessione agatur, sed tantū de tenuta, siue recredentia, & ideo Iudex cū illam ad manus suas euocat, reseruat ius super possessione, & proprietate, dicens non habere animum se intromittere in possessione, nec in proprietate, & cū actus agentium nō debeant contra mentē operari, sequitur de proprietate & possessione, nihil deperditū fuisse: nec etiā refragatur quod dicitur, quod Commissarij curiæ præscribēt contra non colligātes, quoniam illud magis ex negligentia patientis præscribitur, quam virtute recredentiæ fit, sed cum hic nulla interuenerit negligentia, absurdum esset dicere, per dictam apprehensionē vicinos de Moneba priuatos fuisse sua ciuili possessione, cum manus Regia neminē sua possessione priuet, & erat inspiciēdum in hoc articulo, in quo de vera possessione agitur, quis melius tempore apprehensionis possidebat, & cum constet vt dictum est, istos de Moneba meliorē probasse possessionē, absquè dubio illorum iuris firmā esse recipiendā censemus, quod etiam omissis multis alijs rationibus practica, & communi interpretatione foristarum ita fuit receptum.

Pro concordia istorū motiuorū, & opinionū est aduertendū, quod quatuor ex dominis habuerūt pro constāti, quod homines de Moneba cōtinuarunt suā possessionē ciuilē, & naturalē, postquam in processu Ioannis de Esteruelas fuit lata sentētia in fauorē hominū de Muniesa, siue eā de nouo acquirendo, siue continuando, & hoc fundamēto supposito, iure optimo potuerunt pronūtiare in fauorē de Moneba, nō tamē cū motiuo, quod cōtraria fundamēta vnius ex dñis nō essent solidissima, prout videntur illa esse, semoto autē hoc fundamēto, q. homines de Moneba, nouā possessionē naturalē acquisierunt, contraria motiua fortiter astringūt, vt per ea apparet, maximè quia
55 sequestrum licet †possessione nō priuet,

hoc

hoc tamen est respectu collitigantium, & ad illorum fauorem; secus tamen respectu non collitigantium, & extraneorum, quibus possessionem & iura non conseruat, sed imo possessione priuat illos per sententiam, & quando in possessionem mittit Commissariũ Curiæ, hæc enim est † differentia inter litigantes, & non collitigantes, & licet non collitigantes possint intrare in art. iuris firmarum, tanquam externo, & non cisterno, vt hîc fuit declaratum, & dicetur in sequenti decisione, tamen sine possessione de nouo acquisita non potuerunt obtinere, eã tamẽ habuerunt homines de Muniessa, quia in Regno per prohibitionẽ aliquorum, & acquisitionem aliquorum acquiritur ius, & etiam præiudicatur totę vniuersitati, & in dies ita practicatur. Vnde secluso artic. an homines de Moneba acquisierint nouam possessionem naturalem & ciuilem, & hoc non supposito pro vero, sententia vnius ex Dominis preualere videtur.

DECISIO C.XXVI.

Qui processus dicantur cisterni, & succedanei, & qui externi in processu apprehensionis, seu sequestri, & alijs.

SVMMARIVM.

PROCESSVS cisternus quis dicatur. num. 1. & num. 5. & numer. 14. & declara, vt num. 30.

Processus cisternus, seu articulus cisternus est priuilegiatus, & qui in illo obtinet, recuperat fructus omnes perceptos à Commissario Curiæ lite pendente, quod secus in succedaneo. num. 2.

Fructus non recuperat à Commissarijs foralibus non collitigans in processu litis pẽdentiæ, etiam si in processu iuris firmarum obtinuerit, nec bona commissa Commissarijs foralibus committuntur ad vtilitatem illius, & Commissarius Curiæ respectu nõ collitigantis, & illius, qui cum nouo titulo agit, dicitur verus possessor, & facit fructus suos. num. 3.

Agens in processu proprietatis, seu plenarij possessorij in vim diuersi tituli à primo, quo agit in articulo litis pendentiæ, an possit obtinere, & faciat cessare primam sententiam, dicitur quod sic, quod poterit obtinere sine recuperatione fructuum, & præiudicabit primæ sententiæ, & faciet eam cessare; sic fuit iudicatum. nu. 4.

Iudex non debet requirere, quod forus non requirit. 6.

Finis, dum habetur de medio, non curatur. num. 7.

Agens in Regno ad obtinendum, an debeat deducere causam remotam. nu. 8.

Dominium non probatur sine titulo, vel instrumento. num. 8.

Processus cisternus in articulo proprietatis an dicatur, quando est inter easdem partes, super eadem re, & fictus qui citauit, agit ex causa proxima, & an ex tali sententia oriatur exceptio rei iudicatæ. nu. 9.

Processus proprietatis non dicetur cisternus, quando agitur super re diuersa. numer. 10.

Possessio ciuilis potest esse penes vnum, & naturalis penes alium, secus autem dominum. num. 11.

Dominium petens nulla causa expressa potest omnem causam sibi competentem prosequi, ita fuit iudicatum. num. 12.

Citati in processu apprehensionis præconio forali cum sint actores voluntarij, non astringuntur deducere omnes causas, & ti-

& titulos mediatos, sed magis sibi vtiles. num.13.

Citatus in processu apprehensionis praeconio forali poterit in processu proprietatis deducere diuersum ius, & nouam causam superuenientem lite pendente. ibidem.

Iudicium distinctum, & processum distinctum facit qualibet causa, siue quilibet titulus. num.15. quod intellige, vt num.16. & 17.

Agens in rem non expressa causa, omnes causae vna petitione comprehenduntur, secus si vnam expresserit. num.16.

Causa non dicitur diuersa, sed eadem ex eo, quia datur diuersitas in acquisitione titulorum, quorum vnus mediatè, alter immediate competit. num.17.

Bona tanquam diuersa debent considerari, quando causae agendi sunt diuersae, licet ad idem dominium bonorum. numero 18.

Tituli diuersi si concurrant in vna, & eadem persona, diuersa persona consideratur. num.19.

Causa immediata agendi in possessorio, non est ipsa possessio, sed titulus possessionis. num.20.

Dominium sine titulo est sine effectu ad obtinendum. num.21.

Effectus, quando ex secunda causa & remota inducitur, ab illa denominatur. num.22.

Titulus est potissima obtinendi causa. num.23.

Causa remota & proxima, seu immediata equaliter attenduntur, vbi remota est proximae coniuncta. num.24.

Processus & iudicia sunt ad instar contractuum. num.25.

Lite contestata super vno libello, priori mutato partes ad alium descendere non poterunt. num.26.

Libellus nouus porrigi non potest in appellationibus. num.27.

Instantia à causa in quo differat. numer. 28.

Iudicium, eo modo quo intentatur, finiri debet. num. 29.

Titulus non est omnino causa mediata, & remota, cum det robur, & fomentum dominio ad obtinendum in iudicio apprehensionis. num.31.

Agens, qui nullam causam expressit in primo articulo, poterit postea intentare quascumque voluerit in alijs articulis cisternis. num. 32. & 33.

Agens facta electione modi, & actionis ad agendum, non potest postea in alijs articulis alios modos, nec actiones intentare. num.33.

CASVS.



D Instantiam Domnae Aldūtię de Gurrea matris, & tutricis domnae Franciscę Perez de Pomar, fuerunt apprehensę, seu sequestratę, quaedam turres, seu haereditamenta ad manus Iudicis, in quo processu inter aliàs propositiones fuit oblata vna pro parte domnae Mariae Perez de Pomar Ducissae de Villahermosa, matris domnae Iulianae de Aragon, in qua pretendebat dominium illarum, in vim testamenti Don Sanctij Perez de Pomar eius patris, & mortua dicta Maria, pendente lite, super articulo tenutae, relicta haerede dicta Iuliana filia sua, Don Ieorgius de Heredia nunc Comes Fon-

Fontanus, tanquam tutor D. Caroli Perez de Pomar filij sui fecit reassumi causam cum dicta Iuliana filia & hærede Mariæ, & petijt se reponi in iure instantia & actione, in quibus erat dicta Maria Ducissa, & postea fuit recepta propositio dict. Mariæ, in cuius locum erat repositus D. Carolus, & seu eius nomine dictus Comes pater illius, qui seruatis seruandis fuit missus in possessionem.

Deinde ad instantiam dictæ Iulianæ fuit citatus Carolus, iam factus maior ętate, in articulo proprietatis, prætendebat Iuliana in hoc articulo dominium turrium apprehensarum, & quod Carolus condemnaretur ad restitutionem illarum vna cum fructibus lite pendente perceptis, & ad intētionem probandam deducebat quandam venditionem, quā D. Sanctius de Pomar fecerat omnium bonorum in fauorem Mariæ filiæ, matrisquè dictæ Iulianæ neptis in vim cuius venditionis dominium turrium expectauit ad Mariam, & in vim sui testamenti ad Iulianam filiam, & sic idem dominium, quod prætendebat Maria, prętendit modo Iuliana; differentia stat in hoc, quod Maria fundauit se in testamēto Sancij patris: Iuliana vero in venditione facta à Sanctio in fauorem Mariæ filiæ, deniquè vnum, & idem dominium est prætensum ab ambabus, & eadem bona rei vendicantur ab ambabus, & ex eadem causa immediata, & proxima scilicet dominio; licet causa mediata, & remota, scilicet tituli diuersa sit. Pro parte Caroli supradicti prętenditur, quod iste articulus proprietatis non debet esse cisternus, siue succedaneus, & per consequens priuilegiatus, quia cum competerent Mariæ duæ causæ rei vendicationis, scilicet venditio, & testamentum patris, & potuisset petere ex vna causa, & quo ad aliam offerre cedulam reseruę, elegit viam agendi ex testamento, non data reserua super ven-
1 ditione, ex quo † videtur, quod in vim venditionis non potest fieri processus cisternus; quia est nouus titulus diuersus ab alio testamenti, cum quo egit Maria in tenuta, iuxta doctrinam Bardax. in foris de apprehensionibus, 2. parte. 5. quæst. principalis, folio. 495. dicens, ita fuisse practicatum multoties. Differentia inter ista est maxima; quia si † articu-
2 lus sit cisternus erit priuilegiatus, iuxta foros de apprehensionibus; secus aliàs, deinde si sit cisternus, recuperauit omnes fructus perceptos per commissariū lite pendente, secus autem aliàs, si non est cisternus, sed succedaneus; quia quādo in articulo plenarij possessorij, & proprietatis non agitur in vim primi tituli, cum quo causa fuit incohata, & res apprehensa, & sic cum titulo deducto in articulo litis pendentiæ, sed cum nouo titulo & iure, tunc ille qui sic agit non dicitur colligitans respectu alterius, & per consequens non recuperabit fructus perceptos per Commissarium Curiæ, cui Commissarius non se obligauit. Ratio istorum est, quia quando Iudex apprehendit ad manus suas, & sequestrat aliqua bona, non intendit prouidere, & consulere, nisi solum illis, qui erunt collitigantes in illo processu litis pendentiæ, & tenutæ, & non alijs, & quando bona † committit Com-
3 missarijs foralibus, solum cōmittit ad vtilitatem collitigantium, & oppositorum, in eodem processu, & non ad vtilitatem aliorum, & ipsi Commissarij forales solum obligantur ipsis oppositoribus collitigantibus in processu tenutæ, & non tertijs non collitigantibus, qui cum nouis titulis postea agunt, & sic quando bona apprehensa restituuntur Commissario Curiæ, ipse, & sui fideiussores forales, solum obligantur collitigantibus, & non alijs, & hinc est, quod respectu tertij qui non est collitigans, nec oppositor, non dicitur Commissarius Curiæ, si non est Commissarius, quo ad illum; ergo est verus possessor, si est verus, & plenus possessor faciet fructus suos, nec tenebitur restituere, & ille tertius non erit possessor, & per consequens non poterit obtinere in articulo

iuris firmarum, seu possessorij plenarij, & uti possidetis, nec in articulo proprietatis, tanquam in processu cisterno, & succedaneo á primo processu, & talis est ille, qui vel non litigauit in primo processu, vel si litigauit eum vno iure, postea in alijs articulis deduxit noua iura, & nouos titulos; iste enim dicitur tertius
4 non collitigans, & licet † obtineat de nouo, non habebit effectum priuilegiatum apprehensionis, ad recuperaudum fructus (vt dixi) & ad alios fori effectus, benè tamen sententia quam obtinebit præiudicabit primæ sententiæ litis pendentiæ, & faciet eam cessare, sine recuperatione fructuum, vt fuit iudicatum in processu Io. de Nogueras super iuris firma, die primo Februarij 1596. in Curia Iust. Aragon. vbi fuit determinatum, quod sententia lata in processu iuris firmarum, siue cisterno, siue externo, posterior, præiudicat sententiæ litis pendentię latę in processu apprehensionis, etiam si prius lata sit, Molin. in verb. apprehensio, fol. 38. vers. apprehensionis appellitus.

His suppositis, primo, quod iste articulus proprietatis, de quo agimus dicatur
5 cisternus suadēt sequētia; nā † vt aliquis pcessus sit cisternus, solum duo videtur requiri copulatiuè, scilicet, q̃ petātur eadē bona apprehensa, & q̃ partes scilicet actor & reus sint eædem, & sic collitigantes foro *Item, por dar forma de apprehensionibus* supponendo, quod processus apprehensionis habet quatuor articulos; Primus est, prouisio appellitus, & eius executio, cum commissione bonorum apprehensorum; Secundus est articulus litis pendentiæ; Tertius firmarum; Quartus proprietatis, qui omnes includuntur in processu apprehensionis, dicto foro eo lumna penultima in fin. ibi, *Procedase en la dicha causa entre las ditas partes*, confirmatur eodem foro, vbi cauetur, quod obtinens in articulo lit. penden seu tenutæ teneatur dare cautionem de restituendo dictam rem apprehensam, & sibi adiudicatam ei, qui in dicto processu in alio articulo reportabit victoriam & vincet, & dicitur etiam in dicto foro, quod post latam sententiam litis pendentię procedatur ad vlteriora in eodem pcessu, & inter easdem partes, quæ verba relatiua, cum referant præterita cum eisdem qualitatibus, aperte innuunt, quod solū requirit forus ad hoc vt processus sit cisternus, & succedaneus, quod partes contendentes in alijs articulis, sint illæ met, quæ in processu apprehensionis, & tenutæ, litigarunt, & quod eadem bona petantur per illa verba, *la dita cosa, &c.* & ibi. *entre las ditas partes, &c.* & tales dicentur collitigantes, & non alij tertij, qui in tenuta non se opposuerunt, nec dederūt cedulas reseruæ, & propter eandem rationem partes, quæ dant cedulā reseruę, dicuntur collitigantes, & quoad illas est processus cisternus, ex quo sunt eędem partes, & super eisdem bonis, quod omne concurrit in casu isto, quia sunt eędē partes, quæ modo in proprietate contendunt, & quæ contenderunt in tenuta,
6 & cum forus † nō requirat, nisi hæc duo ad cisternitatem, non debet iudex aliud requirere, Bald. in l. fin. C. de præs. long. temp. quæ pro libert. & in l. Gallus, §. videndum ff. de lib. & posthumis & quantum ad deducendum causas, & titulos, quibus agitur, forus *Por quanto*, dum statuit quinquaginta dies ad offerendum propositiones, non obligat, vt deducantur omnes causæ mediatę, quibus quisquè habet ius, ad rem apprehensam, sed tantum immediatę, veluti dominium, si cum dominio agatur, vel titulus obligationis, si cum sola obligatione agatur, & supposito, quod aliquis habeat rei dominium, non refert quo titulo habeat, quia
7 dum finis † habetur, non curatur de medio, l. mulier, ff. ad Trebell. & quod partes intēdunt est possessionem consequi, & ea frui non aliud.

8 Et licet in Regno ad † obtinendum sit necessarium deducere causam remotam, quia dominium non probatur, sine titulo, vel instrumento, obseruan. Item nota, quod dominium de probat. verum ad

ad hoc vt quis dicatur collitigans, sufficit, quod obtulerit propositionem ratione dominij, licet nullum titulũ, seu causam remotam adducat. Quid enim † si
9 fictus, qui propositionem obtulit, & qui nunquam solet allegare causam remotam, sed solum dicit se dominum esse, citaret in articulo proprietatis, & in sua petitione deducat titulũ & causam proximam? quis negabit illum esse processum cisternum? Cum agatur inter easdem partes, & super eadem re, & ex causa proxima, scilicet dominio; & sic orietur ex sententia exceptio rei iudi. l. cum quęritur, ff. de exceptio rei iudi. & si quis agret rei vend. nullam deducendo causam remotam, seu titulum, sed solum proximam, scilicet dominium, si libellus non esset ineptus, & prosequutio fuisset generalis, & sententia generalis absolutoria, vel adiudicatoria dominij, quæ ex hoc non esset nulla, vide me decis. 27. num. 19. hæc sententia pareret exceptionem rei iudi. respectu omnium causarũ remotarum, traditur in l. si mater, §. 1. l. & an eadem, ff. de excep. rei iudi. glos. & Doctores in cap. 2. de libel. oblat. DD. in l. 1. ff. de eden. Socin. in cap 2. de libelli oblat. col. 13. prin. art. 2. q. 5. & 6. nu. 2. Nos late decis. 27. nu. 28. 1. tom. & nulla esset ratio quare non dicatur lata in pro-
10 cess. cisterno. Aliud esset, si † res esset diuersa; licet personæ eędem, veluti, si ego habens ius ad duo loca, darem propositionem pro vno, pro alio non, nec cedulam reseruæ, & post in alio artic. peterem dicta loca, tunc respectu loci, cuius respectu non egi, nec dedi cedulam reseruæ, nõ esset ꝓcessus cistern⁹, & idẽ si primo egi ratione vtilis dominij, nec
11 dedi cedulam reseruæ, † & postea in alio artic. deduco directum, huius respectu non esset processus cisternus; quia sunt res diuersæ, & potest possessio ciuilis esse pęnes vnum, & naturalis pęnes alium, Bart. in l. si duo, ff. vti possid. num. 4. & sic de similibus: in dominio autem secus est, quia ego non possum habere duo dominia in vna, & eadem re, l. si vt certo, §. si duobus vehiculũ, ff. commod. DD. in l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. possess. in
12 vim † superiorum ita fuit iudicatum in processu Petri Lascum, necnon D. Ioan. de Gamboa super iuris firma, 17. Augusti 1580. in Curia Iustitię Aragon. vbi fuit pronuntiatum, quod Castellanus de Ampolla, qui in artic. litis pendentiæ dedit propositionem in vim dominij, ratione commissi, & succubuerat, quia ante certum tempus non potuit commissare, potuit postea ex alia causa noua, idem dominium petere, veluti quia emphiteosis expirauerat, ex quo tẽporalis erat, tunc enim idem dominium petitur, & attendi debet eius immediata causa, & sic dicitur in motiuo: *Potuit vtiquẽ super eodem vti li dominio ex causa de nouo superueniente post apprehensionem, de præterito tamen dependentiam habente contra easdemmet partes collitigantes intentari iudicium proprietatis.* Vbi Iudices solum considerarunt, quod vnum & idem dominium, & vna & eadem res petebantur in lite pendente, & proprietate, & si hoc ibi fuit practicatũ, non obstãte quod ius in vim, cuius fuit actum in artic. proprietatis superuenit post absolutum articulum litis pendentiæ; multo magis procederet si ante litem pendentem fuisset iam natum tale ius; solũ enim ibi fuit cõsideratum id, quod petebatur, scilicet plenum dominium, & non causa mediata, & sic cum eadem res, quæ in vtroq; articulo petebatur, & eędem partes, ideo fuit pronunciatum articulum esse cisternum, quasi quod illud ius de nouo superueniens iam esset inclusum in plenitudine dominij prætẽsi; quia petens dominium nulla causa expressa potest omnem causam sibi competentem prosequi, nos decisione. 27. nu. 28. tom. 1.

13 Deinde in process. apprehens. † citati præconio forali dicuntur actores voluntarij in quantum cõparent, Bald. & Paul. in l. testam. C. de testam. & cum sint actores non astringuntur deducere omnes causas, & titulos mediatos, sed magis sibi vtilem, & necessariam, for. 2. de pęn. temer. litig. DD. in l. & an eadem, ff. de re

re iud.& sic possunt petere in vno artic. rem ex vna causa, & eandē rem ex alia causa in alio cisterno art.iterato petere, & cum processus apprehensionis includens dictos quatuor articulos est vnus, & idem met processus, potuit in eodem deducere nouum ius, & nouam causam superuenientem sibi lite pendēte, Egid. decis.662. Staphil. de lit. iusti. §. postremo, circa fol.416. maxime quando ius su peruenit ex causa de præterito, & idem esset licet tempore inchoatę litis iam cō peteret, data iusta ignorantia.l.2.vbi Doctores, C.de consortibus eiusdem rei, & etiam data sciencia, quia cum offerens propositionem sit actor, non tenetur causas remotas deducere; sed potius agere ex ea quæ sibi plus placuerit, Egidius vbi supra, & nos late decis.27. Vnde cum in casu præsenti eadē res sit petita, eędē partes contendentes, dicendum videtur posse procedi in artic. proprietatis, tanquam in cisterno.

Sed contrarium fuit resolutum, quia
14 † ad hoc, vt dicatur processus cisternus, & ab alio dependens, seu succedaneus non sufficit, quod sint eędem partes, & eadem bona, quæ in ambobus processibus contendunt; sed aliud tertium requisitum requiritur, scilicet, quod sit eadem causa agendi, seu petendi, l. & an eadem, de exceptione rei iudicat. §. actio
15 nes, vbi quælibet † causa, siue titulus facit iudicium, & processum distinctum: præsertim, quia Maria mater Iuliannæ restrinxit se ad causam, & titulum hęredis, quia isto modo exclusit, id quod sub
16 dit Iuris consultus, ibidem dicēs: † *At cū in rem ago non expressa causa ex qua rem meam esse dico omnes causæ vna petitione apprehenduntur.* Quia à contrario agendo in rem, expressa causa, & titolo quęlibet causa debet concludi particulari & diuerso processu, & in tantum diuersitas titulorum facit diuersitatem causarum, & processuum, quod sufficiet, quod tituli non mihi immediatè competant ad rem aliquam: vt causa non dicatur eadē, sed potius diuersa, ecce peto domum actione legati, postea medietatē peto iure etiam legati non mihi immediatè competentis, sed mediante aliquo, per cuius mortem iure acrescendi, vel alias mihi com-
17 petit, in hoc casu ex eo solùm, † quia datur diuersitas in acquisitione titulorum, quorum vnus mediatè, alier immediatè competit, causa non diceretur eadem, sed diuersa, ita ex Angelo in §. itē si, nu. 23. instit. de exceptio. & in dict. l. & an eadem, §. qui cum partem, vbi glos.1.tradit Bertrand. cons.1.nu.67. tom.1. Blanc. de compromis. num.84. & sic cum hic iura agendi sint diuersa non immediatè, sed mediatè competentia domnæ Iulianæ, imo contraria & incompatibilia, vnū ex vltima voluntate, aliud ex contractu non potest prætendi, quod ex quo dominium est idem, causa sit eadem, & processus, quia si ita esset, sequeretur, quod diuersæ actiones, & tituli competentes ad idem dominium, non possent intentari in diuersis processibus, consequens est falsum ergo.

Deinde, quia iuxta votum partis aduersę sufficeret ad cisternitatem, si eædē sint partes, & eędem res; adhuc tamen non potest dici, quod sit eadem res, quæ
18 petitur à domna Iuliana, quia cum † causę agendæ sint diuersę, licet ad idem dominium bonorum, debent tunc considerati bona, tanquam diuersa, dict. l. & an
19 eadem, ibi: *Quæ nisi omnia concurrant alia res est.* Quia † quando in vna persona cō currunt diuersi tituli, considerantur tanquam diuersi, & persona tanquam diuersa, l. si consul. de adoptionibus, etiam si bona sint eadē, & sic domna Iuliana consideratur, vt vna persona, tanquam hæres Mariæ respectu vinculorum, & vt alia persona, tanquam hæres Marię, respectu Mariæ, vt emptricis bonorum; licet bona sint eędem, & ipsa etiam bona, secundum hos respectus diuersa iudicantur, vt sic etiam dicantur diuersi processus illi, in quibus dicta iura deducuntur, quidquod DD. supra allegati non habēt dominium pro causa immediata agēdi, sed titulum, qui producit dominium, sicut

20 cut † etiam causa immediata agendi in
possessorio non est ipsa possessio, sed titu
lus possessionis, vt colligitur ex dict. l. &
an eadem, & quando respectu dominij
21 titulus esset causa mediata, tamen † quia
sine titulo dominium est sine effectu ad
obtinendum, debet reputari pro causa
magis immediata, quam quę magis pro-
xima est, Bart. in l. 1. colum. 1. vltima op-
positione, de constitutio. Princip. dicens,
quod etsi dominium sit causa immedia-
ta vsucapionis, quia tamen sine posses-
sione non procedit, potius inspicimus
causam remotam possessionis, quam pro
22 ximam, & quando ex † secunda causa,
& remota inducitur effectus, ab illa de-
nominatur effectus, & illi attribuitur, nō
causæ primæ, & immediatę, Bald. in cap.
Imperialem, §. illud, colum. 2. de prohi-
bita feudi alienatione per Federic. vbi
Cardinal. Alexand. colum. 2. & Mathę.
de Afflict. colum. 1. Tiraquel. in tractat.
cessante causa, limitatione 20. numer. 14.
23 Præcipue, † quia cum titulus sit potissi-
ma causa obtinendi in his processibus,
non possunt dominium, nec possessio se-
parari ab isto titulo, & sic tam proxima
causa est titulus quā dominiū; equaliter
24 † enim attenduntur causa remota, & pro
xima, seu immediata, vbi remota est pro-
ximé coniuncta. l. cum de lanionis, § asi-
nam de fundo instruct. l. in lege censo-
ria, de verborum significatione, Bart. in
l. vxori qui:, de auro & argēt. legat. Bald.
in cap. cum omnes, colum. 6. vers. Item
quia quando, de constitut. dicens, quod
quando causa prima agit vi alterius cau-
sę, inspicimus tam causam, quę vim &
efficatiam tribuit per l. vtrum, §. cum
quidam, de rebus dubijs, quam etiam
remotam, dum ea est fundamentum pro-
ximę. Bald. in cap. literis, notabili 3. de
rescript. Tiraquel. dict. limitatione 20.
à num. 16. & sic concludendo, quando
titulus vinculorum, quo fundata fuit
domna Maria, foret causa mediata, ad
obtinendum in artic. proprietatis, suppo-
sito tamen, quod per dictum titulum do-
minium corroboratur, quod solum de
per se non sufficeret in hoc iudicio ap-
prehensionis, sequitur quod titulus re-
putetur pro causa immediata, & quod
sic impediet, vt non possit alius titulus
deduci ad continuandum antiquum pro
cessum, per viam cisternitatis.
25 Præterea iudicia † & processus sunt
ad instar contractuum: vnde sicut in con
tractibus semel absolutis, & perfectis nō
potest vna ex partibus retrocedere, nec
aliquid de nouo addere, argum. l. perfe-
26 cta donatio, C. de donatio. simili modo †
post quam partes fuerint contestatę litē
super vno libello, non poterunt priori li-
bello mutato ad alium descendere, l. edi
ta, C. de edendo, vbi glos. & omnes Do-
ctores, Dec. à num. 51. Socin. in cap. 2. nu.
27 141. de libelli oblatio. & sic † in appella-
tione nouus libellus porrigi non potest,
Bald. in l. si quis libellus, §. Item notat, de
appellat. Romano. consil. 181. vbi additio,
Dec. in dict. l. edita, num. 54. foro 1. de rei
vendicat. vbi pars ante contestatam litē
potest mutare libellum, & non post con-
testatam causam, ibi: *El actor no pueda
nueua peticion, o proposicion dar, ni a la peti-
cion assi dada en alguna añader, detraher, cor-
regir, ni emendar, ni de alli auant alguna cosa
poner de aquellas, que pertenecen a la substancia
de la peticion principal*: vbi illa verba, *de alli
auant*, comprehendunt omnes illos qua-
tuor articulos, de quibus supra, & illa
verba; *La substancia de la peticion principal*,
magis adstringunt casum nostrum, quia
hic non agimus de alteranda substantia,
sed de in totum dimittenda, & alia de
nouo deducenda, quod à fortiori prohi-
betur, quia non licet recedere à petitio-
ne iam proposita inuita alia parte, & li-
cet sint diuersi articuli possessio, & pro-
prietas; sunt tamen vna causa, & pro-
cessus, vt in primo & secūdo decreto as-
serit Bart. in l. si finita, §. Iulian. de dam-
no infect. vbi Bologni. num. 128. Alexan.
28 consil. 53. colum. 2. in 5. & in hoc differt †
causa ab instantia, quod instantia dicitur
comprehendere tempus, quod est inter
vnam, & aliam sententiam, & causa, lis, iu-
dicium, & processus comprehendunt di-
uersas

uersas instantias, l. cum apud, ff. iudic. solui, l. eos, C. de appellat. Asini. in prax. in princip. cap. 3. à num. 11. Molin. in verbo reasumptio, fol. 291. colu. 2. in princ. & in verbo processus, fol. 254. colum. 4. in princip. & in verb. firma, foro *Declarando*, de apprehensionibus, & foro *Item por dar forma*, eod. tit. in quibus locis pro eodem accipiuntur causa, lis, iudicium, & processus.

29 Præterea, quia † eo modo quo & ea actione, qua intentatur iudicium, finiri debet, l. vbi cœptum, de iudic. adeo quod porrecto libello cum vnica actione, eò ipso alijs actionibus renūtiare cēsemus, in eo processu, l. nemo ex his, §. quoties, de regul. iur. l. cum filius, §. varijs, de legat. 2. l. quod in hæredem, §. eligere, de tributoria actio. Gabriel de actio. conclus. 1. & 2. l. fin. C. de codicillis, vbi optimus tex. ibi, *Sciens se vnius electione alterius sibi additum præclusisse*. for. 1. quod in factis vsurarum, for. attendentes de vsur. Molin. in verbo exceptio litis pendentiæ for. 2. in fin. dè rei vendicat. ibi: *Apres no pueda variar en alguno de los ditos casos*: cum igitur apprehensio hic fuerit incohata cum actione ex testamento, non debet prosequi modo per actionem ex contractu, & hanc opinionem tenet Bardax. de apprehēsionibus, fol. 495. num. 4. & in for. 24. numer. 4. fol. 541. dicens, quod qui in lite pendente, vel firmis fundat se in testamento patris, non potest se fundare in proprietate in testamēto aui, & quod sic ille articulus non erit cisternus, nec pars præcedentium, nec habebit executionem priuilegiatam, cū non sit pars processus priuilegiati, & ibi erāt eadem bona, eædem partes, & idem dominium prætendebatur, & omnes tituli erant testamentarij, & hoc non obstante processus proprietatis non est cisternus, & dicit multoties fuisse ita cōclusū.

Ex his patet responsio ad contraria, & 30 ad primum respōdeo, falsum † esse quod duo illa requisita sufficiant, nisi adsit tertium, scilicet eadem causa agendi, nam vno ex his defficientibus non oritur ex-

31 ceptio rei iudicatæ, nec etiam certum † est, quod titulus sit omnino causa media ta, & remota, cum det robur, & fomentum dominio ad obtinendum in iudicio apprehensionis, vt dixi: nec obstat illud quod ibi dicitur de ficto dante propositionē cum iustis, quia cum iste ad nullā se restringat, sed solum se dominum dicat, poterit quascumque deducere, & 32 incohare articulos cisternos; qui enim † nullam causam exprimit, quamcunquè potest postea intētare, nos late decis. 27. num. 28.

33 Nec obstat secunda ratio, quia † illa non procedit facta electione modi, seu actionis ad agendum, ea enim facta non licet variare, ante factam autem potuisset sibi eligere magis vtilem, & licet postea in alijs articulis possit aliás causas deducere, præter iam deductam; non tamen per viam articuli cisterni, cum non sit pars præcedentium articulorum, nec ab eis dependeat, illis mutatis per nouā causam, cum ad cisternitatem necessariū sit, quod pendeat ab actione & causa præcedenti, vt dictum est. Nequè obstat exemplar pro contraria parte adductum de processu P. Lascum, quia magis corroborat hanc partem, ibi enim fuit declaratum, in electione iuris firmæ fore procedendum in articulo proprietatis, tanquam in cisterno nouo iure tributationis; quia idem met instrumentum tributationis, & idem met titulus tributationis fuerant iam producta in lite pendente, & ex eisdem resultabant iura de nouo producta, scilicet temporalis tributationis: deinde quia ius, quod deduxit in proprietate de nouo superuenit post litis pendentiam ortum ex eodem actu tributationis, hic autem iam à principio eō petebat, & non superuenit post, cum titulus venditionis esset ante mortem D. Sanctij, & sic longa est diuersitatis ratio. Tū quia (vt nihil omittamus) illa declaratio fuit facta in vim clausulæ salutaris, attēto, quod ius extinctionis dependebat ex causa de præterito, & saltem in genere tale ius iam fuerat inclusum in articulis propo-

propositionis, quo casu articulus debet declarari cisternus, propter illam generalem inclusionem, & virtute clausulæ salutaris, vt nos diximus dict. decis. 17. num. 31. Quinimo coram iudice à quo scilicet Regia Audientia, in processu Ludouici Talauera, à quo processus Petri Lascum effluxerat, fuit totum contrariũ iudicatum; & ita in præsenti causa fuit declaratum, non fore procedendum in articulo proprietatis, tanquam in processu cisterno, sed externo tantum, vide in processu dominę Iulianę de Aragon, super iuris firma. 26. Septembr. 1601. in Curia Domini Iustitiæ Aragon. & idem fuit iudicatum in processu Io. de Esteruelas super apprehensione, in art. iuris firmarum, anno 1594. de mẽse Martij, vbi fuit dictum, non fore procedendum in processu cisterno, quia non erant eędem partes collitigantes in lite pendente, & firmis.

DECISIO C.XXVII.

De materia renunciationis vsusfructus in præiudicium tertij, & de interruptione præscriptionis, & an à sententia arbitri detur appellatio.

SVMMARIVM.

Vsusfructuarius non potest renuntiare vsumfructum in præiudicium tertij, ita fuit iudicatum. num. 1. & 26.

Debitum omne in Aragonia præscribitur 20. annis, exceptis tribus. num. 2.

Sententia arbitralis, an præscribatur in Regno 30. annis, sicut res iudicata; cum de iure certum sit, quod æquiparentur ad perpetuandam actionem, & interrumpendam præscriptionem. num. 3.

Præscriptio 20. annorum quemadmodũ interrumpitur per litis contestationem factam coram Ordinario, ita coram arbitro interrumpitur intellige, vt num. 4. & 11.

Sententia arbitralis non dicitur propriè res iudicata. num. 5.

Sententia arbitri licet impropriè dicatur sententia, proprie tamen sententia non est. num. 6.

Sententia arbitri non venit in statutis loquentibus de sententijs, secus esset sententia arbitrorum ex necessitate statuti electorum. num. 7.

Appellatio interponitur à sententia arbitrorum, ex necessitate statuti electorum, tanquam à sententia Iudicis. num. 8.

Sententia arbitralis potius transactio, quam res iudicata dicitur, & sic non comprehẽditur in dispositione forali, quod præscribatur, tanquam res iudicata, 30. annis, sed 20. tantum præscribitur. nu. 9.

Sermo generalis in Regno quandoquè est restringendus. num. 10.

Obseruantia penultima de præscriptionibus, intelligitur late. num. 11.

Præscriptio non interrumpitur per litẽ, in qua agens succumbit. num. 12.

Litis contestatio ad interrumpendam præscriptionem debet fieri a vero domino, contra quem præscribitur, vel ab habente mandatum, aliàs secus, & siue petat in iudicium, siue extra, debet de mandato constare, ita fuit iudicatum. nu. 13.

Præscriptio interrumpitur in Regno nõ solum per petitionem iudicialem, sed etiam extra iudicialem. num. 14.

Præscriptio est mere odiosa, & sic per solam citationem validam interrumpitur. num. 16.

Interpellatio nulliter facta in iudicio, licet nõ producat actũ legitimũ in iudicio, causat tamen factum extra iudiciale, ad causandã malã fidem in præscribente. n. 17.

Præs-

Praescriptio non currit ante quam actio incipiat competere.num.18.

Negligentia partis legitimae ad petendum debitum, non solum sibi praeiudicat, sed & sequenti qui post ipsum capere debet.num.19.

Vsusfructuarius, tanquam Procurator proprietarij, absquè alio mãdato potest agere rei vendicatione, vel alia actione competenti contra tertium possessorem, vel detẽtatorem rei fructuariae sine alio speciali mandato proprietarij: & vsucapionem, & praescriptionem interrumpere, & omnia alia facere, quae tendunt ad vtilitatem proprietarij, & conseruationem rei fructuariae.num.20.

Vsufructuarius nomine proprio nullas actiones, nec vtiles, nec directas potest exercere, nisi pro suo tantum vsufructu. num.21.

Vsusfructus nominum, & debitorum venit in legato vsusfructus omnium bonorum.num.22.

Vsusfructus alicuius debiti si legetur cẽsetur legata proprietas cum obligatione restituendi.num.23.

Negligentia mariti in non interrumpendo praescriptionem semel incohatam, antequam res efficeretur dotalis praeiudicat mulieri, licet postea ipsa habeat recursum contra maritum, & eius haeredes, ita fuit iudicatum.num.24.

Conditionem facit in testamento sine dubio dies incertus.num.25.

Legatarius haeres, & Praelatus, & similes possunt praeiudicare Ecclesiae, & alijs in quaerendis quamuis non in quaesitis. numer.27.

Debitor bene potest renunciare quaerenda, & si sit in fraudem creditorum non tamen quaesita.num.28.

Proprietarius cui legata est proprietas, licet decedat antequam vsusfructuarius, nihilominus transmittet proprietatem ad haeredes suos, nec dabitur caducitas in legato propter mortem proprietarij.num.29.

Legatũ non fit conditionale ex eo, quod adijciatur tempus mortis, nam tempus mortis non adijcitur ad conditionandum legatum, sed ad hoc ne legatarius turbari possit, & ad magis declarandam voluntatem testatoris.num.30.

Conditio quae inest, ex necessitate actus si exprimatur non nocet, nec impedit transmittendi facultatẽ: secus quando exprimitur ea quae tacite inest ex voluntate testatoris.num.31.

Vsufructuarius potest transferre in proprietarium ius exigendi vsumfructum. num.32.

Negligentia vsufructuarij in non interrumpendo praescriptionem, nocet proprietario, ita fuit iudicatum.num.33.



Atthias de Rada vidua relicta à quondam Petro Xabat, a quo habuit quatuor filios, nupsit in secundis nuptijs Augusti. Orruytiner, ista Matthias, cum consensu viri cõpromisit omnes suas lites & differẽtias, quas habebat cum suis filijs, in posse quarumdam personarum, tanquam arbitrorum, & amicabilium compositorum, & seu arbitratorum; qui sententiam arbitralem ferentes condemnarunt filios ad soluendum matri 80000. solid. hyppotecando ad solutionem bona, siue turrim sequestratam, & apprehensam in hoc processu, reliqua autem bona dimiserũt pupillis. fuit lata sententia die 4. Marcij, 1575. Eadem Matthias dedit marito Augusti

gusti. vsumfructum ad vitam Augustini, in d. 80000. solid. & eundem vsumfructũ confirmauit in suo testamento 18. Maij, 1579. in quo testamento reliquit eadem Matthias Elisabetę Orruytiner priuignæ suæ 2000. solid. ex dictis 80000. solid. idque post finitum vsufructum Augustini mariti illius, simulque patris Elisabetæ.

Augustinus, die 22. Maij, 1580. renuntiauit vsumfructum, respectu dictorum 20000. solid. (præsumpta mens videtur aperiendi viam filiæ ad petendum legatum relictum finito vsufructu) Elisabeta supposita renuntiatione petiuit ciuiliter ab hęredibus Matthię dictos 20000. solid. die 20. Aprilis, 1583. Et hæredes
1 † fuerunt absoluti in Regia Audientia ex capite, quia adhuc viuebat Augustinus vsusfructuarius; qui nõ poterat renũtiare partem vsusfructus in pręiudicium hæredum, in quorum fauorem dicebatur legatum factum, & relictum à tempore finiti totius vsus fructus. Et fuit facta absolutio 17. Septembris 1584. Mortuo deinde dicto Augustino Ruytiner fecit apprehẽdi seu sequestrari Turrim hyppotecatã dictę Elisabethi, pro recuperatione dictorum 20000. solid. in Regia Audientia 22. Februar. 1609. in processu apprehensionis Elisabethis Orruytiner, in quo processu & lite, opposuit se quidam tertius possessor supradictæ Turris, opponendo contra legatum de præscriptione illius ex lapsu 20. annorum, quæritur de pluribus.

Primo, vtrum talis actio ad 20000. solid. descendens ex sententia arbitrali præscribatur 20. annis, sicut regulariter
2 in Regno omne † debitũ (quibusdam exceptis) pręscribitur 10. annis, foro. ad refrenandum de solutionibus, an vero præscribatur 30. annis, sicut res iudicata per obseru. penult. de pręscriptio. vbi contra depositum, actionem descendentem ex coniugio, & rem iudicatam, non currit præscriptio 20. an. sed 30. requiruntur, Molin. verbo præscriptio versic. præscriptio depõsiti.

Secundo, an casu quo præscriptio 20. annorum sufficiat, dicatur illa interrupta per litem motam intra 20. annos, in qua reus fuit absolutus.

Tertio, an præscriptio inchoata contra vsumfructuarium noceat legatario, cui legatum fuit à tempore finiti vsus fructus.

Vltimo, an si renuntiauerit vsumfructum vsusfructuarius, siue in totum, siue vsq. ad quantitatem legati, incipiat cõpetere ius petendi legatario; ita vt ex tunc currat contra eum præscriptio.

Circa primum prima fronte videba-
3 tur dicendum, quod sicut res † iudicata præscribitur in Regno 30. annis tantum, ita etiam sententia lata ab arbitro; cum iam iudicia & arbitria æquiparentur l. 1. vbi DD. ff. de receptis arbitris, & illud de iurę certum est, quod quantum ad perpetuandam actionem, & interrumpendam præscriptionem equiparantur tela iudiciaria, & tela arbitrij, hoc est, iudicium habitum coram iudice & habitum coram arbitro, & consequenter, sicut præscriptio mixta 10. vel 20. annorum (quæ dicitur longi tempo-
4 ris) interrumpitur † per litis contestationem coram suo iudice factam, l. more C. de rei vendicatio. Balb. de præscriptio. 2. par. 6. par. principalis quæst. 4. num. 32, Panor. in cap. illud num. 14. de præscrip. ita etiam interrumpitur per litis contestationem factam coram arbitro, sicut coram Iudice ordinario, quia litis contestatio coram illo facta inducit interruptionem præscriptionis, & perpetuationem actionis, sicut facta coram ordinario. l. cũ antea & alijs. C. de recept. arbit. vers. plenius, vbi dicit: *Plenius autẽ, & generaliter diffinimus conuentum in scriptis, apud compromissarium iudicem factum, ita temporis interruptionem inducere, quasi in ordinario iudicio lis fuisset inchoata*, Bartol. & alij, ibi, ita Panor. in d. cap. illud, nu. 14. alios allegans Balb. vbi sup. num. 32. adhuc tamen contrarium est dicendum, quia sen-
5 tentia arbitralis, † non proprie dicitur res iudicata, nam res iudicata dicitur sententia & pronuntiatio iudicis, quæ finẽ imponit

imponit liti, l. 1. de re iudicata, vltra, Bartol. ibi, & DD. Iaf. num. 8 Rippa, num. 6. Abb. in rub. de re iudicata, Maran. de ordine iuditiorum, par. 6. tit. de sententia diffinitiua, num. 128. cum sequentib. & si res iudicata dicitur a iudicio, nō erit sententia arbitralis res iudicata, arbitria namque non sunt iudicia, sed ad instar iudiciorum, l. 1. de arbitris, vbi Iaf. nu. 4.
6 dicit: Quod sententia † arbitri, quamuis large & impropriè dicatur sententia, proprie tamen non est, quia arbitri non habent iurisdictionem, sed notionem, & quod sic in statutis appellatione sententię non venit sententia arbitri, secūdum Abb. in cap. cum dilectus, & in c. ex parte, de arbit. Iaf. d. num. 4. & 5. vbi dicit:
7 Quod cum non sit propriè senētia † nō veniet in statutis loquentibus de sententijs (nisi esset sententia arbitrorum iuris ex necessitate statuti electorum, qui potius iudices, quam arbitri dicuntur, & sic
8 ab eorum † sententijs de iure appellatur, tanquam a sententia iudicis, Iaf. in §. omnium, num. 10. de actio. Felin. in c. fin. num. 12. de sententia, & re iudicat. Iaf. in l. cum specialis, num. 6. C. de iudi. vbi de communi, Socin regul. 31. fallent. 4. Aret. in l. 1. C. de arbitris, Lanfranc. de arbitris, quæst 7 & 14. Panor. in cap. cum dilectus de arbitris, late Portol. in tract. competentiarum, for. 1. num. 26) Rippa, in rub. de re iudicat. num. 6. & in l. 1. nu.
9 3. C. de re iudicat. dicens. Quod potius † est transactio, quam res iudicata, vnde enim in Aragonia omne debitū in scriptis, siue sine scriptis præscribatur 20 annis, dēptis, tribus casibus, inter quos est res iudicata, d. for. ad refrenandum, & d. obseruantia penult. & fori Aragonum, aliàs statuta dicantur Mol. in verbo, fori Aragonum, fol. 155. col. 4. circa fin. Portol. ibi. num. 8. vbi alios allegat, sequitur inde, quod in hac dispositione forali non veniet sententia arbitralis, vt eodem tēpore 30. annorum fruatur; sed quia ratio hęc non transit sine difficultate, quando
10 quidem sermo † generalis in Regno restrigendus non est, obseru. item donatio de donatio. Portol. in verbo, forus, num. 53. & 54. vbi non offenditur charta si extendatur ad casum, qui sub larga & in propria significatione verbi expressi cōtinetur, licet aliàs verba in proprio significatu sint accipienda, Portol. nu. 46. quia hęc non extensio, sed vis comprehēsiua est, in quantum proprietas verbi se extēdit, etiam latè non aliàs, vt dixi tom. 1. decis. 64. Quapropter vidi quandā apostillam in foro ad refrenandum de solutio. quę apostilla dicit: quod in quantum
11 obseruantia penult. † de præscriptio. loquitur generaliter de re iudicata, debet intelligi in quacumque sententia, etiam arbitrali, & ita melius concludendo, & ad euasionem huius contrarij & dictorum supra, dicerem, quod illud procedat in sentētia arbitri de iustitia, a cuius sententia appellatur, argum. ab speciali ab obseru. 2. de re iudicat. Portol. in verbo, arbiter, in eo namque datur iudicium, & iam arbitria sunt reddacta ad instar iudiciorum, d. l. 1. ita in terminis concludit Balb. vbi sup. num. 32. Panor. num. 14. per l. penult. C. de recept. arbit. & isto modo procedunt contraria, secus autem esset in sententia lata per arbitratorem & amicabilem compositorem, tunc enim non haberet prerrogatiua rei iudicatæ, quia coram arbitratore non est iudicium, sed habet vim cuiusdam transactionis, quę coram eo fit, vt in §. si vero, in authent. vt differen. iudic. Inno. in c. quintauallis, de iur. iuran. ita in expresso tenet Abb. vbi sup. nu. 17. dicens, sententiam arbitratoris non habere priuilegiū rei iudicatę, ad perpetuādam actionem, & interrumpendam pręscriptionē, Ioan. Andr. in additio. ad Specul. tit. de litis cōtestat. §. effectus, Oldrad. cons. 176. Vnde cum in Regno ista arbitria semper relinquantur pœnes arbitros, tanquam arbitratores & amicabiles compositores, vt in casu præsenti, sequitur manifestè, quod hęc sententia arbitralis non habet vim rei iudicatę, nec durabit 30. annis, sicut illa, sed potius pręscribetur 20. annis, sicut alia quęcumque debita pręscribuntur

buntur in Regno, d.foro ad refrenãdum & obseru.penult.

Ad 2. caput deueniendo, supposito quod hoc debitum præscribatur 20. annis, videamus an fuerit debitum præscriptum per lapsum temporis ab anno 1575. quo anno fuit capitulatio matrimonialis, à qua effluxit debitum, vsque ad annũ 1609. in quo Elisabetha Orruyi iner litem apprehensionis in choauit, an vero sit interrupta præscriptio per primam litem mota anno 1583. & videbatur dicendum, quod non fuit interrupta, quia per
12 litem † in qua agens succumbit non interrũpitur præscriptio, Balb. de præscriptio.3.p.6.part.principalis, q.4. num. 37.vers.Quinto limitatur, dicens: Quod per iudicium & litis contestationem, vbi agens succumbit, nõ interrumpitur præscriptio 10.vel 20.annorum, Paul.de Castro, consil.197.col.penult. Felin.in c.illud num.17. vers.Decimaquarta conclusio, de præscrip. Couar.in regul.possessor, p. 2.§.12.num.4. vers. Hanc item, Domin. Monter.decis.21.num.16.in ea autem lite succubuit dicta Elisabetha, siue quia ante tempus egit, siue quia sine actione egit, ergo.

Tum etiam, quia si ex dicto capite succubuit, vel quia nõdum poterat agere, & per consequens non erat pars legitima pro tunc ad agendum, sequitur inde, quod non potuit interrumpere, quia qui non habet ius, vel non est pars legitima ad petendum, non interrumpit præscriptionem, Balb. vbi sup. vers. Sexto limitatur, dicens: Quod litis contestatio †
13 ad interrumpendum debet fieri à vero domino, contra quem præscribatur; aliàs autem si fiat ab alio, quam a Domino nõ interrũpit præscriptionẽ, sequitur Bald. in l.sicut, n.7. vers.sed quid, C.de præscriptionibus 30.annorũ. Ex quo sequitur in ferendo, quod si quis nomine alterius petat debitum, siue etiam agat in iuditio, nisi per exhibitionem mãdati se esse partẽ legitimã ad agendum ostendat, nõ interrumpet præscriptionem, hac tamẽ data differentia, quod in iudicio debet excipi per aliam partem de deffectu mandati, vt deffectus noceat, effectuq; interrumpendi careat, Tiraqu. de retractu linag.§ 1.glos.10.num.96.& 110. extraiudicium autem semper debet ostẽdere mãdatum, licet non excipiatur de eius deffectu, aliàs nihil aget, nec interrumpet, l. si quis inficiatus, ff.depositi, Tiraq.d.n. 110.pro vt fuit iudicatum in processu Ioã. de Puejo super apprehensione in Regia Audientia in mense Martij 1611. actuario Ibañez, vbi procurator Simonæ de Ostauat, qui nomine illius debitum petebat extra iudicium, non exhibendo mandatum, seu ordinem sibi datum ad petendum, non valuit illius præscriptionẽ interrũpere, & mansit debitũ præscriptũ.

Sed certe licèt de iure id procedat, tamen contrarium dicendum est in Reg-
14 no, quia in Regno præscriptio † interrũpitur non solum per petitionem iudicialem, sed etiam extraiudicialem, obseru. item licet, de præscriptio. dicens: *Quod si petitum fuerit infra 20. annos in iudicio, siue extra à debitore debitum, poterit etiam peti post 20. annos, &c.* hoc est, quod erit interrupta præscriptio, & hoc est notissimũ, apud foristas, ex illa autem lite mota in qua reus fuit absolutus, certum est, quod resultat quidam actus, tanquam extraiudicialiter gestus, & sic petitio extraiudicialis, in terminis Panor. in d.c. illud, n.15. de præscriptio. latius in c. at si clerici vbi no-
15 tatur, de iudicijs, & sic in Regno † petitio iudicialis nulliter facta interrumpit præscriptionem; quia habet vim extraiudicialis interpellationis, & actus, vti fuit iudicatum in process. Petri Crexencam, super appellitu captionario, in Curia Iustitiæ Aragon. anno 1599. vide me de inhibitio.c.5.§.2.a n.10. cum sequent. Domin. Monter. decis.21. per totam.

Ergo cõcludi oportet, quod per huiusmodi litẽ, tãquã per factũ quoddã extraiudiciale, interrupta fuerit præscriptio, faciũt notata per Abb. vbi su.n.14.vers.vbi autẽ exigetur, de præscript. Cõtraria autẽ procedunt de iure, quo attento, cum non sufficiat protestatio extraiudicialis

regulariter, ad interrumpendam prę-
scriptionem, c. nihil, & ibi Felin. de prę-
scrip. idem in cap. illud, num. 17. vers. deci
maquinta conclusio, Anton. de Butrio,
in cap. auditis. 4. colum. eod. & in cap.
super eo, de parrochis, Ioann. Baptista
Bobius, de statut. vrb. prę∫crip. glos. 22.
vbi limitat, Balb. vbi sup. num. 18. vbi la-
te l. alienam, & ibi Bartol. & glos. ff. pro
emptor. sequitur, quod debet esse actus
iudicialis legitime factus: adeo vt nullus
non interrumpat, Balb. vbi sup. num. 27.
dicens: quod licet citatio sola interrum-
pat præscriptionem longissimi tempo-
ris 30. annorum, illud tamen intelligit in
citatione valida, secus si nulla aliquo res-
pectu, quia non interrumperet, l. si pa-
ter, vbi glos. & Bald. C. de stat. deffunct.
citatio namque inualida nihil operatur,
l. fin. l. si accusatoribus, C. de accusa-
tio. ita firmant Roman. Alex. Ias. Bald.
& alij multi allegati per Balb. d. num.
27. Et si contrarium statutum (vt scilicet
sufficiat interpellatio extraiudicialis per
dictam obseruantiam) non haberemus,
idem esset dicendum in nostra præscrip
tione statutaria, qua cauetur, quod si
creditor steterit per 20. annos, quod nō
petierit debitum, amplius non audiatur:
nam hæc præscriptio fundatur in sola ne
gligentia creditoris non petentis; &
odio illius absque facto debitoris, & si-
ne titulo & possessione: & ita dicitur me
16 rè odiosa † præscriptio, & sic per so-
lam citationem validam deberet inter-
rumpi iure communi attento, vt in si-
mili odiosa præsumptione, Balb. vbi sup.
num. 10. allegans Bart. Angel. Alexan.
Imol. Iass. & Bald. Abb. in dict. cap. illud,
num. 12. & similiter etiam litis contesta-
tio, quæ longi temporis præscriptionem
10. vel 20. annorum interrumpit, debet
esse valida, nam nulla non interrumpit,
& habetur pro non facta, glos. in l. pe-
nult. verbo, non competentem, C. ne de
statu deffuncti, Balb. vbi sup. nu. 35. Abb.
num. 14. vbi sup. Inde fit reddeundo ad
propositum; vt in dictis casibus respe-
ctiue citatio, & litis contestatio nulliter

factæ non interrumpant, quia cum de-
beant esse iudiciales, debent esse validę,
aliàs habentur pro non factis, è contra
vero, cum habeamus in Regno statutū,
quod interpellatio extraiudicialis va-
17 leat, ideo interpellatio facta † in iudi-
cio nulliter, licet non producat actum
legitimum, causat tamen quoddam fa-
ctum extraiudiciale, etiam ad causandā
malam fidem in præscribente, vt tenet
Abb. vbi sup. num. 14. & 15. Balb. num. 35.
& hoc in Regno sufficit per d. obseru. vt
dixi, vide me in tracta. inhibitio. cap. 5. §.
2. num. 10. & Domin. Monter. decis. 21. &
per consequens cōcludendum est, quod
dicta præscriptio fuerit interrupta, tam
quoad Elisabetham Orruytiner legata-
riam, imo & interrumpisset dicta inter-
pellatio in fauorem Augustini Orruyti-
ner patris & vsufructuarij; cum vnus al-
terius ius conseruare & meliorare pos-
sit, idque casu quo vsumfructum in sui
ipsius præiudicium, anno 1580. non re-
nunciasset.

Fortius, & quod plus est non habuit
necesse ipsa Elisabetha interrumpere
præscriptionem ad substinendum lega-
tum, non dato aliquo alio, qui posset hæ
redes debitoris interpellare; prout hîc,
postquam Augustinus Orruytiner renū
ciauit anno 1580. vsumfructum 20000.
solid. in sui præiudicium, quod potuit
vt infra, a quo tempore non potuit am-
plius interpellare, neque etiam ipsa Eli-
sabetha legataria; quia cum legatum es-
set ei factum a tempore finiti totius vsus
fructus, & non antea, & sic fuit exactio
dilata in illud tempus, vt dicemus, eo re
nuntiato tantum in parte, nō venit dies,
quo ipsa agere potuit; & sic non potuit
ei currere præscriptio, quia non valenti
agere, non currit præscriptio; non enim
18 currit † præscriptio ante quam actio in-
cipiat competere, l. sicut in fin. principij,
C. de prę∫criptio. 30. annorum, & sic in
debitis sub conditione contractis nō cur
rit ante conditionis euentum, l. cum no-
tissimi, §. illud, C. de prę∫criptio. 30. anno
rum, & ita Paul. de Cast. cons. 391. col. 1. di
cit:

cit: quod id quod non est in actu & potẽtia præscribi non potest, facit l. in rebus, §. omnis, C. de iure dot. Balb. vbi sup. 6. & vltima p. per totam signanter, n. 10. & 16. vbi similes casus enarrantur multi, in quibus impedito agere nõ currit præscriptio. Est verum (licet extra casum de quo agimus digrediamur) quod si vsufructuarius non renunciasset, & sic remãsisset habilis ad petendum, & esset negligens in petendo, tunc præscriptio cõtra eum inchoata, & sua negligentia nocerent legatario, licet daretur recursus cõtra vsumfructuarium, ratio est: quia quã
19 diu in aliquo debito datur pars † legitima ad illud petendum, si non petat, non solum sibi præiudicat, verum & sequenti, qui post ipsum capere debet, l. si hæres 2. §. fin. ff. ad Trebel. & ibi glos. vbi negligentia hæredis grauati in non petendo debitum causat illius præscriptionem, non solum contra ipsum grauatum, sed etiam contra fideicommissarium, & sic secundum Bart. ibi, negligentia hæredis nocet fideicommissario, idẽ tenet Paul. de Castr. ibidem, per tex. in l. mulier, §. sed enim, ff. ad Trebel. Peregrin. de fideicommis. art. 10. n. 45. cum sequẽ. & in proprijs terminis vsusfructus, quod negligẽtia vsufructuarij noceat proprietario, quoad præscriptionem, est tex. in l. 1. §. fin. cum seq. ff. vsufructuar. quemadmod. caueat, cuius verba sunt: *Interdum etiam inerit proprietatis æstimatio (hoc est cauebit vsusfructuarius de æstimatione proprietatis) si forte fructuarius, cum posset vsucapionem interpellare neglexerit, omnem enim rei curam suscipit.* Nam & custodiam præstare tenetur, l. nam fructuarius, ff eodem, Bart. Alber. & communiter DD. in d. l. 1. id ipsum docent idẽ Bart. in l. 1. §. fin. de oper. nou. nũtiatio. & alij multi allegati per Anton. Gom. tõ. 2. var. c. 2. n. 6. Castillo, de vsufructu, c. 10 n. 12. & 14. vbi dicit communẽ: vsusfructuarius namq; nomine proprie-
20 tarij † tanquam procurator, sine alio mandato potest agere rei vendicatione, vel alia actione competenti contra tertium possessorem, vel detentatorem rei fructuariæ, sine alio speciali mandato proprietarij, & vsucapionem, vel præscriptionem interrumpere, & omnia alia facere, quæ tendunt in vtilitatem proprietarij, & conseruationem ipsius rei fructuariæ, Castillo, vbi sup. Caualin. mil leloquio. 1, num. 11. & 12. Alex. Crot. Rube. & alij allegati per Castillo, qui testatur de communi, dicens: hæc omnia tacitè vsufructuario mandata videri, sic conciliãs, Caual. de vsufructu, n. 77. & 198. Crassum, in §. legatum, q. 34. n. 2. ex vna, & Bald. & Castrens. ex alia, quorum primi nullum habere fructuarium mandatum à proprietario agendi in respicientibus proprietatem, secundi contrarium asserebant, sic probatur d. l. 1. & commissa est vsufructuario custodia bonorum, eo ipso quo habet vsumfructum, & censetur procurator generalis proprietarij ad exercendũ omnia, quæ concernunt administrationẽ rerũ, d. l. 1. & transeũt in eũ actiones actiuæ, tã ex obligatione cõuentionali, quã legali, Oldrad. conf. 24. Couar. lib. 2. variar. c. 1. & 2. n. 4. idque nomine proprietarij, Greg. Lop. l. 4. ti. 32. p. 3. glos. 1. & sic potest debita exigere & solutionẽ recipere, l. vxori meæ, de vsufructu legato, Socin. cons. 132. num. 13. lib. 1. Surd. cons. 161. n. 14. in 2. nomine tamen
22 proprio nullas actiones † exercebit, siue directas, siue vtiles, nisi pro suo vsufructu tantum, Caualca. de vsufruct. n. 7. & 198. & nos latius in decis. 63. 1. to. in vsufructu autem vniuersali legato Augusti no certum est, quod etiam continebatur vsusfructus 20000. solid. legatorum Elisabethæ; quia vsusfructus nominum † &
23 debitorum venit in legato vsusfructus omnium bonorum, l. vxori meæ, de vsufructu legato, l. qui filiũ, C. de legat. Roland. cons. 8. num. 3. vol. 2. Natta, cons. 297. Mantic. de coniectur. lib. 9. tit. 6. numer. 2. dicens: quod potest absque cessione proprietarij exigere & petere debita proprietaria talis vsusfructuarius omnium bonorum, Mantic. numer. 3. latè Decius, cons. 418. numer. 8. & 67. quia dicitur procurator in causa propria

M 2 ad

ad debita petenda, l. 1. §. fin. cum l. seque. de nou. oper. nuntiatio. Bertrand. consi. 162. num. 11. vol. 5. Mantic. vbi sup. qui tenent, quod quando legatur vsusfructus
23 alicuius † debiti, censetur legata proprietas, cum obligatione restituendi; maxime vbi legatur vsusfructus bonorum mobilium, & sedentium, nominum, iurium, instantiarum & actionum; præsertim in Regno, vbi constitutio vsusfructus in omnibus bonis perinde est, ac si super vna quaque re particulari relinqueretur, vt in d. decis. est tamẽ certum, quod in d. casu remaneret recursus pro prietario & fideicommissario contra hæredem & vsumfructuarium, d. l 1. Paul. de Castr. in d. l. si hæres, §. fin. ad Trebel. per l. mulier, §. sed enim ad Trebel. Peregrin. art. 10. num. 45.

Et ita in simili habemus, quod negli-
24 gentia mariti † in non interrumpendo præscriptionem semel inchoatam antequam res efficeretur dotalis (nam post inchoari nõ potest) præiudicat mulieri, etiam in rebus dotalibus per tex. in l. si fundum, ff. de fundo dotal. (vbi datur vna limitatio) licet habeat ipsa recursum contra maritum, & eius hæredes, vt resoluit Garcia de expens. cap. 13. num. 34. Massue. tit. de præscrip. vers. item & res dotalis, Molin. de primog. cap. 10. num. 4 Pereg. de fidei art. 41. num. 18. prout fuit declaratum in Curia Iustitiæ Aragonũ, ann. 1608. in processu dõ Martini de Gotor, supra iuris firma non obstante, quod mulier constante matrimonio erat impedita agere.

Et ex his patet responsio ad 3. quæsitum, quod silicet præscriptio inchoata contra vsumfructuarium noceat legatario proprietatis, si vsusfructuarius potuit agere vt supra, secus autem si non potuit agere, quia nec contra eum, nec contra proprietarium curret præscriptio; quid autem si renuntiauerit vsumfructum, dicetur in sequentibus.

Ad vltimum quæsitum deueniendo videbatur dicendum, quod hoc legatum 20000. solid. relictum post tempus finiti vsusfructus Augustini est conditionale, quia hoc tempus est incertum an adimpleatur viuo legatario, & dies in-
25 certus in testamento † conditionem sine dubio facit, l. 1. ad fin. l. dies incertus, & ibi Doctores, de conditio. & demonst. Mantic. de coniectur. lib. 4. tit. 20. num. 19. l. vnic. §. fin autem, C. de caducis tollen. l. 4. ff. quãdo dies legati cedat. idem Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 20. n. 3. & si interim moriatur legatarius, extinguitur legatum, & non transmittitur, l. quibus diebus, §. quiddam Titio, de conditio. & demonstra. & ibi Bartol. & Paul. glos. & communiter Doctores, in l. Seius Saturninus, ff. ad Trebel. dict. §. fin autem, vbi supra, Mantic. d. num. 3.

Hoc supposito pro vero, quod sit legatum conditionale, resultat quod morien te ante diem extinctionis vsusfructus legatario, proprietas legati accresceret hæredibus Matthiæ de Rada testatricis, propter quod interesse sequitur notabi-
26 liter, quod non potuit Augustinus renuntiare vsumfructum † in præiudicium hæredum ad quos in dict. casu poterat reddire legatum, & in quorum fauorem videbatur adiecta conditio, seu dilatio, non vero legatarij. Bartol in l. illis libertis, ff. de conditio. & demonst. Alexan. in l. 1. numer. 2. versic. nam reprehendit, C. de legat. Mantic. de coniectur. lib. 10. titulo 5. numer. 8. Legatarius enim,
27 hæres, † prælatus & similes, possunt in quærendis præiudicare Ecclesiæ & alijs, quamquam non in quæsitis, Bartol. & Doctores, in l. iubemus nullam, C. de sacrosanct. Eccles. Doctores, in cap. 1. de dolo & contumac. Çauarel. in cap. potuit, de locat. Iass. consil. 108. numer. 1. Decius, in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, column. 24. de constitut. longa remissio per Bertachi, in verbo prælatus solus, vbi testatur de communi, l. qui autem, ff. de his quę in fraud. creditorum, vbi bonus textus Crauet. consil. 152. numer. 9. Iass. in l. legatum la primera, columna antepenultima de legat. 1. Franchis, decisione 101. Honde-

Honded.conf.55.num.34. vol.1. Debitor
28 enim licet † bene possit renuntiare & repudiare hæreditatem, vel legatum, sibi delatam in bonis alterius, nec possunt creditores illam renuntiationem reuocare, etiamsi fiat in eorum fraudē, quia non diminuitur patrimonium debitoris, Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 121. de actioni. notat Anton. Gomez. in l.51. Taur. num. 66. per l. si sponsus, §. si maritus. 2. de donat. inter vir. & vxor. l. profectitia, §. si pater, de iure dotium, in quibus iuribus, potest quis renuntiare quærenda ad fauorem alicuius, absque eo, quod dicatur facere præiudiciū alicui, renuntiare enim quærenda non est diminutio patrimonij, sed potius non acquirere, quod a debitoris voluntate pendet, tamen non potest alienare bona sua semel quæsita, in fraudem creditorum, d. l. qui autem, Anton. Gomez, in l.48. Taur. n.9. Vnde concludendo, licet potuisset Augustinus renuntiare vsumfructum quęsitum, quoad sui pręiudicium, sicut pater renuntiat vsumfructum in bonis aduentitijs in fauorem filij, l. cum oportet, §. fin autem, C. de bonis q; liber. & ibi DD. Gomez. vbi sup. n.9. vbi &c. de communi alios allegans: non tamen potuit renuntiare in præiudicium hæredū, quibus legatum foret quærendum, moriente legatario ante diei euentum: quibus sic stantibus videbatur, quod Augustinus non potuit exigere legatū; quia a se actionem abdicauit, renuntiando vsumfructum, nec etiam Elisabetha legataria poterat petere; quia legati actio fuit delata postdiem incertum finiti vsusfructus, & antea non poterat exercere actionem, dictis iuribus. Hęc tamē ratio, licet in se verissima esset in omni legato conditionali, quo casu (vt in ea habetur) mortuo legatario ante conditionis euentum fieret caducum legatum, & rediret in dominium hæredis, dictis iuribus: tamen hîc non est legatum conditionale, sed purum, quamtumuis vsusfructus proprietatis alteri relinquatur: ita tenet Paul. Castrens. in l. Titia, §. Titia, delegat. 2. tenet Molin. in verb. vsusfructus, in fin. per obseru. si legatum pecuniæ, de iure dot. vers. & ita etiā, & obseru. si maritus fecerit pactum, vers. habet, eod. tit.

29 Ex quibus resultat, quod licet † proprietarius cui legata est proprietas decedat antequam vsusfructuarius, nihilominus transmittet proprietatē ad hęredes suos, nec dabitur caducitas propter mortem proprietarij, Portol. in schol. verbo, vsusfructus, nu.23. loquens, quando testator relinquit Titio vsumfructum prædij ad vitam, & post obitum Titij relinquit illud prædium Hieronymo, nam licet prę decedat Hieronymus, transmittet pro-
30 prietatem, tēpus † enim mortis non adijcitur ad conditionandum legatum, sed ad effectū ne legatarius turbari possit, & ad magis declarādam voluntatem testatoris, & sic legatum est purum, vt tenet Bald. in l. filius a patre, vbi Ias. & Castrē. ff. de libe. & posth. Bald. in l. id quod pauperibus, q.14. C. de Episc. & cleri. Couar. lib.2. variarum, c.2. nu.5. Pichus, Roman. Corn. Pechius, Caualca. & alij multi allegati per Portol. vbi sup. n.23.

31 Neq; his obstabit, quod expressè fuerit legatum factum post vitam † vsusfructuarij, idest totius vsusfructus: quia cū illa conditio iam inesset ex necessitate actus, expressa nō nocebit, nec impediet transmittendi facultatem, Portol & alij per eum allegati vbi sup. l.3. & ibi Bart. & alij delegat. 1. Mantic. de coniectur. lib.11. tit.20. nu.5. l. conditiones extrinsecus, de conditio. & demons. l. cum illud, §. fin. & ibi glos. ff. quand. dies leg. ced. l. quæ sub conditione, §. fin. ff. de conditionibus institu. Orosc. in l.4. §.1. ff. de pact. Zanchus, in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 4. num. 336. & 353. ad Trebel. Menoch. de præsump. lib.4. præsumpt. 201. num. 55. Peregrin. de fideicommis. art. 32. numer. 21. Quod secus esset, quando illud exprimitur, quod tacite inest, non ex necessitate actus, sed ex tacita testatoris voluntate; quia tunc expressio operaretur conditionem, & impediret transmissionem, Mantic. vbi sup. d. num.

M 3 5. Crot.

legataria egerint, remanet præscripta actio; quia etiam negligentia vsufructuarij nocet proprietario, licet contra vsufructuarium detur recursus ad damnũ sua culpa illatum. Nec potuit se excusare Elisabetha per sententiam latã, anno 1584. in qua succubuit, ex quo conuenti fuerunt absoluti, per quam fuit declaratum, nondum potuisse Elisabetham agere, ex quo vsusfructus nõdum fuerat totus extinctus, & per consequens videbatur non cucurrisse ei tempus, & sic actionem non fuisse præscriptam, ea ratione, quia quando quis impeditur, etiam iuris impedimento, agere, non currit contra eum præscriptio (si non fuit in facultate impediti, tollere impedimentum) ita cõcludit cum multis Decian. de probat. c. 47. n. 20. cum seq. Crauet. consi. 163 nu. 7. vbi alij. Nam respondetur. Primo, quod potuit ipsa Elisabetha agere, & exercere actiones sibi cæssas ab vsufructuario, & isto modo impedimentũ remouere, quo non facto currit ei tempus, Pacian. vbi sup. & etiam potuit appellare ab illa sententia, appellationemque prosequi, & sic impedimentum remouere; aliàs impedimentum iuris (scilicet sentẽtiæ) sibi non prodest, elegãter Paul. Castr. in l. quibus diebus, n. 4. de condition. & demonstra. Molin. & Peregr. vbi supr. & sic in vim istorum supradicta sententia fuit confirmata, & hoc expresse motiuatum vltra primum motiuum.

DECISIO C.XXVIII.

An, si à posse alicuius inuentariãtur albarana mercatorũ, in quib⁹ promittitur solui principali nominato in eis, & etiã cuilibet portitori, posit ille, a cuius posse inuẽtariãtur, illa appellitare & petere exequi cõtra obligatũ, & quomodo.

SVMMARIVM.

Albarana mercatorum & eorum exactio, in quo differant de iure communi à consuetudine Regni. numer. 1. & numer. 8.

Portitor albarani de cõsuetudine Regni habet actionem ad exigendum albaranum, quæ consuetudo viget in alijs partibus. num. 2.

Portitori instrumenti obligatorij præsumitur facta eius tradditio, & sic non tenetur probare. num. 3. & num. 14.

Delictum non præsumitur. num. 4. & num. 14.

Albaranum inuentariatum à posse portitoris non executatur, nec prouidetur appellitus contra obligatum, dum probatur solutio, vel alia exceptio impediens solutionem. num. 5. contrarium. num. 13. & 14. intellige vt num. 20.

Albarano inuentariato, vel lite quacũque pendente super dominio illius, nihil est innouandum in executione illius. num. 6. declara, vt num. 21.

Actione præiudiciali intentata silent omnes aliæ actiones, & tradditur ratio. num. 7. quod procedit, vt num. 22. & 23. & 24.

Forus de los albalas de mercaderes, *est odiosus & exorbitans a iure communi. num. 8.*

Agens & fundans se in aliquo iure exorbitanti & odioso, ante omnia debet probare contenta in dispositione odiosa. numer. 9.

Verba legis cui non conueniunt, nec eius dispositio conuenit. num. 10.

Captus vigore cõmandæ, vel censualis multis casibus inuito creditore relaxatur, sub fideiussoribus. num. 11. quod intellige vt num. 27.

Portitor albarani, non potest illud petere sine mandato, nisi prius demonstret iussum a principali nominato in albarano. num.12. quod declara ut num.28.

Sequestrum necessarium non priuat possessione. num.14.

Portitor albarani secundum ius commune, qui non potest sine mandato agere nomine proprio, poterit tamen nomine creditoris, de quo instrumentum loquitur; licet portitori non sit obligatus, num.15.

Portitori obligationis debitor soluere non tenetur, nisi is reddat literas obligatorias, & cautionem indemnitatis praestet. num.16.

Quantitas albarani inuentariati, debet remanere poenes curiam, ut ea sit guarnita, donec constiterit, an illud debeatur portitori, necne. num.17.

Actio intentata pro debito, potest prosequi etiam pendente exceptione super debito illo, & hoc ad finem assecurandi curiam, & ut remaneat curia guarnita, & quantitas debita remaneat apud curiam, num.18.

Portitor albarani, etiam si a posse illius dictum albaranum inuentarietur pendente inuentario, potest petere executionem contra obligatum & captionem, ad finem assecurandi curiam, & ad hoc ut quantitas ducatur ad posse curiae, & ibi remaneat secura, & tradduntur multa exemplaria. num.19.

Causa minor, non debet maiori praeiudicare. num.23.

Actio praeiudicialis quae dicatur. numer.24.

Seruus qui est in quasi possessione libertatis, & postea reuocatur in seruitutem ante litem sibi motam, exercebit actiones sibi competentes, secus si lite iam sit ordinata super causa status. num.25.

Inuentarium non priuat quẽ a sua possessione. num.26.



MVltoties vidi dubitari de hoc, pone, quod Titius habebat apud se quoddam albaranum priuilegiatũ alicuius mercatoris, in quo mercator obligatus promittit soluere ei, & cuicumque latori quantitatem contentam in albarano, si postea ad instantiam obligati volentis subterfugere solutionem, vel alterius inuentariatur albaranum, & ducitur ad posse iudicis, possit ille, qui albaranum tenebat, appellitare & agere contra obligatum, vt soluat ei, vel curiam assecuret, vel an teneatur super sedere donec declaretur, cuius sit albaranum, quod furtiuũ esse potuit.

1 Ad cuius dubij resolutionem † praemitti oportet differentiam esse inter ius commune & consuetudinem Regni, nam de iure, quando chyrographus, seu albaranum, ita constituitur, quod debitor in eo promittit soluere Titio, seu cuicumque portitori, tunc principali nominato recte soluitur, licet chyrographus in tertias manus deuenerit; quia ille tertius non habet actionem aliquam ad petendũ, nouandum, accepto ferendũ, nec aliquid alium circa debitũ facere potest, sed solum censetur solutioni adiectus, ita quod debitor potest ei recte soluere, si voluntarie soluat, nam cogi non potest, & si vult agere ille adiectus, debet agere nomine principalis nominati in albarano, & mandatum illius habere, vt totum hoc probatur in l. quod stipulatus, ff. de solut. l. stichum, aut Pamphilũ, §. quaesitum, §. vsumfructum eod. tit. l. qui hominem eod. tit. Anton. Gomez tom.2. var. resolut. cap.11. num.20. cum seq. vbi ponit differentiam, & rationem diuersitatis,

tis,cur secus sit, quando stipulatio conci pitur copulatiue,& non alternatiue, ita Rebuf.de liter. obligat.art. 1.glos.9. nu. 28. 33. & 34. vbi resoluit sine mandato agi non posse. Boer.decis.154.num. 9. & decis.281.num.6.in fin. Neguf. de pigno. 2.membr. 5.par. num.13. Benuen. de adiect. 4.part.quæst.8. num.1. & 10. & alij multi,quos allegat Portol.in tract. compet.q.1.num.11.fol.464.

De consuetudine tamen huius Regni secus est,quia inter mercatores seruatur inconcussè, albarana mercatoris exigi, & recuperari posse proprio nomine ab eo,qui illa adducit,& in suo posse illa habet,licet alius principaliter in albarano nominatus sit,quicquid de iure sit, Molin. verb.instrumentum debiti in fin.ibi, secus si prędicta cauerētur in aliqua scriptura mercatoris, fol. 185. colu. 2. & sic in Regno non attenditur nomen illius, qui scriptus reperitur in albaranis mercatorum, sed actio tantum competit ei, qui albaranum exhibet,ita Portol.vbi supra,num.15.siue iste portitor sit principalis nominatus,siue alius tertius non nominatus,&totum hoc virtute verborum illorum, *promitto soluere Titio, vel cuicumque attulerit albaranum.* Et hoc attenta † con-
2 suetudineRegni,quam etiam in alijs partibus vigere tradunt,Bursat. consil. 242. num. 7. vers. tertio arbitror. in 3. Iass. in l.huiusmodi, §.si ita, num. 11. de legat. 1. Benuen. vbi supr.& alij allegati per Portol.vbi sup.num.16.& in specie Rebuf. vbi supr. n. 35.dicens talem esse consuetudinem Parisiensem,qua attenta iuxta obligationem talem tenetur debitor soluere portitori,l.iuris gentium, §. prętor ait,ff.de pact.imo plus dicit Rebuf. quod
3 † non requiritur, quod is, qui defert instrumentum obligationis probet sibi esse à creditore traditum, quia postquam illud habet,præsumitur sibi esse traditum Boer.decis. Burdegal.quæst.154.per l.labeo cum sequenti,de pactis: neque præsumi debet, quod portitor substraxerit,
4 quia non † debet præsumi delictum,l.merito,ff.pro socio:Hoc præmisso videtur, dicendum,quod absolute non possit appellitare,& petere exequi albaranum, ex rationibus sequentibus.

5 Primo,quia qui albaranum † inuentariauit prætendit albaranum fuisse iam recte secundū iusā se solutū principali nominato in eo, & sic fore sibi restituendū iuxta l.fin.C.ad exhiu. vbi dicit tex. *Si ex quocumque contractu apud præsidem Prouinciæ iure debitum, cui oportuerat, te reddidisse probaueris, Chirographa tria, ex quibus iam nihil peti potest,& instrumenta ad eum contractū pertinentia, tibi naturaliter liberationem consequuto exhiberi, ac reddi iubebit.* Vbi glos. dicit,agi remedio restitutorio,& exhibitorio,l.dissolutæ, vbi Bart. C. de condi. ex leg. si igitur rectè solutum probatur, & ius non patiatur, vt semel exactum, iterum exigatur,l.bona fides,& ibi glo. Alberi. Decius, Cagnol. ff. de reg.iur. Alexand.cons.113.in 5.Rom.cons.28. num. 2. cap.bona fides,vbi glos.Din.Io.Andr.Archidiac. Anchar. Domin. Franc. de reg. iur.in 6.sequitur inde, vt dū solutio probatur, vel alia exceptio impediens solutionem,non executetur, & prouideatur
6 appellitus.

Secundo, quia cum dicta † albaranā sint inuentariata,& agatur de eorum dominio,lite huiusmodi pendente,non potest innouari appellitus captionarius, quia nihil est innouandum lite pendente, neque compromisso pendēte,neque supplicatione pendente,neque inuentarij confectione pendente, prout de his, & alijs multis latissime tradit Rebuf. 3. tom.tract.de appellat. num.16. glos. 1. à num.13.vsque ad fin.pag.526.527. Lancelotus de attentatis lite pendente 2. par. cap.4. vbi infinita congerit in materia, ratio huius conclusionis ea est,quia ius alterius lædi potest, & ob id litependente non potest alter litigantium impetrare, vel rescriptum, vel priuilegium non facta mentione litis pendentiæ,latæ Menoch.cons.79. num. 24. & 25. Mandos. 2. par.reg.cancell.reg.29. quęst.11. num. 7. affirmans lite pendente prohiberi, aliquid innouari, quando per innouationē in

in aliquo preiudicaretur, vbi allegat Innocen. & alios, sed sic est, quod in nostro casu hæc innouatio maximum adferret præjudicium, debitori obligato in albarano, tam respectu honoris, & opinionis mercatoris, quam etiam respectu bonorum, tam sortis principalis, quam sumptuum, & expensarum, cum potuerit debitum esse solutum, vel albaranum esse suum; ergo non est permittenda lite pendente super dominio albarani.

7 Tertio maximè facit, quia † intentata actione præiudiciali silēt omnes aliæ actiones, quę ei preiudicium facere possent, l. cum status, C. de ordine cognitio. & ibi Bald. Salicet. & DD. omnes, Iass. cons. 109. num. 1. lib. 2. l. penult. de noxal. l. ordinata, §. fin. ff. de liberal. caus. l. Titia, ff. solut. matrimonio, & ibi latè Barbos. & actio præiudicialis est, quæ proponitur in modum exceptionis ad excludendam aliam actionem prius intentatam, vel quæ timetur intentari ad similitudinem aliarum, de quibus in §. præiudiciales de actionibus: totum hoc fundatur in ea ratione, quia cū intentata actione præiudiciali incertum incipiat esse, cui sit competitura actio particularis, an domino, vel seruo, an patri, vel filiæ, non debet interim admitti alia causa quę prius præiudicet d. l. cum status; vbi dicitur: *Cum hoc incerto, vtrum ne tibi libere constituto, an domino tuo (si si tuum te sententia declarauerit) debeatur; ad solutionem debitorem tuum vrgere non opportet:* cum igitur hic agatur de dominio albarani, cuius sit, & exactio debiti si fieret, præiudicaret huic causæ; cum fieri posset à non domino ab euentu; ideo dicendum videtur, non debere exigi debitum, donec certū sit cui competat, vt in d. l. cum status.

8 Quarto, quia forus, *De los Albalas* † *de Mercaderes*, est odiosus, & exorbitans à iure, secundum quod non est incipiendum ab executione, l. 1. & 2. C. de executio. rei iudicat. vbi Bald. Paul. Salicet. & alij, & etiam, quia de iure licet ponantur illa verba in albarano (tibi, & cuicumq; portitori) non est pars legitima tertius portitor, qui illud adfert ad petēdā quātitatē nisi se includat, Gerard. singular. 87. Portol. vbi supr. num 11. & alij; est verum, quod rectè ei soluitur, quia est adiectus solutioni, Benuenut. Rebuf. Gomez, & alij supra, solum enim principalis nominatus in albarano habet actionem, at in Regno contrarium est; quia portitor albarani est pars legitima ad petendum, tā ex dicto foro, quam ex consuetudine (vt dixi supra) in vim dictorum verborum,

9 sed sic † est, quod qui se fundat in aliquo iure exorbitanti, & odioso, vt possit se de eo iuuare, ante omnia debet probare omnia, quæ ponūtur in dispositione odiosa, Bald. in l. si quis non dicam rapere, C. de Episcop. & Cleric. DD. in l. si quis maior, C. de transactio. at pars aduersa non potest dici portitor, cum illud non habeat pęnes se ad restituendum debitori casu quo soluat, ergo non potest se illo

10 iuuare, quia † cui non conueniunt verba legis, nec etiam eius dispositio, Bald. in l. 1. num. 4. C. si quis omiss. caus. testam.

11 Quinto, quia in multis † casibus captus vigore Commandæ, vel censualis, relaxatur sub fideiussoribus inuito creditore, vt cumulat Portol. in verbo capleta, pagin. 304. & 305. vbi penit regulam, quod si debitor exactionē proponat aduersus debitum, ob quod captus existit, quod Iudex pendente illa cognitione debitorem sub fideiussoribus dimittere potest, & ibi multa allegat; eodem modo in casu nostro, cum exceptio dominij opposita sit, videtur ea durante nihil innouandum esse.

12 Sexto, quia cum de iure † iste portitor non possit petere sine mandato, nisi habeat ius cęssum, non potest petere, nisi prius liquidato, quod habeat ius cessum, vel ne, Bald. in l. per diuersas, quæst. 10. num. 14. C. mandati, Xuarez in l. post rē iudicatam, in declaratione legis Regni, ampliatione 7. pag. mihi 571. Dida. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordina. pag. 1075. & 1076. vers. quæri potest vlterius, Rebuf. tom. 1. de liter. obligator. art. 3. glos. 2. num. 17. & 18. vbi quod portitor tenetur docere de cęssio-

cęſſione, ſi petatur,& art.2. gloſ.1. nu.75. vbi quod ſi quis obligatus ſit adſoluendum decem Titio, ſeu alteri portitori, non tenetur debitor ſoluere portitori,ni ſi is reddat literas obligatorias,& cautionem indemnitatis præſtet, dicēs,ſic iudicatum per arreſtum,cum igitur non poſſit creditor albaranum reſtituere, cum ſit in poſſe iudicis,non poterit appellitare,& petere.

His tamen non obſtantibus contrariū eſt dicendum, quod ſcilicet ille, à cuius
13 poſſe albaranum † inuentariatur,ſeu ſequeſtratur,poſſit illud appellitare,& ſeu debitum petere,in vim illius, non tamē abſolute,vt pecuniam ſecum ducat, ſed ſolum ad effectum,vt pecunia remaneat inCuria,vt remaneat ſecura & guarnita, vel aliàs det fideiuſſores idoneos, & ſufficientes de reſtituendo pecuniam in caſu,quo albaranum alteri parti adiudicetur. Primum magis eſt in praxi & obſer-
14 uatur. Ratio eſſe poteſt, quia † ſequeſtrum neceſſarium non priuat poſſeſſione,cum fiat Iudicis præcepto, Cardinalis, & alij in Clementina vnica, de ſequeſtratione poſſeſſio.& fruct. Boer. deciſ. 171. in 1. Man Ioſ.in regula 34.quæſt.43.nu.5. dicens communem,l.propriè. l. licet, ff. depoſiti, l. ſequeſter, de verborū ſignifi. Bald.& Salicet.in l. vnica. C.de prohibit. ſequeſt. ſi igitur non priuatur poſſeſſione ille,à quo ſequeſtratur albaranum,ergo eam retinet,ſi retinet,ergo conſeruādus venit,& non priuandus ſua poſſeſſio ne lite pendente,& non deciſa; imo expectandus litis euentus, Mandoſ.de Inhibitio cap.45.l.extat, ff.quod met cauſ. l. meminerint,l.ſi quis in tantam, C. vnde vi,nos late de Inhibitio. cap.6. §.2. num. 6.& per totum.

Ex quo ſubſequitur,quod ſi iſte remanet poſſeſſor albarani; perinde eſt, ac ſi actualiter illum teneret, at ſi detineret, poſſet appellitare,& petere exequi, attēta conſuetudine, etiam non probato ſibi eſſe à principali creditore traditū; quia poſtquam illud habet, præſumitur ſibi eſſe traditum,Boer.deciſ.154.per l.labeo cum ſequentibus, ff.de pactis: non enim eſt præſumendum, quod portitor ſubſtraxerit, quia delictum non debet præſumi, l. merito, ff. pro ſocio, Rebuf. vbi ſupra,artic.1.gloſ.9.num. 34. Ergo à primo ad vltimum videtur,quod iſte abſolutè poſſit petere ſuum debitū. Verum, quia(vt ſtatim dicemus)propter illud litigium iuris ratio, naturalis, temperando illum rigorem, & conſulendo vtriq; parti,diſpoſuit,vt non abſolutè petat, ſed in hunc tantum finem,vt eadem, vel tanta quantitas remaneat pęnes curiam; vt ſic ſit illa ſecura,& guarnita.

15 Secundo,quia in terminis † etiam iuris communis portitor albarani, qui non poteſt ſine mandato agere nomine proprio, poterit tamen nomine creditoris, de quo inſtrumentum loquitur,licet portitori non ſit obligatus, ſecundum Re-
16 buf. vbi ſupra, num. 33. Et in hoc caſu † non tenetur debitor ſoluere portitori obligationis, niſi is reddat literas obligatorias, & cautionem indēnitatis pręſtet, l. diſſolutę. C.de condictione ob cauſ.& ibi Bald.Rebuf. vbi ſupra,artic.2. gloſ.1. num.75. Ergo ſimiliter in caſu noſtro,ex quo illud litigium rem afficit,& eſt periculum,ſi ſuccumbat iſte talis,quod alter obtinens exigeret à debitore debitum, & ſic eſſet in damno debitor, cautum eſt à iure; vt quantitatem exactam deponat in Curia ad caſum ſuccumbentiæ.

17 Tertio facit pro hac eadem opinione ſic temperata tex.† in l.ſi quando, C. de ordi.cogni.vbi dicit tex. quod ſi aliquis, de libertate ad ſeruitutē vocatur,& ſic ex iſtat in quaſi poſſeſſione libertatis,& petat aliquam rem ſibi ſubſtractā,reſtituetur ſibi ſub fideiuſſoribus,quos ſi non inuenerit, remanebit res pęnes Curiam vſquè ad litis euentum, dicit enim tex. *Quod ſi ei, qui ad ſeruitutem vocatur, quidquam direptum eſſe memoretur, vniuerſa quæ conſtiterit ablata, ita demum ei reddi conuenit ei, qui ſeruus eſſe contenditur, ſi modo ſaluam rem futurā per idoneos fideiuſſores promiſſerit, nam ſi tales dare non poterit, tunc ea conuenit, de quibus in iudicio tractabitur, ſequeſtrari in eum diem, quo con-*

cõtrouersia sopiatur. Hæc sunt verba aurea huius tex. quo tota hæc conclusio probatur; nam non impeditur exactio ei, qui seruus prętenditur, ex quo est in quasi possessione libertatis, tamen, quia posset seruus iudicari per sententiam, ideo res remanet pęnes Curiam; vt secura illa sit: simili modo in casu nostro, cum iste, à cuius posse bona sequestrãtur, sit in possessione albarani, quo eum Iudex non priuauit, non debet impediri eum appellitare, & petere: tamen quia posset esse furtiuum, quod non præsumitur, ideo quantitas, vel res exacta debet remanere pęnes Curiam; vt sit illa guarnita & secura in casum succumbentiæ.

Quarto facit, quia in casibus, in quibus prohibetur quis actiones exercere, & debita sibi recuperare, veluti quando seruus proclamans ad libertatem exigit
18 sibi † debitum ab aliquo, vel quãdo existens in quasipossessione libertatis reuocatur in seruitutem, & talis exigit ab aliquo sibi debitum, in quibus casibus dicunt iura super sedendum esse in actione illa intentata propter quæstionem status sibi motam, quia incertum sit à die quæstionis, cui illa actio, & debitum sint competitura, vt probat l. cũ status, & l. fin. C. de ordin. cog. l. ordinata lite, l. lite ordinata, ff. & C. de lib. caus. l. Titia, ff. solut. matrim. & propter hoc præiudicium, quod resultare potest alteri victori, si à victo debitũ exigatur, est supersedendum in actione debiti, & spectari litis euentus, dict. l. fin. vbi supra: in eisdem tamen casibus disponitur à iure, & censura Doctorum, quod citra illud præiudicium, & dum illud non imminet posit pars prosequi in actione intentata, & de nouo intẽtari, vsquè ad lit. contest. quia eousquè nullum fit præiudicium partibus, sed solum ponitur actio, & debitũ in tuto per litis contest. & ab inde, qui posset de nouo incipere præiudicium supersedetur in causa, & expectatur victoria litis, vt sic victori adiudicetur, illa actio, ita Bart. Salicet. & alij in dict. l. Titia, & latissime Barbos. omnia subtiliter referens, vt sic in casu nostro concludamus, quod possit actio intentari & prosequi cessante præiudicio, & ad effectum tantum assecurandi Curiam in casum succumbentiæ, remanente pecunia apud Curiam, sic guarnitam, vt dixit Rebuf. vbi supr. art. 2. glos. 1. num. 75.

19 Ita in vim superiorum † fuit iudicatũ in processu Ioannis Felices, vel Ioannis Compañero, super appellitu, die 20. Februar. 1598. in Curia Iust. Aragon. Actua. M. Insausti, vbi cum quoddam albaranũ fuisset inuentariatum, in posse Ioannis, & duceretur albaranum ad posse Curię, ibi eo existente vendidit, seu cęssit Ioannes illud albaranum Petro, Petrus appellitauit cum eo, ex aduerso opponebatur, quod non debebat prouideri, & fieri executio, ex eo, quia solum portitor albarani potest executionem petere; hîc autem nec cędẽs nec cessionarius erat portitor, quia erat pęnes Curiam, & dici ei posset si soluo tibi, vt portitori, quomodo restitues albaranũ? altera pars dicebat, quod hac via possent frustrari omnia censualia, & commandæ, inuentariando ea, fuit determinatum, quod eligeretur media via cõsulens vtriquè parti, scilicet, quod executaretur ad finem asseccurandi Curiam tantum, & sic fuit prouissus dicta die, & postea confirmatus in mense Iunij 1598. & cum virtute executionis bona executata essent ducta ad Curiam, Iudex noluit ea mandare trançare; cum iã Curia esset asseccurata, & ille in cuius posse fuit inuentariatum albaranum fuit habitus pro portitore, (quod summe nota ad eaque dixit Rebufus:) vnus tamen ex dominis fuit voti, quod daretur executoria absolutè præstita cautione; cum in asseccuratione Curiæ plura requirantur, iuxta obseruantiã, decisione bonorum.

Et idem, quod supra fuit pronunciatũ in processu Guionis de la Liebre, super executione albarani oblata 19. Nouembris 1581. in Regia Audientia, Actuario Escartin, casus fuit, quidam vocatus Portet, erat obligatus in certa summa, mediante

diante albarano Guioni dela Liebre. Postea dictus Portete fecit inuentariari dictum albaranum in posse dicti Guionis; Guio autem appellitauit de albarano, petendo captionem, & executionem saltem ad finem, vt obligatus duceret pecuniam ad Curiam assecurandam, vt restitueretur victori, & fecit fidem de albarano, cum esset in eadem Curia. Fuit prouisus appellitus ad dictum effectum tantum: idem fuit pronuntiatum in processu Michaelis Salazar, super executione commandæ, de mense Februar. 1611. in Regia Audien. vbi quod si quis appellitat de aliquo albarano, & ex aduerso aliquis tertius petit albaranum, tanquam sibi futurum, pendente hoc iudicio debet solui portitori sub fideiussoribus. Et licet dicta exemplaria in hoc differat, quod aliqua detinent rem, alia restituunt sub fideiussoribus, eundem tamen habet effectum, & finem; posterius tamen de re restituenda sub fideiussoribus magis mihi placet.

Et nota in hac materia bonum exemplar, die 26. Iulij anno 1595. in Regia Audientia, vel die 30. Iunij 1597. in processu Petri Miralsol, super inuentario: Actuar. Chrystophoro Nauarro. Io. erat obligatus Titio in commanda centum librarũ, & ad maiorem securitatem fecit albaranum eiusdem quantitatis in fauorem Titij, narrando quod illud faciebat ad securitatem commandæ: postea Ioannes soluit quantitatem commandæ, & fecit eam cancellare; omisit tamen recuperare albaranum. Deinde Titius tradidit albaranum Seio, qui appellitauit in vim clausulæ, *vel cuicumque portitori*, & tradidit albaranum Notario causæ: Ioannes fecit illud inuentariari in posse Notarij, partes dederunt propositiones; Titius dicebat sibi restituendum albaranum; quia erat portitor, & hoc fatebatur Seius, qui albaranum duxerat ad Curiam, dicendo, quod erat Titij, qui illud sibi tradiderat ad finem appellitandi: Ioan. vero dicebat, quod ex quo per albaranum cõstabat esse factum ad securitatem commandæ; illa iam soluta remanebat albaranum inefficax, & debebat sibi restitui. Fuit determinatum Titium esse verum portitorem, attenta confessione Seij, esse tamen restituendum Ioanni, ex quo iam obligatio erat extincta: vt in simili casu resoluit Portol. in tract. competentiarũ, quæst. 1. num. 31. & licet pendente inuentario peteret Titius executionem contra Io. saltem vt assecuraret curiam; Iudices tamen nihil ad hoc responderunt, & sic remanet satis fundata hæc decisio, vt vel res remaneat penes curiã, vel quod restituatur sub fideiussoribus, quod magis placet.

10 Ex his non obstant contraria: † primũ non obstat, quia procedit de iure attento iure communi, quo liberatur debitor soluendo, vel principali, vel portitori; secus est de consuetudine Regni, vbi solum portitori solui potest, vt liberatio sequatur, solutio aliter facta nihil valet. Quidquod de iure, tertius ille adiectus non poterat petere debitum ab inuito, recipere tamen à voluntario solutionem sic, in Regno autem habet actionem, & petere potest.

11 Secundum non obstat, quia † illa procedit lite pendente, quando nõ dum sententia lata est, quo casu cum nondum debitum sit liquidum, vel quia sententia lata non est, vel est per appellationem suspensa, non mirum si executio sit denegãda; hic autem secus est, quia datur sententia legalis, siue à lege, propter confessionem illam, quam facit debitor in instrumento guarentigiato. Illa enim sententia legalis est á lege prolata, & executionem meretur, Bart. communiter receptus in l. cum vnus de bonis autho. Iud. possiden. ff. nos late de Inhibitio. c. 2. §. 1. & 2.

12 Neque tertium obst. † quia illud verissimum est in iure, quod propter incertitudinem, quæ oritur opposita actione præiudiciali, statutum est, vt particularis actio suspendatur propter præiudicium, quod immineret; veluti si is qui in seruitutem reuocatur exigeret sibi debita ab alijs

alijs sine cautione, si postea iudicaretur
seruus, remaneret elussus dominus, &
idem si pater mortuo genero repeteret
dotem, tanquam filia existente in patria
potestate, si effectualiter exigeret, si po-
stea filia declararetur sui iuris, remane-
ret frustrata, & ideo iustum videtur,
quod illa actio particularis cesset; sicut
in simili dicimus, quod pendente vni-
uersali iudicio cessare debet particula-
23 re, ne præiudicet vniuersali; quia † cau-
sa minor non debet maiori præiudica-
re, l. per minorem, ff. de re iudicat. l. si
quis libertatem, de petitione hęredit.
diximus late in responso Sindicatus, nu-
mer. 71. Bald. in l. emptorem, colum. 2.
C. de locat. vbi si moueatur lis prælato
super ipsa prælatura, non poterunt tra-
ctari interim quæstiones particulares,
quæ possent esse præiudiciales ipsi liti
super prælatura. Verum hæc non impe-
diunt quominus actio intetetur, quous-
què incipiat præiudicium, & sic vsquè
ad contestationem litis, vt dixi supra de
iure, sed quia hæc materia est vtilis, &
subtilis, ideo licet digrediar paululum
24 venit magis declaranda, supponendo, †
quod actio præiudicialis tunc dicitur,
quando proponitur in modum excep-
tionis ad excludendam aliam prius in-
tentatam (vel etiam quæ timetur inten-
tari, iuxta terminos, l. si contendat de
fideiussoribus.) & sic quando princi-
paliter intentatur alia actio, & quis
opponit exceptionem exclusiuam, velu-
ti libertatis, ingenuitatis, sui iuris, volēs
excludere agentem prius, & se asserentē
dominum, vel patrem, tunc dicitur actio
præiudicialis, quia proponitur per mo-
dum exceptionis, neque in ea prætendi-
tur aliqua condēnatio, sed exclusio prio
ris actionis, l. generaliter, de exceptioni-
bus, Barbos. in l. Titia, num. 7. solut. ma-
trim. dicens, quod si principaliter agere-
tur de libertate, & statu, diceretur iudi-
cium liberale, non actio præiudicialis de
his, §. præiudiciales, de actio. Hoc suppo-
sito dic, quod pręiudiciali actione inten-
tata, silent omnes aliæ actiones, quæ ipsi
causæ præiudicialis actionis intentatæ
pręiudicium facere possent, d. l. cum sta-
tus, & l. fin. & l. ordinata, & l. Titia, Iass. &
Bald. vbi sup. & hoc non solum procedit
inter personas, inter quas pendet actio
status, & præiudicialis; sed etiam quoad
alias tertias personas, Barbos. in d. l. Ti-
tia, nu. 1. & tunc debet iudex pronuntia-
re non fore audiendum eum, qui talem
actionem particularem intentat: vnde si
quis est in quasi possessione seruitutis,
vel patriæ potestatis, tunc, quia præsumi
tur seruus, & subiectus, iuxt. cap. si Iudex
laicus, de sententia excommunicat. in 6.
lite non mota super causa status non po
test agere, nec conueniri, l. seruus, C.
de iudic. Barbos. numer. 1. vers. Prima
conclusio; dominus ergo actiones inten
tabit, quia ex persona serui ei compe-
tunt, l. placet, de acquir. hæred. si autem
sit lis ordinata super causa status, procla-
mante seruo ad libertatem, vel filium ad
statum sui iuris, tunc licet quis esset in
quasi possessione seruitutis, vel patriæ
potestatis, si tamen proclamat ad liberta
tem actiones intendet, l. ordinata, in prin
cipio, ea ratione, quia per talem litem
reputatur liber. dict. l. ordinata, l. lite. 14.
C. de liber. caus. Barbos. ante num. 3. hoc
autem intellige, vsquè ad litis contesta-
tionem, non vlterius, nam abinde super-
sedebitur, donec lis finiatur super causa
status, Barbos. nu. 3. circa fin. & tunc fiet
certum, quis prosequi debeat in actione
suspensa. l. si tibi 31. C. de liberal. caus. l. or
dinata, §. sed si quas, ff. eod. dict. l. cum
status, & sic intellige, l. ordinata, vers.
sed sicum: ita Roman. in l. Titia, num.
21. nam cum incertum sit cui sit compe-
titura actio, non debet interim admit-
ti alia causa, quæ primæ præiudicet, ni-
si tantum, vsquè ad litis contestationem,
per quam non fit præiudicium partibus,
nec primæ causæ, sed res ponitur in
tuto, & curia assecuratur, ita Barbos.
num. 4.
Si vero quis est in quasi possessione li-
25 bertatis, & sui iuris, & reuocatur in ser-
uitutem, vel patriam potestatem, tunc
ante

ante litẽ sibi motam exercebit actiones sibi competentes; quia cum sit in quasi possessione libertatis, interim quasi liber eas exercebit, l. ordinata, vers. sed sicum: Barbos. num. 4. vers. Tertia conclusio, ordinata vero lite solum exercebit, vsquè ad litis contestationem, dict. §. sed sicum: Roman. num. 21. in dict. l. Titia, sic intellige, l. 1. C. de ordine cognitio, iunct. l. si tibi, 31. C. de liberal. caus.

Lite igitur ordinata super causa status etiam existens in quasi possessione libertatis non exercet actiones, nisi vsquè ad litis contestationem, propter incertitudinem, de qua supra. Iam ergo ante litem super statu motam existens in quasi possessione seruitutis nõ exercebit actiones, quia pro seruo habetur, dict. cap. si Iudex laicus, si vero existat in quasi possessione libertatis actiones exercebit.

Ordinata vero lite super statu nulla est differentia, quia in omni casu solum exercetur actio, vsquè ad litis contestationem tantum; quia cùm per litis ordinationem super causa status, fiat incertũ cui actio sit competitura, d. l. cum status, ideo debet supersedi super alia actione, d. l. cũ status, Barbos. n. 5. & hoc operatur lis super statu, taliter, quod licet quis nõ esset legitime constitutus in quasi possessione libertatis, veluti quando domino contradicente in ea moratur, l. non videtur, 18. de liber. caus. l. vis eius, C. de probation. Tamen lite ordinata pro libero habebitur, l. lite, C. de liberal. caus. ad effectus supradictos: & hæc omnia procedunt præcedente prius lite super statu, quo casu aliæ actiones, quæ nocere possent illi causæ, cessabunt, & solum exercebuntur, vsquè ad contestationem litis per seruum, vel dominum, vt supradixi. iam igitur hæc omnia euincunt, & approbant opinionem hanc, vt scilicet non impediatur actio sine præiudicio tamen, veluti relicta pecunia apud curiã, vel restituta cum cautione, sicut in casu superiori, vsquè ad litis contestationem permittitur experiri, & abinde cum iam sit curia assecurata, & periculum præiudicij incipiat oriri suspendenda est actio.

Quartum argumentum est fragile, attenta consuetudine Regni, quia iste por-
26 titor dicitur: vt fuit iudicatum in dicto processu Io. Felices, & ex quo curia † per inuentatium non priuauit eum sua possessione, vt diximus, & habet actionem, nequè aliqua inclusione eget, attentis illis verbis, *& cuicumque portiori*, secundũ tradita per Rebuf. vbi sup. d. glos. 1. art. 1.
27 num. 33. & 34.

Quintum non obstat, imo facit † pro hac opinione, quia iam satis operatur quæstio dominij, ex quo pecunia non restituitur absolute, sed sub fideiussoribus, & bona cautione; vt in contrario relaxa-
28 tur captus sub fideiussoribus.

Vltimum non obstat, quia procedit de † iure communi, quo attẽto verissimum est illud, nos autem loquimur attenta cõsuetudine Regni, secundum quam portitor dominus est, & proprio nomine agit, vt dicit Rebuf. Nequè obstat, quod ex quo non habet albaranum non est portitor, quia id falsum est, vt in dict. processu Io. Felices fuit declaratum, & licet sit penes curiam, iudex mandabit illud restitui, cùm teneat albaranum ad vtilitatem partium, cuius authoritas in hoc maxima est, vt dixit Portol. vbi supr. in fin. & hæc sufficiant pro decisione ista.

DECISIO C. XXIX.

An collecta, quæ præstatur ratione rei, debeatur, si res ipsa dimittatur, vel destruatur.

SVMMARIVM.

Onus reale est, quod rebus, & patrimonio imponitur. num. 1.

Onus reale transit in successores rei. numer. 2.

Omnes tenentur soluere onus reale. numer. 3.

Ponti-

Pontifex & reliqui tenentur soluere onus reale.nu.4.

Nobiles tenentur soluere onus reale. num.5.

Ecclesia tenetur soluere onus reale. numer.6.

Cautela Bart. pro soluendis oneribus realibus.num.7.

Nobilitas excusat ab aliquibus oneribus. num.8.

Personale onus est, quod personæ imponitur.num.9.

Onus mixtum est,quod personis pro rebus imponitur.num.10.

Onus mixtum non transit in successores.num.11.

Collecta imponi potest à ciuibus,pro rebus in alieno territorio existentibus. numer.12.

Onus reale non arctat bona existentia extra territorum statuentis.nu.13.

Collecta non est imponenda, nisi euacuata bursa communi.num.14.

Collecta soluenda est in loco originis, & domicilij, non autem vbi bona sita sunt. num.15. & 16.

Collecta forensi non potest imponi ratione personæ, bene autem ratione rei existentis in loco collectæ. nu.17.

Collectam soluit quis vbi habet bona. num.18.

Consuetudo compulsiua, vel prohibitiua,non ligat forenses, nisi ratione facti in territorio commissi.nu.19.

Forum sortitur quis in loco vbi res est sita.num.20.

Statutum prohibens extractionem frumenti ligat forenses,habentes prædia in loco statuti conditi. num. 21.

Collectatus dimittens bona, amplius non soluit collectas, nisi iam decursas. numer.22, & 23.



AD decisionem huius dubij, (ex quo potest exemplificari, tam in onere mere reali, quam mixto,seu collecta) opportet distingue-
1 re: triplex esse † onerum genus, reale, mixtum, & personale; reale est illud, quod rebus & patrimonio imponitur, secundum Bart. in l. rescripto, §. fin. ff. de
2 muner. & honor.& † hoc sine dubio trãsit in successores omnes, qui succedunt in ipsa re,Ludouic. Bologni. cons.4. nu. 6. Rube. cons. 9. num. 10. Paris. cons.52. lib.1. Molin.in verb.Infanciones,fol.174. colu.3. vers.sed quæro,& ibi Portol. nu.
3 39.allegans complures,hoc onus,† quod de iure communi census, in Regno autem,& tota Hispania vulgariter appellatur *Pecha*, tenentur de iure communi omnes soluere,Garcia de nobilit.glos.6.n.9.
4 Imo Pontifex,† & omnes absquè distinctione tenebantur illud soluere; quia ius hoc imponebatur vniuerso patrimonio, & omni territorio absq; distinctione personæ, sexus, ordinis, & nobilitatis (sola enim sterilitas excusabat, quam supplebant alia loca fertilia, nequid deesset cẽ
5 sui) & ita ab his † muneribus patrimonialibus nemo excusabatur,nec nobiles genere,Garcia vbi supra: quinimo nec ec-
6 clesia,nam cum sit † onus reale, transit in quemcumq; etiam Clericum,vt cũ multis fundat, Azebedo lib.1.tit.3.l.11. nu.8.
7 cum seqq. Imo est bona † cautela, Bart. vbi supr. imponere onus omni patrimonio; vt post modũ omnes successores in re ipsa teneantur illud soluere, de cuius cautelæ iustitia multi dubitant,tenentes contrarium,vt per Portol. vbi sup.nu.39.
8 Est verum, quod † ab his oneribus excusabantur nonnulli propter nobilitatem ciuitatum,vbi nascebantur, l.non tantũ, §.1.ff.de excusat. tutorum, & etiam milites in castris viuẽtes,l.3.§.his,ff.de muneri-

neribus,& honoribus,ad quorum exemplum particulari dispositione legum huius Regni liberantur nobiles, milites, & fidalgui, vt in obseru.1.de priuileg.milit. quæ omnino notanda Portol. vbi supra, num.71. idquè à tempore immemoriali, Molin.vbi supra,fol.179.col.1. In Regno autẽ Castellæ hanc exemptionẽ habuerunt nobiles à tempore Comitis D.Sanctij de Castilla, Garcia vbi sup.nu.9.de hoc extant plures obseruantiæ:Personale vero est, quod † personæ imponitur,
9 & ad successorẽ minime transit,quod expeditũ est,ad quod Infanciones non tenentur,vt in obseru. Item pro hæreditate de salua Infantio. toto tit. de priuilegijs milit. vbi pro maiori parte condita sunt priuilegia Infantionum, de quibus per Moli,& Portol.in verb.Infantiones, & per Blanc. in suis Cõmentar. in tit.de optimatibus,& Palat. fol. 313. vbi multa priuilegia Infantionũ congerit, Auend. in diction.in verbo, *Cauallero*, vidẽdi sunt Otalor. Gutier. & Garc. Tiraq. in locis cõmunibus,vidẽdus omnino Guid.Pap. decis.384.cũ seqq.vbi benè. Mixtũ vero
10 onus est, †quod personis pro rebus imponitur,ꝙ neq; reale,neq;personale est;nã vltra onera personalia,& mere patrimonialia,cętera imponuntur personis ratione rerum;& hoc ius appellatur collecta, Otal.de nobilit.lib.2.c.1.Thesaur.decis. 257.164.Roland.consi.1. vol.2.Bart.in l.1. C.de mulier.in quo loco lib.10.C. Natta consi.340.num.10.& 105. Socin.consi. 74. in princ.& † hoc ius,nec ad successorem
11 transit, Albert. Brun.consi.103.inter consil. feud. Plot.de in lit.iur.num.16.secundum aliam impressionem,§.1.nu.2. Boss. in tit.de Principe,à nu.7.Iass.consi. 10. in primo,Tiraq.de nobilit. cap.20. nu. 162. Guid.Pap.decis. 384. 387. de foro patet, ex traditis à Molin. in verbo, Infantio. vers.Infantiones,fol.174.colum.1.& col. 3.vers.sed quæro,Portol. verb. Infantio. num.45. Quod adeo verum est, † quod
12 potest imponi collecta à ciuibus pro rebus in alieno territorio existẽtibus, si alibi nihil soluunt,secus alias; glos. & Bart.

in l.1.C.de mulierib⁹,in quo loco, lib.10.
13 Cod.Socin.consi.74.vol.1. & tunc † dicitur imponi personæ pro rebus, ad differentiã iuris realis,quod imponitur reb⁹, quod nõ arctat bona extra territoriũ stantis,Socin.vbi sup.Roland. consi.1. in
14 2.neq; imponenda est collecta † à Principe,vel vniuersitate, nisi prius euacuata bursa communi vniuersitatis,vel Princi-
15 pis,Nat.consi.418.quoad locũ † autem indicendæ collectæ, dicendũ est, quod de iure cõmuni quilibet patitur collectã in loco originis,& domicilij tãtũ,& non in loco rerũ,nec potest collectari per homines loci vbi sunt res, & sufficit origo paterna,l.assumptio,§.filius,ff.ad municip. vbi Bart.Dec.consi.185.l.libertus, §. sola, ff. ad municipal. l. rescripto, §. fin. vbi Bart. ff.de muner.& honor. l. cum neq; C. de incol. lib. 10.C. Nat. consi.340.nu-
16 mer.10.& consi.105. Est ratio,† quia hæc munera, quæ imponuntur personæ pro reb⁹,quis subire tenetur in loco proprio originis,vel domicilij,&bona vndiq; ęstimanda sunt,argum.l.magis tuto.§.illud, ff.de reb.eorum:Ita vt persona tanquam principale trahat ad se bona, argum. l. iurisperitos,§.oriundus,ff.de excusat.tutorum:& quod dico bona vndiq; ęstimãda esse,intellige de bonis sub eadem iurisdictione, vt tantũ ponantur ad ęstimũ in loco domicilij,Nat.consi.105.num.1.&
17 licet ita sit,quod forensi non potest † imponi collecta ratione personæ, d. §. sola benè tamen potest ei imponi collecta ratione rei existentis in loco, vbi collectatur,& licet nõ possit capi persona, vt soluat impositũ onus; quia impositio eã nõ afficit; possunt tamen capi fructus, Castrens.in l.inter debitorẽ,ff.de pact. Bal. in l.etiam,colu.penult.vers.sed tu dices, C. de execut. rei iudicat. & secundum
18 eũ de general. consuetudine, vbi † quis possidet,patitur collectam,& ita Bald.in l.de quibus,col.10. vers.4. quæritur, ff. de legibus,dicit,quod consuetudo † cõ-
19 pulsiua,vel prohibitiua non ligat forenses,nisi mediante aliquo facto, vel delicto intra territoriũ commisso; quia tunc

contrahere videntur non præcisse, sed causatiuè, quia si non soluit, non capietur, nec ponetur in carcere, sed auferentur sibi res, seu rei fructus, l. apud Iulianum, §. hæres de legat. 1. l. si pendentes, §. si quid cloacarij, ff. de vsufruct. & generaliter quis subijcitur † iurisdictioni loci
20 ratione rerum in ipso territorio existentium, l. pupillo, ff. de tutor. & curator. dat. ab his, late Natt. 389. vbi multa, cap. fin. de for. compet. Caualcanus decis. 3. num. 8. p. 1. & sic statutum † Mediolani prohibens frumẽtum exportari, com-
21 prehendit Bergamensem, qui frumentum natum ibidem in suis prædijs exportat, per d. §. si quid cloacarij: ita Alber. de Rosat. in opere statutorũ, 2. par. quæst. 137. pro quibus facit Alba. consil. 111. num. 6. per l. forma, §. si vero quis
22 agrum, ff. de censibus: his habitis † pro veris, & constantibus in consilio fuit dubitatum, an si collectatus dimittat bona, teneatur amplius ad collectas, & fuit decisum, quod nõ, per doctrinam Otalor. de nobilitat. 2. par. cap. 1. num. 2. vers. in hac, cum sequentibus: Bald. in l. 1. C. de senten. quç pro eo quod interest, Alex. in l. prætor ait, §. hoc ædictum, in fin. ff. de damno infect. vbi remissiue, cum enim obligatio collectarum sit propter bona, vt ibi, sequitur quod bonis dimissis non teneatur amplius obligatus, nisi pro decursis, & debitis tempore bonorũ, vt per eosdem, vide in processu Bernardi Zacamilla super iuris firm. mense Septembr. 1596.

DECISIO CXXX.

An ob debitum offuscatum possit captus ciuiliter relaxari sub fideiussoribus, & de materia, quando quid subrrogatur in locum alterius.

SVMMARIVM.

Capleta habet locum de foro, quando debitum offuscatur. num. 1.

Captus pro debito ciuili regulariter relaxari à carcere sub fideiussoribus non potest. num. 2.

Iudex potest suo periculo captum sub fideiussoribus relaxare, quando debitum est illiquidum, conditionale, obscurum, vel de illo potest dubitari, ibidemq́ exempla subijciuntur. num. 3.

Iudex potest captum pro debito ciuili suo periculo relaxare sub fideiussoribus, quando debitum offuscatur, nisi offuscatio debiti non sit præsens, nec certa, sed quæ esse speratur. num. 4.

Iudex in casibus, in quibus potest captum sub fideiussoribus relaxare, præcisse ad id compelli non potest, & ita iudicatum refertur in Regno. num. 5.

Subrrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrrogatur, num. 6.

Pretium non succedit loco rei in singularibus iudicijs, ibidemq́ exempla subijciuntur. num. 7.

Pretium succedit loco rei in iudicijs vniuersalibus, id tamen procedit non vere, & proprie, sed per fictionem. numer. 8.

Pretium non succedit loco rei in foris, vel statutis nostris, etiam si simus in iudicijs vniuersalibus. num. 9.

Ioannes de Ribas eminentissimus Iurisconsultus laudatur ab Auctore. nu. 10.

Pretium succedit loco rei in singularibus iudicijs, interueniente protestatione, & declaratione, aut aliqua sufficienti coniectura, ad hoc vt talis subrrogatio fiat. n. 11.

Ex breuitate temporis præsumuntur, quæ sequuta sunt, in primo actu inesse, & fuisse cogitata à principio. nu. 12.

Vendens rem aliquam si ex pretio emat aliam

aliam incontinenti, eo animo fecisse dicitur, vt subrogatio fiat. num. 13.

Fundus nouus, si cum illo permutatur fundus patrimonialis, efficitur patrimonialis. num. 14.

Si coniux permutat vnam rem cum alia, censebitur eodem iure res accepta, quo res tradita. num. 15.

Res permutata cum re subiecta restitutioni intrat in fideicommissum. nu. 16.

Intellectus ad forum 1. de rebus vinculatis, & ad forum penultimum, de testamentis, & ad obseruantiam, Item in bonis, de testam. num. 17.

Res per permutationem acquisita subintrat locum rei patrimonialis, & est eiusdem qualitatis. num. 18.

DOMINA Elisabeth Xauar in suo testamento, vt in superioribus dictũ est, legauit Beatæ Mariæ de Magallõ, inter alia bona omnia bona mobilia, quę reperirentur in tus domos dictæ Beatæ Mariæ; reperto postea in quadam arca quodã instrumento debitorio commandæ, dubitabatur; an veniret in legato, & cum fuisset declaratũ, quod nõ, ex quo iura & nomina debitorum nõ circunscribuntur loco, hæres testatricis succedens in hæreditate, & per consequens in illo nomine, appellitauit de dicto debito, petens eius quantitatem à debitore, & fuit sibi prouisus appellitus in proces. Franc. Hernãdez 24. Maij 1612. Actuar. Escartin; & sic debitor captus Domin. Baylo, qui statim petiuit se sub fideiussoribus relaxari, attento quod iustitia appellitantis erat offuscata, cum hoc instrumentum commandæ pertineret Beatæ Virgini Marię, & non hæredi, cum de † foro habeat locum
1 capleta, quando debitũ offuscatur, obseru. de foro, & vsu Regni de fideiussor. cumquè relaxatio fuisset denegata, ex motiuo, de quo sup. scilicet, quod ad B. Mariam non spectabat, petiuit captus ex alio capite dari sub fideiussoribus, offuscando iustitiam appellitantis: allegauit enim quod testatrix legauerat in testamẽto B. Virgini Mariæ, quoddã ganatũ suũ, vel certa alia bona mobilia, quorum appellatione veniret ganatum, & quod postea illud vendidit, & dixit corã testibus, prout probatũ fuit, quod pretiũ ganati, de quo in instrumento commandæ, volebat subrrogare, & subrrogabat in locũ ganati, hocq; probauit testibus: vnde sicut ganatũ erat legatũ B. Mariæ, similiter pretiũ subrrogatũ, & per consequens illud creditũ non spectabat ad appellitantẽ, & sic cũ non esset pars legitima, debebat liberari, vel saltem dari sub fideiussoribus, offuscato debito: iuxta dictam obseru. & sic fuit datus sub fideiussoribus, ex hoc capite, & rationibus sequentibus.

2 Quia licet regulariter captus † pro debito ciuili relaxari à carcere sub fideiussoribus non possit, vt sic debitor, vel soluat, vel se cum suo creditore componat, Molin. in verbo capleta, & verbo captus, fol. 56. col. 2. in fin. & in verb. carcer. fol. 58. col. 3. foro *Por apellidos fictos*, in fin. de appellitu, quod & de iure procedit, Bart. in l. si pecunię, §. fin. nu 1. & ibi additio, ff. vt in possessionẽ legatorum, & in l. neq; impuberes, nu. 2. vbi Bald. Paul. & Iass. de in ius vocando, Menoch. de arbitr. casu 308. nu. 6. Plaça de delict. cap. 2. nu. 18. & multi alij, quos allegat Portol. in verbo capleta, n. 21. Tamẽ in aliquibus casibus licitum est de iure, quod sub fideiussoribus relaxetur à carcere captus pro debi
3 to ciuili, periculo † tamen iudicis relaxantis, & licet Portol. in verbo capleta, à numer. 28. aliquos casus referat, in qui bus id licitum sit, omnes tamen isti reducũtur ad vnum, & generalem casum, quando scilicet debitum, pro quo quis captˀ existit est illiquidũ, obscurũ, vel de illo potest dubitari; siue quia ex vẽtre debiti ita resultat legitima presumptio;

 siue

siue quia exceptiones legitimæ contra debitum proponuntur, vel si debitum sit conditionale, & de adimplemento conditionum non plenè liquet, vel quando aliqua imago falsitatis adesset, & generaliter, quando debitum esset offuscatum per legitimas aliquas præsumptiones, & exceptiones; nam his casibus nisi illa releuamina notoriè, & manifestè appareant frustratoria, & calumniosa, poterit † Iudex durante discussione su-
4 per illis captum sub fideiussoribus à carcere relaxare, vt apparet ex allegatis per Ioannem Andræam ad Specul. in titul. de cessión. actio. §. consequenter, verbo, conficientur, sub numer. 6. Bald. in l. per diuersas, quæstione 15. numer. 19. & numer. 35. & 36. iuxta nouam editionem, & ibi Salicet. numer. 16. quæstione 18. C. Mandat. Baldi in l. fin. §. & si præfatam, numer. 3. ad medium. C. de iur. deliber. Socin. in l. neque impuberes, §. qui in ius, numer. 4. ff. de in ius vocand. Menoch. de arbitrar. casu 303. numer. 6. Xuarez in titul. *De los emplaçamentos*, l. 2. §. vlterius, in fin. fol. 762. Xodoc. in pract. ciuil. capit. 66. fol. 130. prout sic multoties fuisse iudicatum, refferr Portol. vbi supra, dict. obseruan. de vsu & consuetud. Regni. Quibus non obstant tradita per Bart. in l. Iulianus verum debitorem, in fin. de condictio. indebit. Paul. in 1. volum. consil. 428. columna 1. Socin. in l. quibus diebus, §. cuidam Titio, numer. 10. de conditio. & demonstratio. for. 2. de vsur. foro, dessectantes 4. columna, eodem tit. ista enim procedunt, quando offuscatio debiti nondum est præsens, sed speratur, veluti si quis teneatur soluere 100. nisi calculo rationum ostendat se nihil debere; tunc enim debitum certum est, & offuscatio incerta. Ita intelligendus, Bald. in l. neque, §. de in ius vocand. & alij ad id passim allegati, quia vel loquũtur in his terminis, vel attenta regula generali, de qua supra. Sed est aduertendum. quod in his casibus, licet possit Iu-
5 dex suo periculo † relaxare sub fideiusso-

ribus reum captum; non tamen præcisse tenetur id facere, si non vult, prout fuit declaratum in Curia Iustitiæ Aragon. in processu Iacobi de Funes, super executione, anno 1594. Actuar. Garate, & licet ab hac declaratione fuisset appellatum ad Regiã Audien. fuit pronuntiatum appellationem non esse admittendam, & sic male appellatum sub prætextu, quod hæc sit materia arbitraria, in qua nullus potest conquæri, nec appellari; in casu autem præsenti, (vt ad casum reddeamus) constat debitum, de quo in præsenti agebatur, fuisse offuscatum, & sic non liquidum, neque manifestum, & per consequens reum iuxta supradicta sub fideiussoribus debere relaxari, prout fuit relaxatus, idq; probatur; quia si vera est
6 regula vulgaris, quod † subrrogatũ sapit naturam eius in cuius locum subrrogatur. l. si quis eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautionibus, l. vnic. C. de rei vxoriæ actione, l. si filiæ §. Titia, de condit. & demonstra. l. pater, de adimend. legat. l. si cum dotem, §. vltimo, solut. matrimo. l. si & rem, ff. de petitione hæredit. l. Imperator, §. vltimo, cum l. sequẽti, de legat. 2. quæ iura idem ius, eandemque naturam, tribuunt rebus subrrogatis, vt volunt Benedict. in capit. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, numer. 791. vers. Item videtur, de testament. Bald. Chasseneus, Ferron. Io. Lup. & alij multi allegati per Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. glos. 1. à numer. 10. (ne tacendo eum, incurramus in conuitium, quod ipse irrogauit Chasseneo, dicens, eum de more habuisse transcribere ab alijs authoribus tacitis) & constet hic debitum commandæ processisse ex pretio ganati venditi, & quod expresse in locum ganati illud subrrogauit testatrix, dicendum est, debitum commandæ spectare ad Beatam Virginem legatariam; & non ad hæredem agentem, sicut ganatum spectasset ad Beatam Virginem; & sic eum sine actione experiri, & per consequens non solum offuscari debitum, sed penitus

tus denegari actionem. Vnde merito
relaxandum reum, qui diffinitiue absol-
uendus esset, sed quia supradicta regu-
la, non ita absolutè accepta vera est; cum
sub distinctione iustificanda sit, est ad-
uertendum, pecuniam ex venditione fun
di patrimonialis redactam non censeri
patrimonialem; neque fundum ex ea
emptum, ex eo, quia regulariter pre-
tium † non succedit loco rei in singu-
7 laribus, nec res pecunia empta. l. qui
vas. §. vltimo, ff. de furt. in illis verbis:
*Quod enim ex re furtiua redigitur furtiuum non
esse nemini dubium est, nummus igitur hic, qui
redactus est ex pretio rei furtiuæ, non est furti-
uus.* Ex quo infert ibi tex. quod si nu-
mos resultantes ex re furtiua vẽdita, do
minus, qui fuit rei, surripiuit, furti tene-
tur, glos. ibi adducit concordantes, fa-
cit, l. Labeo, & Sabinus, §. 1. de verbo-
rum signific. vnde Cardinal. Alexand.
in capit. 1. de feud. non hab. nat. dicit
pretium redactum ex venditione feudi
non subire vicem feudi, neque quidquã
aliud ex ea pecunia comparatum, cap.
vltimo, titul. de feud. cognit. Iass. & Al-
ciat. in l. si cum seruum, ff. de rebus cre-
dit. Afflict. in constitu. Siciliæ, incipien
te, Baiuli locorum, *La primera*, colum. 3.
in 3. notabil. vers. Item quæro, an pro
damnis, Bald. in l. pro debito, colum. 1.
C. de bon. authori. iudic. possiden. tex-
tus autem in dict. l. si & rem, de petitio-
ne hæredit. & l. Imperator, procedunt
in iudicijs vniuersalibus, in quibus pre-
tium rei venditæ, & res pretio empta
succedunt † loco rei emptæ; nam in di-
8 cta l. si & rem, dicitur. *Quia potest existi-
mari in locum hereditariæ rei venditæ pretium
eius successisse*, in l. autem Imperator, di-
citur: *Cum autem rogatus, quidquid ex hære-
ditate superetit, post mortem suam restituere, de
pretio rerum venditarum, alias comparat, dimi-
nuisse, quæ vendidit, non videtur, sed quod in-
de comparatum est, vice permutati dominij re-
stituetetur.* Ita tenent Bart. Alberic. An-
gel. sic distinguentes in d. l. si & rem, & in
dict. l. Imperator. Roman. Iass. Salicet. in
l. si cum seruum, ff. si cert. petatur: Tiraq.

vbi sup. num. 21. sic distinguit eleganter
tex. in l. venditor ex hæreditate, de hæ-
reditate vendita: sed est aduertendum
summopere, quod licet in iudicijs vni-
uersalibus pretium, & res pretio emptæ
succedant loco rei venditę, id tamẽ pro-
cedit per fictionẽ nõ verè, & propriè, sed
per quandam fictionem: Bald. in l. cogi.
colum. vltim. vers. deinde quæro pone,
C. de petitione hæredit. Iass. in d. l. si eum
9 seruũ; vnde in statutis, † & foris nostris,
quæ propriè, & verè intelligi debent, nõ
id procedet, vt resoluit Tiraq. num. 22.
quod & sequitur doctissimus Io. de Ri-
10 bas inter † huius seculi Iurisconsultos ce
lebratissimus super schol. & obseru. Re-
gni Arag. id autem, quod diximus, quod
in singularibus iudicijs pretium non suc-
cedit loco rei, limitatur non procedere,
11 † quando ille, qui vendidit vnum fundũ,
& ex pecunia illius alterũ emit protesta-
tur, & declarat, eo animo se id facere, vt
hic fundus locũ alterius sub intret, gl. in
d. l. sed & si lege, §. 1. de petitio. hæredit.
& in dict. l. Imperator, §. vltim. glos. &
DD. in d. l. res q; per eũ tex. de iur. dot. Ti
raq. nu. 23. & idẽ esset, quãdo aliqua suffi
cienti coniectura constaret, ementẽ velle
rẽ emptã in locũ venditæ subrrogare, ve
luti si statim, & cõfestim re vendita, pecu
niã cõuerteret in emptionẽ alterius rei;
12 satis enim † dicitur cõstare de tali volun
tate ex breuitate tẽporis, vt diximus in
decis. pacti, de retrouendendo, & Tiraq.
de retract. conuentional. §. 1. glo. 5. verb.
in limine cõtractus, nã ex breuitate tem
poris præsumuntur, quæ sequuta sunt, in
primo actu inesse, & cogitata fuisse à
principio, & primum actum propter ea
fuisse factum, l. si ventri, §. vlt. & ibi Bart.
& alij, de priuileg. creditor. ratio istius
13 est; quia † qui incontinenti aliam rem e-
mit, cum eo animo fecisse dicatur, vt
subrrogatio fiat, iudicandum est de eo,
sicut de permutante; secundum Tira-
14 quel. num. 28. quando autem † permu-
tatur fundus patrimonialis cũ nouo fun-
do, nouus cẽsetur patrimonialis: Bald. cõ
sil. 112. in 1. Massuer. tit. de societate. §. itẽ,

 & di-

& dicuntur conquęstus, latè Tiraquel. num.25. Ex quibus multa inferri possunt ad leges nostri Regni: primo, quod si cōiux permutat vnam rem cum alia, censebitur eodem iure res accepta, quo res tradita: vnde licet habeatur tit. onerosò; si tamen res prima, quæ data fuit, erat solius mariti, in re per permutationem habita tantum habebit vxor ius viduitatis, & non diuidetur, quia sortitur eandem naturam, Afflict. decis. 336. Lucas de Pena in l. 1. colum.4. vers. sed quid in quæstione, C. de imponenda lucratiua descriptione: vnde dicit Iasson consil. 231. colum.1. lib.2. quod res permutata cum re subiecta restitutioni, intrat in fideicommissum, & fit fideicommissaria, latè Tiraquel. vbi supra num. 26. & ex his potest inferri intellectus ad for. 1. de reb. vincul. & for. penultim. de testament. obseruan. Item in bonis, de testamen. nam si quis rem, quam habebat de abolorio, & in qua succedunt ab intestato propinquiores ex ea parte, permutauerit cum alia, & postea decedat intestatus, non succedent in ea re acquisita equaliter consanguinei ex vtraque parte, tanquam in re aduentitia, & ex industria acquisita, in qua succedere debent omnes; nam res per permutationem acquisita subintrat locum rei patrimonialis, & sic erit eiusdem qualitatis, & per consequens succedent consanguinei in re illa, tanquam patrimoniali consanguinei ex ea parte, iuxta forum. Ex quibus omnibus resultat optime fuisse iudicatum, & reum sub fideiussoribus relaxatum, attento quod debitum erat offuscatum, & quod fortius est, actor agebat sine actione, tanquam hæres, cum debitum illud, & nomen debitoris spectaret potius ad Beatam Virginem Mariam, vi subrrogationis expresse factæ per testatricem, quæ dixit se subrrogare illud nomen debitoris in locum ganati, quam ad hæredem testatricis.

DECISIO C.XXXI.

An competat condictio ob causam, causa non sequuta ob casum contingentem in persona dantis, seu promittentis, vbi alia ad propositum.

SVMMARIVM.

Compromissum sequuto laudo est quædam transactio. num.1.

Transactio contractus innominatus est. num.2.

Obligatio nulla nascitur in contractibus innominatis ante adimplementum, & factum sequutum. num.3.

Agens ex transactione debet probare sequutam esse causam ex parte sua. numer.4.

Agens ex transactione, & non adimplens pro sui parte cadit ab actione transactionis, & potest pars ad primæuam actionem redire. num.5.

Impeditus adimplere pro sui parte ob casum mortis excusatur, cum non stet per eum. num.6.

Ex transactione, donec pro sui parte perfectè adimpleuerit, quis agere non poterit. num.7.

Impedimentum, & necessitas excusat à pœna, vel à mora, sed non facit, quod impedito actio competat, ex quo pro parte sua non adimpleuit. num.8.

Adimplere debet prior, qui prior agit. num.9.

Ablatiuus absolutus inducit conditionem

nem expresse. num. 10. sed non semper, vt num. 22.

Dictio, Si, importat conditionem expressam. num. 11.

Promissor ob causam, causa non sequuta, & si semel dederit, poterit condicere condictione ob causam, causa non sequuta. num. 12.

Contractus innominatus dicitur, quando do tibi aliquid ob causam per te adimplendam: secus si adimplenda sit per alium, nam tunc est simplex donatio ob causam. num. 13.

Condictio ob causam competit donanti per donationem ob causam, causa non sequuta. num. 14.

Actio praescriptis verbis datur ad interesse, aduersus eum qui non adimpleuit pro sui parte. num. 15.

Donans ob causam, non remanet obligatus ad perseuerandum in donatione, quia potest poenitere re integra, & competit sibi condictio, ex capite poenitentiae, & datum etiam repetere condictione ob causam, & compelli ad complendum actione praescriptis verbis, & traditur differentia inter actionem praescriptis verbis, & condictionem ob causam. nu. 16.

Promissio ob causam, vel receptum ob causam, aequiparantur. num. 17.

Adimplementum si non sequatur culpa dantis, vel promittentis, cessat repetitio. num. 18. secus si è contra. num. 19.

Repetitio competit ex conuentione conditionali. num. 20.

Dictio, vt, modum importat. numer. 21.

De natura ablatiui absoluti. numer. 22.



PER quandam sententiã arbitralem fuit condemnatus T. Deça ad se separandum infra mensem, à quadam instantia criminali, quam faciebat contra R. captum, & in carceribus detentum, taliter, quod possit captus exire liber ab ipso carcere; & dictus R. fuit per eandem condemnatus ad dãdum dicto Deça 300. libras. elapsis octo diebus ab ipsis separationibus, & eo euaso ab ipso carcere, euenit, quod captus mortuus fuit infra mensem, & in eodem mense se separauit Deça ab instantia, sed non habuit praetensum effectum ob mortem capti, sed ipse Deça, ex quo per ipsum non stabat adimplementum illius modi, & per consequens habebatur pro completo, petebat dictas libras 300. ex aduerso dicebatur: quod erat conditio, & non modus, & conditio non habetur pro verificata in illo casu; fuit dubitatũ, cuius partes fouerent iustitiã.

Et primo pro parte capti, seu haeredum illius, fuit dictum, quod † compromissum sequuto laudo est quaedam transactio largo modo, secundum Bardaxi in tit. de arbitris, num. 5. attento, quod per compromissum lites, & controuersiae dirimuntur, & sic compromissum erit contractus innominatus, † quia transactio contractus innominatus est. habet enim nomen generale quod ad omnes contractus referri potest. l. 1. ff. de transact. l. siue apud acta, vbi DD. C. eod. † at in contractibus innominatis, ante implementum, & factũ sequutũ, nulla nascitur obligatio: DD. in l. iuris gentiũ. ff. de pact. & in rub. ff. de verb. oblig. & sic is qui † agit ex trãsactione, debet probare sequutã esse causam ex parte sua, Barda. vbi sup. DD. inf. citandi. hic autem pro parte T. Deça nõ fuit probatum causam promissionis sequutã fuisse, scilicet nõ solũ separationẽ, sed etiam liberationem à carcere, ergo sine actione & obligatione agit.

Secundo, quia trãsactio est ex his contractibus in quibus vltro citroq. nascitur obligatio, & in quibus partes mutuo

dare, vel facere tenetur, l. siue apud acta, vbi Bart. Ias. & alij, C. de transactio. DD. in l. iuris gentium, ff. de pact. Neuizan. cons. 50. num. 6. Afflict. decis. 108. num. 2. Gabriel. cons. 154. num. 11. & sic in ea, & alijs huiusmodi contractibus, non ante agi potest ab aliqua partium, quam ipsa ex parte sua ad vnguem adimpleuerit, & se adimpleuisse liquidissime probauerit, Roman. cons. 244. Bart. vbi supra, & in l. siue apud acta, Neuizan. vbi sup. l. Iulianus, §. offerri de actio. empt. Corn. consil. 106 num. 5. in primo: Socin. sen. consil. 273. num. 2. in secundo: imo qui † non adimplet, cadit ab actione transa-
5 ctionis, & potest pars ad primęuam actionem redire, Bursat. cons. 101. nu. 16. vnde cum etiam (vt dixi) non fuerit probatum adimplementum eorum, quæ erant adimplenda, videtur quod T. Deça cecciderit ab actione sua, neque agere poterit.

6 Neque his † obstat, si dicatur, quod T. Deça fuit impeditus adimplere omnia, scilicet liberationē á carcere, ob casum mortis, quod impedimentū debet eum excusare, cum non stet per eum, argum. l. in executione, §. fin. ff. de verb. obligat. Quia hoc impedimentum nō liberat eū,
7 quominus adimplere teneatur, & † donec perfecte adimpleuerit, agere non poterit, Decius in l. cū proponas. 3. not. n. 3.
8 C. de pactis, impedimentum † enim, & necessitas excusat à pęna, vel à mora, sed nō facit, quod impedito actio competat, ex quo pro parte sua nō adimpleuit, Decius vbi supra, Crauet. cons. 155. num. 10.
9 vbi cōcludit, quod omnino is, qui † prior vult agere, prior debet adimplere, nec datur alia regula, Menoch. cons. 53. nu. 5. Roland. à Valle, cons. 69. nu. 12. in 4.

10 Tertio pro hac parte † facit, quia illa verba: *Elapsis 8. diebus à die separationis, & liberationis à carcere*: cum sint in ablatiuo absoluto, inducunt conditionem, vt est notissimum, Bart. in l. ab emptione nu. 1. de pactis, & in l. à testatore de condi. & demonst. Dec. cons. 466. num. 18. Iass. nu. 17. in 2. lectur. & Marian. Socin. Iunior in rubr. solut. matri. Ruin. cons. 155. in 3. allegat alios, Osasc. decis. 145. nu. 6. imo Bart. in l. 1. 7. 9. ff. de cond. & demo. dicit, quod ablatiuus absolut[9] inducit expressam cōditionē: vnde atteto, quod in cōpromissis, & arbitrijs, factum iudicis est factum partium, videtur dicta verba importare sequentē figuram contractus innominati, talis enim est transactio, vt dixi supr. Promitto tibi 300. libras, si te separaueris ab instantia, & liber euasero à carcere, & hoc casu nullus dubitabit, quin sit pro-
11 missio conditionalis; † nam illa dictio, Si, conditionem importat expressam, vt late dixi decis. 31. nu. 6. quod non repeto, in
12 hac † tamen formula, & conuentione, si totum promissum non fuerit sequutum, etiam per casum contingentem in persona promissoris, seu dantis, si datū fuerit, non tenetur soluere promissor, & si semel dederit, poterit condicere conditione ob causā, causa nō sequuta, ita Castrē. in l. dedi. § sed si tibi, nu. 6. in fi. ff. de cond. caus. dat. dicēs, quod si promissum omne non fuerit impletū, etiam per casum fortuitum, & sine mora, & ex quacumq; parte casus contingerit, datur repetitio propter naturam conditionis, & si solū fuerit promissum, non tenetur promissor adimplere, idē Castr. in l. si vno. §. itē cū quidam, nu. 4. in fin. ff. locat. & conducti. In conditionibus enim solus euentus consideratur. l. in cōditionibus. ff. de cond. & demo. ita cū Castr. tenent Pet. in l. fin. C. de cond. ob caus. & est glo. in l. si milite, in fi. eo. tit. Fulgos. Alex. in l. dedi. §. idē erit, ff. de cōd. caus. dat. quos refert ibi Ias. nu. 5. Cin. in l. pen. C. de cond. ob caus. cū igitur in casu nostro promissio fuerit conditionalis, licet casus contigerit in persona promissoris, videtur, ꝙ T. Deça nō possit agere ex pmisione, cū nō fuerint oia adimpleta, licet sine ei[9] culpa.

His tamē nō obstant. contrarium fuit resolutū, quod scilicet recte egerit ipse Deça, & ꝙ sibi erant soluendę 300. librę, & sic fuit ad hoc puisus appellitus, vide in proces. Didac. Deça, sup. appellitu caption. & executor. in ann. 1603. in curia Iustitię Arag. Fuerūt moti domini ex seqq.

Et

Et primo supponendo, quod quando
13 † do tibi aliquid ob causam per te adim plendam, est contractus innominatus; quando vero do tibi ob causam per aliũ implendam, non est contractus innominatus, sed simplex donatio ob causam; ita bene Paul. Castr. in l. 1. §. sed si parendi, ff. de cond. causa dat. differentia est, quia in secundo casu non potest recipiẽs compelli ad implendum: cum adimplere ad eum non spectet, competit tamen
14 † cõdictio ob causam, causa nõ sequuta, l. Senatus, vers. nec dubitauerũt Cassiani de donatio. caus. mortis. At in primo casu, quando causa est implenda per te, & est cõtractus innominatus, recipiens obligatur danti ad adimplendum causam, &
15 potest ad illam † compelli actione praescriptis verbis, l. iuris gentium, de pactis, quae actio etiam datur ad interesse, quia non adimplet, l. naturalis, ff. de praescrip. verbis, & ista actio oritur ex contractu:
16 at vero qui dat, † non remanet obligatus ad perseuerandum in datione: quia potest penitere re integra, quod alter faciat, vt habetur in summa, C. eod. & tunc competit sibi cõdictio ex cap. poenitentiae, l. si pecuniam, ff. de cond. caus. dat. & idem quando causam nolles adimplere, & vellem potius repetere datum condictione ob causam, quam compellere ad complendum, actione praescriptis verbis, vt dixi, tunc competit etiam condictio ob causam ex capitae causae non sequutae, & tunc haec condictio non oritur ex illo contractu innominato, do vt facias, quia non datur vt contractus impleatur sicut actio praescriptis verbis oriens ex illo, sed potius intendit dissolue re, & de ea loquitur titul. ff. & C. de con dict. caus. dat. & competit etiam haec cõdictio caus. dat. si dedero tibi ob causam de futuro per me implendam, quam postea implere nollem, veluti, si dedi decẽ, vt possem consequi legatum, vel rem mi hi relictam sub conditione, si decem dedero, & dedi causa adimplendae conditionis, si post repudio legatum, possum repetere datum; quia in nullo eram tibi obligatus, Paul. in d. §. sed si parendi. His terminis suppositis intrat ratio decisiua
17 quaestionis, quod quando † recipiens vt aliquid faciat, vel ille cui permittitur si aliquid faciat, quia isti duo casus aequiparantur, & procedunt aequaliter, Paul. Cast. in l. dedi tibi, §. sed si tibi, aliàs, quid si ità dedi, num. 1. vbi etiam hoc probatur, quando igitur iste talis, cui datur, vel promittitur, non est in mora adimplendi, vt quia habet tempus ad illud, ex casu aliquo res desinit esse implebilis, tũc
18 est distinguendum; † nam si casus non contingit in persona, vel re tua, qui teneris implere & recipere, sed in persona dãtis, & promittentis, veluti dedi medico; vt me curet de aliqua infirmitate, & postea ex alia mortuus sum, ita quod nõ potuit me curare, cessat repetitio dati, & si datum non fuerit, sed promissum, consequetur medicus mercedem, glos. in l. penult. C. de cond. caus. dat. sicuti quando casus contingit in persona conductoris operarum, quominus operę praestentur, nam cessat repetitio, l. qui operas, ff. locati & conducti, vbi dicit text. *Qui operas suas locauit, totius temporis mercedẽ accipere debet, si per eum non steterit, quominus operas suas praestaret, aduocati quoque, si per eos non steterit, quo minus causam agant, honoraria reddere non debent.* Ita resoluit Paul. Castr. in d. §. sed si tibi, nu. 6. & in l. qui operas, ff. locati, vbi hoc ita declarat, & etiam declarat quid tenendum, quando casus contigerit in personam, vel rem recipientis, veluti locatoris, medici, & similium, vt ibi per eum videbis. Modo ad propositum, cum hic videatur promissũ dicto N. Deça, vt intra mensem se separaret, & ipse non fuerit in mora tempore non elapso, & in eo tempore mortuus fuerit dans, seu promittens, casu in sua persona contingente, ob quod non potuit è carcere liberari, & non stetit per dictum Deça, qui ad maiorem cautelam se separauit intra mensem, taliter quod si viueret, exisset liber a carcere, resultabat, quod sicut nulla competeret condictio seu repetitio, si datum foret, simili modo

Tempus debet probare,qui in eo se fundat.num.11.

Legaliçatio debet concludere de principio,vsque ad finem inclusiuè.num.12.

Legaliçatio debet attestari de tempore instrumenti,aliâs non probabit.num.13.

MVltoties vidi dubitari de mo
1 do,quo concludere debēt
literæ † testimoniales le-
galitatis notarij forensis,
si notariatus qualitas ne-
getur,vel non confiteatur, & dixi de fo-
rensi , & extraneo , quia quando est de
Regno ille,qui testificatus est instrumen
tum,tāquam notarius subscriptus in eo,
tunc præsumitur notarius,nec talis qua-
litas probanda est, quia secundum Mo-
lin.verb.notarius,vers. notarius pręsumi
tur, & Plebanum ibidem,num.: 5.non est
verosimile,quod quis ininstrumētodicat
se notarium,si nō esset,ex quo est deReg
no.Secus autem si esset extraneus, & ex-
tra Regnum, vt ibi, quia esset probanda
talis qualitas,non enim ex eo quod in fi-
ne instrumenti dicatur, ego talis publi-
cus notarius scripsi & clausi , probatur
quod talis sit notarius; assertio enim ta-
lis non releuat producentem sine literis
testimonialibus authenticis, Inno.in c.1.
de cleri.peregr. Bald.in authent. sed no-
uo iure, C. si certum petatur, Alexand.
cōs.66.vol.2. Specul.in ti.de instrum. cau
tel.& fid.§.restat.vers. & scias, Mascard.
de probationib.conclus.1097.num.1.So-
cin.cons.33.num.1. in princ. vbi conclu-
2 dit, † quod ad illum,qui produxit instru
mentū incumbit onus probandi,quod il
le,qui confecit instrumentum,erat nota
rius,Ioan.Andr. in addi. ad Specul. vbi
3 sup. vers.& scias,quod † tabellionatus,
notarionatus enim consistit in facto,
quod non præsumitur , nisi probetur, l.
quicūque, ff.de public. l.in bello,§.factę
4 ff.de capti. Qualitas enim † notariatus
non inest à natura , quia nemo nascitur
notarius,sed confertur ab hominibus po
testatem habentibus,& nō ab omnibus,
sed a paucis,Immol.in cap.cū P. de fide
instru.Bart.in l.omnes populi, ff. de iust.
& iure,Specul.vbi sup. Bart.in l. 1. ff. de
5 officio Proconsul.Vnde cum talis † qua-
litas nō nascatur, nec cōualescat,sed con
feratur,ideo allegans talem qualitatem
tenetur eam probare. Speculat.vbi sup.
DD. in cap.1 de fide instru. Alex. cons.
198.col.1.vol.7.Crauet.cons.72.vbi alios
allegat,Alex.cons.97.num.3.in 7. & 166.
col.2.vol.2. Socin.d.cons.33. num.2. in 1.
Osasc.decis.117.facit glos.in cap. si forte,
de electio.in 6.Bald.in l. non ignorat, C.
qui accusare nō possūt,Bal.in l.Barbari9
ff.de offi.prætor,& est communis opinio
secundum Socin. vbi sup. num. 3. Vnde
6 non probato † per producentem quod
ille, qui scripsit sit notarius, remanebit
scriptura priuata , quæ non facit fidem,
quæcumque illa sit,nisi recipiat aliquod
fomentum, vel supplementum, propter
quod fiat authentica, etiam quod habe-
ret plurium testium subscriptionem, an-
num,mensem & diem, & similes solem-
nitates,l.instrumenta,l.exemplo,l.ratio-
nes, C.de probat. l.2. C.de conueniend.
fisc.debitor. ita hæc omnia concludunt
Osas.Crauet. Socin. & pulchre Roland.
7 cons.32.in 2.Sicut etiam † idem dicimus
de clericatu,satis enim est opponere, tu
non es notarius,tu non es clericus , quia
opponēs habet suam intētionem funda
tam de iure communi & naturali , ob id
allegans aliquem clericum tenetur pro-
bare illum esse clericum, Decius in cap.
cum adeo,col.2.de rescript. & cons.125.
col.2.Innoc.in cap.super his,in fin. de ac
cus.Abb.in cap.bonæ.1. col. antepen. de
electio.& in cap.quoniam contra,de pro
bat.& de notariatu,quod debeat proba-
ri , si opponatur contra instrumentum,
quod non est confectum a publica per-
sona,traddit Specul.vbi sup. vers.& scias
Socin.Crauet. Osas. Rolan. vbi sup. qui
alios allegant.

8 Necessarie igitur † sunt literæ testi-
moniales iudicis ipsius notarij forensis,
secundum Socin.Roland.& alios supra-
dictos,

dictos, attestantes esse notarium, & non solum hoc necesse est, verum etiam (vt ad materiam veniamus) quod attestentur de eo tempore, quo factū fuit instrumentum, ita Alex. d. conf. 166. col. 2. in 2. & conf. 97. n. 4. in 7. quia qui se fundat in tempore, opportet quod articulatè & limitatè probet de tempore, l. eum actum, ff. de negot. gest. nam in talibus ex præsenti non præsumitur in præteritum, hodie quis estnotari⁹, ergo erat heri, vel pridiè, Bald. in l. ex persona, in 2. col. C. de probat. & in l. qui adulterij, C. de adulte. Alex. d. conf. 198. col. 2. Ioan. Andr. Butri. Immol. in c. 1. de fide instrum. traddentes modum probandi notariatum, Boer. decis. 36. col. penul. ita Roland. d. conf. 32. in 2. sequuntur Socin. & Crauet. vbi sup. pulchre Ofasc. d. decis. 117. num. 5. requi-
9 rens † probationē de tēpore actus, quia verba illa (fuit, & est notarius) solita apponi in testimonialibus, non includunt necessario tempus instrumenti, possunt enim verificari in duobus, aut tribus mēsibus post tempus instrumenti, Angel.
10 conf. 1. Probatio † enim, debet necessario concludere, cap. in præsentia, de pro-
11 bat. & qui se fundat in tempore, † illud debet precisè probare, Bartol. in l. Celsus, de vsucapio. Salicet in l. matrem, C. de probat. sequitur eandem opinionem Mascard. conclus. 1079. & est videndus Franciscus Anton. de iudice, Robertus, de liquidatione instrument. consideratione 1. num. 20. dicens: Quod lega-
12 licatio † debet concludere de principio vsque ad fin. inclusiue, vide in tractat. artis notariatus, tom. 2. in tit. Litera testimonialis de legalitate notarij, pag. 194.
13 Vbi quod legalicatio † debet attestari de tempore instrumenti, aliàs non probaret: ita multoties fuit iudicatum meo tempore, & signanter in processu Hieronymi de Iscis, super condemnatione censualis, in mense Martij, 1610. in Regio Consilio.

(?)

*

DECISIO C.XXXIII.

Cedens nomen debitoris in solutum suo creditori liberatur omnino, etiam si illud euincatur, vel non exigatur effectiue, vel aliter pereat.

SVMMARIVM.

Nomina debitorum quando ceduntur in solutum, & seu solutionis causa, illa cessio habetur loco solutionis. nu. 1. & 4. ita fuit iudicatum, vt n. 16.

Nomina debitorum si cedantur per viam delegationis, cessio succedit loco solutionis, & est solutio. num. 2.

Nominis debitoris, seu debiti cessio simpliciter facta per debitorem in fauorem creditoris, seu alterius de mandato eius, tunc per cessionem actionis, seu nominis debitoris non dicitur soluere nec satisfacere. num. 3. & num. 14.

Nomina debitorum dare in solutū, vel illa simpliciter cedere, differunt. num. 5.

Solutio dicitur dare aliud pro alio de consensu creditoris, & sic potest solui. n. 6.

Nomen debitoris, quando datur in solutum pro aliquo debito, perinde est, ac si res ipsa debita solueretur. num. 7.

Debitor & fideiussor, si dent creditori aliquam rem in solutum, quæ deinde euictione pereat, non habebit creditor recursum contra debitorem & fideiussores, quia iam prima actio fuit extincta. num. 8.

Actio semel extincta per dationem in solutum, vel alio modo, nunquam reuiuiscit. num. 9.

Credi-

Creditori si res data in solutum euincatur, non agitur primæua actione, quæ per dationem in solutum fuit extincta; sed aget creditor de euictione, nisi contrarium actũ sit inter partes. num. 10. & num. 15.

Nomen debitoris, si debitor det creditori suo, in solutum, liberatur ipso iure, & omne periculum est recipientis creditoris. num. 11.

Nouatio hodie non inducitur, nisi id
12 *expressum sit per partes, nisi secundus actus sit contrarius incompatibiliter primo. n. 12.*

Nouatio per viam delegationis facta hodie bene inducitur, si concurrant illa tria requisita, de quibus DD. in tit. de delegat. num. 13.

DVbitatum fuit in curia Iustitiæ Aragonum, an si debitor cedat creditori suo aliquod nomen debitoris in solutum, vel simpliciter,
extinguatur prima obligatio, seu debitum, quo cedens tenebatur; idque taliter, quod etiam si nomen cessum euincatur, vel extinguatur, siue aliquo alio modo per cessionarium effectiue non exigatur, reuiuiscat primum debitum, ac si cessio facta non esset; an vero è contra periculum hoc spectet ad cessionarium, cedente penitus liberato; rem hanc federe distinctionis absoluit Philip. Dec. cons. 99.
1 num. 4. dicens: Quod † quando nomina
debitorum ceduntur in solutum, tunc videtur solutio facta, quia illa cessio videtur loco solutionis, l. si pupilli, §. 1. de solut. l. inter eos, §. abesse, ff. mandat. &
2 idem, quando † cessio esset facta per viã
delegationis nominum debitorum, iuxt. l. delegare, ff. de nouatio. notatur in l. 1. C. de nouatio. Bartol. in l. singularia, ff. si cert. petatur, Bald. in l. pro debito, vers. extra quæritur, C. de bonis autho. iudic. possiden. Secus autem; † quando sim-
3 pliciter esset facta cessio nominis debitoris, seu debiti per debitorem, in fauorem creditoris, seu alterius de mandato eius; quo casu per cessionem actionis, seu nominis debitorum non dicitur quis soluere, vel satisfacere, glos. magna, circa finem in l. legaui de liberatione legat. Bald. in cap. 1. in fin. de beneficio fratris in vsibus feudorum, hæc Decius vbi su. & quod, † quando nomen debitoris cre-
4 ditur in solutum, habeatur pro solutione, concludunt Aretin. in l. singularia, col. antep. circa fin. ff. si certum petatur, Iass. n. 37. Cagnol. num. 168. latius Beccius, cons. 150. num. 35. alias 104. num. 8. Imol. in l. facta, §. si heres, col. 2. ff. ad Trebel. dicẽs:
5 aliud esse † dari nomen debitoris in solutum cum cessione, aliud vero cum ceditur solum solutionis causa, quia primo casu cedens liberatur in continenti, secũdo vero non, si non sequitur effectiue exactio. si igitur habet vim solutionis, ergo eo modo, quo soluendo id, quod debetur, tollitur omnis obligatio, l. obligatione. C. de solut. l. prout, ff. eod. tit. ita & quando aliud soluitur, loco eius, quod
6 debetur, nã aliud † pro alio solui potest de consensu creditoris, l. 1. §. an potest ff. de consti. pecun. l. item liberatur, §. qui parat⁹, ff. qui mod pig. vel. hypoth. Imo,
7 quando † nomen debitoris datur in solutum pro aliquo debito, perinde est, ac si res ipsa debita solueretur, Aretin. vbi sup. Ias. in l. singularia. num. 37. ff. si cert. petat. in terminis concludit Cæpol. cau-
8 tel. 123. vbi quod si debitor, † & fideiussor dent creditori aliquam rem in solutum, quæ deinde euictione pereat, non habebit creditor recursum, contra debitorem & fideiussores; quia iam prima actio fuit omnino extincta; & ad id dat ibi bonam cautelam, vt sibi caueat recipiens in solutũ in tali casu de recursu, cõsonat in proprijs terminis Bald. in l. pro debito in fin. C. de bon. autho. iudi. possi.
9 & ex hoc sequitur, quod actio † illa semel extincta per dationem in solutum, vel alio modo nunquam reuiuiscat, Tiraq. late allegans multa iura, in l. si vnquã verb. susceperit liberos, num. 191. C. de feudo.

reuó.don.Zanchus,in l. hæredes mei, §. cum ita,8.par. num.162. ad Trebel. reg. factum legitime,ff.de reg. iuris. Ex hoc infert glo.in l.eleganter,ff.de pign. acti. & not.in l.si prędium,C.de euictio.quod
10 si † res data in solutum euincatur, non agitur primæua actione, quæ per dationem in solutum fuit extincta, sed erit agendum de euictione,nisi contrarium esset actum inter partes, glos. in l. libera,
11 C.de sentent.& habemus,quod † quando debitor dat in solutum creditori suo nomen debitoris, liberatur ipso iure, & omne periculum est,recipientis creditoris,Castr.in l.pupilli, §.soror, ff. de solutio.Immol.vbi sup. Socin. conf.37. num. 13.vol.4.Beccius vbi sup.Cagnol. vbi sup. omnino videndus; tenetur tamē facere bonū nomē de facto,hoc est,quod sit exigibile,Bec,cōs.113.ratio generalis ad omnia est,quia tunc apparet de animo nouandi,ex quo creditor accepit vnum debitorem pro alio,vel saltem inductam esse delegationem de voluntate partium:
12 & licet † hodie non inducatur nouatio, nisi id expressum sit per partes, l. fin. C. de nouat.Tamen illud nō procedit,quādo secundus actus est contrarius in cōpatibiliter primo,tunc enim prima obligatio transfunditur in secundam, quæ derogat primæ,l.si vnus, §. pactus ne peteret,ff.de pactis,& tunc non est necessaria expressio partium, vt inducatur nouatio,probatur in l. Valerianus,ff.de preto.stipul.Bald.in d.l.fin.num.1.Deci.cōs. 400.col.pen.in fin.idem Deci.in l. pacta nouissima in princ. Cagnol. vbi sup. nu. 102.vide nos decis.15.num.18.19.Deinde,
13 † quia quando nouatio fit per viam delegationis,concurrentibus illis tribus requisitis,de quibus DD. in tit. de delega. tunc bene inducitur etiam hodie nouatio,licet per partes non sit expressum gl. communiter approbata, in l.1. in princi. C.de nouatio.DD.in l.qui vsumfructum de verb. oblig. ex his patet responsio ad multa contraria,quæ coaceruantur contra hāc resolutionē.Et primo ad id,quod nouatio nō inducitur nisi exprimatur expresse,iam patet respōsio ex proxime di-
14 ctis,& licet dicatur,quod † cessio nominis non liberat debitorem, illud est in simplici cessione nominis, secus quando fit in solutum,vt per Deci.vbi sup.
15 Ad alia multa iura, quibus † probatur debitorem non liberari, imo teneri actione pristina, quando res data ab eo in solutum euincitur,vt in l. defferre, §. fin.cum duabus sequent. ff. de iure fisci, ad quem tex.vide Calicium in Margarita fisci,priuilegio vigesimo, num.13. respondet concludenter Petr. Surd. decis. 145.a num.34. cum erudita & subtili distinctione ad quem recurre, nam sisto, postquam eum vidi rem exactius absol-
16 uentem.In vim superiorum fuit † iudicatum pro cedente nomen debitoris, & eius liberatione,licet illud nomen cessū, fuisset euictum, vel aliter extinctum, in processu Nicasij de Garde,super iuris firma in curia Dom. Iust.Arag. circa annū 1600.me ibi existente.

DECISIO C.XXXIIII.

An appellatus in Regno possit prosequi appellationem,nō obstante appellante, & an appellanti de foro statuatur terminus ad prosequendam appellationē sub pœna desertionis.

SVMMARIVM.

Appellanti licet de foro non sit præfixum tempus ad appellandum, potest tamen appellato a iudice præfixi tempus arbitrarium,quod solet esse sex dierum. nu.1.

Appellanti,potest de iure abreuiari tempus ad prosequendam appellationem per iudicem,sub pœna desertionis.num.2.

Appellatio deserta est, si intra tempus a iudice

a iudice præfixum non prosequatur, & sic fuisse iudicatum refertur. num. 3.

Appellatus potest de foro inuito appellante prosequi appellationem. nu. 4.

Appellatus non potest de iure communi inuito appellante absolute prosequi appellationem. num. 5.

Appellans, secundum ritum Neapolitanum tenetur intra mensem prosequi appellationem, & si non prosequatur, poterit appellatus post mensem prosequi. num. 6.

Appellanti secundum statutum Mediolani, quatuor dierum tempus datur ad appellandum, & tam appellans, quam appellatus possunt prosequi appellationem. numer. 7.

Appellatus potest prosequi appellationem in termino fatalium, ob negligentiã appellantis. num. 8.

Appellans in Regno nostro, non tenetur prosequi post præsentatum processum, secus de iure communi. num. 9.

Appellatus de foro admittitur ad prosequendam appellationem. num. 10.

Notorium potest causari, quando proferuntur verba iniuriosa voluntarie, & sine necessitate, veluti iudex fecit mihi multa grauamina, & contra foros & similia. num. 11.

Appellante non se repræsentãte cum copia processus, in eius contumaciam tolletur inhibitio, & remittitur causa ad iudicem a quo. num. 12.

Appellati instantis & prosequentis interest causam finiri. num. 13.

Appellans tenetur facere debitas diligentias ad docendum de nullitate, vel iniustitia in appellatione allegatis. num. 14. Et contrarium exemplar refertur. n. 15.

Appellatus potest de foro prosequi appellationem inuito appellato suis expensis. numer. 16.



DE Foro licet appellanti non sit præfixum tẽpus ad prosequendam appellationẽ,
1 tamen † potest ei, instante appellato, præfigi per iudicem tempus aliquod ad prosequendã appellationem, & hoc tempus est arbitrarium, & solet esse de cõsuetudine sex
2 dierum, sicut idem est de iure: quo † attento potest iudex abreuiare terminum iuris ad prosequendam appellationem sub pœna desertionis, Abb. Franc. & alij, in cap. personas, de appellatio. Marant. in speculo, tit. de appellationibus, num.
3 205. Intra quod † tempus, si non prosequatur appellans, erit appellatio deserta; sic fuit iudicatum in processu Petri de Oruz sup. iur. firma, anno 1596. me relatore existente in Curia Iustitiæ Aragon. & in processu Petri Buysan, super repræsentatione, die 24. Octobris, 1597. in eadem Curia, & cum hoc transeunt omnes practici foristæ.

Difficultas maior est, an appellatus possit prosequi appellationem inuito ap
4 pellante. De foro videtur, † quod sic, for. 1. de appellationibus, Molin. verbo, appellatio, vers. appellanti non est statutus terminus, &c. Ferrer & Portoles, in locis infra allegandis, & sic practicatur per dictum forum, quod instante appellato præfigitur terminus appellanti, ad sequendam appellationem, quo non prosequente habetur pro deserta, ita Ferrer in methodo de processu appellationis,
5 vers. pars appellata, de iure † tamen nõ potest appellatus absolute prosequi inuito appellante, qui potest dicere, se velle gaudere tempore a iure dato, authentica, ei qui appellat, C. de temporibus appellationum, vbi DD. nisi in fine anni, vel biennij, d. authen. Marant. de appellation. num. 244. vt idem per ritum Neapolitanum fuit etiam statutum, Marant. vbi

6 vbi sup. Vbi tenetur † intra mẽsem prosequi, post præsentatum processum; aliàs si nõ prosequatur poterit appellatus prosequi post mensem, vt idem Mediolani seruari testatur Bimius. cons. 178. nu. 4.
7 Vbi † datur tẽpus quatuor dierum ad appellandum tantum, & tam appellans, quam appellatus potest prosequi. Est verum quod de illo ritu, & iure communi tenetur appellans prosequi intra legitima tempora, sub pœna desertionis, vt est notum d. authent. ei qui ita, Aymon, cõs. 273. in princ. Abbas, in cap. ex parte. 5. de rescriptis, & in cap. personas, & in cap. sæpe, de appellatio. Felin. in d. cap. ex par-
8 te. qui dicunt † quod potest appellatus prosequi appellationem in termino fatalium, ob negligentiam appellantis, vt in d. authent. ei qui, in illis verbis: *Appellatore cessante, licet victori ingredi, vt confirmetur, vel rescindatur sententia.* Late Franc. in cap. sæpè. 4. col. vers. Secundus casus est, vbi late sequuntur, & alij quos allegat Portol. verb. appellatio, num. 36. qui sub eadem distinctione, idem tenent: & sic non tenetur appellatus adhærere appellanti de necessitate infra decem dies ad appellandum, vt contra Bimium, cons. 178. tenuit Franch. decis. Neapolitana 254. num. 4. quia licet non adhæreat ante decimum diem, potest petere reformationem, & confirmationem sententiæ secũdum legem ampliorem, C. de appellati. Franch. in cap. interposita, §. illæ deniq; de appellatio. & proprie solum dicitur adhærere tertius, Lancelot. cap. 3. de attentat. 1. par. num. 63. & 2. par. num. 12. ampliatione. 12. & limitatione. 27. in fin. semper enim appellatio deuoluit pro vtraq; parte, l. fin. C. quando prouocare, & sic communis vtrique parti, d. l. ampliorem, Franc. in d. §. ille denique, vers. possent tamen opiniones, &c. Sed semper in Reg-
9 no hoc habet dubium, quia † appellans non tenetur prosequi post præsentatum processum: de iure vero tenetur, & sic nimirum si de iure non prosequente appellante possit ingredi appellatus; de foro vero non tenetur prosequi appellans, & videtur quod dum ipse potest prosequi, non intret alius, sicut de iure, dum potest prosequi appellans ante finem termini, non admittitur appellatus ad prosequendum. Sed quidquid sit, & videa-
10 tur ita faciendum; forus tamẽ † primus, de appellatio. admittit appellatum ad prosequendum, secundũ Molin. Ferrer, Portol. vbi sup. & hoc habetur pro indubitato de foro, pro vt ita fuit pronuntiatum in processu appellationis Didaci Pilares, in Regia Audientia, mense Iulij 1611. vbi fuit declaratum non posse appellantem post præsentatum processum, & sic elapso mense ad se representandum desistere, & se separare ab enantamentis in præiudicium appellati, qui se opposuit re integra in processu, & prosequitur appellationem, inuito appellante; & fuit
11 etiam ibi dictum quod hac verba: † *Iudex fecit mihi multa grauamina & contra foros*, si proferantur voluntarie, & vbi necessitas id non petit, dicuntur iniuriosa, & digna notorio: sic etiam fuit iudicatũ in process. appellatio. D. Ioannis Perez de Almaçan, 31. ,1561. in Regia
12 Audientia vbi fuit declaratum: † quod in contumaciam appellantis, in non se representando cum copia processus, debebat tolli inhibitio, & remitti causa iudici a quo, non obstante quod appellans allegabat, se non posse compelli ad prosequendam appellationem; cum pars appellata prosequi poterat per forum primum de appellatio. & ex quo sententia pro eo lata iam fuerat executioni mandata; & videbatur quod illius non intererat necessario prosequi appellationem; ratio tamen sentẽtię fuit inter alias, quia
13 appellatus † instabat & prosequebatur iuxta forum primum de appellatio. & illius intererat causam finiri, & quia per sententiam, de qua in instrumento appellationis ab aduerso exhibito, habet
14 suam intentionem fundatam: ideo † appellans ad docendum, de nullitate, vel iniustitia in appellatione allegatis, tenebatur facere debitas diligentias, scilicet se representando, cum copia originalis processus.

15 processus. Contra hoc tamen solent † allegari aliqua exemplaria, & signanter processus appellationis Iuratorum de Sariñena, super apprehensione in articulo proprietatis: in quo processu fuit declaratum de consilio, supplicata per procuratores loci de Castejon locum non habere. petebant enim assignari iuratis de Sariñena, qui se representauerant cum instrumento appellationis, ad plenius se representandum cum copia processus, & fuit dictum supplicata locum non habere: attento, quod sententia lata in fauorem loci de Castejon sortita fuerat suum effectum, in fauorem dicti loci de Castejon. Vides, quam varie actum est circa indicendam assignationem appellanti, ad se representandum, cum copia processus, id petente appellato. Tamen quod id debeat fieri, frequentius practicatur hodierno tempore, tu melius cogita. Sed
16 illud † est citra omne dubium, quod possit appellatus de foro appellationem prosequi inuito appellante, suis expensis.

DECISIO CXXXV.

Nota debet ingrossari, secundum subscriptionem testiũ, licet notarius omiserit annotationem eorum.

SVMMARIVM.

Testes si reperiantur subscripti in nota, notarius autem vbi dicitur, testes huius rei sunt, non annotauit nomina eorum testium, debet nota ingrossari quoad eam annotationem, decretumque Curiæ Iustit. Aragonum. num. 1.

Maxime si de eo instrumento in alio at testetur idem notarius. num. 2.

Regia Audientia confirmauit postea dictum decretum. num. 3.

Curia Iust. Aragon. idem in alio casu iudicauit. num. 4.

Confrontationes si in regestro in aliquo actu defficiunt, quando possit extrahi instrumentum cum confrontationibus non constito de nota, & decretum Regiæ Aud. in hoc. num. 5.

Extrahi debet instrumentum pendente appellatione. num. 6.

Secus vbi petitur ingrossari nota. nu. 7.

Extracta solum est priuilegiata de foro, non ingrossatio. num. 8.

Dubitatio de confrontationibus nõ pertinet ad substantialia instrumenti, sicut deffectus testium. num. 9.

Vera ratio differentiæ inter ingrossationem, & extractionem petitam. num. 10.

Ingrossatio instrumenti, quo casu etiam priuilegiata sit. num. 11.

Sententia & motiua in hoc, in processu D. Ioannæ de Pernestan ad longum referuntur. num. 12.

Nota non dicitur continere censuale vbi tantum dicitur: tali die, tali anno, fulano y fulano. num. 13.

Instrumentum extractum a notario rogato valet non constito de nota. num. 14.

DIE Primo mensis Martij, anno 1600. in Curia Iustitiæ Aragonũ, in processu dõnę Ioannæ Pernestan, super manifestatione scripturarum, fuit deliberatum de consilio, referẽte domino Matthæo Deça, dubium sequens. Comes Ripæcurtiæ fecit procuratorem Ludouicũ de la Caualleria, ad faciendum capitula matrimonialia cum vxore sua domina Ludouica de Borja, vna cum alio procuratore pro alia parte

ad idem destinato,& in instrumento pro curatorio dicti Comitis confecto in Regno Castellæ,dicebat notarius,testes huius rei sunt, † & non annotabat, seu describebat illorum nomina;verum in fine reperiebantur sequentes subscriptiones: *Yo el Conde otorgo lo sobredicho*, Et testes: *Yo fulano soy testigo de lo sobre dicho: yo fulano soy testigo de lo sobredicho*, petebatur ingrossari dicta nota per don Franciscum ab Aragonia, filium dicti Comitis; ex aduerso dicebatur,quod nõ erat bona nota; quia erant quædam folia separata,licet reperta inter notulas notarij; verum de hoc non fuit multum dubitatum, quia sat erat,quod esset reperta inter notulas; dicebatur amplius,quod non valebat nota, quia notarius non annotauerat nomina testium,sicut de iure debebat facere; & fuit deliberatum, quod debebat ingrossari; & licet notarius non annotasset nomina testium;tamen quia reperiebantur subscripti testes præsente constituente, & sic parte,quod debebat præsumi,quod illi erant per ipsum notarium assumpti, præsertim,quia postea in capitulis matri
2 monialibus † ille idem notarius,præsentibus omnibus partibus, & alio notario simul communicante,attestabatur de illo procuratorio per eum testificato, dicendo: *En fuerça del poder otorgado por el Conde, y por mi testificado tal dia, talis anni, &c.* Ex quo videbatur, quod cum hæc fieret coram omnibus partibus, & in primo procuratorio etiam coram parte, quæ erat Comes,satis dici poterat esse verum quod illi testes erant rogati per notariũ, & sic fuit data pro bona nota, & mandatum ingrossari,licet pars aduersa appellasset ad Regiam Audientiam. Postea in
3 Regia † Audientia fuit hæc sententia confirmata mense Octobris, 1600.in pro cessu domnæ Ioannæ Pernestan, super appellatione; vide Marin. Frecciam, de præsentatione instrumentorum, 4.par. Afflict. super constit. instrumentor. robar.num.4.lib.1. Gramm. additio ad dictam constitutionem, Ancharran. cons. 431.& 432. Mantic. lib.2. de coniectur. tit.11.Immol.in l.Domicius Labeo, ff.de testament.Bart.in l.si quis ex argentarijs ff.de æden.Vide idem iudicatum in processu Francisci Frayle, super mandato, anno 1597. 8.Februarij,in Curia Iustitiæ
4 Aragon. vbi dicebat notarius,testes sunt *el Reuerendo Francisco Frayle*,dicebãt testes, *Yo mossen Ioã de tal soy testigo de lo sobredicho, yo Francisco Frayle soy testigo de lo sobredicho*. Fuit mandatum extrahi,& reparari non obstante,quod notarius non annotauerat nomen clerici,ex quo postea ipse clericus se subscripserat,& sic præualuit veritas. Idem quod supra fuit pronuntiatum in Curia Iustitiæ Aragonum, in pro cessu D. Bernardini de Mendoça, super mandato 25.Octobris,1570. in causa Baroniæ de Sanguerren, vbi fuit cõcessum mandatum ad extrahendum certam venditionem d. Baroniæ, quæ venditio non reperiebatur in nota,sed solum in regestro ad longum,& habebat regestrum lineas priores iuxta forum testes, & kalendarium,sed deerant quædam confronta
5 tiones † in regestro, quæ in alio instrumento confecto intra triduum inter easdem partes, & super eisdem rebus reperiebantur scriptæ,& mandabatur extrahi venditio cum confrõtationibus,prout continebatur in alio instrumento donationis; opponebatur tamen per partem aduersam, & etiam per notarium loco rationum,quod non constabat de nota, quia regestrum non erat nota, & quod non continebat confrõtationes,& quod reperiebantur certæ lineæ,quæ antiquitus denotabant extractam,& sic dicebãt extractionem locum non habere. Tandem fuit mandatum extrahi cum confrontationibus,& quod ponerentur con frontationes,attento,quod reperiebantur penes notarium in alio instrumento inter easdem partes in continenti, seu in tra triduum facto,vt in decis.de pacto re uendẽdi dicã. Pars aduersa appellauit ad Regiam Audientiam,& præsentauit inhibitionem ab eadem emanatam, & tandem fuit hæc sententia confirmata in Regia Audientia,per omnes de consilio.

Sed

Sed fuit dubitatum in Curia Iustitiæ
Aragonum, in hoc processu D. Bernardi
ni de Mendoça, an pendente appellatio
ne, & inhibitione deberet extrahi instru
6 mentum, & fuit ibidem pronuntiatū, de-
bere extrahi † non obstante appellatio-
ne, & inhibitione, iuxta forum de empa-
ram. scriptu. Molin. ver. instrumentum,
vbi non obstante appellatione extractio
instrumenti est priuilegiata.

Sed in processu Domnę Ioannę Perne
stan fuit dubitatum, an non obstante ap-
pellatione, & inhibitione & eis penden-
tibus deberet extrahi instrumentum,
& iudex pronuntiauit sublata inhibitio-
ne prouidebitur de iustitia. Ex eo, quia
7 ex quo hic agebatur de ingrossatione †
notæ tantum, non vero de extractione,
ideo non fuit locus foro de emparamen-
tis scripturarum, secus autem, quando
petitur extrahi; quo casu debet extrahi
non obstante appellatione, vt in processu
8 don Bernardini de Mendoça, vt sup. nam
sola extracta † est secundum forum pri-
uilegiata, secundum Molin. verb. instru-
mentum, quando scilicet non dubitatur
de corpore instrumenti; secus autē quan
do instrumentum est in fieri; & dubita-
tur de illius viribus, vt hic dubitatur, sci-
licet de firma testium, quæ est de substan
tia actus: in processu autem don Bernar-
dini solum dubitatur de confrontationi-
bus, quæ non sunt de substantia instrumē
ti, licet sine eis non probet, vnde ex quo
9 ibi constabat de nota, † quæ erat rege-
strum, & confrontationes erant penes
notarium, ideo fuit mandatum extrahi
non obstāte appellatione, sed in casu dō-
nę Ioannę Pernestan dubitatur de va-
liditate notæ; quia dicebatur, quod non
erant subscriptiones testium, ex quo no
tarius non annotauerat illorum nomina;
& sic iudex non pronuntiauit; sed dixit
sublata inhibitione prouidebitur de iusti
tia. sed mihi non multum placet hæc dif
ferentia, & videtur superficialis; quid e-
nim interest, quod petatur extrahi si ex
aduerso opponitur, quod non est instru-
mentū, vel quia non apparet de nota, vel
ex alio capite, iam tunc dubitatur de viri
bus instrumenti; quare dico, quod quan
10 do petitur extrahi, licet ex aduerso dica
tur non esse instrumētum, & opponatur
de deffectu notæ, si tamen constat iudici
esse validam notam, tunc mādabit extra
hi non obstante appellatione, & inhibi-
tione, & hoc modo intelligatur Molin.
verb. instrumentū, & forus ibi allegatus;
quando vero non petitur extrahi, sed tā
tū ingrossari, tunc licet constet iudici de
validitate notæ, seu instrumenti, non po-
terit mandare extrahi, non obstante ap-
pellatione & inhibitione, quia sola extra
cta reperitur priuilegiata, & duo debent
concurrere; vt fiat extracta non obstante
appellatione, scilicet, quod petatur extra
hi, & quod iudici constet de validitate
instrumenti, seu notæ. Potest secundo, &
forte melius dici, quod tam ingrossatio,
11 † quam extractio, sunt priuilegiatæ, ita
tamen, quod si iudici constat notam esse
validam, mandet extrahi non obstante
appellatione, vt in processu d. D. Bernar-
dini de Mendoça. aliàs non mandet, vt
hic, & sic est arbitrium iudicis, vt in di-
cto foro, Portol. verb. instrumentum, vbi
Molin. de hoc Vincentius Carrocius, in
regu. cum quid, de regu. iur. in 6. 2. par.
inter repetentes iuris canonici.

Motiua & sententia.

12 SEd quia sententia † & motiua in pro
cess. Dominæ Ioannæ Pernestan viden
tur conducere, & esse notatu digna, ideo
inserenda decreui.

Attentis contentis, &c. de consilio pro
nuntiamus & mandamus per notarium
commissarium & successorem notula-
rum quondam Alphonsi Bezerril nota-
rij, in præsenti processu manifestatarum
ingrossari, inscribi, & annotari, eius pro-
pria manu, & litera, in originali, no-
ta, & matrice instrumenti nomina-
tionis, Doctoris Ludouici de la Ca-
uallería iuris periti, per illustrissi-
simum Don Alphonsum de Gurrea,

& ab Aragonia Comitem de Ribagorçà ad struenda, & ordinanda capitula matrimonialia illustrissimorum quondam don Martini ab Aragonia, & dominç Ludouicç de Borja & ab Aragonia, Ducum Villæfermosæ, nomina, & cognomina testium incontinenti, & immediate post subscriptionem dicti Comitis de Ribagorza, subscriptorum, qui confectioni, & testificationi prædicti instrumenti nominationis interfuerunt, non obstantibus in contrarium allegatis, quæ attentis contentis locum non habent.

Ex eo præsertim, & aliàs, quod clare ex nota manifestata, & ex instrumento capitulorum matrimonialium illustrissimorum don Martini ab Aragonia, & dõnæ Ludouicæ de Borja & ab Aragonia coniugum, in dicta nota continuato, & in præsenti processu exhibito, constat, Alphonsum Bezerril notarium fecisse, & recepisse dictum instrumentum nominationis, quod reparari & ingrossari petitur, habens essentialiter omnia a foro & iure requisita. Nec obstat quod nomina testium, qui actui inter fuerunt, non fuerunt per notarium inscripta; quia & si dubitari posset ex deffectu illius solemnitatis, attamen ex communi omnium Doctorum censura sufficit, si adsint aliqua verba similia, aut relatiua, vt certificari possit, per dictum Alphonsum Bezerril dictos testes ibi descriptos, fuisse vocatos & rogatos, sed cum in nota manifestata appareat scriptus manu dicti notarij thenor totius instrumenti, cum omnibus a iure & foro requisitis, & in fine dixerit: Ex quibus, &c. quæ verba de stylo notariorum, maxime in hoc Regno indicant fecisse instrumentum, & fuisse a parte concedente requisitum, cum similis requisitio absque testibus fieri non possit, & in dicta nota immediate post prædicta verba subsequatur, manu notarij, verbum, testes, in loco, vbi solent inscribi nomina testium, & illico incontinenti subscriptio Comitis concedentis instrumentum, de quo in illis verbis: ex quibus, &c. asserit fuisse ab eo rogatum, & immediate subscriptiones dictorum testiũ desuper nominatorum ex præsumptione iuris, quæ pro veritate habetur, non docto de contrario: sequitur, quod dicti testes subscripti fuerunt rogati, & confectioni instrumenti interuenerunt, sciente & patiente dicto Comite concedente, de cuius actu agebatur; maxime attenta relatione facta per Ludouicum Barbaran vnum ex testibus scriptis, qui dixit, *yo dicho*, quasi in genere & clare dicat, se a notario fuisse rogatum & nominatum in testem. Et ideo ex his & alijs in foro, iure & ratione consistentibus, fore notam ingrossandam per notarium successorem, inscribendo nomina dictorum testium subscriptorum, iudicamus; cum per incuriam notarij fuerit annotatio omissa, quæ partibus nocere non debet.

In processu Petri Ripalda super manifestatione, 14. Martij, 1560. in Curia Iustitiæ Aragonum fuit dubium sequens determinatum. Michael D. Lope iuris peritus habebat vnum instrumentum censualis, originale extractum per notarium rogatum; sed in nota † non reperiebatur
13 tale censuale, sed solum reperiebatur *tali die, tali anno, fulano, & fulano, &c.* Et cũ partes cõtrahẽtes essent cędẽ, petebatur reparari notã iuxta originale, vt per Marãt. de ordine iudicio. 6. p. de actorũ editione, fuit determinatũ in Cur. Iusti. Aragon. quod nõ habebat locũ reparatio prędicta: ex eo, quia non habuerat illam notam pro nota illius censualis, & sic non constabat de nota. Verum dixerũt, quod
14 instrumentum † censualis valebat, ex quo erat extractum per notarium rogatum licet careret nota. Vt habes in alia decisione præcedenti, vbi habes, quod hoc procedit, etiamsi sit actus firmarum, nam solet illud allegari in contrarium, cum non sit pars appellauit ad Regiam Audientiam, & ibi fuit confirmata sentẽtia Curiæ Iustitię Aragonum, vide in processu Eleonoris de la Cabra, 16. Decembris, 1562. super appellatione in Regia Audientia.

* * *

DECI-

DECISIO C.XXXVI.

Fructuum materia late disputatur.

SVMMARIVM.

FRuctus dicuntur deductis impensis, non solum de iure, verum etiam in foro cõscientiæ. num. 1.

Fructus quando integri sunt restituendi, an debeãt restitui deductis impensis. n. 2.

Decimæ reales debentur ex fructibus sine deductione impensarum. num. 3.

Decimæ personales, quæ soluuntur ex aliqua negotiatione, debentur sine deductione impensarum. num. 4.

Impensæ legitimæ quæ dicantur. num. 5.

Fructuum appellatione qui veniãt. n. 6.

Fructus in retractu legali debentur retradenti a die litis contestatæ; & limitatur duobus modis. num. 8. & 9.

Fructus in actionibus stricti iuris tantum a die litis contestatæ veniunt, & hoc fallit in certo casu. num. 11.

Restitutio si fiat minori, vel Ecclesiæ, cum fructibus fieri debet. num. 12.

Fructus an veniant, si in sententia nõ dicatur, nec loquatur per verbum restituat. num. 13.

Fructuum ratio an habeatur eorum, qui lite pendente percepti fuerunt. num. 14.

Sententia si expresse, vel tacite facit mẽtionem fructuum perceptorum lite pendẽte, restituendi sunt cum re petita. num. 15.

Restituit plene ille, qui rẽ restituit actori, & omne illud, quod actor habuisset, si tempore litis contestatæ res actori restituta foret. num. 16.

Fructus percepti post litem contestatam non sunt expresse petendi, sed officio iudicis recuperandi veniunt. num. 17.

Fructus percepti ante litem cõtestatam expreße peti debent, & per sententiam expresse adiudicari. num. 18.

Fructus percepti post litem contestatam petuntur officio iudicis in illo iudicio rei principalis & ante sententiã, & in sententia ipsa. num. 19.

Fructus percepti ante litem contestatã, cum petantur iure actionis, & in sentẽtia, & post sententiã peti poßunt. num. 20.

Fructus percepti post litem contestatam licet expresse non petantur, potest iudex eos facere restitui. num. 21.

Fructus percepti ante litem contestatã expreße peti debent. num. 22.

Fructus, qui non veniunt officio iudicis absque petitione peti debent expreße, & per sententiam expresso debet fieri eorũ condemnatio. num. 23.

Ratio tradditur l. fructus pendentes, ff. de rei vindicatione. num. 24.

Minoris restitutio ita est intelligẽda, vt & fructus sint ipsi minori reddẽdi. n. 25

Cap. ad nostram de rebus Ecclesiæ non alienandis late declaratur. num. 26.

Tradditur exemplum Thomæ Fort, super electione iuris firmæ. num. 27.

Possessor bonæ fidei cum titulo facit fructus suos omnes. num. 28.

Posseßor bonæ fidei cum titulo, si factus est locupletior, tenetur fructus consumptos etiam restituere. num. 29.

Posseßor bonæ fidei sine titulo, non facit fructus suos naturales.

Posseßor bonæ fidei sine titulo, restituit fructus extantes actione reali, consumptos

vero, si factus est locupletior, condictione sine causa, vel officio iudicis. num. 31.

Possessor bonæ fidei sine titulo fructus industriales ita facit suos, vt extantes restituat, consumptos vero non teneatur restituere in iudicijs particularibus, licet sit factus locupletior. num. 32.

Possessor bonæ fidei sine titulo, si factus sit locupletior, in iudicijs particularibus ex æquitate tenetur fructus industriales extantes & consumptos restituere. num. 33.

Possessor bonæ fidei sine titulo in iudicijs vniuersalibus, in quantum factus fuerit locupletior, tenetur fructus industriales, & consumptos restituere. num. 34.

Bonæ fidei possessor quoties tenetur fructus extantes restituere, eos sibi acquirit triennij vsucapione. nu. 35.

Error iuris, quoad acquisitionem fructuum bonam fidem producit, dum tamen sit error iuris, nec assistentis, nec resistentis. num. 36.

Bona fides, procedens ex errore iuris resistentis, non est sufficiens ad acquisitionem fructuum, licet alij contrarium teneãt, vbi concordantur opiniones. num. 37.

1 AD Materiã † huius decisionis oportet premittere, quod fruct⁹ dicuntur deductis impensis factis in eis colligendis, & in cultura, & ita intelliguntur fructus in omni dispositione, glo. Barto. & DD. in l. in fundo, ff. de rei vendic. late Tiraq. de retract. lign. §. 15. glo. 1. n. 1. est tex. expressus, in l. si a domino, vel a patre. §. vlt. ff. de peti. hæredi. hoc procedit etiam in prædone, d. §. vlti. & etiam quoad forũ conscientiæ, secun-
2 dũ Theolog. Tiraq. n. 2. † Sed si dispositio dicat integros fructus esse restituendos, quid tenedũ sit Tiraq. pro & contra
3 adducit, n. 8. & 9. † Id quod dixi de deductione impensarum fallit, nam non procedit in solutione decimarum prædialiũ, quia hæc debentur ex fructibus, sine deductione impensarum culturæ, collectionis, c. tua nobis, c. pastoralis de decim. Ti
4 raqu. n. 10. † Secus in decima personali, quæ soluitur ex negotiatione aliqua, nã ex ea deducuntur impensæ, DD. vbi sup. Tiraq. num. 14. fallit illud de deducendis impensis, alijs modis per Tiraqu. num. 15.
5 16. † cum sequentib. vbi, quę dicantur le
6 gitimæ impensæ, & quid † veniat appellatione fructuum & an nõ solum percepti, sed & qui percipi potuissent, veniant restituendi, num. 28. † Et fructus in re
7 tractu legali debentur retrahenti a die litis contestatæ, l. cum fundus, ff. de reb. credit. quod etiam consuetudo Galliæ comptobat, Tiraqu. vbi sup. glo. 2. n. 4. cũ sequen. vbi si reus subterfugit, ne litẽ cõtestetur, habetur pro cõtestata. n. 5. 6. 7.
8 Sed hoc † verum, nisi reus habeat iustam causam non comparendi, & veniendi ad iudicium. † Secundo fallit vbi, si cõ
9 tumacia non fuisset, lis foret contestata, secus si non potuisset contestari, licet cõparuisset, quia scilicet, dum reus fugit, interim iudex, vel actor moritur, ante quã lis potuisset contestari, aut aliud fuit impedimentum, quod impediuisset litem cõtestari, n. 9. Nec enim tenetur quis de casu fortuito, quem culpa præcessit, si modo citra culpam contigisset, nec tenetur quis de consilio, seu mandato criminis committendi, qui alias id facturo de-
10 dit. n. 13. † In actionibus stricti iuris veniunt fructus tantum a die litis contestatæ, l. cum fundus, ff. de reb. credit. Bal. in l. 2. de pact. inter empto. & in l. petens, C. de pact. vbi Decius, Iasson, Tiraquel. de retract. conuentiona. §. 5. glo. 2. num. 5. DD. in l. ex diuerso, de rei vendicatio. & in cap. grauis, de restit. spo-
11 liat. † Verum hoc fallit, quando peto rem, quæ fuit mea, veluti in vim pacti reddimendi, tunc veniunt a die moræ facta oblatione, & consignatione, Tiraquel. vbi sup. & in decisione 5. infra, nam in his casibus respectiue constituitur possessor in mala fide per litem contestatam,

tam,& suo casu oblationem, & sic non facit fructus suos, sed eos restituet, ita Couarruu.in regu.peccatum.

11 Minori † autem si fiat restitutio, vel Ecclesiæ, cum fructibus fieri debet, l. quod si minor,§.restitutio, de minor. & hoc siue,quia restitutio restituit integrũ ius,dict.§.restitutio, siue,quia de natura verbi restitutio est, quod fructus restituantur,l.ex diuerso,§.1. ff.de rei vendicat l.qui restituere,l.præterea,eo.

13 Sed dubiũ † est an hoc procedat, etiã si iudex expresse de fructibus non loquatur,Bal.in rub.C.de fructibus & litis expensis, dixit in sententia per quam res alteri adiudicatur actione reali, debere de fructibus idem per iudicem prouideri;verum si expresse dictum non sit,sufficere,si iudex verbo restitutionis vtatur, nam ex sententia virtualiter debebuntur fructus , allegat alios Couarruu. tamen lib.1.var.cap.3.num.1.dicit: difficiliter id in praxi recipiendum fore, vt etiam in iudicio reali, vbi quis restituere rem damnatur,veniant fructus,etiã pendente iudicio percepti, si iudex eorum condemnationem ommisserit.

Verum dicit Couarruu. Bald. opinionem de iure procedere, ex eo ; quia in actione reali satis esse actorem declarari esse dominum rei petitæ, l.ex diuerso,§. 1. de rei vendicat. lata vero hac sententia iudex debet eam exequi proprio præcepto,mandando reo, vt rem restituat, quod præceptum post sententiam quandoque fit,l.qui restituere, ff. de rei vendicat. † In hac autem restitutione ha-

14 bebitur ratio fuctuum lite pendente perceptorum,dict.l.qui restituere, l. præterea per tex.l.ædiles,§.item sciendum, ff. de ædilit ædict. quibus in locis habetur, in hac restitutione iudicem rationem fructuum lite pendente perceptorum habiturum,vt res cum eisdem actori reddatur, licet ab actore fructus ipsi petiti non sint, imo nec in sententia expresse adiudicati, vt de quæstione loquamur.

15 Et sic † secundum Couarruu. ex receptissima sententia Doctorum sufficit iudicem in sententia horum fructuum lite pendente perceptorum mentionem facere expressam, vel tacitam, iuuendo ipsi reo, vt actori rem petitam restituat, d.l.præterea,& l.qui restituere.1.de ver-

16 bor. significat. In quibus iuribus, † is dicitur restituere plene, qui rem restituit actori,& omne illud quod actor habuisset,si tẽpore litis contestatę sibi res foret

17 restituta,& sic hijs defenditur Bal. † qui est intelligendus in fructibus perceptis post litem contestatã,qui necessario non sunt expresse petendi, sed officio iudicis

18 veniunt recuperandi,† non vero in perceptis ante litem contestatam; nam isti expresse debent peti, & per sententiã expresse adiudicari,secundum Couarr.n.1.

19 glo.in d.l.ex diuerso,§.1. † Pro cuius intellectu debes notare, quod fructus percepti post litem cõtestatam dicũtur peti iudicis officio,& sic debent adiudicari in illo iudicio,dũ officium iudicis durat & pendet,scilicet in sententia expresse, vel tacite,vt dixi,vel eadem die iuxta l. ter-

20 minato,& l.Paulus, de re iudicat. † Percepti vero ante litis contestationem, petuntur iure actionis,& sic cum illa actio semper duret, ideo semper post sententiam peti possunt, glo.in d.l.ex diuerso.

21 Est & † alia differentia, quia percepti post litem contestatam,licet expresse nõ petãtur,potest iudex eos facere restitui,

22 quia eius officio petuntur, † secus est si ante litis contestationem fuerint percepti,quia expresse debent peti, est mirabilis tex. in l. ædiles, §. item sciendum, ff. de ædili. ædict. dicit tex. quod si emptor rei veluti serui agit redibitoria, quia fuit deceptus in re,quæ fuit sibi vendita pro sana,cũ vitiosa esset,debet consequi pretium suum,sed ipse debet restituere, quæ occasione serui acquisiuit,& alia dãna illata in rem resarcire venditori,dicit postea textus,quod id scilicet,quod emptor tenetur præstare iure actionis, vt in glos. intelligi debet, si ante iudicium commissa sint, veluti si seruus culpa emptoris sit deterior factus, &

ideo Prætorem enumeraſſe caſus,in quibus ante litem conteſtatam emptor teneatur,cæterum ſi poſt litem conteſtatã id accedat,tota cauſa ad hominem reſtituendum in iudicio verſatur,& tam fructus,quam id,quo deterior factus eſt,cęteraque veniunt, iudici enim illico atq; iudex factus eſt, omnium rerum officiũ incumbit,quæcumque in iudicio verſantur,ea autem,quæ ante iudicium contingunt,non ſemper ad eum pertinent,niſi fuerint ei nominatim iniuncta, hæc illæ textus.

23 Et quod dixi de fructibus † ante litẽ conteſtatam perceptis, idem dic de fructibus,qui non veniunt officio iudicis, abſque petitione,imo peti debẽt expreſſe,nam & hi petendi ſunt, & per ſententiam expreſſa debet fieri eorum condemnatio Boer.deciſ.18. † Hinc apparet ratio,l.fructus pendentes, de rei vendicatione, vt quoties ipſa res petita ſit, cenſeantur etiam & fructus tunc pendentes petiti abſque alia petitione item ſi actor dominus rei declaretur,ſimiliter abſque expreſſa declaratione videatur & dominus per ſententiam cenſeri fructuum tẽpore ſententiæ pendentium, Couarruu. num.2.vbi alij.

24

25 Ex his ergo reſultat † reſtitutionẽ minoris ita intelligendam,vt & fructus ſint ipſi minori reddendi,glo. in cap. ad noſtram de reb.Eccleſ.vbi DD. communiter ſequuntur.

26 Sed contra hæc † videtur c.ad noſtrã de reb.Eccleſiæ alienã. Vbi in reſtitutione,quæ fit Eccleſiæ leſæ, non veniũt fructus,ſed ab alio retinentur pro laboribus impenſis in fructibus colligendis,& in cura & adminiſtratione ipſius rei. Multis modis reſpondent DD.ſed tu dic primo, quod ille tex.loquitur de fructibus perceptis ante petitam reſtitutionem,& taliter conſumptos, vt nec locupletior ex eis conſumens patrimonio meliorato factus fuerit,iſti enim fructus iuſta ratione non ſunt Eccleſiæ, nec minori per reſtitutionem in integrum reddendi, nam poſſeſſor eos bona fide percepit, vſus re ſua,quam ex legitimo contractu habuerat,potuitq; licite fructus eos cõſumere, l.ſed ſi lege,ff.de peti hęred.Couar.n.4.

Dicet aliquis,hos fructus conſumptos mala fide,& ſic reſtituendos, licet conſumens non fuerit factus locupletior,nã ſicut ignorans,poſſe peti aduerſus contractũ in integrum reſtitutionem,bonam fidem habet,l.in cauſę.1.§.interdum,ff.de mino. ſic ſciens poſſe reſtitutionem peti,eſt in mala fide,hoc argumento vtitur Immol.in c.Apoſtolicæ,col.3. de donat. Sed reſpondetur,quod ſi contrahens exiſtimet ex contractu læſionem minori nõ contigiſſe,in bona fide eſt, licet contractus poſſet reſcindi. Secundo,licet opinetur eſſe læſionem,dum tamen videt minorem reſtitutionem non petere, iuſte credit minorem velle contractum approbare,ſibi vtilem fortaſſe. Imo licet dicamus contrahentem ſcire,iuſte & merito ob læſionẽ reſcindi poſſe contractum, tamen elapſo quarto anno,reſtitutione nõ petita,tollitur mala fides,ſi quam poſſeſſor habuit, quinimo etiam intra quartũ annum eſt falſa opinio Immolæ,quia reſtitutio in integrum,donec petatur, non eſt conſideranda,nec cuiq; debet eſſe impedimento,l.4.§.1.ff.de fideicommi.lib. alioquin nemo eſſet tutus ex eo contractu in foro poli,qui poteſt aliquando reſcindi per reſtitutionẽ in integrum,quod durum eſt,quantum ad rem ex cõtractu quæſitam,& ſic etiam quoad fructus, nã quantum ad damnum illatum in pretio, & rei æſtimatione,ſecus;nam licet bona fide datum ſit,erit reſtituendum, ſecundum diſtinctionem Couarru.in c.3.lib.2. variarum.n.11. Ad §. interdum reſpõdeo Couarruu.vbi ſup.n.4.

27 His tamen nõ † obſtantibus cõtrariũ fuit declaratũ in proceſſu Thomæ Frot ſuper electione iuris firmę,27.Nouemb. 1603. vbi actor fuit declaratus dominus, ſed non leuauit fructus, quia non fuerũt petiti expreſſe,ſed ego aliud dixi per ſupradicta , fuerunt etiam inter loquendum factæ in conſilio ſequentes concluſiones.

Prima

Prima conclusio.

28 † Possessor bonę fidei cum titulo facit suos omnes fructus, l. in bonæ fidei, ff. de
29 acquirend. rerum dominio, † nec tenetur eos restituere, nisi quatenus factus sit locupletior; nam tunc etiam consumptos restituit, glos. in l. ex diuerso, Couar. vbi supra, num. 6.

Secunda conclusio.

30 † Possessor bonæ fidei absq; titulo non facit suos fructus naturales, l. fructus, de
31 vsur. † & sic, si extant, restituit actione reali, consumpti vero, si ex his factus sit locupletior, condictione sine causa, vel officio Iudicis petuntur, Couar. vbi sup.

Tertia conclusio.

† Possessor bonæ fidei sine titulo fru-
32 ctus industriales ita facit suos, vt extantes restituat, consumptos vero minime teneatur restituere, in iudicijs particularibus, licet ex eis sit factus locupletior, §. si quis à non domino de rerum diuisio.

Verum alij dicunt, † quod bonæ fidei
33 possessor etiam cum titulo teneatur ad fructus, etiam industriales, & consumptos, in quantum ex eis factus sit locupletior, restituendos ex naturalis equitatis ratione, dict. l. si me, & Titium, quam communem & communiorem, & veriorem dicunt multi, Couarr. vers. tertia conclusio, vbi idem tenet hac ratione, quia omnia iura dicentia bonæ fidei possessorem non teneri ad fructuum restitutionem, quos consumpsit ante litē, quæ pro priori opinione solent adduci, sunt intelligenda, nisi in quantum factus sit locupletior.

34 In iudicijs vero vniuersalibus † fane recepta est vltima sentētia, vt & industriales fructus restituendi sint, in quantum possessor factus sit locupletior, licet sint consumpti.

Quarta conclusio.

35 † Quoties bonæ fidei possessor tenetur fructus restituere extantes, eos nihilominus si acquirit vsucapione triennij est communis opinio, & procedit ex solo titulo pro suo, nec est alius titulus necessarius, & idem erit quantum ad id, in quo ex his fructibus iam cōsumptis possessor factus sit locupletior, modo ante consumptionem fructus per triennium possederit bona fide.

36 Quantum ad hanc fructuum acquisitionem nota, † quod error iuris, quoad acquisitionem fructuum bonam fidem producit, quod procedit in errore iuris, nec assistentis, nec resistentis, est communis opinio.

Secus vero, si sit error iuris † resisten-
37 tis, nam bona fides ex eo procedens non est sufficiēs ad acquisitionem fructuum ex communi, l. iubemus, §. sane, C. de sacrosanctis Ecclesijs, verum Couarr. dicit idem esse, licet ius resistat, vt faciat fructus suos errans in iure resistente, & hanc dicit veriorem.

Et si velis tenere primam opinionem vt communem, limita cum Innocentio, quando cum errore iuris concurreret error facti.

DECISIO C. XXXVII.

Vt testis contradicens instrumento cōcludat, probanda est identitas testis contradicentis, quod sit ille met, qui interfuit actui.

SVMMARIVM.

Identitas personarum probatur per nomē, & cognomen. num. 1.

Identitas corporis præsumitur ex conformitate nominum. num.

Præsumptio non inducitur, nisi identitas probetur expresse. num. 3.

Personarum identitas vt præsumatur

tur, non sufficit proprium nomen apponere, sed aliæ demonstrationes requiruntur. numer.4.

De persona dicitur constare, quando exprimitur nomen cum duobus alijs accidentibus, seu indicijs. num.5.

Fundus vt cognoscatur, debet exprimi nomen loci, cum duabus confrontationibus. num.6.

Testes instrumenti, si examinentur, sintque eiusdem nominis, & contrarium instrumenti dicant non concludunt, nisi probetur esse eosdem testes instrumenti, quod procedit in impugnatione instrumenti. numer.7.8.

Identitas personæ satis constat, si ex duabus demonstrationibus appareat, & si in cognomine aliquando variatum sit, quod procedit in materia fauorabili, non vero in odiosa. num.9. & 10.

Equum mortuum esse probans tenetur probare esse eundem, qui fuit conductus, aliàs non præsumeretur identitas. numero 11.

Personarum identitas nō probatur per nomen, & cognomen, quādo sunt alij eiusdem nominis. num.12.

Identitas corporis coniecturis probatur, nisi aliud corpus eiusdem nominis reperiatur, licet ex nomine, & cognomine identitas corporis semper præsumatur. numer.13.

Si alij essent eiusdem nominis, & cognominis, testes alijs demōstrationibus, seu accidentibus opus est. num.14.

Idētitas personarum in criminalibus non probatur præsumptiue, sed vere per testes, vel confessionem. num.15.

Identitas personarum in criminalibus non præsumitur. numer.16.

Equi identitas non probatur per nomē, & cognomen, cum non habeat nomen neque cognomen. num.17.

Appellitus criminalis Ioannis Michaelis de Tella traditur. num.18.

AD id nota, quod secundum
1 Crauet. consi.169.num.4.de
bet probari identitas perso-
narum per nomen, & cogno
men, vt habetur in l. demon
stratio falsa, Digestis de conditioni,
& demonstrat. idem Crauet. consil.
198. num.2. vers. alibi scripsit. Bald. te-
2 net præsumi † identitatem corporis ex
conformitate nominum, maxime si alia
argumenta concurrant, & quod idem
corpus personarum præsumatur, si ha-
bent idem nomen, & cognomen, te-
net Decius consilio trigesimosexto, nu-
3 mero quarto, in fine, (dicens, † quod
hæc præsumptio non induceretur nisi
identitas probaretur expresse, vt ibi, &
in consilio centesimo primo, vbi idem
ad impugnandum instrumentum, quia
tunc probatio præsumptiua non suffi-
ceret secundum eum) Corneus consil.
4 146. in tertio, † dicit, quod ad præsu-
mendam identitatem personarum non
sufficit apponere nomen proprium, cum
hæc nomina propria pluribus conue-
niant, & ad placitum ponantur, ma-
xime nomina Sanctorum, sed requirun-
tur aliæ demonstrationes, vt in identi-
tate personæ, de qua agitur, cōcludatur,
per l. forma, ff. de censib. Bart. & Do-
ctores in l. demonstratio, ff. de conditio.
& demonstrat. facit l. hac consultissima
in princip. C. de testament. nam potest
esse alius eiusdem nominis, secundum
Corneum, & alios, hoc idem tenet Bart.
in l. demonstratio. 7. quæst. ff. de condit.
5 & demonstrat. dicens, quod de perso-
na dicitur cōstare, quādo exprimitur no
mē cū duobus alijs accidētibus, seu indi-
cijs, & solum nomen non sufficit, iuxta
dicta. l. hac consultissima, veluti Petrus
Martini

6 Martini de Perusio, & tunc dicetur persona certa, † idem de fundo, vt exprimatur nomen loci cum duabus confrontationibus, vt ibi per eum, Decius cons.
7 210. num. 9. dicit; † quod si in instrumento sint testes. A. & B. & postea alij duo testes eiusdem nominis examinentur circa instrumentum, & dicant totum contra, non concludunt, nisi probetur istos esse illos met, qui fuerunt testes in instrumento, nam possunt esse alij eiusdē
8 nominis. † Verum hoc procedit in impugnatione instrumenti, vbi præsumptiua probatio non admittitur, vt dixit supra idem Decius, Angel. in l. 1. §. si quis neget, ff. quemad. testamen. aperiantur Felin. in cap. cum Ioannes, num. 44. in fin. de fide instrument. Iasson cons. 13. colum. 1. in fin. lib. 3. Felin. in cap. auditis, num. 17. versic. concludit, de præscriptionibus, & sic caue à Fulgos. cons. 79. colum. 1. Socin. senio. cons. 28. colum. 4. in
9 princ. in 3. Menoc. casu 105. † dicentibus, satis de identitate personæ constare, si ex duabus demonstrationibus appareat, & si in cognomine variatum aliquando
10 sit; nam illud secundum Iasson. † procederet in materia fauorabili, non tamen odiosa, vt hic contra instrumentum. Ve
11 rum quoad casum nostrum dicit ibi, † quod conducens equm non releuatur probando mortuum in itinere, nisi probetur, quod mortuus fuit idem ille, quē conduxit, nam aliàs non præsumetur identitas; Mascardus conclusione 875.
12 † dicit identitatem personarum probari per nomen, & cognomen, nisi quando essent alij eiusdem nominis, quoniā tunc non sufficeret nomen, & cognomen, sed probanda esset in specie identitas, adducit exemplum Decij, de testibus contra instrumentum productis,
13 Menoch. cons. 21. in fin. in primo, † dicit, probari identitatem corporis coniecturis, nisi quando aliud corpus eiusdem nominis reperitur; nam tunc specifice probari debet identitas: veritas est, quod ex nomine & cognomine præsumitur identitas personarum, secūdum Crauet. Decium, Mascard. Menochi. vbi supra, & lib. 6. præsumptione 15. numer. 44. & ita intelligi debet Bart. in l. si in rem, de rei vendi. vt scilicet de nomine agat, & cognomine, & sufficiat nomen proprium cum cognomine, vel alio signo designatiuo personæ, prout explicat Alciat. in l. 1. numer. 15. de liberis & posthum. Hippolit. Riminal. cons. 363. nisi ageretur de impugnando instrumen
14 to, vt dixi supra, vel nisi cōstaret, † quod alij essent eiusdem nominis, & cognominis, quoniam tunc alijs demonstrationibus, seu accidentibus opus esset, secundum Bart. hic, vel specifice identitas esset probanda, vt supra, & hoc videtur sentire Corne. vbi supra, & ita est tenen
15 dum, vel nisi ageretur † in criminalibus; nam tunc identitas non præsumptiuè probanda est, sed vere, per testes, vel cōfessionem quæ concludant, Farina quæstione 11. num. 21. cum sequentibus, vbi bene, eleganter Crauet. cons. 244. dicens, quod vbi aliàs præsumeretur iden
16 titas, † tamen vbi summus in criminalibus, illa nō præsumitur, ita singulariter, & notabiliter Corne. 103. & 233. colum. 2.
17 & fin. & cons. 277. in 3. † Quod dixi de equo, ideo illud est, quia cum equs non habeat nomen, & cognomen, non potest præsumi identitas nisi probetur.
18 Vide in processu Ioannis † Michaelis de Tella, super appellitu crimin. 23. Ianuarij millesimo sexcentesimo octauo. Actuario Abadia, vbi ad hoc, quod testis numerarius, qui deponit contra instrumentum, concludat, debet ante omnia probari esse illumet, qui fuit testis in strumenti, aliàs non præsumitur identitas, ex nomine & cognomine ad impugnandum instrumentum, & minus si agatur criminaliter contra aliquem, & ita dictus appellitus fuit semel denegatus in voce, & ideo postea fuit facta probatio identitatis.

(†)

DECI-

DECISIO C.XXXVIII.

Confessio resultans ex productione instrumenti, quando & quomodo possit reuocari.

Facti species proponitur. nu. 1.

Confessio tacita nascitur ex productione instrumenti. num. 2.

Instrum. dispositiua cõsitentur producẽtes, nõ vero narratiua, & enuntiatiua. nu. 3.

Confessio tacita, resultans ex productione instrumenti, potest reuocari docto de errore, si sit facti error alieni. num. 5. non vero in facto proprio, si agatur de damno vitando, vel de non perdendo lucrum, iam quæsitum. num. 6. idem de confessione facta in precibus. num. 7. Idem de confessione facta in libello, seu positionibus num. 8.

Idem de quacumque confessione deliberata, siue sit iudicialis, siue scripta, siue non. num. 9. & 10.

Confessio dicta incontinenti, dum non est acceptata per aduersarium reuocatur sine errore, postea vero docto de errore, licet sit iurata, & deliberata. numer. 11. & 12.

Confessio supradicta ante sententiã, & conclusionem potest reuocari, non vero post sententiam. num. 13.

Si fuerit appellatum, potest error in appellatione reuocari. num. 14.

Error, & ignorantia in facto alieno excusat. num. 15.

Error in facto proprio, si tractatur de lucro captando excusat: idem si de damno vitando. nu. 16. Quando sit cum alterius iniuria. num. 17. Si vero sine alterius iniuria, tunc in facto proprio excusat, & numer. 18.

Refertur exemplum Ioannis Assensio, super iuris firma. nu. 19.

Tradditur motiuum huius decisionis. numer. 20.

1 PETRUS Assensio moriens instituit sibi hæredem Gratiam Pueyo eius vxorem, quæ post aliquot menses renuntiauit hæreditatem secrete, & eam retinuit pro dote iure pignoris. Tandem post multos annos, cum successores legitimi ab intestato intellexissent illam renuntiationem, ipsi, vel Ioannes Assensio habens ius ab eis, citauit in proprietate Ioannem Mondragõ successorem, & hæredem dictæ Gratiæ Pueyo, eiusquè nepotem ex alio matrimonio, & allegauit renuntiationem dictæ Gratiæ. Ioannes Mondragon replicabat eam nullam esse, quia non fuerat insinuata, attento quod fuerat facta post aditam hæreditatem, prout ipse Ioannes Assensio ita articulauerat; & confessus fuerat in sua petitione, in artic. 12. (Licet per errorem, quia eius procurator inaduertenter extraxit omnes articulos peti- 11
tionis à processu apprehensionis, vbi id fuerat articulatum) Ioannes Assensio triplicabat illam confessionem sui procuratoris fuisse erroneam, & tanquam talem eam reuocabat. Obtinuit Mondragon in Regio consilio propter dictam confessio- 11
nem emissam á procuratore Ioannis Assensio. Qui habuit recursum ad Iustitiam Aragonum per electionem iuris firmæ, vbi docuit de errore, quia simul cum dicta confessione coram Iudice à quo fuerat productum instrumentũ renuntiationis, vbi constabat, quod nunquam accep- 12
tauerat hæreditatem, & sic constitit de errore, & per consequens non erat necessaria insinuatio, cum non esset renuntiatio de iure quæsito; & sic obtinuit docto errore. Ad quod cõsidera, † quod ex
2 productione instrumenti nascitur confessio

fessio tacita, de qua Aymon de antiquit.
3 §. viso, de verbis, † & producens solum
censetur confiteri dispositiua, non narrà
tiua, & enuntiatiua: Felin. in cap. cum vě
4 nerabilis de exception. Quæ confessio †
tacita resultans ex productione instru-
menti in iudicio potest docto errore re-
5 uocari, † si sit error in facto alieno indi-
6 stincte, † si vero in facto proprio, ita ta-
men si agatur de damno vitando, vel de
non perdendo lucrum iam quæsitum,
quia tunc agitur de damno vitando: Cra
uet. de antiquit. 1. part. vers. viso, de ver-
bis, num. 64. fol. 48. vide Rolan. cons. 77.
7 in 1. Mascard. conclus. 7. † Idem dic de
confessione facta in precibus, vt docto
de errore reuocetur, Anton. Gabr. tit. de
confess. conclus. 4. num. 21. vbi alios alle
8 gat. † Idem de confessione facta in libel-
lo, seu positionibus, Gabriel. vbi supra,
Marian. Socin. in cap. fin. fol. 164. vers.
9 sextus effectus, vers. primo casu; † Idem
dic de quacumquè confessione delibera
10 ta, Gabriel. conclus. 5. † Et siue sit iudicia
11 lis, siue non, siue scripta, siue non; † Nam
incontinenti, dum non est acceptata per
aduersarium, potest re integra reuocari
etiam non docto errore, postea vero do-
cto de errore, Gabriel. concl. 6. Marian.
Socin. vbi supra, fol. 156. vers. contra pri
mum, num. 123. & num. 132. Mascard. con
12 clus. 328. † Licet sit iurata, & deliberata,
13 vt ibi, † sed intellige ante sententiam, &
ante conclusionem, vt in processu Ioan-
nis de Vrbina super iuris firm. graua. fact.
secus post sententiam, & conclusionem:
Mascard. conclus. 347. nu. 126. † Nisi esset
14 appellatum, quia posset errorem reuoca
re in appellatione. Ratio est, quia ap-
pellatione suspenditur pronuntiatum, &
sic non potest dici negotium finitũ, l. fin.
C. de error. aduocat. ita Speculat. tit. de
confessionib. §. postremo, nu. 9. Mascard.
conclus. 7. Roman. 391. & Molin. verb.
desistere, vers. fin. vbi dum dicit non lice
re recedere ab errore semel commisso,
non loquitur de errore facti, in cuius cõ
trarium est veritas, sed de quadam inad-
uertentia, seu potius iuris errore, quod
non excusat. Sed nota, Franc. in regul.
ignorantia, in sexto, numer. 4. † di-
cit, quod error in facto alieno, & ig-
15 norantia excusat. l. non fatetur. §. 2. ff. de
confess. & hoc, nisi esset publice notum,
† sed in facto proprio, si tractatur de lu-
16 cro captando, non excusat, l. quamquam
ad Velleian. † Et idem si de damno vitã-
17 do, quando fit cum alterius iniuria, d. l.
quamquam, † si vero sine alterius iniu-
18 ria, tunc in facto proprio excusat, l. sed si
me putem, ff. de condict. indebit. Idem
tenet Din. in dict. regul. ignorantia, Ay-
mon, Crauet. vbi supr. vide Surdum con
sil. 202. num. 9. cum sequent. † Ita fuit iu-
19 dicatũ, referẽte domino Mattheo Deça,
in processu Ioannis Assensio super iuris
firma, die 20. Decembris 1602. in Curia
Iustitiæ Aragonum, & in processu procu
ratoris Fiscalis, & Iuratorum de Vallo-
uar, super apprehensione, in articulo iu-
ris firmarum 1604. in Curia Iustitiæ Arà
gonum, ex motiuo sequenti.

Motiuum.

NEque obstat, ex scripturis Popule-
20 ti exhibitis per Marchionem resul
tare, quod illi, à quibus Marchio causam,
& ius habet, senserũt per esmendam nõ
fuisse renuntiatum pacto redimendi; nã
respõdetur, quod potuit modo Marchio
docto de errore contrarium docere per
ostensionem esmendę, de qua fides in di
ctis scripturis non fuit facta.

DECISIO CXXXIX.

Seruitutum diuisio in personales, reales, & mixtas, & circa earum acquisitionem, & amissionem respectiue, multa traduntur.

SVMMARIVM.

Seruitutum diuisio traditur, inter personales, & reales; & personales solent dici

dici mixtæ, quæ debentur à re personis, & cum eis extinguntur, & istæ tantum sunt tres, vsusfructus, vsus, & habitatio. numer. 1.

Seruitutes reales, siue prædiales sunt, quæ debentur à re rei, & sunt perpetuæ, & ipso iure transeunt in successorem. numer. 2.

Seruitus realis tunc dicitur, quando quis acquirit seruitutem prædio, & respicit vtilitatem prædij. num. 3.

Seruitus realis, etiam si aliquando finiatur cum persona, hoc intelligitur quoad commodum, non quo ad ius, id est, extinguitur ope exceptionis, non ipso iure. num. 4.

An ex hoc solum, quod nominetur persona, quæ debet frui, videatur actum, quod tam ea moriatur seruitus? quod non. nu. 5.

Ius, quod omnes de vicinia teneantur coquere panem in furno meo, & alia similia, an sit seruitus prædialis, an vero personalis, deciditur. num. 6.

Seruitus prædicta, quæ largè prædialis dicitur, transit ad hæredem, & ad alium quemcumque, vt furnus, & molendinum, & datur ei actio vtilis confessoria. nu. 7.

Seruitus prædicta debetur prædio, eo quod respicit eius vtilitatem, & ideo dicitur prædialis. num. 8.

Seruitus tunc dicitur prædialis, quando quis acquirit in alieno agro ius pascendi pecora. num. 9.

Seruitus huiusmodi, quæ ad vtilitatem agri conceditur est intelligenda, quando constat concessum esse tale ius, in eius contemplationem, eo quod prædia erant vicina. numer. 10.

Seruitus rustica duo requirit, vt prædialis dicatur, primum, quod prædium dominans sit in proximo. num. 11.

Seruitutis rusticæ requisitum secundum, vt prædialis sit, declaratur. nu. 12.

Exemplum quoddam circa materiam seruitutis huiusce traditur. num. 13.

Seruitus vt proprie prædialis dicatur, necesse est, vt tendat ad exigentiam, & necessitatem agri dominantis, & non amplius. num. 14.

Necessitas hæc seruitutis, non est præcissa, sed generalis, ita, vt non tantum ad necessitatem præcissam prædij Dominantis, sed etiam vtilitatem, & meliorationem illius respiciat, & ex hoc solo dicitur prædialis seruitus. num. 15.

Ius, quod habeo pascere, & bibere in alieno agro est, & dicitur seruitus prædialis respiciens vtilitatem agri mei, & illius exigentiam. num. 16.

Ius, quod quis possit in alieno fundo educere ligna, & lapides in suum fundum longe distantem, an sit seruitus prædialis, dubitatur, & negatiue respondet Auctor. numer. 17.

Pactum expressum inter partes inhibitum, quod qui haberet tale prædium in tali loco in consequentiam habet ius percipiendi aquam ab alio loco, vel rigandi, tale ius est prædialis seruitus nu. 18.

Intellectus tex. in l. ergo, ff. de seruit. rust. traditur. num. 19.

Ius concessum alicui, non autem fundo, aut prædio pascendi pecora, aut colligendi poma, ligna, aut aliquid aliud, an sit seruitus, dubitatur. num. 20.

Iure personali concesso alicui, etiam personalis actio videtur concedi. nu. 21.

Seruitus pascendi, vt realis dicatur, necessarium est habere prædia pro quibus competat

petat ipsa seruitus.numer.22.

Actio personalis non datur contra singularem successorem.num.23.

Actio prædicta in seruitute personali non transit contra hæredem concedentis.numer.24.

Actio personalis, datur contra concedentem tantum, non vero contra successorem singularem; imo pro tali iure non datur confessoria, nec interdictum vti possidetis, aut aliud possessorium retinendæ.nu.25.

Seruitus pascendi, vt seruitus realis, competere debet habenti fundum dominantem. num.26.

Seruitus non concessa contemplatione alicuius fundi, sed indifferenter habentibus prædia vicina, & non habentibus, non est seruitus realis. num.27.

Verba contractus, aut vltimæ voluntatis concedentia ius pascendi, aut quid simile, si diriguntur in personam eius à quo concedenda sunt, tunc non est seruitus, sed actio & obligatio; si vero diriguntur in personam eius cui conceditur, est seruitus personalis. num.28.

Actio confessoria, tam in seruitute reali, quam personali competit, contra quemlibet impedientem, & similiter contra concedentem.num.29.

Actio quasi confessoria ei competit, quãdo hoc ius scilicet pascendi, aut lignandi accipitur de manu concedentis; secus autem si hoc ius debeat accipere, quis de manu sua, aut persemet ipsum, quia tunc competit ipsa quasi confessoria. num.30.

Actio prędicta quando personę conceditur, est quoddam ius personale incorporale, si vero prędio, est seruitus proprie realis, et pro ea datur confessoria. num.31.

Seruitus realis in quibus casibus non transeat in hęredem, & successorem in re, cui debetur seruitus, declaratur.num.32.

Scientia & pacientia aduersarij in acquisitione quasi possessionis seruitutis discõtinuę necessaria non est, secus in continua. num. 33.

Scientia & pacientia non requiritur in acquisitione quasi possessionis seruitutis, & iurium incorporalium ad effectum intententandi remedium possessorium retinendæ, secus ad effectum prę scribendi seruitutem. num.34.

Decretũ quoddam Curiæ Iustitię Aragonum traditur.num.35.

Seruitutes discõtinuæ regulariter prę scribuntur tempore immemoriali.num.36.

Seruitus pascendi, aut similis, soluto certo pretio acquiri potest.num.37.

Decretum Regij Consilij adducitur.numer.38.

1 SERVITVTVM † aliæ sunt personales, & hæ solent dici mixtæ, quæ debentur à re personis, & cum eis extinguuntur: & istæ sunt solæ tres, scilicet vsusfructus, vsus, habitatio, & non aliæ, glos. & ibi Paulus Castrens. in l.si quis binas, ff. de vsufruct. & quęmadmodum quis vtatur, opere seruorum, non sunt seruitutes personales, secundum glo. ibi, cęteræ dicuntur reales, siue prædiales, quæ debentur à re rei, & sunt perpetuæ, † idest, quod ipso iure
2 transeunt in successorem, quocumque vadat res, nec extinguntur cum persona, nisi hoc dictum sit, secũdum Paulum de Castro vbi supra. Vnde si † acquiro
3 seruitutem prædio meo, hoc acto, quod cum mea persona moriatur, est seruitus realis, cum debeatur prędio, & quia respicit vtilitatem prædij, & commoditatẽ, propter quod erit realis, & sic perpetua, l.pe-

l.pecoris,cum l.sequenti,ff. de seruit.ru-
4 stic.prædio: nec obstat, † quod finiatur
cum persona; quia hoc est, quoad com-
modum, non quo ad ius, idest, extingui
tur ope exceptionis, non ipso iure, quia
cum sit realis,ipso iure transit, & est per
petua ad hæredem:& licet obstet exce-
ptio, non desinit esse perpetua,& realis,
vt dixi, & ita tenet glos. in dict. l. si quis
binas,in verbo antepen. & in isto casu, †
5 an ex hoc solum, quod nominatur per-
sona,quæ debet frui, videatur actum, quod
cum ea moriatur seruitus, & vltra eam
non transeat? dic quod non, nisi expres-
se hoc dicatur,glos.in d.l.pecoris,Castr.
ibi in fin.

Dubitatur, & bene; an si † acquisiui
6 hoc ius,quod omnes de vicinia teneātur
coquere panem in furno meo,vel porta-
re bladū ad molēdinū meum, an hoc ius
sit seruitus prædialis,an vero seruit⁹ per
sonalis, vel quid aliud?Dic quod non est
seruitus personalis,quia nō debetur per
sonæ,vt supra dixi? dic ergo, quod licet
proprie non sit seruitus mere prædialis,
quia non debetur a re rei, est tamen lar-
ge seruitus prædialis,cum debeatur præ
dio,vel est ius quoddā prædiale, quod debe
tur à personis rei, argumento, l. Titio
centum,§.Titio,de conditio.& demon-
7 strat.& ideo † trāsibit ad hæredem,& ad
alium quēcunq;, in quem transibit fur-
nus,vel molendinū, & pro isto iure dabi
tur vtilis confessoria,sicut pro commodi
tate personali,& alijs iuribus incorpora-
libus,vt infra declaratur.Si autē quæras,
8 quomodo debetur prædio? dic † quod
ideo debetur,quia respicit eius vtilitatē,
cōmoditatem,& exigentiam,& ideo di-
citur prædialis;licet de se furnus,vel mo
lendinū hoc non indigeant ad eorū sub-
stantiam;nā sufficit, quod in hoc augea-
tur vtilitas,& cōmodum, vt in l.pecoris,
9 de seruit.rust.prædio, vbi licet † fundus
meus mihi ad aliud non seruiat, quia fru
ctus non producit,nisi vt ibi pecora mea
stent,cōmorentur,spatientur,secundum
glos.ibi,certum est,quod de se non indi-
get alio; tamē si adquiro in alio agro ius
pascendi pecora mea, vel ad aquam ap-
pellēdi,est seruitus prædialis, quia fit ad
vtilitatem agri, & secundū eius exigen-
10 tiam,& commoditatē.Crederem † tamē
hoc esse intelligendū, quando constaret
in talē cōtemplationē concessum esse ta
le ius:vt quia prædia essent vicina, iuxta
l.pecoris,l.3.eo.tit.& hoc aperte constat
in l.ergo,ff.de seruit.rusticorum prędio.
11 vbi dicit, duo † requiri ad hoc quod ser-
uitus rustica dicatur prædialis.Primū, quod
prædium dominans sit in proximo, idest
vicinum prædio seruienti; quia seruitus
prædialis debetur à re rei, & sic debent
esse vicina, alias autē esset ius hominis,
ius personale,facultas personalis, vt dixi
supra,ita glos.ver.alieno,in d.l. ergo. Se-
12 cundū † requisitū est,quod debeatur ser-
uitus secundū necessitatē,exigentiā,cō-
moditatem,vtilitatē prędij dominantis,
& nō in plus,nec in alios respectus; nam
non esset seruitus prædialis, vel realis;
13 verbi gratia:habeo seruitutem † in præ-
dio vicino,vt ex fornace,quæ ibi est, ac-
cipiā vasa,non ad necessitatem agri mei,
sed vt habeam,vel ad aliud,non est serui-
tus prædialis,sed ius hominis, secus si ad
necessitatē agri mei;nā esset seruitus prę
dialis: idem si habeo ius colligendi pala,
in vicino agro,ad ea vendendū, non est
seruitus prędialis,sed secus,si ad laboran
dū in meo agro, nam esset seruitus præ-
14 dialis:Vnde necesse † est,quod illa serui
tus tendat ad necessitatē, & exigentiam
agri dominantis,& non amplius, & hoc
voluit lex.ergo, ibi, *Quatenus ad ipsum fun-
dum opus est*, & hęc necessitas † non est
15 præcisa, sed generalis; nam idē est si illa
seruitus tendat non solū ad necessitatem
pręcisam prædij dominantis,vt dixi, sed
etiā ad solā vtilitatē,exigentiam, cōmo-
ditatem meliorationē illius,si tamen illa
principaliter respiciat,nā ex hoc solo di-
ceretur seruitus prędialis, d. l. pecoris,vbi
16 quia resultat † vtilitas,melioratio,cōmo
ditas,ad agrū meū,ex eo solū, quod pe-
cora ibi commorantia, & quæ ibi pasce-
re,nec bibere valent, possunt pascere &
bibere in vicino agro,hoc tale ius,quod
habeo

habeo, est seruitus prædialis, quia respicit vtilitatem agri mei, & illius exigentiam, & necessitatem, quam de dictis rebus habet prædium dominans. Et sic ex hoc solum, sine alia pactione, quod sit seruitus prædialis, reputatur à iure pro seruitute prædiali, dictis iuribus.

17 Dubitari posset modo, an si † habeo ius, quod possim ex fundo tuo educere ligna, lapides, ad meum fundum non vicinum, sed longe distantē, vel aliud simile ius, sit seruitus prædialis? dic quod nō secundū l. ergo, & ibi glo. in alieno, ff. de seruit. rust. prędiorū, quod puto verum, erit tamē ius hominis, secundum d. glos. in alieno.

18 Sed bene credo, quod si † pactū esset inter partes expressum, quod qui haberet tale prędiū in tali loco, in consequētiam haberet ius percipiendi aquam ab alio loco, vel rigandi, vel aliquid aliud simile faciendi, quod tale ius esset seruitus prædialis, vt in partita de la Guerba,

19 vbi dicunt, quod qui † habet oliuetum in certa parte, habet ius rigandi, quibus casibus negari non potest, quin seruitus respiciat principaliter necessitatem fundi dominantis, non vero respectum personæ alicuius; in casu vero dictæ legis ergo, & legis pecoris, hoc nō expresse fuit actum, sed in consequētiam illud venit, nam ibi, posito, quod ob necessitatem prædij dominantis datur tale ius fundo vicino, resultat, quod est seruitus prædialis, cum respiciat principaliter vtilitatem fundi, & erit perpetua, licet ope exceptionis finiatur, hic actum expresse constituitur, & fundatur talis seruitus prædialis in prædio ipso; sed adhuc facit dubitationem, & videtur, quod sit ius hominis, vt supra, cum non sint vicina ipsa prædia, secundum glos. in verb. in alieno; tu cogita per te.

20 Dubitatur an si † mihi, non autē fundo, & prædio meo, concedis facultatem pascendi pecora mea in tuo fundo, vel ibi spaciandi, colligendi poma, ligna, vel aliquid aliud, an sit seruitus? dic quod non, sed est ius quoddam personale in corporale, seu facultas personalis incorporalis faciendi talia, Paul. Castr. in d. l. si quis binas, & ibi glos. fin. in fin. vide idem per Iacopin. Mari. Rimi. Senior cons. 350. num. 20. vbi dicit esse ius personale, & secundum hoc potest dici, so-

21 lum † dari pro tali iure actionem personalem, contra concedentem, sed dic quod si tale ius debet accipi de manu cō cedentis, vel eius hęredis, dabitur actio personalis contra concedentem tātum, si autem debet accipi per illum cui concessum est tale ius, tunc, licet non sit seruitus realis, nec personalis, dabitur qua si confessoria contra omnem impedientem: sicut dicimus in alijs iuribus incorporalibus, Castr. vbi supra.

22 Vt seruitus † pascendi sit realis, necesse est, vt habens seruitutem habeat prædia pro quibus competere possit seruitus, vel retinere possit animalia, in alienis agris pascenda, & sine prædio non datur seruitus pascendi pecoris, quæ sit realis, sed solum personalis, l. si quis binas ædes, vbi glos. exceptio, ff. de vsufruct. glos. & Doctores in l. vt pomum, ff. de seruit. dicentes quod non est proprie seruitus, sed quoddam pactum, Cæpola de seruit. lib. 1. tit. 2. de seruit. reali, colum. fin. & tit. de seruit. rustic. prædiorum, d. capit. de seruitut. iur. pascend. colum. 2. vers. vltimo dixi, Cępol. de seruit. rustico prędio. cap. de seruit. aquęd. col. 2. vers. secūdo casu, l. pecoris, ff. eo. Angel. in §. inter rusticorum, numer. 1.

23 de seruitut. rustic. prædiorum: actio † autem personalis non datur contra singularem successorem, l. fin. ff. de contrahen. emptio. l. 1. §. si hæres, ff. ad Trebell. quod est verum, etiam si obligatio sit contracta intuitu rei, vel habito respectu ad rem, l. quædam, §. nihil interest, vbi Ias. ff. de eden. Tiraq. de retract. consangui. §. 8. glos. 5. num. 5.

24 & † in seruitute personali, quod non transeat contra hæredem concedētis, est lex apud Iulian. §. si quis alicui. ff de legat. 1. nec etiam contra singularem successorem, d. l. fi. Cepol. de seruit. vrba. prędio.

P cap.

cap.2.in fin.& in d.cap. de seruitut. iuris
pascendi,col.2.in prin. vbi actio tantum
25 personalis datur † contra concedentem
non autem contra successorem singula-
rem,imo pro tali iure non datur confes-
soria,nec interdictum vti possidetis, aut
aliud possessorium retinendę: cum igitur
hæc obligatio(eo modo quo dixi) sit per
sonalis, non realis, non poterit haberi
actio contra singularem rei successorē,
quæ haberetur in re contra conceden-
tem,late Surdus decis.236.ita Corn. 188.
26 in 4.num.2.dicit, quod † seruitus pascen
di,vt seruitus realis, debet cōperere ha-
benti fundum dominantem,l.1. ff. com-
mu.prædio: Quinimo, licet habeat præ-
dium, debet respicere prædij vtilitatem
27 dict.l.vt pomum,l. pecoris, imo si † non
conceditur cōtemplatione alicuius fun-
di, sed indifferenter habentibus prædia
vicina,& non habentibus, non erit serui
tus realis,Corne. vbi sup. solet etiam di-
stingui secundum Corne. & Fulgos. vbi
28 sup.nam † quando verba contractus,vel
vltimæ voluntatis concedentis similia,
diriguntur in personam eius,à quo con-
cedenda sunt, tunc non fit seruitus, sed
actio, & obligatio personalis;si vero diri
guntur in personam eius cui cōceditur,
verbi gratia, Titius habet ius pascendi,
ducendi aquam, &c. eo casu censeatur
constituta seruitus personalis, & tunc
hoc ius ita cohæret personæ, vt non pos-
sit alteri cędi,vt vsusfructus,ita Corn.
29 Et aduerte,quod † pro omni seruitu-
te, tā reali, quā personali, cōpetit actio
confessoria,contra quemlibet impedien
tē,& turbantē,& etiam contra concedē
tem,sed pro iure personali concesso per
sonæ,veluti pascendi,lignandi, adaquan
di;solū competit actio personalis contra
30 concedentem;quod † intellige,quando
hoc ius est accipiendum de manu conce
dētis,vel hæredis illius, secus autē si hoc
ius debeat accipere quis de manu sua,
& persemetipsum, quoniā tunc datur ei
quasi confessoria, contra quemlibet im-
pedientē, secundum Paul. de Castr. vbi
sup. in fin. sicut dicimus in alijs iuribus
incorporalibus, Inno.in c.inter quatuor
31 de maiorit. & obed. & tamen † est hæc
facultas, quando personę conceditur,
quoddā ius personale incorporale: si au-
tem prædio concederetur, esset seruitus
propriè realis, & pro ea daretur confes-
soria contra quemlibet impedientē, nul
la habita distinctione,an per se,vel aliū,
illud ius capiatur, secundum Castro vbi
supr. Secundum superiora dubitatur de
aliquibus,& primo.
32 Quibus casibus † seruitus realis non
transeat in hæredem, & successorem in
re cui debetur seruitus, vide glo. in l. pe
coris,ff. de seruit. rustic. prædior. & ibi
33 Paul.de Castro. In † acquisitione quasi
possessionis seruitutis discontinuę non
requiritur scientia, & pacientia aduersa
rij, licet secus in continua, Menoch. de
retinen possess. remed.5. num.36. saltem
34 hoc est verum, quod † non requiritur
scientia,nec patiētia,vt acquiratur quasi
possessio seruitutis, & aliorum iurium in
corporalium,ad effectum intentandi re-
medium possessorium retinendæ posses-
sionis,licet secus quantū ad effectū pręs-
cribendi seruitutem, Couarr. in regula
possessor in initio,num.8. idem in pract.
35 quęst.17.Ita † fuit declaratū in processu
Iuratorū de Terrer super apprehensio-
ne,die 29.Octob. 1594. in Curia Iustitiæ
Aragonū,vbi fuit recepta propositio Iu-
ratorū de Valtorres, respectu iurium in
arti.11.deductorum, licet non appareret
de scientia & pacientia,sic Portol. verb.
præscriptio, & Menoch. in interdict. de
itine. actuquè priuato.
36 Seruitutes discōtinuę † præscribūtur
tēpore immemoriali regulariter, verū si
accedat ex parte illius cōtra quē præscri
bitur aliquis actus positiuus, qui possit
in cōsensum,& titulū deduci,tunc præs-
cribuntur minori tēpore, Auend.de exe
quen.c.12.nu.9. cum alijs prima part. Co
uarru.lib.1. variar. cap.17. Socin. consil.
166.in 2. Deci.consil.192.
37 Seruitus † pascēdi,vel similis,potest ac
quiri soluto certo prętio, Afflic.290. Sur
dus decis.236.nu.20.nam tunc prætium,
seu

seu pœna, apponitur facultati, secus si apponatur prohibitioni, veluti, quod non pascat sub pœna tali, nã licet soluat per mille annos appenatus deprehensus in actu prohibito, nõ præscribet, quia pœna est apposita prohibitioni, sic †fuit iudicatũ in proces. Antho. Sanctio, & aliorũ sup. crimin. in Regio consilio, ann. 1608.

DECISIO C. XXXX.

An apostilla, annotatio, & cancellatio factæ per Notarium post corpus instrumenti, siue in margine, siue ab extra, probent contra substantiam instrumenti.

SVMMARIVM.

Apostillæ, seu annotationes in margine instrumentorum appositę, vel extra corpus eorũ, quandoq; manu Notariorum, quandoque aliena manu, quam & quando fidem faciant. num. 1.

Notarij rogitui quando standum sit dicenti cassatum, vel non cassatum esse instrumentum. num. 2.

Scriptura in dubio, semper præsumitur vera, si sit solemnis, & sic cum agatur de substantia illius non statur dicto Notarij. num. 3.

Notarij dicto statur, cũ dicit sua manu scripturam esse factam, nec nec. num. 4.

Apostilla, seu annotatio reperta in protocolo post corpus instrumenti debitorij, iam absoluti, vel in fine illius sine debitis solẽnitatibus, non fidẽ facit, nec derogat primę solẽni. nu. 5. ita fuit iudicatum. num. 13.

Apostilla, seu annotatio positæ interlineas cancellationis, vel in margine, vel positas in fine instrumenti, vel post, differunt, & traditur differentia. num. 6.

Apostilla, seu annotatio instrumenti intelligitur scripta sub eodem die, & confusæ, si non constat de diuersitate temporis, n. 7. Secus si deficiant debitæ solemnitates, vel non constet de. diuersitate temporis, quia nec fidem faciunt, nec Notario creditur eas approbando. num. 8.

Apostilla posita in instrumento non saluata a Notario in subscriptione illius nullam fidem facit. num. 9. Et præcipue, quando reperitur alterius manu scripta, vel dubitatur, an sit sua manu, vel non. nu. 10.

Apostilla apposita in instrumento, circa rem substantialem, & inferens magnum præiudicium, omnino est reijcienda, nisi adsint debitæ solemnitates. nu. 11.

Apostilla requirit subscriptionem Notarij saluantis eam, nisi constiterit, vel appareat esse manu eiusdem Notarij scriptam. num. 12.



TANTA est hominum fraus, & malitia, vt nec fide Notariorum omnium securi in tractandis negocijs viuamus, quotidiè enim videm⁹, celebratis contractibus, & absolutis publicatisquè instrumentis, in eorum margine, vel extra corpus instrumenti, annotationes, cancellationes, Notariorum quandoquè manu, quandoquè aliorum, quibus fidem instrumentorum partes conantur impugnare, & in dubium reuo-
1 care, & ob id † videamus quando, & quam fidem habeant istæ annotationes. Et primo Angelus cons. 346. dicit, quod quando † cancellatio facta post instru-
2 mentum, etiam facta ab eodem Notario, non habet diem, testes, & alia solemnia, quæ requiruntur ad essentiã publicæ scripturæ, etiam quod fieret de voluntate partiũ, quia deficiũt tunc testes, & tempus, nec est in publicam formam redacta, tunc standum est primo rogitui, de quo nulla est dubitatio, cum

sit authenticũ; non autem standũ est sim
plici assertioni Notarij dicẽtis scripturã
esse reuocatam, vel cassatam, de partiũ
volnntate; dnæ enim considerantur dis-
positiones in huiusmodi scriptura, vna
inductiua, & solemnis, alia destructiua,
& sine solemnitate; hæc, etiã si appareat
facta per Notarium, non præiudicat, l. si
librarius, de regul. iur. l. 1. de his quæ in
testamento delentur cum vulgatis, & ma
ximè, quia potuit fieri à tabellione cor-
rupto; ex quo assertionem non solemni-
zauit debite; vnde vitio, & suspitione nõ
caret argum. l. iubemus, C. de probat. l. 2.
de fide instrum. l. diuus, de custodia reo-
rum, nec † standum est assertioni Nota-
3 rij, cum agatur, & dubitetur de substan-
tia, & veritate scripturæ; quæ in dubio
præsumitur vera, si sit solemnis, & nõ sta-
tur tunc Notario, §. opportet, in Authen.
de tabellionibus, l. iuris gentium, §. quod
ferè de pactis. Solum † autem statur di-
4 cto Notarij, an sua manu scripta sit scrip
tura, vt in l. si quis Decurio, C. de fals. &
in §. opportet autem iudicantes, in Au-
thentico, de instrumentorum cautela, &
fide, ita Angel. num. 3. sequitur hanc opi-
nionem, Alexan. conf. 59. num. 4. in 2. di-
5 cens; quod vbi annotatio † reperta in
prothocolo post corpus instrumẽti iam
absoluti, vel in fine instrumenti debito-
rij, non est Authent. quia caret debitis
solemnitatibus, non facit fidem, nec de-
rogat primæ solemni, quia vt deroget, &
valeat, requiritur solemnitas, vt notatur
in cap. Abbate, de re iudicat. & in cap. 1.
de fide instrumentorum: hanc resolutio
nem sequitur Io. Andreas ad Specul. in
tit. de instrumentorum editione, §. osten
so, in vers. dixit Rolandinus, dicens,
quod si Notarius ponat post corpus in-
strumenti de sua manu casum & cancel
latum de voluntate partium, talis can-
cellatio non obest, quia nõ habet testes,
consulem, & solemnia, & cum hoc dicto
transeunt, Bald. Angel. & Paul. in l. si
vnus, C. de testamen. & Bald. in l. ea quæ,
C. comminatio, vel epistolę, Angelus in
supradicto consilio; ita tenet Paul. Ca-
strens. cons. 13t. incipienti, in Christi no-
mine, dubium facit etiam, vbi in termi-
nis loquẽdo de cancellatione manu No-
tarij scripta, quæ semper de sui natura
post perfectionem instrumenti fit, & in
secundo tempore, etiam si breuissimo, di
cit: *Quod non obstat cancellatio certorum ver-
borum allegata, ex eo, quia non constat, quis eam
fecerit, & potuit fieri ab alio, quam à Notario,
& posito quod à Notario, tamen potuit fieri du-
dum post testamentum scriptum, & non habet
testimonium Notarij, quam ob causam facta fue-
rit, & posito, quod haberet, tamen non habet
diem, nec consulem, nec testes, ergo haberi debet
pro non facta, & ea non obstante valebit instru
mentum, secundum Ioãnem Andrea. vbi supra.*

Et aduertendum † quod Castr. ibi po-
6 nit in hoc differentiam inter apostillam,
seu annotationem positas inter lineas,
vel in margine, & inter scripturam can-
cellationis, solutionis, & similes positas
in fine instrumenti, vel postmam apostil-
la non necessario supponit perfectionem
actus, sed imo tempus quo fit, cancella-
tio vero, & solutio, & similis scriptura
contraria actui, totum contrarium in sub
stantia, & tempore, & hoc casu, iam An-
gel. Castr. Ioan. Andr. & alij supra relati
id fatentur, quam etiam Alexan. d. conf.
59. num. 5. in fin. vbi expresse dixit, Baldũ
7 asserentem † præsumi annotationẽ scrip
tam sub eodem die & consule, fore in-
telligendnm, quando non constat de di-
uersitate temporis, secus alias, vt in no-
stro casu, in quo cancellatio, solutio, &
similes annotationes contrariæ primæ
arguunt diuersitatem aliquam, & sic
8 non creditur in his † Notario, nisi ha-
beant omnia instrumenti solemnia, siue
expresse, siue per relationem, vt sic salue
mus tradita per Crauet. consil. 88. num. 3.
Ita tenent Bald. Castr. in dict. l. si vnus,
Angel. 176. Alexand. vbi supra, Corne.
consf. 60. colum. 2. in 4. Socin. consil. 127.
num. 8. in 2. Afflictis in constitu. Reg. lib.
for. & salar. n. 37. qui omnes concludũt,
quod vbicumq; constat etiam ex natura
actus post subscriptionẽ, & ex interuallo
esse annotationem conscriptã, etiã quod
in

in margine reperiatur, non creditur ei, nec Notario, nisi habeat solemnia, refert Mascard.conclus.113.num.5. etiam quod sit facta annotatio manu Notarij; ita Castro vbi sup.vers.& posito, per rationem ab eo traditam, & supra scriptam, Alex. & Angel.vbi supr.& in hoc credo, quod omnes supradicti conueniunt, licet multi confundantur. Quando vero annotatio, seu apostilla † non est facta ex inter-
9 uallo, & post instrumentum, sed eodem tempore quo fuit factum instrumẽtum, neque contrarium apparet, tunc nequaquam fidem facit regulariter, siue sit in margine, siue in corpore, siue in fine: nisi Notarius illam in subscriptione saluauerit, vt resoluit Crauet.cons.88.num.1.vbi allegat alios, Mascard.vbi sup.nu.1.alios allegans Bart. Alex. Iass.in l.si vnus, C.de testam. nouissimè, & doctissime de more Casanate contemporaneus meus, in consil.38.num.3.cum seqq. vbi allegat alios,
10 & præsertim, † quãdo apostilla esset scripta non á manu Notarij, sed alterius, tũc enim indistinctè nõ probat, vel quando dubitatur, qua manu scripta sit; ita Castro vbi sup.vers.ad aliud, &c. Casanate nu.8. & num. 15. vbi multum benè, Mas-
11 card.vbi supr. præsertim si † apostilla est circa rem substantialem, de qua principaliter disputatur, & continet rem magni præiudicij, quo casu reijcienda est, & fidem non facit, Decian.cons.99. num. 45. in 2. Casanate num.18.vbi alij requiren-
12 tes † omnes subscriptionem Notarij saluantis apostillam, nisi in vno casu, in quo supradicta limitantur, veluti, quando apparet factam esse apostillam manu eiusdem Notarij, Crauet. vbi supr. num. 4. Castro vbi supra, vers.nec nocet, dicens, quod tunc requiritur attestatio, cum aliquid reperitur, de quo ignoratur, à quo factum sit, non autem cum constat esse manu Notarij factum: Ita Casanate vbi supr.Corneus dict. cons.60.col.fin. vers. nec obstat, Mascard.vbi sup.num.12. vbi allegat alios, quod difficultate nõ caret, quia attestatio requiritur, vt constet manu Notarij esse factam apostillam, & etiã vt intelligatur non post instrumentum confectum, & ex interuallo, absentibus partibus Notarium falso eam scripsisse, Bald.Alexand.Castr.& alij, in d.l.si vnus, C.de testam.& ita contra hanc limitationem de manu Notarij, scripsit Felin. in cap.ex literis, nu.9. vers.5. declaratio de fide instrumentorum: Ruin.cons.67.n.3. & 5.volu.4.& cons.216.num.16. volum.1. & licet hæc sit verior, tamen supradicta limitatio communis est, à qua non recedas, saltem, quando ex discrimine literarum, vel attramenti, sine alia coniectura constat non ex interuallo, sed eodem tẽpore confectam fuisse apostillam, Bald. in l. nostram, C.de testam.num.2. cumq;
13 † in casu decisionis nostræ vendidisset Bernardus Gallart Hieronymo Almenar, quasdam domos liberas, & allodiales ab omni censu, & onere, & post confectũ instrumentũ, & subscriptionem, posuerit Notarius de sua manu, quod faciebant certum censum: fuit declaratũ non esse standum illi assertioni factę post instrumentum perfectum, cum non haberet solemnia, vide in processu euocationis Petri Oliberos, super ciuili, 6. Octob. 1610. Actuar. Losilla, in Regio consilio.

DECISIO XLI.

An spes de qua in Capitulo finali de immunitate Ecclesiarum sit finalis, vel solum impulsiua, & de illius textus materia.

SVMMARIVM.

Traditur facti species.num.1.

Spes, de qua in cap.finali, de immunit. Eccles. est finalis causa.num.2.

Dubitatur, an duæ causæ relatæ in d. c. finali sint finales.num.3.

Defensio, quæ est iuris naturalis non potest tolli per iura, quæ de immunitate loquuntur.num.4.

P 3 Occi-

Occidens ad sui defensionem, non dicitur delinquere. num. 5.

Occidens ad sui defensionem, excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, mitiori vltra ordinariam pœnam puniendus est. numer. 6.

Occidens ad sui defensionem, gaudet immunitate. num. 7.

Delinquens in Ecclesia, sine spe gaudendi, gaudet immunitate. num. 8.

Delictum commissum in Ecclesia, sine spe gaudendi, probatur, quod non ex proposito, & consulto, sed ex repentino animi affectu sit commissum, vel casu fortuito. num. 9.

Præsumptio. cap. finalis est solum præsumptio iuris. num. 10.

Spes immunitatis trahit secum electionem, & propositum. num. 11.

Ira, animi motus, & iracundia tollunt qualitatem cogitati animi, & præmeditati delicti. num. 12.

Timor quis tollat omnem sensum, electionem, & animi præmeditationem. numer. 13.

Spes gaudendi semper electionem præsefert, & propositum, & mentis cogitationem. num. 14.

Traduntur aliqua relata in processu. num. 15.

Traditur exemplum coram iudice competentiarum. num. 16.

1 SALVATOR Roca, † dum existeret in heremo, in quadam Capella, vulgariter dicta Hermita, fuit inuasus per quendam officialem, media nocte, sine appellitu Regio, qui eum volebat capere: ille se defendit, & vulnerauit officialem; dubitabatur an gauderet immunitate.

2 Absque dubio est, † spem de qua in d. cap. fin. esse finalem causam decisionis illius, per notata per Franc. in c. cum cessante, & ibi Abb. de appellat. Corset. in
3 repor. in ver. causa final. † sed dubitari posset, an aliæ duæ causæ ibi relatæ in fine, sint etiam finales; & quod non sint patet, nam sequeretur, quod nunquã delinquens in Ecclesia immunitate gauderet, subsistentibus dictis duabus causis, hoc tamen falsum est. Sequeretur namq; ex his, quod si quis seclusa spe immunitatis, in Ecclesia delinqueret, se deffendendo, non gauderet immunitate; cum in eo dictæ rationes militent; argumento, cap. cum cessante de appellat. à con-
4 trario sensu, & tamen hoc falsum est, † cũ defensio, quæ est de iure naturali, secundũ Plaza in Epit. c. 28. non possit tolli per iura, quæ de immunitate loquuntur; cũ illa sint iuris positiui, Couar. lib. 2. var. c.
5 20. nu. 2. † Nec obstabit dicere, quod occidens ad sui defensionẽ, non dicatur delinquere, iuxta notata in Clementina si furiosus, de homicidio, † nã delinqueret
6 certe excedendo moderamẽ inculpatæ tutelæ, & esset vltra ordinariã pœnã puniendus mitiori aliqua, Hippo. in l. 1. nu.
7 40. ff. de sicar. † & tamen talis immunita
8 te gauderet absq; dubio, vt notũ est; † & ex hac, & alijs rationibus obtinuit cõmunis opinio; vt si quis delinquat in Ecclesia, sine spe gaudendi: quod gaudeat immunitate, teste Remigio de immunit. fallen. 3. nu. 4. vbi communẽ dicit, & candẽ opinionem communẽ, & magis æquã appellat Abb. in d. c. fin. nu. 7. circa mediũ, ibidẽ Hostien. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Hugo. qui dicunt quod si sine spe, veluti ex verbis ibi noniter ortis, deliquerit quis, immunitate gaudet, Turrecrem. in Canon. diffiniunt, 17. quæst. 4. verbo, secundus est, summa Angel. in verbo. immunitas, num. 17. dicit omnes ita tenere Aufred. in cap. tol. quæst. 432. Syluest. verbo immmunitas, tertio illius nomine, quęst. 2. vers. tertium est, qui omnes, & alij relati per Gome. volunt, quod si probari possit delictũ non esse cõmissum,

sub

9 sub spe, gaudebit immunitate; † hoc autẽ probabitur, probando, quod non ex proposito, & consulto, sed ex repentino animi affectu, & impetu cõmissum sit, &
10 seu etiã casu fortuito; † quia illa præsumptio Canonis est solũ præsumptio iuris, & eam cõmunẽ appellat Belluga in Specul. Principum fol. 51. col. 1. & nouiter cõmunem dicit Quesada in varijs Quæstionib. c. 1. vbi dicit, hunc textum limitari, quando non ex proposito, sed à casu, & impetu cõmissum sit delictum. Quorum
11 ratio est, quia spes immunitatis trahit secum electionem, & propositum, ista autem non procedunt in eo, qui ira, iusto dolore, ac impetuoso animi affectu quocumq; deliquit, vt eleganter probat Menoch. de Arbitr. casu 361. num. 18. vbi di-
12 cit, † quod ira, animi motus, & iracundia tollunt qualitatem cogitati, atquè præmeditati animi, & delicti, Menoch num. 19. Ex quibus apparet, quod hæc est cõmunis opinio, & ita dicit Ioannes Vichis. in dict. can. diffiniuit, quod opinio Abba. est magis sustentabilis in disputando, tamen in iudicando dicit non esse recedendum à communi opinione, quę est fulcita omnium auctoritate: Et sic apparet, quod contraria opinio nec est magis cõmunis, nec communis, neque Iulius Clarus, §. fin. pract. crimin. quæst. 30. vers. itẽ quæro, appellat eam communẽ, nec magis communem, sed solùm sequitur illã; & sic nullus reperietur, qui contrariam communem dicat, nec minus communẽ: & solus Abb. Couar. Iul. Clar. eam tenẽt, qui non debent præualere, contra tam graues viros, numero, & auctoritate non inferiores.

Ad propositum; iste fuit insultatus, & absquè dubio in maximum timorem, & animi affectum ductus, sentiens suos inimicos prope se in loco heremo, de nocte, præsertim, cum minis, & magnis clamoribus, in eum irruerent; quia propter negari non potest, quin iste absquè deliberatione, & immunitatis spe deliquerit;
13 † nam talis timor secundum Menoch. omnem tollit sensum, electionẽ, & animi præmeditationem. † Cumquè spes gau-
14 dendi electionem præseferat, & propositum simul, & mentis cogitationem, sublatis his, sublata erit spes, & habuit causam timendi dictus reus, & per consequens se defendit, etiam contra officialem, cui tam malo, & iniusto modo exequendo, resisti potuit impune: Plaça in
15 Epit. delict. cap. 28. num. 8. † cum probetur, nunquam vocem Regis appellitasse officialem; & etiam si appellitasset, nulla securitas erat reo; cum illud fingi possit, & fieri solitum fuit per latrones inuadẽtes dictam Ecclesiam, vt probatur in processu; præsertim, quia etiam officialis se iactauit, quod omnibus modis incumberet ruinæ dicti Saluatoris Roca; vt extitit semiplene probatum, & hoc procedit casu, quo delictum commisisset; verum tamen illud non commisit, vt apparet per testes huius partis, & alia in voce dicta.

16 In vim superiorum fuit declaratum in fauorem dicti Saluatoris Roca, corã domino Iudice competentiarum, in anno 1587. vel 1588. in processu Saluatoris Roca super competencia, me existente aduocato, & sic gauisus fuit immunitate Ecclesiastica.

Et hodierno tempore idem fuit iudicatum coram Cancellario competentiarum, vide in processu magni Magistri Sancti Ioannis Hierosolymit. & Domini Martini de Ferreyra Castellani de Amposta, & Francisci Morante, super competentia iurisdictionis; die 11. Maij 1613. Scribania Abiego.

DECISIO C. XXXXII.

De materia restitutionis in integrum contra lapsum fatalium, & de illorum lapsu.

SUMMARIUM.

1 *Tertius annus, qui datur ei, qui intra biennium nõ prosequitur appellationẽ iusto*

iusto impedimento, venit per viam restitutionis.num.1.

Impedimentum secundi anni non impedit transitum in rem iudicatam, licet impedito succurratur per in integrum restitutionem.num.2.

Per lapsum dierum fataliũ non dicitur causa deserta, dato impedimento iusto, & legitimo.num.3.

Appellans si dolo, & facto tertij non fuit prosecutus intra primum fatale, si tertius non est soluendo, debet restitui ad tempus impedimenti duntaxat. numemer.4.

Tertium fatale datur per viam restitutionis in casibus, in quibus secundum fatale datur per viam etiam restitutionis. numer.5.

Anni duo si lapsi fuerunt, à die appellationis, vsque ad diem impetrationis rescripti, necessaria est restitutio Papæ, vel delegati: & traditur ratio dictorum. numer.6. & 7.

Refertur aliorum opinio dicentium, non dari tertium annum, sed tantum restitui, quantum fuit impeditus.nu.8.

Fatale secundum an detur ipso iure, vel ope restitutionis. num.9.

Fatale secundum si detur ipso iure, ex quo Papa dat facultatem in rescripto restituendi aduersus fatale, intelligitur etiam sine impedimento, & traditur ratio. num. 10.& 11.

Impedimento dato in duobus fatalibus, & concessa restitutione, incipiunt currere duo fatalia à tempore commissionis.numero 12.

Applicantur supra dicta casui istius decisionis.num.13.

Traditur differentia inter secundum, & tertium fatale.num.14.

Traditur limitatio in duobus fatalibus, qui dantur ipso iure.num.15.

Delegatus quando possit aduersus lapsum fatalis restituere, si Papa facultatem restituendi non dedit.num.16.

Expressio eorũ, quæ tacite in sunt, &c. num.17.

Verba, Prout iuris fuerit, conditionem important.num.18.

Delegatus non potest amplius restituere, quam de iure potest. num.19.

Restitutio si detur aduersus fatale cum hac clausula, Prout de iure, debet adhiberi causæ cognitio. num.20.

Causa debet esse impedimenti. numer.21.

Restitutio ad quos dies restituat. numer.22.

Restitutio non datur in plus temporis, quam durabit impedimentum. numero 23.

Differentia quæ sit inter restitutionem datã à iure, & inter datam ab homine.numer.24.

Traditur decisio, & rationes in casu huius decis.num.25.

1 RESOLVTIO est communis, quod tempus, vel tertius annus, quæ dantur illi, qui iusto impedimento prosequi non potuit in primis duobus annis, seu fatalibus, veniunt per viam restitutionis in integrum, non obstante, quod adfuit impedimentum;
2 † quia impedimentum secundi anni non impedit transitum in rem iudicatam: licet impedito succuratur per beneficium restitutionis in integrum, ita Ma-

Maran, de ordine iudicio. 6. p. tit. & quãdoque appellatur, n. 228. vbi dicit, quod istud tempus, quod datur post secundũ fatale impedito, datur solum per viam restitutionis in integrũ, & non ipso iure, ita Abb. in c. ex ratione, n. 9. de appellat. agens de his, dicit, quod licet in secundo fatali adsit impedimentum, ob quod non fuerit prosequuta appellatio intra duos annos, non ob id dici poterit, tẽpus non cucurrisse, & quod sententia non transiuit in rẽ iudicatam, & per consequens non requiratur restitutio in integrum, imo expresse dicit, quod requiritur restitutio aduersus lapsum fatalium. Idem tenet Innocent. in d. c. ex ratione vbi etiam glos. idem tenet, & alij relati per Abba. per, l. fin. & authent. ei qui, C. de tempor. appellationum, idem Abbas vbi supra, num. 3. ponderando verbum *nollumus*, de quo in eo textu, glo. in d. authent. ei qui, vbi Bartol. & Angel. eãdem tenent, denique dicentes, † quod per la-
3 psum fatalium non est causa deserta, dato impedimento legitimo, & iusto, decipiuntur; nec obstat, quod adducitur ex Lancelloto, 2. p. c. 12. de attẽtat. appellat. penden. in præfatione, n. 45. 46. quia debet intelligi per viam restitutionis in integrum, saltem in casibus, in quibus secũdum fatale datur per viam restitutionis, † veluti quando appellans, dolo & facto
4 tertij, non fuit prossequutus intra primũ fatale; nam tunc si ille tertius nõ est soluendo, debet restitui appellans ad tempus impedimenti dumtaxat, quia primũ fatale cucurrit, & appellatio fuit deserta, & sic requiritur restitutio, tex. & glo in l. arbitro. §. dolo. ff. de dolo. l. fin. ff. de co per quem factum erit, glo. in d. c. ex ratione, vbi Franc. col. 8. in 4. impedimẽto. Abbas ibi n. 78. in fine, & hoc colligitur ex Lancelloto, ex quo allegat Francum, Butrium, Immol. qui dicunt, † quod ter-
5 tium fatale datur per viam restitutionis in casibus, in quibus secundum fatale etiam datur per viam restitutionis, sicut fatale, de quo supra; & sic Lancellotus loquitur in vno ex his duobus modis,

† ex hoc infertur, quod licet concedatur,
6 quod à die appellationis, vsque ad diem impetrationis rescripti, essent lapsi duo anni, in quibus non fuisset prossequuta appellatio, ob aliquod iustissimum impedimẽtum, adhuc in tali casu foret necessaria restitutio Papæ, vel delegati, per superiora; quod sequitur communis opinio, paucis exceptis, qui etiam id concedunt, quando esset impedimentũ tertij: ergo in casu præsenti mala esset hæc consequẽtia, Papa mãdat restitui aduersus fatalia, prout iuris sit, at qui in hoc casu, dato impedimento non est necessaria restitutio, ergo non debet intelligi hęc com-
7 missio dato impedimento, † ratio est, quia præsuponit non esse necessariam restitutionem in tertio fatali, contra id, quod est de iure, saltem in casu recitato, & possibile est, quod appellatio nõ fuerit prosequuta, ob illud impedimentum & indubio non debet magis præsumi de alio, quam isto, & sic in hoc casu, in quo est necessaria restitutio, rescriptum nnn operaretur effectum contrariũ his, imo haberet eandem naturam, quam de iure habet talis restitutio, quæ est, vt ad sit impedimentum, præcipue, quia in tertio fatali solum fit restitutio ad tempus impedimenti tantum, Marant. vbi supra
8 Abb. num. 9. in fin. Franc. col. 16. † in prin. vbi allegat alios dicentes, quod nõ datur tertius annus, sed tantum restituitur quantum fuit impeditus.

9 Contraria opinio haberet forte locũ, in concessione secundi fatalis præcedente impedimento in primo; quia tunc secundum fatale datur ipso iure, & non ope restitutionis in integrum, Marant. vbi sup. Abb. vbi sup. num. 4. cum sequẽ. Fran. vbi sup. col. 4. circa medium, & sic
10 † cum detur ipso iure, nnn beneficio restitutionis, videtur, quod ex quo Papa dat in rescripto facultatem restituendi, aduersus fatale, quod debet intelligi, etiã
11 sine impedimento; † quia alias non erat necessaria restitutio, attento, quod appellans respectu primi fatalis seruatur illęsus ipso iure, hoc modo, quod in aliquibus

bus impedimentis non currit ei tempus, in alijs sic,& ideo habet ipso iure alium annum,qui est secundum fatale. Et cum hic appellans habuerit recursum ad Papam ante lapsum duorum fatalium,quia non fuerat lapsum,nisi primum fatale,& ex secundo parum plus duorum mensiũ, & adhuc supererant ex secundo fatali decem menses, & ad prosequendum in his decem mensibus non erat necessaria clausula restitutionis: ex quo ipso iure habebat appellans dictum tempus;debemus fateri necessario,quod debet operari illa clausula amplius, quam habebat antea, & sic absque probatione impedi-
12 menti debeat fieri restitutio. † Et sicut dato impedimento in duobus fatalibus, & concessa deinde restitutione, incipiũt currere duo fatalia, a tempore commis-
13 sionis,iuxta casum Lancelloti, † ita eodem modo,cum hic fuerit obtentum rescriptum quatuor mensibus post appellationem quibus est restitutus sine impedimento, debemus dicere, quod a tempore commissionis currunt ei fatalia: & quod sic potest adhuc prosequi;ex quo a tempore concessionis rescripti vsq; huc, non fuerunt lapsi nisi decem menses,qui non faciunt vnum fatale, numerando a principio Septembris,anni 1588.hoc posset prætendere contraria opinio magis subtiliter quam vere ex infra dicendis.
14 Nam est † aduertendum, quod licet in fatalibus detur hæc differentia, quia tertium datur ope restitutionis, & duo priora ipso iure,siue quia non currat tempus ipso iure,siue quia licet currat,accipitur tamen secundum fatale ipso iure sine restitutione, sed in omnibus est necessarium impedimentum, vt per supra dictos DD. & Franchum adducentem
15 sex impedimenta. † Verum in his duobus fatalibus,qui dantur ipso iure, est etiam limitatio aliquorum, qui dantur ope restitutionis, quale est supra dictum, veluti,quando facto tertij non fuit in primo fatali prosequuta appellatio ; quia tunc cucurrit primum fatale,& secundũ conceditur ope restitutionis : ergo iam respectu huius potuit verificari,& potuit multum operari clausula restitutionis. Et hoc sufficit ad id,vt nõ dicatur, quod sine restitutione haberet secundum fatale;ergo si potuit in hoc operari,non procedet consideratio de qua supra.
16 Deinde licet Papa non dedisset facultatem restituendi,potuisset delegatus restituere aduersus lapsum fatalis suo casu,vt per Philippum Franc.in d. c. ex ratione,col.11.in fin.eo modo, quo potest cognoscere de causa desertionis, Fran. col.17.ergo non debet operari d. clausula,saltem non operabitur amplius,quam
17 de iure operaretur; † quia expresio eorum,&c.cap.significasti, & ibi DD. & Abbas de electión.l.3.cum ibi notatis,ff. de legat.1.l.recte,C.de fideiussor. Quid-
18 quod,illa † verba,prout iuris fuerit,tollunt ambiguitatem,quia vltra quod non possunt aliter intelligi, iam de iure per DD.est declarata,ita vt importet conditionem,id est,si de iure fuerit,ita Barto. super constitutione ad reprimendã, verbo,prout,vbi pulchra additio , vbi ita in facto se vidisse dicit,quia in rescriptis ponuntur conditionaliter,vt late tenet Fe-
19 lin. in cap.2.de rescript. † & sic delegatus non potest amplius restituere, quam de iure posit;tandem adest decisio Rotæ,in qua habetur,quod, quando datur
20 similis † restitutio aduersus fatale, cum hac clausula,prout de iure, debet tunc adhiberi causæ cognitio ad iustificandã
21 causam restitutionis. † Et hæc causa debet esse impedimẽti;nam alias superflua esset causæ cognitio ; hanc decisionem allegat Lancelotus,2.p. cap.18.de attentat. restit. in integrum penden. num. 23. ergo non debet concedi restitutio
22 absolute:& hæc est veritas. † Concludẽdo dico , quod facultas restituendi fuit obtenta lapso primo fatali, & duobus mensibus secundi.Modo quæro,si victus vult in vim clausulę restitui,solum ad decem menses computandos a die commissionis,qui decem menses adhuc supererant de secundo fatali ; & tunc iam est causa de nouo deserta:ex quo nec in primo

mo fatali, nec in duobus mensibus secundi, nec intra reliquum tempus secundi fatalis in vim restitutionis concessi est prosequuta, nec finita causa appellationis, Clementina, sicut, de appellat. aut vult
23 restitui ad alios duos annos, † & hoc nō potest prætendi, quia restitutio non datur, nec dari potest in plus temporis, quā durauit impedimentum, Maranta vbi sup. num. 228. Abbas vbi sup. num. 9. in fi.
24 Franc. col. 16. in princip. dicens, † quod hæc est differentia inter restitutionem datam a iure, qualis est primi & secundi fatalis, & restitutionem datam ab homine, qualis est ob impedimentum tertij, quia illa datur in totum tempus, taliter, quod si quis fuit impeditus in primo fatali minori tempore anno, habebit secundum annum integrum, secus in secundo casu, quia restituitur solum ad tempus impedimenti, declarat Panormit. in d. c. ex ratione, num. 12. & etiam Innocen. ibi, & sic etiam probato impedimento, non potest dari restitutio, nisi ad tempus impedimenti, eo autem non probato nullo
25 modo. † In vim istorum obtinuit quidam Vicarius Vallis de Bastan Prouintiæ Cantabriæ, cuius aduersarius postquatuordecim menses, a lata sententia, obtinuit rescriptum a Papa, cum clausula restituendi in integrum, & petebat se restitui non probando impedimentum ad tēpus effluxum, & decursum, Vicarius totū impugnauit, vt scilicet, non probādo impedimentum, nō restitueretur, imo licet probaretur, solum debebat restitui ad tēpus impedimenti tantum, circa annum 1588. & sic non fuit restitutus per officialem Cæsaraugustanum delegatum causæ, me aduocato existente pro Vicario.

DECISIO CXXXXIII.

De fide matriculæ lata explanatio.

SVMMARIVM.

Matricula, licet solemnis solum probat præsumptiue, vt scilicet talis vnusquisque præsumatur, qualis reperitur in ea. num. 1.

Matriculæ in dubio statur, tanquam iuris præsumptioni. num. 2.

Matriculatus, cū nobilibus, censetur esse in quadam quasi possessione nobilitatis. num. 3.

Præsumptiones duæ licet concurrant cōtrariæ, præualet tamen præsumptio matriculæ. num. 4.

Præsumptio hæc quasi possessionis, non excludit veræ possessionis, & dominij probationem. num. 5.

Officialis non præsumitur, qui in matricula officialium non reperitur descriptus. num. 6.

Peiterius non præsumitur, qui non reperitur in libro soluentium tributum. num. 7.

Actus negatiuus & priuatiuus magis inducit amissionem possessionis, quam acquisitionē. num. 8.

Plebei præsumptio solum inducitur contra repertos in matricula plebeiorum, sine suo consensu, non autem quasipossessio. numer. 9.

Matriculatus inter innobiles cum sciētia, si taceat, nec probocet ad iudicium, sibi præiudicat. num. 10.

Descriptio cum matricula etiam cum scientia, non nocet nisi sequatur solutio. numer. 11.

Scientia particularis, & indiuidua, nūquam præsumitur in his quæ nocent. n. 12.

Matriculæ multe, notorium & scientiam certam inducunt. num. 13.

Matricula non solemnis, nec prodest, nec nocet, licet sit antiqua, nisi testibus comprobetur. num. 14.

Protestatio solum conseruat ius in actibus

bus meræ facultatis & voluntarijs. nu.15.

Protestatio iubat in actu voluntario additionis hæreditatis.num.16.

Protestatio cõtra factum, quod omnino fieri debet, ex legis dispositione, nihil prodest num.17.

Descripti & pignorati scienter, debent appellare, vel conqueri.num.18.

Actus extraiudiciales, qui non pertinent ad immunitatem requirunt appellationem.num.19.

Pignoratus a Peræquatore habet remedium querellæ, accusando eum criminaliter intra annum.num.20.

Pignoratus, quando in recursu & querella deberet plus expendi, quam valeret res executata, seu pignorata, non habet supradictum remedium.num.21.

Pignoratus, qui expresse nec tacite consensit, imo expresse dissensit, magis excusatur.num.22.

Querella habet vim appellationis & dissensus.num.23.

Contributio differt a promissione de cõtribuendo.num.24.

Contribuere promittens non transfert ius reale, sed actio ad interesse tantum. numer.25.

Seruitutem faciens in vim promissionis non sibi præiudicat, quia nõ dicitur peytare tanquam peyterius & homo signi seruitij, sed in vim promissionis.num.26.



1 SVpponendũ primo, quod cõmunis resolutio est, quod † ex matricula (licet solemni) solũ inducitur quædam præsumptio, vt quis talis præsumatur, qualis reperitur in matricula, si inter nobiles nobilis, si inter plebeos plebeus, si inter scholasticos scholasticus, si inter milites miles: vnde matricula, quia præsumptiue probat, nõ verè, transfert onus probandi in contrarium, cuius probatio admittitur contra matriculam; eo autem nihil probante, statur matriculę; quia, qui pręsumptiue probat vere probat; & pręsumptiones sunt liquidissimę probationes, glo. in l. si tutor petitus C. de pericul. tuto. Garcia de no-
2 bilitat. glo.4.nu.8. cum sequent. vnde † in dubio statur matriculę, tanquam iuris pręsumptioni, quæ tollitur per statum contrarium matriculę, nume.11. vnde ex hac præsumptione oritur, quod † posi-
3 tus in matricula cum nobilibus, censeatur esse in quadam quasi possessione nobilitatis, & positi in matricula cum plebeis, præsumuntur esse in quadam quasi possessione plebei, & sic si quis sit in matricula, vt nobilis, hæc præsumptio præualet præsumptioni plebeitatis;
4 quia † licet concurrant duæ pręsumptiones contrariæ, tamen præualet præsumptio matriculæ; quia vltra præsumptionem iuris, præstat quasi possessionẽ nobilitatis, in quo est superior, & sic elidit aliam.num.12. Vnde res posita in ęstimo meo præsumitur mea, & in terminis meræ pręsumptionis constituit me in quasi
5 possessione: sed non † excludit hęc præsumptio, verę possessionis, & dominij, probationem, glos. & Bartol. in l. fin. C. de prædi. nauicul. lib. 11. num.13.

Ex hoc sequitur alia pręsumptio, quia ex quo matricula inducit quandam quasi possessionem in fauorem, & damnum eorũ, qui in ea scripti sũt, sequitur quod non reperti in tali matricula, non præsumantur tales quales sunt scripti in matri-
6 cula, ita quod † ille, qui non reperitur scriptus in matricula officialium, præsumatur priuatus, qui non est in matricula militum, præsumatur paganus, & qui non est in matricula nobilium, præsumatur plebeus, & qui nõ est in matricula plebeorum pręsumatur nobilis, n.14. modifando tamen vt per Gartiam vbi sup. pro quo facit dictũ Bart. in l. Titię texto

res

7 res de legat. 1. quod probatur † aliquis
non esse allibratus in ciuitate, si non re-
peritur in libro, vel non soluisse colle-
ctam, si non reperitur in libro soluentiũ
per supra tradita, quæ Bart. præsumptio
procedit, si prius probetur illum, de quo
agitur, fuisse in ciuitate, & ibi commora
tum, eo tempore, quo liber soluentium,
aut liber libræ, conficiebatur, non vero
simpliciter: est deinde notandum circa
hanc vltimam præsumptionem, hãc pre-
sumptionem non inducere quasipossef-
sionem, quia inducitur hæc præsumptio
ex actu negatiuo, non vero positiuo, sci-
licet, quod non sit scriptus, ex † actu au-
8 tem negatiuo, & priuatiuo magis indu-
citur amissio possessionis, quam acquisi-
tio, l. 3. §. in amittenda, l. sed si nollet, ff.
de acquiren. possession. Vnde ex hac so-
la præsumptione, quod ciuis non est re-
pertus inter plebeos, contra præsumptio
nem iuris, qua quis plebeus præsumitur,
non est quis nobilis pronuntiandus; quia
illæ duę presumptiones mutuo se elidũt,
& restat sine possessione ille, qui se nobi
lem dicit, quę possessio est necessaria ex
dispositione legis Castellę, & Aragoniæ,
ideo causa est fulcienda ex alijs admini-
culis, & probationibus necessarijs, iuxta
dispositionem legis Castellæ secundum
Garciam.

Not. ex his, ponendo differentiam,
9 quod quando † quis reperitur in matri-
cula plebeorum, sine suo consensu, solũ
inducitur contra eum presumptio ple-
bei, non quasi possessio; secus si est inter
nobiles, quia vltra præsumptionem nobi
lis acquirit quasi possessionem nobilita-
tis. Ratio est; quia in damnosis, vt quis
constituatur in quasi possessione, requi-
ritur assensus, secus in vtilibus, num. 16.
& 17. l. 1. §. Iulianus, ff. de itine. actuquè
priuat. l. quæ vtiliter, ff. de nego. gestis.
Quod si vero † cum scientia quis po-
10 natur inter ignobiles, & taceat, nec pro-
uocet ad iudicium, sibi præiudicat, num.
18. tanquam si soluat tributum plebeum,
& præiudicat sibi in illa quasipossessio-
ne, quia fatetur se plebeum, & quia li-
cet matricula constituat in quasi posses-
sione, illam videtur amisisse tacendo, &
tolerando, num. 18. ita Angel. in l. 1. §. si
quis tutor, ff. quando appellatio non sit,
& alij relati per Garciam num. 18. contra
Otalor. & Cassan. consf. 64. dicẽtes: quod
11 † descriptio cum matricula, etiam cum
scientia non nocet, nisi sequatur solutiõ,
nam illud verum est in ignorante, secus
in sciente, quia scientia æquiparatur so-
lutioni, & duę matriculę cum scientia
æquiparantur duobus solutionibus, se-
12 cundum communem. Scientiã † accipe
particularem indiuiduam, quę nunquã
presumitur in his, quę nocent, num. 19.
13 cum sequent. Verum si multę † essent
matriculę, inducerent notorium, & sciẽ
tiam certam, & tunc preiudicarent, nu.
29. vers. & licet.

14 Quod si † matricula non sit solemnis,
nec prodest, nec nocet, licet sit antiqua,
nisi testibus etiam comprobetur: nequè
præsumitur solemnis, ex eo, quia cũ pa-
teat ad oculum defectus solemnitatis,
non debet presumi, tu cogita per te, quia
multum obscure agit, Garcia num. 33.
& 34.

*Modo ad propositum, quid faciat Infan-
tio, ne sibi preiudicet, si videt se des-
cribi, aut pignorari.*

Sola protestatio non iubat, quia pro-
15 testatio † solum conseruat ius in acti
bus meræ facultatis, & sic voluntarijs; in
quibus libere quis rẽ facit, secus in acti-
bus coactis, vbi cogeris, vel à lege, vel
ab homine, quia tunc nihil prodest pro-
testatio, nisi, vel appellet, vel aliud reme
dium iudiciale quęrat, Garcia vbi supra,
glos. 5. num. 6. l. qui in aliena, §. fin. ff. de
acquiren. hęredit. vbi in actu † volunta-
16 rio adeundi hęreditatem protestatio iu-
bat, quia in illo, §. est actus voluntarius,
& quia non est munus publicum, vt in
§. si quis tutor vbi supra, idem in l. 1. vbi
Bart. C. de his, qui sponte munus publi-
cum subeunt, vbi protestatio accessit
actui

actui voluntario; & sic iuuat. Sed quęro quomodo hic iuuat protestatio in decurionatu, & non in § si quis tutor, quando scilicet quis promouetur ad munus omnino publicum, quia debet appellare, nec sufficit protestatio, vide Bart. vbi supra, & allegata per eum; facit alia ratio,
17 quia † protestatio contra factum, quod omniuo fieri debet, ex legis dispositione, nihil prodest, vt tradit Garcia nu. 8. sic, qui patitur describi, aut pignorari, iā habet iure remedia proponenda intra certa tempora, si igitur illa non prosequatur, protestatio non releuat, quia debet recurrere ad iuris remedia, appellādo, conquerendo, vt dixi, aliàs protestādo contra dispositionem iuris nihil agit.

18 Huiusmodi † igitur descripti, & pignorati scienter, debent appellare, vel conqueri, glo. in l. qui grauatos C. de censib. libro. 11. & debet hæc appellatio interponi infra decem dies, post quam quis sciuerit se grauatum in censu, num. 12. licet verior sit opinio, quod possit appellare intra duos menses in materia & causa priuilegiorum & immunitatis, l. 1. C. de tempor appellat. num. 12. vers. cæ
19 terum; in alijs † autem actibus extra iudicialibus, qui non pertinent ad immunitatem, debet interponi appellatio intra decem dies, etsi non appellet, non perdit aliud remediū quærelæ, de quo statim, imo non nocet sibi in toto iure, sed quantum vna solutio noceret, n. 14. in fin. contra Angelum, qui dicit, quod amittit priuilegium in d. §. si tutor; facit pro hac opinione, Cassan. Otalor. Faber. Guido, vbi supra.

20 Aliud † remedium, de quo in d. l. qui grauatos, & ibi glos. est querela, accusando Peræquatorem, & descriptorem, seu pignoratorem criminaliter, petendo dānum, & interſſe; & quod exagrauetur, num. 16. & hoc intra annum à die sententiæ, vt ibi.

In casu autem præsenti licet nobilis, seu fidalgus fuerit executatus in re parua, & non accusauerit, adhuc sibi nō pręiudicat, ex eo, quia limitando superiora, illa non procedunt, quando in recursu,
21 † & quærela, deberet plus expendi, quā valeret res executata, seu pignorata, ex Bart. in l. Mediterraneæ, numer. 6. C. de anno. & tribut; & in tract. repressas, q. 2.
22 num. 12. Maxime, quia † pignoratus erat agricola, & non cōsenserat expresse, nec tacite, imo dissentijt expresse, quo casu magis excusatur, vt per Roman. consil. 252. in fin. Hippolit. in l. 1. §. præterea, nu. 12. 16. & 17. ff. de quæstion. Mencha. lib. controu. vsufreq. cap. 1. nu. 8. & Alexand. cons. 33. & secundum Natam cons. 1. num. 6. post Bart. in l. forma, §. fin. ff. de censibus, habebat ad conquerendum de vi, tempus vnius anni, quod nō effluxit, maxime attenta eius infirmitate, vt per Rebuf. 3. tom. de causis benefi. post art. fin. glos. fin. num. fin. quidquod fecit querelam publice de dicta pignoratione, li-
23 cet extraiudicialiter, quæ † querela habet vim appellationis, & dissensus, vt per Lucam de Penna, in l. 1. col. 2. vers. & faciunt prædicta, de his qui sponte publi. mun. lib. 10. C.

Nec nocuit Infantioni promissio de soluendo peytam, quam promissionem fecit ratione conseruandæ pacis; quia non ob id fecit seruitutem, nec contribu-
24 tionem, ex quo † aliud est contribuere, & aliud promissio de contribuendo, vt per Iasson. in l. in bonæ fidei, num. 3. ff. de eo quod certo loco, Tiraqu. de retract.
25 conuen. in fin. num. 43. & ex tali † promissione, non transfertur ius reale, sed solum actio ad interesse, iuxta l. si quis ab alio, §. fin. ff. de re iudicat. & non potest dici, quod fecit seruitutem, promittendo facere: imo licet fecisset in vim promissionis, non sibi pręiudicasset, quia
26 † tunc diceretur peytare in vim promissionis, non vero tanquam peyterius, & homo signi seruitij, (cum alias constet esse in possessione libertatis) & sic iure seruitutis, ex traditis per Aymon cons. 171. num. 14. & cons. 197. numer. 12. & 13. Anchar. cons. 339. Deinde constabat plene, intentionem vniuersitatis non fuisse præiudicare nobilitati Infantionis, sed solum

solum sibi consulere, vt scilicet Infantio contribueret, solueret, & seruiret in his, quæ alij Infantiones tenebātur soluere, & seruire, & sic fuit declaratum in fauorem Infantionis, anno 1593. in processu Benedict. Samper super crimin. in Curia Iust. Arag. licet perditus sit hic processus.

DECISIO XLIIII.

De materia Ludi.

SVMMARIVM.

LVdus ex propria vi, & natura ludi non prohibetur iure aliquo si absit dolus, & fraus, & alia, quæ ludum iniustum faciunt. num. 1.

Ludi fortunæ sunt contra bonos mores, ex vsu non autem ex natura. num. 2.

Ludus taxillorum non dicitur prohibitus ex Diuo Thoma ratione dubij euentus. num. 3.

Actus ludi non est iustitiæ contrarius. num. 4.

Lucrum ex ludo quæsitum ex propria natura ludi, iuste retineri, et vendicari potest, licet in pœnam lex prohibeat acquisitionem. num. 5.

Quæsita ex ludo in interiori animi iuditio necessario non sunt restituenda, si absit dolus & fraus. num. 6.

Ludus prohibetur à iure propter accidentia in exercitio ludi contingentia, vt est ludus alearum. num. 7.

Ludi alearum appellatione comprehenditur omnis ludus fortunæ, sicut taxillorū, nayporum, & cartharum. num. 8.

Ludi taxillorum, & cartharum generaliter censentur prohibiti, tam illi in quibus solum operatur fortuna, quam illi, in quibus ars, & fortuna operantur. nu. 9.

Ludi, qui vulgariter dicuntur, las tablas, quinolas, el triumpho, los cientos, de iure censentur prohibiti. num. 10.

Ludus, qui in se licitus est, et honestus, ratione magnæ, quantitatis prohibetur, et vincens obligatur ad restitutionem propter vitium auaritiæ. num. 11.

Ludi etiam honesti in Clericis, et Religiosis prohibentur. num. 12.

Vincenti in ludo denegatur actio de iure ad petēdum, quod lucratus est, & petens, quod lucratus est in ludo, sine actione experitur. num. 13.

Ludus pilæ, palestræ, & schacorum liciti sunt, & honesti, nisi ex aliqua circunstantia vitientur. num. 14.

Ludus pilæ est illicitus, si adsit maximum pecuniarum dispendium. num. 15.

Dispositio legis finalis, C. de Religiosis, & sumptibus funerum in quantum inducit repetitionem pecuniæ solutæ ex causa ludi, contraria consuetudine tolli potest. num. 16.

Lex non prohibet translationem dominij in vim conuentionis ludentium, licet auferat in pœnam, secuta sententia Iudicis. num. 17.

Pœna restituendi ludo quæsita, quæ lege humana statuta est, contraria consuetudine tolli potest. num. 18.

Vincens in ludo ipso iure incurrit in pœnam legis, vt actionem non habeat efficiaturq́; inhabilis ad petendum. num. 19.

Vincens in ludo ante traditionem, nullum ius habet. num. 20.

Repetitio pecuniæ in ludo ammissæ, & solutæ videtur apud Hispanos impossibilis propter mores, ingenium, & generositatem animi Hispanorum. num. 21.

Repe-

Repetitioni locus est de iure in ludis alearum; id tamen fuit per consuetudinem abrogatum. num. 22.

Consuetudo in beneficium possessoris, vt non restituat ludo quaesita, valet, licet non valeat consuetudo contra possessorem, vt victus in ludo, qui non soluit, compellatur soluere. num. 23.

Ludus alearum non potest fieri licitus per consuetudinem etiam immemorialem, quae in hoc casu esset nutritiua peccati. n. 24

Ius commune ludum prohibens, non tantum seruatur in terris Imperij, sed etiam in alijs Prouincijs, sicque seruari debet in Aragonia, quamuis ludi nec prohiberentur, nec permiterentur de foro. nu. 25.

Priuilegium generale, versic. Item de las Alfondigas, dum tollit in perpetuum tafurerias. non tantum de domibus ludorum, sed à fortiori de ludis ipsis est intelligendum. num. 26.

Forus 2. de prohibitione tafureriae, prohibens ludum taxillorum, non dicitur noui iuris inductiuus, nisi tantum quoad poenam superadditam iuri communi, nec prohibendo ludum taxillorum censetur alios ludos fortunae permisisse, sed imo prohibuisse. numer. 27.

Perdentes in ludo licet non assueuerint repetere, quod amiserunt, non ob id tollitur vis d. l. fi. côcedentis repetitionē. n. 28.

Lex quae aliquid permittit, non tollitur per nō vsum, sed per vsum contrariū. n. 29.

Lex finalis, C. de Religiosis, & sumptibus funerum seruatur in Aragonia. n. 30.

Consuetudo fere vbique gentium introducta, quae impedit repetitionem rei in ludo amissae, & solutae, valet: Non autem quantum ad dandam actionem vincenti ad agendum. num. 31.

Consuetudo, quae impedit repetitionem rei in ludo amissae, & solutę reddit vincentem securum in vtroq; foro, si absit dolus, & fraus. num. 32.

Ludus, in quo luditur conuiuium, vel Scotum, non prohibetur; nisi in eo concurrāt talia accidentia, quę ipsum ludum prohibent. num. 33.

Vincenti in ludo actionem denegari, ac obligationes ex causa ludi procedentes esse nullas, & inefficaces sępe fuit in Regno pronunciatum. num. 34.

Probatio quę requiratur, vt albarana, vel comandae ex causa ludi processisse dicantur. num. 35.

Attestationes testium in scriptis redactae habent vim publici instrumenti, tam de iure, quam de foro, et ita iudicatum in Regno. num. 36.

Statutum non admittens testes, intelligitur de testibus examinandis, non de examinatis in alio processu, quorum depositiones sunt in scriptis redactę. num. 37.

Subornationis timor cessat in testibus in alio processu examinatis, ad alium finem. num. 38.

Regula de non probando per testes contra instrumenta, vel albarana, procedit si pars aduersa protestetur, in specie. nu. 39.

IN Regno fuit multoties dubitatum, an obligationes, promisiones, securitates, & instrumenta qualiber debitoria, commandarum, albaranorum, & similium, quae proficiscuntur ex ludo, vel causa ludi, possint exigi, peti, & in iudicium deduci, vel potius sint nulla, inefficatia, & sine valore, taliter, quod in vim illorum agi non possit, quasi orta ex iniusta, turpi, & reprobata

causa

causa, ab omni iure diuino, naturali, & positiuo, & siue ludus sit ex illis nayporum, siue cartharum, & sic in omni vsu alearum, in qua re sepius in tribunalibus iudicatum fuit, tales obligationes inefficaces esse, & in vim illarum agi non posse, & soluti ob eam causam repetitionem dari, ex sequentibus.

1 Quia licet fateamur † ludũ, nec acquisitionẽ rerũ factã in ludo non prohiberi iure aliquo naturali, diuino, & humano, si tamẽ absint fraus, & dolus, & alia quæ ludũ iniustũ faciũt, vt benè ressoluit Couar. in regul. peccatũ. 2. p. §. 4. nu. 3. dicẽs in modũ sequentẽ, *Deniq. contractus hic inter ludentes contingens ex propria vi, & natura non est iure naturali, diuino, vel humano illicitus; nec item acceptio ex ludo iure prohibetur ratione iniquæ receptionis; sed quia solent plura vitia in ludi exercitio contingere, ob eius varias circumstantias, iustissime per humanas constitutiones prohibetur, & pœnis quibusdam adhuc non satis coheretur.* Ita Troillus Malbecius in tract. de fortibus. 2. par. vbi loquẽdo de ludo taxillorũ dicit, nõ esse prohibitũ ex natura sua, sed ex accidẽti: ita Bald. in c. Clerici. de vita, & honestate

2 Clericorũ, & in rub. C. de cõdictione ob turpẽ causam, vbi quod ludi fortunę sũt cõtra bonos mores ex vsu, nõ autem ex natura: Sors enim, & sic fortuna à qua depẽdet ludus, nõ est mala de se. cano. sors 26. q. 2. & per totã illã causam, & quæstiones; quia per eam sortẽ indicatur diuinã voluntas in ambiguitate humana; sequitur Salic. in authẽtica alearũ. C. de Religio. & sumptib. funer. Iac. But. in l. 1. C. de nautico fœnore, & in l. 1. C. de sum. Trin, vbi ꝙ propter dubiũ fortunę, nec vsura

3 nautica, nec † ludꝰ taxilorũ prohibẽtur ratione dubij euẽtꝰ: est de mẽte D. Th. 2. 2. q. 33. ar. 7. cir. fi. maxime, quia actus ludi, nõ est iustitię cõtrarius; nã nulla iustitia

4 violatur ex eo; quod duo rerũ suarũ dñi, liberè exponãt illas dãno, vel lucro, per viã ludi: quia sciẽti, & volẽti in his, quorũ est pro sua voluntate dñs, nõ fit iniuria; vterq. enim scit, & vult pecuniã, cuius est liberè dñs talis; lucro, vel dãno per talẽ viã (ludi scilicet) exponere; ideoq. lucrũ ex ludo quęsitum non erit illicitum, sed

5 licitum, & ex tit. à iure permisso quęsitũ, & consequenter † iustè retineri potest, & etiam vendicari, ex natura ludi, Nauar. in Manual. cap. 19. num. 10. §. 4. Caiet. 2. 2. quęst. 183. artic. 3. Ludo. Lopez. in 2. part. Instructor. conscientiæ. cap. 31. versic. 5. propositio &, cap. 33. conclus. 1. & cap. 34. concl. 5. Iosephus Angles. in Flores Theologorum. par. 2. quæst. de ludo, concln. 1. dub. 6. Soto lib. 4. de iustitia, & iur. quæs. 5. arti. 2. col. 3. Medin. de restitu. q. 12. col. 2. Castro. lib. 2. de potestate, leg. pen. cap. 2. corol. 3. & ex comuni canonistarum Viuius communiũ oppinionũ lib. 2. opinione 163. Soc. Iun. cõs. 68. vol. 3. Barbac. cõs.

6 65. lib. 4. Azebed. lib. 8. nouæ recop. tit. 7. in rub. & in l. 2. eiusdẽ tit. est enim † ludꝰ in se virtus, quã Aristot. 4. Ethicorũ eritropeliam vocat; & ideo ex se actus licitus, iustus, & legitimus. Ex quo colligit Couar. vnam pulchram conclusionem, scilicet, quod ex quo lex non vetat acquisitionẽ dominij factam in ludo solaratio

7 ne ludi, sed solum pęnã statuit aduersus ludentes, propter accidẽtia ludi, vt lu lo quæsita restituere cogantur sententia Iudicis; quæ pœna in interiori iuditio non producit restituẽdi obligationẽ; inde sequitur secundũ eum, quod quęsita ex ludo in conscientię foro, non erunt necessario restituenda, si tamen absint fraus & dolus, ita D. Tho. 2. 2. q. 32. artic. 7. ad 2. & ibi Caietan. Adrian. in 4. Senten. tractatu de restit. cap. quia in superioribus &c.

8 DD. communiter in c. penult. de vit. & honestat. Clericorum. Licet igitur (redeundo ad materiam) ludus † non sit ex se prohibitus; prohibetur tamẽ à iure ex accidenti, secundum DD. communiter in d. c. clerici vbi Bald. ponit accidentia; propter quę prohibetur ludus alearũ; nã aliquando solent ludentes insanire, Deũ blasphemare, patrimonium dissipare, & post rerũ amissionẽ ad furta & deteriora alia peruenire: & ideo talis ludus ꝓhibetur, per authẽticã alearũ vsus, C. de religio. & sumptibꝰ funerũ, §. interdicimꝰ in auth. de sanctis. Epis. aduertẽdo sẽper, ꝙ appellatione ludi aleę, cõplectitur omnis

9 ludus † fortunæ innixus, sicut ludus taxillorũ, cartharũ, & nayporum: ita tenet Io. Thierri in tract. de lud. positus in alphabeto Petri Rebennatis, in verb. lud[9], vt sic per prohibitionẽ alearũ vsus, omnes fortunæ ludi cẽseãtur prohibiti, prout, & idem tenet Troylus de fortibus, 2. p. nu. 22. vbi dicit hęc procedere, nõ solũ in ludo taxillorũ, sed etiã cartharũ, & in n. 24. dicens, venire ludũ cartharũ, quos sequitur Azeb. lib. 8. nou. recopil. tit. 7. n. 11. dicens, reprobari omnẽ ludũ alearũ,
10 taxilorũ, & cartharũ, tam illũ, † in quo solũ operantur fortuna, & casus, ingeniũ vero, & ars nihil, vt in ludo taxillorũ, cartharũ, quoad aliquas species, veluti *quinolas*, quã illũ, in quo, & fortuna, & ars operantur, vt in ludo, *de las tablas*, & in ludis cartharum, vulgariter nuncupatis, *los cientos, el triumfo*: hos enim omnes ludos dicit reprobari de iure cõmuni, tã Canonico, quã ciuili; maximè si finis sit auaritia, vel interueniant dolus, blasphemia, vel fraus, Troylus. nu. 14. propter quę ac eidentia prohibetur ludus, quæ connumerat Troylus, à nu. 5. & passim in mate DD. inest enim periculũ idolatriæ, corruptionis proximi concurrentis ad vidẽdum ludere, consumptionis temporis, & alia huiusmodi: & maximè si magna quãtitas ludatur: tunc enim omnino prohi-
11 betur ludus, etiam ille, † qui in se licitus est, & non reperitur prohibitus, vt dicemus, veluti si ludatur conuiuiũ, vel Scotũ: tunc enim ratione magnæ quantitatis prohibetur, & vincẽs obligatur ad restitutionẽ: d. auth. alearũ, quæ ad phibẽdũ ludũ ponderat dissipationẽ substãtiæ ludentiũ, vt in motiuis in fine positis. Ità Bal. in c. cũ decore, de vit. & honest. Cleric. & interest Reipublicę ne quis re sua male vtatur, l. si eũ dotẽ, §. sin autẽ dissipet solut. matrim. & quia in ludo magnę quantitatis semper adest cupiditas; quæ tanquã radix omniũ malorũ à Canone reprobatur, Can. bonorũ, 47. dist. Troyl. à nu. 12. est videndus Azeb. vbi sup. in l. 2.
12 vbi latè. Quæ maximè procedũt † in Clericis, Religiosis, qui nec ludo honesto lu dere possunt: sed debent tanquã mortui stare in Monasterio soli, & tristes, Can. placuit, 16. q. 1. & idẽ in Clericis secularibus[9], Panor. in c. inter dilectos, de excessi. Prælat. Bal. in rub. C. de condict. ob turp. caus. Couar. vbi sup. n. 3. Troyl. n. 16. ver. latè, & hæc ludi prohibitio maximè pro
13 batur in l. fin. C. de religios. & sumptibus funerũ, & ibi DD. vbi † vincenti in ludo denegatur actio ad petendũ, quod lucratus est: non enim tenetur quis soluere, q; ludo à iure prohibito amisit, & nõdũ soluit, ita Adrian. in 4. sent. in c. quia, in superioribus, in q. de ludo, cũ enim d. lex actionẽ tribuat repetẽdi iã solutũ, multo magis inducere videtur retentionẽ non soluti; vt sic perdens nõ teneatur soluere pecuniã promissam, & nõ solutã, optime Couar. v. sup. ver. super est tamẽ, Nauar. in man. c. 19. n. 18. vers. ad quintũ. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disput. 515. vers. quarta conclu. col. 1681. & sic de iure experitur sine actione ille, qui petit, quæ lucratus est in ludo: maximè si sit magna
14 quãtitas: nã tunc etiã in ludo, alias licito, & permisso, & non prohibito, non datur vincẽti actio. vt sic in facti cõtingẽtia ob tentũ fuisse in ludo pilę, in Senatu Neapolit. asserit Pute. de ludo. n. 21. & 41. loquẽs in instrumẽto obligatorio quãtitatis 80. librarũ (& tamẽ ludus pilæ, pale-
15 strę, schacorũ, in quib[9] natura, & fortuna nihil potest, sed sola ars, & permissus est, tanquã honestus, nisi ex aliqua circũstãtia vicietur, ita Azeb. vbi sup. n. 11.) sequitur Viuius opin. 471. n. 2. Azeb. vbi supra, l. 8. n. 8. melius cæteris dicẽs hãc esse cõmunẽ, Burs. cõs. 116. à n. 1. idq; propter mixturã auaritię, & cupiditatis, vt supra dixi, Bertazol. iun. in addit. ad Bertazol. cõs. 379. lit. B. dicens tunc ludũ pilæ esse illicitũ, si adsit maximũ pecuniarũ dispẽdiũ, asserẽs huiusmodi gimnasia nõ ad virtutẽ aperiri, sed ad multa scelera, & incõmoda, quib[9] cęci adolescẽtes afficiũtur.

Neq; obstat, quod videatur illa lex finalis, & prohibitio ludi per dessuetudinẽ abrrogata: quia illa lex duo induxit, primo repetitionẽ pecuniæ solutæ, & quan do

16 do fateremur cõſuetudinẽ † contrariam præualere, vt repetitioni locus nõ ſit, ea potiſſima ratione, quia ſoluens voluntariè, & non aſtrictus, viſus eſt renunciare in hoc beneficio illius legis tacitè, vel expreſſe, & ſic non mirum, ſi conſuetudine poſsit tolli illa prohibitio, cũ iam in eo caſu, pecunia ſoluta, vincens habeat dominiũ in ea ex conuentione licita ludentis:
17 non enim † lex prohibet translationẽ dominij in vim conuentionis ludẽtium; licet auferat in pęnã ſecuta ſententia iudicis, Couar. late, verſ. ſupereſt, cũ ſeqq. Maximè, quia conſuetudine poteſt tolli
18 pœna † reſtituendi ludo præſtita, quæ lege humana ſtatuta eſt. D. Thom. Cardi. Imol. & alij allegati per Couar. Pute. de ludo. fol. 4. quæ opinio communis eſt, Adrian. vbi ſup. Curte in c. fin. de conſuetud. fol. 15. col. 2. & tamen hæc reſtitutio in pęnã ludẽtiũ ſtatuta eſt à iure per ſententiã iudicis, Couar. vbi ſup. verſ. nihilominus, vt ſic non mirũ, ſi conſuetudine tolli poſſit hæc reſtitutio. quæ ratio ceſſat in alio, quod per legẽ illã inducitur,
19 ſcilicet, quod † vincens in ludo nullam actionẽ habeat: & hanc pænam ipſo iure incurrit is, qui lucratus eſt pecuniã promiſſam, fitq; incapax, & inhabilis ad petendũ eã, hocq; ius transfertur in perdẽtẽ, cum hæc pæna ipſo iure nullã requirat ſententiã iudicis, nec condẽnationẽ, Couar. vbi ſup. verſ. ſed, & ſemota, & ſic
20 † vincens ante traditionem nullũ ius habet ad pecuniã; quia iure illã exigendi priuatus eſt ipſo iure, abſq; vlla ſentẽtia iudicis, in pęnã delicti, quod ludendo cõmiſit. Couar. vbi ſup. Henriq. lib. 7. c. 35. §. 6. vbi rationẽ differentię tradẽs dicit, quod conſuetudo interpretatur, vt alter retinere poſſit ſolutũ ſponte, quia ſoluẽs tacitè renunciat priuilegio legis, Azeb. vbi ſup. l. 8. nu. 8. addens caſum repetendæ pecuniæ iã ſolutæ videri apud Hiſpanos, iuxta morẽ Prouinciæ ferè † impoſ-
21 ſibilẽ: quoniã, vt eſt Hiſpanorũ mos, ingeniũ, & cõditio, ſi ſoluẽti pecuniã, quã data fide perdidit, vellet vincẽs reſtituere, nollet eã ille recipere, ſed indignaretur veluti de iniuria ſibi illata. Ex quo reſultat maxima differẽtia inter repetere ſolutũ, vel nolle ſoluere promiſſũ, & ita intelligẽdi DD. qui de cõſuetudine contraria loquuntur, vt patet ex Angelo de maleſi. verb. metitore de malidadi. n. 23.
22 dicẽs, quod licet de iure ſit locus † repetitioni in ludis alearũ, gloſ. in l. fin. C. de aleæ. tamen quod hodie per cõſuetudinẽ abrogatũ eſt illi legi, Imol. in d. c. Clerici, vbi allegat Cardin. Andre. & alios, ita Nauar. in man. c. 19. nu. 7. Si igitur va
23 let † cõſuetudo in beneficiũ poſſeſſoris, vt non reſtituat ludo quæſita ex eo, quia poſſidet; eadẽ ratione nõ valebit cõſuetudo cõtra poſſeſſorem, qui nõ ſoluit, vt cõpellatur ſoluere, & ſic in hoc caſu pecunia nõ ſoluta remanebit apud perdentẽ. l. fin. ita Couar. vbi ſup. verſ. ſed & ſemota, & in nu. 3. dicit conſuetudine non poſſe alearũ licitũ fieri ludũ ,ꝓpter mala, quæ inde ſequũtur, & in ſpecie Troil. d. nu. 18. dicit in Clericis talẽ cõſuetudinẽ eſſe corruptelã, & malã, d. c. inter dilectos, & idẽ in laicis tenẽt Anto. & Abb. in d. c. inter dilectos, cũ ſit inductiua delicti, ꝓpter circũſtantias, de quibus ſupr.
24 ꝙ procedit etiã † in cõſuetudine immemoriali, cum ſit nutritiua peccati, glo. in Can. deniq; 4. diſ. nec talis cõſuetudo cẽſetur à Ro. Pont. permiſſa etiã ſi ſciat eã, cũ ſit nutritiua peccati, Troil. late nu. 21.

Nec obſtat, ſi dicas hãc legẽ iuris cõmunis ſolũ ſeruari in terris Imperij, & nõ in alijs, in quib⁹ quęlibet Prouincia habet ſuas leges, & illę ſeruãdę ſunt. D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7. Sot. lib. 4. de iuſt. q. 5. art. 2. cõclu. 6. Alphõ. de Caſtr. de lege pęnali, lib. 2. c. 2. corollario 3. additio ad Bertaz. d. conſ. 379. liter. A. verſ. quod attinet, cõcludentes legẽ iuris cõmunis eſſe abro-
25 gatam per leges particulares. Hęc enim obiectio non ſubſiſtit, quia ſtandum eſt iuri communi, quando dicamus de foro ludũ non prohiberi, nec permitti: & ſic non dato foro permittente ludum, & obligationes eius, dici non poteſt, quod in Aragonia ſit abrogata lex finalis: imo opinionem hanc Alphonſi de Caſtro dicit falſam Azebedo in l. 2. num. 93. tit. 7. lib. 8. ex quo dicta lex ſeruatur vbique

gentium, vbi datur repetitio in iudicio, & passim ita indicetur nisi sponte velint perdentes iuri suo renunciare; prout renunciant multi non petendo. Quidquod in Aragonia prohibitus est lu dus; nam licet dicant aliqui ludum de foro non reperiri prohibitum; nam priuilegium generale, vers. *item de los Alfon digas*, dum tollit in perpetuũ tafurerias, dicunt esse intelligendum solũ de domibus ludorũ, & non de ludis; cuius ratio-
26 nis † Auctores non profitentur se Phylosophos esse, ignari illius dicti, propter ꝙ vnumquodq; tale, & illud magis; de quo in foro 2. de sublatione tafureriæ in correctis, fol. 20. Et sic hęc ratio parũ vrget.

Dicunt secundo, forum primum de sublatione tafureriæ fuisse temporalem, & expirasse, & sic positũ inter correctos, & forum secundum eiusdẽ tituli prohibentem ludum taxillorũ fuisse etiam tẽporalẽ, & similiter expirasse, & positum inter correctos; deducentes ex eo, ante illum forum ludũ non fuisse prohibitũ; ex quo forus ille loquitur per verba iuris noui inductiua, veluti statuimus, gl. in cap. statuimus, de offic. de legat. in 6.
27 non aduertentes, quod forus † ille voluit nouã pęnam superaddere quingentorum scilicet solidorũ vltra pęnã iuris; & sic hęc pœna, & forus iste veniunt augmentatiuè, & non diminutiuè, iuxta glosam tolli. in Clem. ne Romani. de electione, & solum est noui iuris inductiuus in quantũ pęnam apponit, d. glos. Nequè hęc pęna tollit pęnas iuris, cũ diuersimode applicentur, ita Moronus de fide, treuga, & pace, c. 124. nu. 12. & 13. Bart. in l. 1. de noui operis nunciatione, & in l. 1. in §. dixi, de publicanis: & argumentũ, quod desumunt ex dict. for. 2. vt prohibito ludo taxillorũ censeantur alij permissi, est iniquum; cũ sequatur inde interpretatio nutritiua peccati, & contra bonũ publicũ. Imo desumitur ex eo textu validissimũ argumentũ; vt omnes ludi alearũ innixi tantum fortunæ, & sorti censeantur prohibiti: quia cũ excipiat ludũ, *de las tablas*, censetur sub regula prohibitiua includere omnes ludos huic similes, in quibus ars & fortuna operantur, & à fortiori ludos, in quibus sola sors operatur, vt luti ludos taxillorũ, chartharũ, & similes; attento, quod regula gñalis prohibitiua omnes eiusdẽ speciei sub sua gñalitate cõprehẽdit, vt diximus latè in decis. 114.

Neq; ex eo, quod de cõsuetudine, qui perdunt in ludo, & soluunt nõ repetunt solutũ, vel propter morẽ Prouinciæ, vt dixi sup. vel propter animi excellentiã,
28 inferri potest; vt perdens nõ † possit recusare solutionẽ, si vellit vti beneficio dictę legis finalis, cũ hoc non sit consuetudine receptum, & per solũ non vsum nõ est abrrogata illa lex: quia cũ lex non necessitet perdentẽ, vt cõtra lucrãtẽ agat, sed sit liberũ ei agere, vel nõ, consequẽs est, vt si non agat contra lucrantẽ, nõ inde aliquid cõtra legẽ fieri, ocasione cuius debet abrogari. Abb. in c. Ioannes, de Clericis coniugatis, Medin. de restitu. q. 21. col. 10. vers. tertio esta lex illa, &c. fol. 70. Moli. de iust. tract. 2. disput. 513. in fin. dicens, ex Panormit. quod plus est, quod etsi perdentes ludo nõ assueuerint repetere, quod amisserunt; nõ ob id tolli vim legi concedenti repetitionẽ: Ratio est,
29 † quia lex, quæ aliquid permittit, nõ tollitur per nõ vsum eius, quod ita permittit, sed per vsum contrariũ. Quidquod in Regno in viridi obseruantia est dicta
30 l. fin. † & prohibitio ludi, vt in exemplaribus infra positis apparebit.

Et secundũ superiora intelligẽdi sunt, quãplurimi DD. asserentes dictam legẽ finalẽ esse contrario vsu abrogatã, & sic permissum ludũ, inter quos est Clar. §. ludus. nu. 7. Gam. decis. 4. n. 2. Marian. Soc. in c. inter dilectos, de excess. Prælat. n. 46. Viuius & Azeb. vbi sup. & in l. 8. nu. 11. & 12. tit. 7. lib. 8. nou. recopil. Rebuf. tom. 1. constit. Franciæ, in prohe. glo. 5. n. 56. Castro. lib. 2. de lege pęnal. c. 2. Alciat. lib. 8. Parerg. c. 16. Herrada. in l. 22. tit. 20. p. 1. glos. 2. n. 14. nã isti, & alij intelligẽdi sũt, vt valeat cõsuetudo ad excusandũ à pœna tẽporali, nõ autẽ ad iustificandũ, & licitũ reddendũ ludũ, vt dixit latè Troyl⁹ vbi

vbi supr. nu. 10. Couar. vbi sup. vel intelligendi sunt de consuetudine, quæ impe-
31 dit restitutionē rei in ludo ammissæ, & iā traditæ, & solutæ. Hoc enim potest operari cōsuetudo, cū enim solutione facta iā habeat vincēs ius in ea, potest eam retinere attenta consuetudine, quæ potuit
32 tollere hanc pęnā † à lege humana inductā in odiū ludentiū, vt diximus ex Couar. & alijs, & hoc est, quod videmus ferè vbiq; gentiū practicari, vt nunquā perdens repetitionē peratt & hoc siue propter generositatē animi ludentiū (præcipuè Hispanorum, qui repetēdo erubescerent) siue quia potuit consuetudo tollere hāc pęnam restitutionis lege humana inductam; & sic erit securus in vtroq; foro lucrans, attenta consuetudine dummodo ab eo absint dolus & fraus, & seruauerit leges ludi: aliàs autē tenebitur in vtroq; foro restituere, non obstante consuetudine, quæ in hoc casu non obstat, cum esset nutritiua peccati: seclusa tamen consuetudine iustè retinet pecuniā vincens, quousq; per iudicē condemnetur, quia pęna restitutionis declarationem iudicis petit, vt sup. non autē quātum ad dandam actionem vincenti ad agendū, & petendū pecuniā creditam, quam in ludo lucratus est. In hoc enim casu nulla datur consuetudo, nec vnquā fuit petita pecunia credita, quæ mandadata sit solui, & ex eo quod nunquā fuerit petita, non inducitur consuetudo, tāquam ex non vsu: imo vidimus semper denegari actionem vincenti, vt in exemplaribus supra positis.

Supradicta generaliter limitātur, vbi luderetur † conuiuiū, vel Scotum: quia
33 hoc casu ludus non prohibetur, glos. in Can. 1. 35. dist. glos. in cap. inter dilectos, & ibi Antonius de excessi. Prælatorum, DD. in dict. cap. Clerici, & maximè Hēricus Boich in prima sua disputatione in principio, tex. cum glos. in l. quod in conuiuio, ff. de aleatoribus, est de mente Bald. in Authent. ex testamento, in 8. columna, C. de collat. Troylus late num. 8. & 9. in hoc enim casu cessant prohibitiones ludi, si tamen in conuiuio cessarent blasphemiæ, & alia accidentia, quę ludum prohibent, & quod etiam fiat hic ludus causa societatis, & solatij; secus si causa voluptatis, & ingluuiæ, cap. à crapula, de vita & honestate Clericorum, iunct. glos. in §. his igitur, 23. distinctione, alias non liceret ludus iste, & idem si luderetur excessiua quantitas pro conuiuio: quia tunc ludus, alias licitus, prohibetur, ita Do. Florent. de Sancto Pet. in l. quod in conuiuio, ff. de aleatoribus, & idem si luderetur lucri cupiditate, Richar. in 4. sententiarum, distin. 11. art. 5. quæst. 8. Ita intelligendi Abb. & Anton. in d. cap. inter dilectos. vbi tradunt, quid in hoc casu respectu Clericorum.

34 In vim superiorū fuit † pronuntiatum multoties contra ludū; vt non possint peti quæsita ex ludo, pręsertim si sint immodicæ quantitatis. Nam cū Matthęus Solorçano luderet cū Lupercio Villalpādo, & lucratus esset ei magnā quantitatē, & dictus Villalpando se obligasset, in quibusdā chirographis executiuis, eam soluere portitori, dedit Matthęus Solorçano dictū chirographū Antonio Munio de Vera: qui tanquā portitor appellitauit de albarano, petendo quantitatē, à qua in Curia Iust. Arag. in electione iuris firmæ fuit absolutus Villalpādo, quia constitit, quod illud debitū procedebat ex ludo cartharū, & quod erat immodica quantitas: vide in processu Antonij Munio de Vera, sup. iuris firma, in Curia
35 Dñi Iustitię † Arag. circa annū 1598. Sed difficultas fuit non parua in hoc processu, quomodo poterat constare, quod huiusmodi albarana procedebant ex ludo: nā hoc non poterat verificari per testes; quia forus de cēsualibus, iuncto foro, *de los albalas de Mercaderes*, ad impediendam executionem albaranorum solū admittit exceptionem instrumentalem, vel factam per publicam scripturam; & in hoc processu non adducebantur instrumenta. Fuit tamen duobus modis ad
36 id responsum, primo, quia hic † non deerat instrumentum publicum ad id pro-

probandum,quia adducebãtur depositiones testium factæ in alio processu coram Calmetina,quę depositiones habẽt vim instrumenti, quia attestationes in scriptis redactę & publicatę dicuntur instrumenta publica, sunt verba Bart. in l. in fraudem,§.neq; nu.5.de iur.fisci, & in terminis nostris omnino videndus Canarius de executio.instrum.q.36.Neuizan. cons.26.nu.4.Hippolit. de probat.n.74. Rebuf. in l.99.de verbor.sign. pag. 584. vers.1.dicens,sic indicatum in magna curia,Valasc.de iur. emphit. q.7. num. 17.
38 Menoch.cons.241.nu.28.& statutum nõ admittens testes,intelligitur de testibus examinandis,secus in iam examinatis in aliquo casu permisso, quorũ dicta redacta sunt in scriptis,& publicata; quia cũ talibus testibus probatio fieri potest, quia habet vim instrumenti,Dec.in c.2.
39 num.14.limitatio.14.de probat. & hoc † propter timorem subornationis, & quia quando de nouo recipiuntur,videntur solum recipi contra instrumẽtum, quod totum cessat †in testibus receptis in alio processu , quia non est verisimile fuisse productos, & receptos adhunc finẽ,præsertim in hoc casu , vbi fuerũt recepti in processu criminali , in quo accusabatur, tanquam mercator fallitus, & in vim illorum testium fuit absolutus,quod & nos diximus decis.28.num.9. Monter cõsiliarius supremi Senatus, decis.30. Molin. in verbo firma,fol.146. versic. quidã vocatus deTorgon.& licet ibi hęc probatio solum operetur offuscationẽ casus manifesti, hoc est, quia non de alio agebatur,& nisi talis probatio testium haberet vim instrumenti,non offuscasset casum manifestum, vt nos diffusissime in Inhibitionibus diximus,& idem reperio fuisse arbitratũ,in quodam processu repulsionis firmę Iuratorũ deAyerbe,vbi, cum contra executionem censualis adduceretur quędam probatio testium facta in alio processu, & in vim illius fuisset obtenta quędã firma ad impediendã dictam executionem,fuit postea reuocata sub fundamento,quod non fuerat extracta à toto processu,quia non reperiebatur perfectus processus, nec sententia in eo lata:supponẽdo, quod si à toto processu fuisset extracta absoluto,& sententiato,sufficeret illa probatio testium,tanquam instrumentalis,ad impediendam executionem censualis.

Secundo modo respondebatur ad supradictam dubitationem,quod illa regu
40 la † de non probando per testes contra albarana,vel instrumẽta procedit,si pars aduersa protestetur, obseru. Item licet, de probationibus,& de iure tenent Lapus allegat. 15.Bald.in l.fin. ad fin. C. de non numera.pecun.vbiSalic.1.q. Portol. verb. instrumentum,nu.54.Anton.Massagal.de obligat.Cameraria,q.4.nu.6.& 7. Et non solum sufficit protestari generaliter,veluti protestor de fide, & nullitate processus,sed debet expresse protestari,quod non admittatur pars ad probandum per testes contra chirographũ, cum de foro id non liceat & cum pars hic ita non fuisset protestata , ideo ex hoc etiam capite fuit admissa dicta probatio testium.Reddeundo ad materiam ludi non solum contra ludum fuit iudicatum , in processu Antonij Munij de Vera, sed etiam, & in alijs processibus, nam in Regia Audientia.

Motiuum.

IN Regia Audientia, in processu Raphaelis Iulian,super ciuili, die 18. Iunij 1611.Actuar. Io.Ripol, fuit pronuntiatũ in fauorẽ Doctoris Io. de Ardebines conuenti,eũ absoluendo à cõtentis in petitione contra eũ oblata,neutrã partium in expẽsis condẽnando.Quia in ludo scachorũ, vulgo, *el marro*, lucratus fuit Raphael Iulian , 460. ducatos,quæ summa adeo magna , & immodica est , quod solus excessus poterat ludũ etiã licitũ, reddere illicitũ:& ideo,licet conuentus nõ se defendit,neq; cõparuit in processu,nihilominus fuit absolutus , quia actor videbatur agere sine actione , cũ ex ludo (etiam licito)non oriatur actio aduersus succumbentem,seu perdentem.

Et

Et etiam in processu euocationis simplicis Stephani Çaporta super ciuili, in Regia Audientia, die 26. mensis Iunij, anno 1556. fuit absolutus Michael de Almaçan conuentus, à contentis in petitione contra eum oblata, neutram partium in expensis condemnando; hocq; ex motiuo sequenti.

Motiuum.

EX eo potissime, & aliàs, quoniam (vt ex ipsius agentis iuramento, responsione, & confessione constat) assertū debitū, quod petit, ex nulla alia causa, obligatione, nec ratione procedit, quā ex solo cartharum ludo, & inde consequens est, vt eius quātitatis nomine, quæ in huiusmodi ludo amissa fuit, (præsertim cū nimia sit, & in modica) siue chirograph⁹, siue promissio, vel alia obligatio ex ea solum causa subsequatur, ei qui vicit, seu lucratus est, actio nulla dari debeat.

Et cum ab hac sententia fuisset facta electio iurisfirmæ grauaminum factorū ad Curiam Iustitiç Aragonum, fuit ibi sententia illa confirmata: vide in processu Stephani Çaporta super iurisfirma, die 26. Martij anno 1557. vel 1558. sub motiuo sequenti, præstito per doctißimum Ioan. de Ribas.

Motiuum.

EX eo pręsertim, quia constat ex confessione petentis debitum istud, ex delicto, & causa illiciti ludi processisse, quo casu, actionem iura ludendibus denegarunt, ideo, quod fortius est, ad restitutionē lucratorē post etiā multū tempus cōpellunt, admissa tamē pręscriptione quinquagenaria, maxime cū istud debitum fuerit in maxima quantitate, cum etiā potentibus, & valde dibitibus ludere, etiā in ludis alias permissis, in multo etiā minori excesso prohibitū sit, nec talis probatur consuetudo, quod exigatur ab inuitis, sed quod gratiose soluatur, ex quo nihil ad casum meū; nec etiā obstat, quod purgetur vitiū ex promissione subsecuta; quoniam istud est verū, nisi constaret promissionē illam subsequtam fuisse ex causa met turpi, vt hic constat, hunc promisisse virtute obligationis turpis, ex ludo descendentis, quoniā tunc, illa promissio ex eodē morbo laborans, purgare non potest vitiū debiti precedentis: allegata processerunt, quando animo donandi subsecuta fuisset postea promissio, vel non constaret ex illicita causa pręcedenti promissum fuisse, quoniam tunc purgatur vitium, sicut soluēs vsuras, purgat vitium, si donat, vel legat illud, quod poterat non soluere, vel repetere.

DECISIO XLV.

Matrimonium putatiuum, & verum quando æquiparentur.

SVMMARIVM.

MAtrimonium verum, & putatiuū, an æquiparentur, declaratur. nu. 1.

Matrimonium verum, & putatiuum in legitimatione filiorum æquiparātur. n. 2.

Matrimonium verum, & putatiuum nisi in casibus à iure exceptis, quoad omnia æquiparantur. num. 3.

Decretum Curiæ Iustitiæ Aragonum traditur. num. 4.

Matrimonium putatiuum, & verum æquiparātur in casibus a iure expreßis, & quoad dotem. num. 5.



AN hęc duo, verū, & putatiuū matrimoniū æquiparentur, ita vt disposita in vero matrimonio, habeant in distincte locum in putatiuo? dic, quod DD. in hoc magis cumulāt, quā decidunt rē: nā
1 aliqui dicūt, quod non æquiparātur, nisi fauore dotis, & circa dotē, & hoc in fauorē mulieris, Bart. in l. si cōcubina, ff. rerum amotarū, Suarez in tit. de las ganancias, in princip. per multos numeros; alij hoc
2 ampliant ad legitimationem filiorum, vt filij nati ex matrimonio putatiuo sint legitimi, quoad omnia: alij DD. ad alia

extendunt, dicendo, quod solum in casibus exceptis æquiparantur, non regulariter; sed ego video, quod illi casus, cũ sint tot numero, & plures illis, in quibus non æquiparantur, potius sapiunt regulam, vt sic dicendũ sit, æquiparari † hęc
3 duo (nisi in casibus exceptis à iure) quoad omnia, ita resolbit Palatius Rubios in rubr. de donatio. inter vir, & vxor. ampliat. 3. num. 2. cum sequent. fol. mihi 19. vbi de hoc ponderat multos effectus, & in cap. per vestras, ampliatio. 1. fol. mihi 70. Tiraquel. de legib. connubialib. glo. 8. quæstio. 33. cum sequent. vbi ad partes examinat, & numer. 253. hanc partem tenet, & sequitur, & tandem nu. 269. dicit hoc procedere non solum quoad dotem, sed quoad alia etiam, & non tantum in fauorem mulieris, sed etiam contra eam, & hanc opinionem dicit in Regno esse receptam Molin. verb. viduitas, & verbo diuisio, & secundum † hanc
4 opinionem fuit iudicatum, die 11. Aprilis 1595. in processu dicti D. Petri Perez Coloma super apprehensione, & liquidatione fructum loci de Bierlas, in Curia Iustitiæ Aragonum, & reposita Domina Eleonora Gaztellu, in iuribus Don Melchioris Enrriquez de la Carra, & Nauarrà, virtute cuiusdam actus per Procuratorem illius concessi, non obstante quod erat minor; nam sufficiebat eum fuisse tunc vxoratum, licet postea matrimonium fuisset dissolutum, & sic erat matrimonium putatiuum: quod iuuatur per ea quæ tradit Tiraquel. de communi reputatione & fama, vbi sup. in præcedentibus quæstionibus.

Verum postea negotio magis perscrutato, videtur totum contrarium esse de iure, secundum † communem opinio-
5 nem; per quam matrimonium putatiuũ, & verum æquiparantur dumtaxat in casibus à iure expresis, & quoad dotem, & hoc fauore mulieris: vnde extra dotẽ, & etiam in dote extra fauorem mulieres non æquiparantur, (de legitimatione filiorum ex matrimonio putatiuo nil dico hic) & hoc est verissimum, si recte iura contemplentur, ita Barbosa in l. si cum dotem, §. fin. num. 70. ff. solut. matrimon. Gomez ad leges Tauri, l. 50. nu. 56. Nouel. de dote 11. parte in fin. num. 48. Campegio quæst. 97. par. 1. Roland. de lucro dotis, quæst. 97. Curt. Iun. cons. 64. 1. par. & hæc videtur veritas, sed nondũ fuit petita reuocari supradicta prouisio. Matrimonium quomodo probetur Barto. Socin. consi. 39. in 1.

DECISIO C. XLVI.

De commissione notularum.

SVMMARIVM.

Statutum concedens aliquod genus alienationis, ad aliud, quod separatissimum est, non se extendit. num. 1.

Facultas data disponendi inter viuos denegatur in vltima voluntate. numer. 2.

Notarijs Cæsaraugustanis, quos vulgo, de caxa appellamus, concessa dicitur facultas disponendi ex consuetudine, quæ ad alios non videtur extendi. num. 3.

Notarius non solum potest in morte disponere de suis notis, sed etiam in vita. num. 4.

Notarius per testamentum, aut per aliquam aliam vltimam voluntatem, potest disponere de suis notis in defectum filij, aut nepotis, etiam si Notarij non sint ad libitum suæ voluntatis. num. 5.

Notarius de foro non prohibetur disponere in vita, vel in morte, cum dominus sit suarum notularum. num. 6.

Notarij dispositio est de genere permissorum, & vt talis in hoc Regno iudicanda, & decernenda est. num. 7.

Forus de anno 1564. dat facultatem No-

Notarijs disponendi in morte, vel in vita, de suis notis, & prothocolis. num. 8.

Dictio, alius, etiam si vniuersaliter prolata sit, restringitur ad casus similes. numer. 9.

Prohibitio non admittitur in lege, nec in nostris foris, nisi id expresse, & specifice dicatur. num. 10.

Canonicus regularis, siue Clericus quilibet potest in vita dare, aut donare, & disponere de suis bonis, ac de illis, quæ intuitu Ecclesiæ acquisiuit. num. 11.

Maritus de foro in morte, & infirmo existente, in præiudicium vxoris de bonis mobilibus disponere non potest. num. 12.

Argumentum à contrario sensu non procedit, quando ex eo sequitur absonus intellectus dispositionis. num. 13.

Facultas disponendi difficilius in morte, quam in vita conceditur. num. 14.

Ratio legis, vel statuti amplior, & generalior est dicto, seu dispositio, & tunc dispositio ad amplitudinem rationis extenditur. num. 15.

Forus concedens licentiam Notario in vltima volũtate, extendẽdus est ad actus factos inter viuos. num. 16.

Vltima voluntas inuenitur, quæ non sub testamento, nec codicillo, nec donatione causa mortis continetur. num. 17.

Verba fori, Item, de prouision de notas, ibi, è vltima voluntad, non restringuntur ad vltimam voluntatem testandi. nu. 18.

Vltima voluntas non minus factis, quam verbis colligitur. num. 19.

Verba tanquam imagines voluntatum imprimis quærenda sunt. nu. 20.

Testimonium nullum maius est mentis, & voluntatis vltimæ nostræ, quam qualitas inspecta verborum. num. 21.

Voluntas, quæ colligitur ex facto subsequuto, reputatur se extẽdere eatenus, qua tenus factum subsequutum est. num. 22.

QVIDAM Iacobus Cassado Notarius, tanquam talis, vẽdidit omnia prothocola, registra, notas, & scripturas suas & suorũ, quæ ab ipso possidebantur, quę venditio fuit facta in fauorem Antonij de Eluira vicini de Atteça, & cõcessa ab eodem Iacobo Cassado, die 25. Iunij 1594. & ab eodem testificata. Post modum elapsis aliquibus diebus Iacobus venditor mortuus fuit in loco de Romanos, per cuius mortem Michael Esteban Iuratus eiusdem loci ad instantiam quorundam Dominici Izquierdo Notarij, & Dominici Castillo, easdem scripturas iuxta forum, prouision de notas. Tirasson. anno. 1592. commisit dicto Dominico Izquierdo Notario habitatori ac vicino loci de Romanos, easdemque mediante inuentario restitui mandauit eidem Dominico Izquierdo Notario, tã quam vicino dicti loci, & sub dicto inuẽtario fuerunt eidem restitutę; deindeq; coram dicto Iurato comparuit d. Antonius de Eluira, qui fecit fidem de instrumento venditionis in sui fauorem facto de dictis notis & scripturis, & de comissione eidem Antonio facta per Regentem Regiam Cancellariam; & petijt, quatenus Iuratus antedictus tanquam Iuratus mandaret restituere dictas notas & scripturas eidem emptori, vti Notario: ac similiter petijt, quaten⁹ reuocaret, & annullaret dictum inuentarium: Iuratus autem dubitans, quid facere teneretur, interposuit consultam cum Regia Audientia, in qua lis ipsa vertitur, & pendet indecisa.

Et quamuis de plurimis fuit dubitatũ in hac caussa, illud præcipue disputatum fuit, an dispositio foralis anno. 1564. quę

Notarijs & Tabellionibus cocedit facul tatem testandi, ac in vltima voluntate disponendi de suis prothocollis, notis, & scripturis, habeat locum in dispositione facta per contractum. & pro parte Domini Izquierdo, qui obtinuerat commissionem à Iurato loci de Romanos, dicebatur, quod forus Montison, sub tit. prouision de notas anno 1564. dumtaxat concedit Notario facultatem disponendi per viam vltimę voluntatis, quę restricta fuit ad eam, quę facta est in testamento per consuetudinem. quapropter dicebant, quod potestas hæc, quę restricta & limitata est ad vltimas voluntates, non potest extendi ad dispositionem factam
1 in contractu, vt dicimus de statuto † dante, & concedente aliquod genus alienationis: nam tale statutum ad aliud, quod separatissimum est, non se extendit, Bar. cons. 76. nume. 4. & seque. Roman. cons. 476. & in l. stipulatio hoc modo concepta nu. 42. de verborum obligat. vbi Alex. num. 18. & cons. 141. nu. 6. in 1. Pech. de testam. conjug. lib. 1. c. 29. per totum, Thesaur. decis. Pedemon. 109. Mantic. de coniectur. lib. 3. tit. 18. nu. 9. Raudens. de analog. cap. 27. à num. 1. vsque ad 10. qui omnes in fortioribus terminis loquũtur, sci-
2 licet, vbicumque † data est facultas disponendi inter viuos, quia in eo cassu denegata videtur facultas disponendi in vltima voluntate, quod equidem speciali ratione fulcitur: nam facilius conceditur facultas alienandi in vltima voluntate; quam in contractibus, Alex. in l. 1. nu. 10. C. de institu. & cons. 118. col. fin. in 2. & cons. 54. num. 4. & 5. vol. 7. Tiraquel. de retract. §. 1. glos. 9. num. 166. & sequent. Hiero. Gabriel cons. 132. nu. 3. vol. 1.

Secundo arguebat, per rationem ab
3 speciali, scilicet, quod † Notarijs Cesaraugustanis, quos vulgo appellamus de caxa, dicunt concessam esse ex consuetudine facultatem disponendi, ergo ad alios non censetur extenssa, ad not. in l. omnes populi de iust. & iur. cap. fin. de consuetudine, cap. cum M. Ferrarien. de constitutionibus, & traditur in c. cum Ecclesia Sutrina de caussa possessionis & propriet.

Tertio deducunt in hanc rem, verba fori 1564. ibi, *Con esto*. & ibi, *Aya de elegir*, ex quibus colligunt, forum sensisse dispositionem hane esse faciendam in fauorem Notariorum loci, vbi disponens erat vicinus, & habitator, ad quod dicendum mouebantur aduocati ex foro. *Item por quanto*. de fid. instru. & ex foro *Prouision de notas*, anno 1591. Tirasson. fol. 32. ex traditis à Sola in constitutionibus, Sabaud. tit. de tabel. & notar. fol. 140. gl. vnic. nu. 5. & 6. vnde dicunt, quod non obstante d. venditione facta per Iacob. Cassado in fauorem d. Antonij de Eluira, & commissione Regiæ Audientię, debet dictus Dominicus obtinere.

Sed præmissis non obstantibus, contraria sententia verior est, imo, quod †
4 Notarius non solum potest in morte disponere de suis notis, sed etiam in vita per viam contractus, quod diuersis fundamentis fulcitur.

Primo cōsideratur, quod forus, *Item por quanto*, de Tabellion, tantum decidit, quod si notę vacauerint *por muerte, priuacion, resignacion, o en otra qualquier manera, que los Iuezes, a quien tocare hazer la commissió* &c. teneantur eas committere filio, nepoti, aut genero, Not. & in defectum dictorum, Notario loci, si adsint, sin minus Not. loci vicinioris, pro cuius fori declaratione seu ampliatione venit forus, anno. 1564. tit. prouision, *de notas*, vbi deci-
5 ditur; quod † Notarius possit per testamentum, aut vltimam voluntatem dispo nere de suis notis in defectum filij, nepotis, & generi, qui non sint Notarij, & hoc in fauorem eius, cui sibi bene vissum fuerit, dum tamen notæ non possint extrahi à loco cuius erat vicinus, & habitator Notarius disponens, sed quod teneantur cōmitere heredes easdem, Notario dicti loci, aut in cassu, quo non existat ibidē Not. loci vicinioris, & id ipsum disponitur in foro vnico Montissoni, anno. 1585. & in for. Tirasson. anno. 1592. licet hic vltimus aliquid amplius prouideat: itaque

in

in vim dicti fori *Item por quanto*, dicitur, quod in casu quo vacauerint notę per mortem, priuationem, resignationem, aut qualibet alia forma seu via; sed sic est, quod notæ non dicuntur vacare, quã do Notarius in vita per viam contractus disponit, ergo dispositio dicti fori non vi detur habere locũ, quamuis fateremur forũ *Item por quãto* prohibuisse Notarijs dispositionem suarum notularum, quod non vtique concedẽdum puto, nam casus mortis ibidem verificari potest in casu, quo decessisset ab intestato, & ibi, *o en otra qualquier manera*, videlicet est intelligenda à iure, & foro non prohibita, aut sane prouissa; nam multę possunt dari vacationes notularum vltra eas, quę à d. foro considerantur, videlicet, vbicumque resignatio esset facta inualide, aut quia Not. effectus fuit Sacerdos, aut esset ordinatus in sacris, aut fecisset professionẽ actualem in aliquo Monasterio, aut factus sit infidelis, de quibus Molin. verbo Not. Cum igitur possit dictus forus verificari in dictis casibus, illi à foro expressi non comprehendunt casum, in quo Notarius per viam contractus disposuerit de suis notis: vnum tamen animaduerterem, de quo sepius disputatur, videlicet, an eo casu Notarius cessionarius teneatur adire iudicem ad petendam commissionem, pro validitate actorum extrahendorum à dictis notis? & dicendum quod sic, vt aliàs fuit dictum in processu Don Ludouici de Bardaxi; nõ enim Notarius potest extrahere scripturas, & instrumẽta fidem facietia à prędictis notis Notarij cedentis, nisi iudicis authoritate interueniẽte, & hoc de iure certum est, quamuis, si consideremus casum, & casus speciales decissos á foro anno. 1564. in herede Notarij, vbi requiritur commissio, & in alio casu. anni. 1592. etiam vbi a iudice Ordinario est danda Notario loci, aut in deffectum ipsius, Notario loci vicinioris commissio, iam in alijs, vbi totum contrarium requiritur, dicen dum videbatur commissionem non requiri, quia illa legalis permissio, quę datur filio, nepoti, aut genero Notarij prę-mortui, habet vim commissionis, & per rationem ab speciali, dicendum est, his casibus commissionem specialem iudicialem non requiri, videlicet, vbi succedunt filius patri, nepos auo, aut gener socero; ergo eodem casu & argumento videbatur concluden dum in fauorem cessionarij, si ipse tempore cessionis erat Notarius, quod non caret dubitatione, & in dubio est melius commissionem á iudice obtinere.

Secundo pro decisione huius processus consideratur, quod de foro † non reperitur prohibitio aliqua, quod Notarius non possit disponere in vita, nec in morte, cum Dominus sit suarum notularum, poterit igitur de eis libere & licitę disponere l. quędam §. nihil vbi Bart. num. 3. Paul. nu. 4. Iass. nu. 9. ff. de edend. maxime, si adsit iudicis Ordinarij, aut competentis commissio. Abb. in cap. cũ P. Tabellio numer. 4. de fide instru. alij vbi supra: est enim † hęc dispositio de genere permissorum, & sic in hoc Regno vt talis iudicanda, & decernẽda est, l. nec non §. sed quod eis ff. ex quib. caus. maior. glos. Abb. num. 37. & Doctores communiter in cap. inter corporalia: est enim Notarius Dominus suarum notularum: atqui rei suæ quilibet est moderator & arbiter. Itaque, forus *Item por quanto*. nõ vtique est intelligendus, quod loquatur prohibendo, sed dumtaxat casu, quo notæ vacauerint, vt dixi, per mortem, priuationem, resignationẽ, aut alia quauis via, modo, & causa. Itaq; loquitur forus in casu vacationis, sed quando testator disponit in vita, aut in morte, non ad uenit hic casus, ergo merito concludendum est, non constare de legis prohibitione saltem expressa, quod in iure ac de foro clarum est, & ideo forus anni 1564. tollit hanc difficultatem, dando † facultatem Notarijs disponendi in morte, vel in vita de suis notis, prothocollis & scripturis, quod fortificatur exemplo summi Pontificis, is enim, si concedit alicui beneficium vaccaturũ, ad alterius etiam

colla-

collationem pertinens, certe non comprehenditur beneficium patronatum ad alterius electionem pertinens; quia † di-
9 ctio alius, etiam si vniuersaliter fuerit prolata, intelligitur imo restringitur ad casus similes, glos. in Clemen. 1. de preb. Socin. in l. quidam relegatus in 10. de rebus dubijs, Felin. in cap. sedes in 4. declaratione de rescrip. Iass. in l. si vnus num. 10. C. de pact. Rolan. 16. nu. 13. lib. 2. Cephal. cons. 424. nu. 14. ergo verba fori, *o en otra qualquier manera*, restringenda sunt ad casus similes expressos in d. foro, & non debent comprehendere casum, in quo nulla datur vacatio, quia eo ipso in Aragonia per instrumentum venditionis transfertur dominium, ad instar Ecclesiæ, l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles. itaq; non datur vacatio hoc casu, nam si non valet dispositio inter viuos, certe res redeunt ad Notarium cedentem, si autem valet alienatio aut dispositio, statim transfertur dominium in proprietarium, imo potius in cessionarium, l. post mortem, & ibi omnes de adoptionibus.

Animaduertitur vlterius, q † in lege
10 non est admittenda prohibitio, & signanter in nostris foris, nisi id expresse, & specifice dicatur, argumento l. fin. de hered. instit. l. prædium §. peto, cum simil. de legat. 2. & hoc non est durum, videmus enim Clericum † imo & Canonicum
11 regularem posse in vita dare, donare, ac disponere de suis bonis, ac de illis, quę intuitu Ecclesię acquisiuit, cap. ad hoc de testam. notatur in cap. cum esses, & in cap. cum in officijs de testam. vbi Couar. & tamen ex eodem tex. colligitur, non posse in morte disponere, nec talis dispositio admittitur, videmus etiam hoc permissum esse Episcopis Hispaniæ, nam hi disponunt de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis libere, & licite, etiam, & etiam bona donant consanguineis, & alijs personis eisdem bene visis in vita, quod in morte eisdem non permittitur, nisi à quadraginta diebus, antequam sint infirmi, fuerint tradita talia bona, ergo quando adesset prohibitio in morte, nō potest extendi ad alienationem factam in vita, quæ (vt dixi) permissa est, potius quam prohibita.

12 Et hoc in Aragonia videmus, † nam maritus in morte, certissimum est, quod existente infirmo, non potest disponere in præiudicium vxoris de bonis mobilibus, obser. 2. rerum amotarum, obser. 1. ne vir sine vxor. & nihil certius videtur in Aragonia, nisi quod possit in vita disponere de rebus mobilibus ad libitum, Mol. verbo vir & vxor, & verbo mobilia fol. 127. & fol. 335. col. 1.

Simile videmus in filio spurio, adulterino, potest enim pater huic filio aliquid relinquere in vita, obser. item, in Aragonia de gener. priuileg. & in tit. de nat. ex dam. na. coitu, tam in foris, quam in obser. & hoc speciali quadam ratione, nam facilius lex permitit dispositionem in vita, quam in morte, Segura & omnes in l. vnum ex familia. §. sed si fundum, ex num. 60. de legat. 2. Portol. de Consort. cap. 40. num. 16.

Nec obst at Forus Montissoni 1564. à contrario sensu, vbi notario est permissa facultas disponendi in vltima voluntate, ergo est prohibita in vita, & per viam contractus quia solum in illo casu censetur permisa facultas disponendi: huic
13 enim argumento respondetur, † quod argumentum à contrario sensu non procedit, quando ex eo sequeretur absonus intellectus dispositionis, l. 1. C. de conditio insert. nec quando sequeretur iuris correctio, glos. vnic. in cap. vnic. de ætate & qualit. in 6. similis in cap. significasti de foro competent. & in Clem. 1. verbo obseruare de sententia excommunic. & facit tex. in cap. á nobis, el 2. de sentent. excomm. vbi Abb. & Felin. & l. fin. §. filijs autem fam. C. de bon. quæ lib. si autem daremus, quod hoc argumentum procederet, corrigerentur quam plura iura de iure communi, loquentia in fauorem notariorum, quæ suas esse notas, & proprium patrimonium fatentur, d. l. quædam. §. nihil de edend. Præte-

rea

rea esset extendere foralem dispositionem de casu magis dubitabili & obscuro, ad casum magis clarum. Nam casus minus dubitabilis est casus mortis, qm̃
14 difficilius † videmus, quod conceditur facultas disponendi in morte, quam in vita, vt colligitur ex exemplis supra recitatis.

Tertio sumitur argumentum ex amplitudine rationis d. for. anni 1564. ibi, *a fin y effecto que las notas no se oculte y pierdã, y qualquiere pueda auer razon de los actos que quisiere de aquellas*, hæc enim ratio, quæ finalis & vnica fuit ad legis decisionem constituendam, non modo comprehendit, & adaptatur, & congruit dispositioni factæ in vltima voluntate; sed etiã cuiuis alteri dispositioni factæ inter viuos, per viam contractus. Nam vbicumquè notæ potuerint conseruari, si tradantur personæ fideli, ratio prædicta militat: quæ extensio fieri potest ex ratione ampla dicti statuti, seu legis muni-
15 cipalis. Vbicumquè † enim ratio legis, vel statuti amplior & generalior est dicto seu dispositio, tunc ad amplitudinem rationis extenditur dispositio, l. regula. §. fin. vbi Bart. & Bald. de iur. & fact. ignor. & in l. 2. §. si mater in verbo quid si curatoris, & in ver. quid si decesserint ff. ad Tertul. bonus tex. in l. nomen debitoris. §. fi. de legat. 3. Ergo cũ idẽ finis possit cõsequi, quoad cõseruationẽ notularũ per dispositionẽ factã inter viuos, qui acquiritur per testamẽtariã, & quã uis aliam vltimam voluntatem, idem asserendum videtur: itaque foros † cõ-
16 cedendo licentiam Not. per dictam rationem in vltima voluntate, licet alia non adesset ratio, intelligenda & extendenda est ad actus factos inter viuos, Ias. in l. quę de legato, nu. 1. ff. de legat. 1. Rolan. conf. 68. num. 13. volu. 1. Portol. de Consort. d. cap. 40. vbi quam plura allegat.

Vltimo cõsideratur, quod si aliqui testes deponunt de consuetudine Notariorum Regni, qui asserunt, quod notarij Regij in hoc Regno consueuerunt vendere suas notas, cuius consuetudinis occasione congrue factam fuisse dispositionem à Iacobo Cassado fuit iudicatum, ad not. in cap. fin. de consuetud. & in l. 2. C. quæ sit longa consuetud. cum simil.

Verum quia tertium fundamentum nimis vrget ad decisionem causæ, ideo fuit dictum verum esse ex ratione generali legem ampliari; sed quia extensio hæc est fauorabilis suscipienda est cum suis qualitatibus, videlicet quod si notarius vẽdat sua prothocola & notas cuiuis notario, nihilominus notæ debent remanere in loco, in quo cedens erat vicinus & habitator, & non possunt ab eodem loco extrahi, sed ibi debent extare, & notarius cessionarius debet vel viuere & habitare in d. loco cedentis, vel in eodem loco nominare notarium, si ad sit, sin minus ex loco viciniori, vt per dictos foros 1564. 1585. 1592. est dispositũ. Bene tamen verum est, quod in hoc processu non fuit declaratum, quod non existente Notario in loco notarij cedentis, est facienda commissio, & tenetur notarius cessionarius committere. Notas venditas notario loci vicinioris; quia hoc non fuit consultatum à Iurato loci de Romanos: nihilominus tamen fuit habitum pro constanti in consil. & absque aliqua dubitatione, quod talis notar. eo in casu, sicuti in alijs in sententia positis, tenetur & astrictus est, & fuit hoc relictum ad decidendum illud, vbicunq. per d. Iuratum, aut per alium Iudicem consuleretur. & quia casus hic est valde specialis, & maxime notandus libuit ponere motiua.

Motiua.

D. L. G. Atten. content. De Consilio pronunciat, & respondendo cõsultanti declarat, eundem teneri ad restituendum, & liberandum Antonio de Eluira princ. M. Beuso. Proc. prothocolla, notas, & scripturas quæ fuerunt Iacobi Cassado Notarij vicini loci de Romanos, cum hoc tamen, quod dictus Antonius de Eluira debeat easdem scripturas

ras in dicto loco tenere sub fideli custodia, nec possit easdem ab eodem extrahere, sed ibidem vel viuere, & habitare, & domicilium contrahere, aut si in eodem loco non vixerit, habitauerit, nec domicilium contraxerit, nominare vnũ ex notarijs dicti loci in commissarium debite & iuxta forum, non obstantibus in contrarium supplicatis, quę, & alia supplicata per procuratores partium respectiue locum non habent. Quę sane sentẽtia lata fuit sub die 30. Augusti 1596.

Verum quia pro parte dicti Antonij petebatur reuocari inuentariatio, & cõmissio facta per dictum Iuratum Dominico Izquierdo, ac etiam petebatur annullatio actorum factorum per dictum Iuratum, fuit dictum in sentẽtia alia supplicata locum nõ habere, & etiam quia petebatur condemnatio expensarum, reuocatio autem & minus annullatio locũ non habebant ex causis propositis pro parte Antonij, quia non constabat de morte Iacobi Cassado, tempore quo fuerunt commissæ notæ dicto Dominico Izquierdo, quia illud non erat de substantia, quotidie enim videmus fieri cõmissiones notularum per mortem notariorum, & tamen tempore prouisionis notularum non constat de morte notarij, solum enim fit prouisio ad petitionẽ notarij, qui petit sibi prouideri de dictis notis, nec etiam constat iudici, an ille, qui petit sibi notas prouideri, sit notarius, nec quod sit notarius petens vicinus & habitator loci, cuius erat notarius mortuus, siue decedens, illa siquidẽ prouisio fit ad partis petitionem ad sui præiudicium, quia si notarius nõ sit mortuus, tunc prouisio non valebit, & similiter si notarius prouissus non sit vicinus & habitator loci notarij decedentis, prout colligitur ex omnibus foris superius recitatis, & pro confirmatione supradictæ declarationis, & fortificatione tertij fundamenti supra positi considerandą sunt verba fori, ibi, *pueda disponer y ordenar por testamento y vltima voluntad*, quæ verba (si recte consideren-tur) non possunt restringi ad vltimam voluntatem dumtaxat, quia licet verum sit, quod sub his verbis, concedo licentiam testandi, codicillandi, & per quamlibet aliam vltimam voluntatem testandi, non comprehendantur, nisi dispositiones testamentorum, codicillorum & donationis causa mortis, l. fin. C. de codicil. l. fin. C. de donatio caus. mort. ni-

17 hilominus † etiam vltima voluntas inuenitur, quę non sub testamento, nec codicillo, nec donatione causa mortis continetur, glos. in fin. in l. licet. C. de pact. & in hanc rem faciunt multa, quæ considerantur ab Andrea de Besset. in l. habeat de Sacrosanct. Eccles. in 9. quæst. a num. 75. & 77. & 93. vbi arguit a ratione speciali, nec negat, quin sub gene-

18 rali dispositione sit comprehensa dispositio per viam contractus, ita quod † ea verba d. fori, *y vltima voluntad*, non restringantur ad vltimam voluntatem testandi, vt in casu Andræ de Besset. d. n. 87. nam ibi dispositio erat facta sub verbis supra traditis, vbicumq; pater concedit filio licentiam testãdi, vel per quamlibet aliam vltimam voluntatem testandi, non vero dixit disponendi, vt noster forus innuit, quia restringit se Besset. ad casum specialem, nos autem sumus in casu longe diuerso, vbicumq; enim lex decidit per verbum generale, non modo cõprehendit vltimam voluntatẽ per viã testamenti, sed quãlibet aliã, & notarius vẽdẽdo, vel donãdo, aut alias alienãdo suas notas, certe vltimã dispositionẽ facit, quãdoquidẽ abdicat a se dominiũ & possessionem dictarum notularum.

Et vt hec res sine dubio remaneat, cõsiderantur verba fori Tirasso. 1592. ibi *Que qualquier notario pueda disponer de sus notas en otra qualquier persona, que bien visto le fuere*. quæ verba adco ampla sunt, vt non modo contineant sub his dispositionem testamentariam, sed quamuis aliam, dũ modo disponens non possit aliam voluntatem habere super re alienata.

Et pro complemento materię dici-

19 tur, quod † voluntas vltima non minus

factis

factis quam verbis colligitur, l. reprehẽdenda. C. de institut. glos. in l. de quibus. ff. de legi. & in l. dolum C. de dol. & in l. celsum C. de doli exceptione. Barba. cons. 59. lib. 2. & vt dicit Mascard. conclus. 1415. ex verbis colligitur quem habere volũtatem, pro vt verba sonant, Mascard. supra ex num. 24. & facit l. labeo. §. idem Tubero. ff. de suppell. leg. l. nepos Proculo de verborum signi. Bald. in c. Rodulphus colum. 3. de rescrip. itaquè verba † in primis tanquam imagines voluntatum quærenda sunt, & quoties adsunt verba mentem voluntatemque demonstrantia, nihil aliud est querẽdum. Bald. per illum tex in l. fin. C. de

20 (at "itaquè verba †")

21 fals. caus. adiect. lega, nullum † sane est maius testimonium mentis, & voluntatis vltime nostrę, quam qualitas inspecta verborum, Bald. in l. ad recognoscendos, C. de ingenuis & manumiss. & cons. 101. col. 3. volu. 3. plura per Mascard. vbi supra ex d. num. 24. cum ergo de hac volũtate vltima appertissimis verbis appareat: nam certum est Iacobum antedictum dicto Antonio suas notas vendidisse, quod cum non sit de genere prohibitorum, dicendum fuisse permissum, sicq; sub illis verbis fori *por testamento y vltima voluntad.* hanc venditionem comprehendi cum nulla alia vltima voluntas possit expectari post dictam venditionem, quę rite recteque facta reperitur; maxime

22 quod † voluntas, quę colligitur ex facto subsequto, reputatur & intelligitur se extendere eatenus, quatenus factũ subsequtum est, Tiber. Dec. cons. 65. lib. 3. num. 5. Quare de his, & alijs merito fuit conclusum in causa in fauorẽ dicti Antonij; quod autem voluntas colligatur ex facto subsequto, bene deprehenditur ex verbis venditionis, nam per eam omne ius Iacobo pertinens fuit translatum in dictum Antonium, & hoc in Aragonia difficultate caret, cum omnia fieri possint per instrumentum, dum tamen non contineant quid impossibile vel contra ius naturale.

DECISIO C.XLVII.

De commissione notularum, & de fide extracti non apparente nota originali.

SVMMARIVM.

Notularum Dominus cuilibet eas vẽdere potest, dummodo emptor domicilium constituat in loco notularum, & in quibus casibus id fuit iudicatum, nu. 1.

Instrumentum extractum, si de nota nõ apparet, non probat, nisi sit extractum a notario rogato, num. 2.

Quid autem si apparet de nota illius anni, licet in ea non appareat de nota illius instrumenti? num. 3.

Instrumentum extractum per successorem etiam amissa nota, quando probet ex Regia Audientia decreto. num. 4.

Instrumentum firmam requirens & per notarium rogatum extra ctum an faciat fidem non constito de nota. & quando. nu. 5.

Decretum Regiæ Audientiæ in hoc declaratur. num. 6.

In Monitoria si exhibeatur originaliter comanda, in executione iterum exhibenda non est, & iudicauit Curia Iustitiæ Aragonum. num. 7.

Instrumentum semel extractum in publicam formam, si constat eum non perditum, non potest iterum extrahi, & decreta in hoc Curia Iust. Aragonum. n. 8.

Instrumentum si est nulliter extractum, quomodo peti debeat iterum extrahi. n. 9.

IN processu Dominici Izquierdo super iurisfirma anno 1596. in Curia Iustitiæ Aragonum fuit determinatum, confirmando sentẽtiam Iudicis

Iudicis à quo,quod quilibet dominus notularum † potest eas vendere cuilibet,
1 etiam extraneo, dummodo ille emptor veniat ad viuendum in loco notularum, vel eligat in commissarium aliquem notarium eiusdem loci, in quo sunt notæ, qui eas regat, & administret, & dicunt aliqui, quod idem poterit facere in aliquo loco vicino, quo possint partes ire sine dispendio,ad obtinendum instrumēta:verum hoc habet dubitationem,& videtur contra ius,& forum.

Postea in processu Michaelis de Osseñaldes super prouisione notularum, & consulta in Curia Iustitiæ Aragonum, die 6. Octobris anno 1598. fuit determinatum idem,quod in superiori processu.

Si notulæ notarij non reperiuntur,in-
2 strumentum † extractum per successorem(cuius instrumenti nota non reperitur)non facit fidem de obseruantia Regni,quod secus esset si fuisset extractum per notarium rogatum;nam tunc instrumentum facit fidem, licet non appareat de nota, sed hoc quomodo intelligatur vide Couarru.cap.19. practic. & 20. Bal. in rub.C.de fide instrum. Menoch. qui videtur dicere, quod hoc sit verum, si
3 nulla adsit nota illius anni, secus † autē si apparet de nota anni, & in ea nulla inuenitur nota instrumenti extracti, nec laceratio aliqua facta de folio,vbi posset esse nota;nam non probat indubio, dum non datur aliqua nota ad partem:cogitatu in Regno.

4 Sed aduerte,quod fuit in Regia † Audientia iudicatum, quod si constat notam esse amissam facta inuestigatione notularum,si non reperiantur, & non allegata & probata re aliqua contra notarium,qui fuit testificatus instrumentū, nec contra successorem,qui illud extraxit,quę præsumptionem contra illos inducat;& si instrumentum est antiquum, & in alijs instrumentis calendatum, seu mentionatū,& præsertim si in vim illius instrumenti esset subsequuta aliqua possessio,seu effectus, si hęc omnia concurrant,cum amissione notæ,tunc faciet fidem instrumentum extractum per successorem, vide in processu Agnetis de Montoya euocationis perhorrescentiæ in Regia Audientia,die 11. Madij anno 1569. vide in libro Cameræ Consilij illius anni.

Sed hoc quod diximus, quod instrumentum extractum per successorem in notis, non facit fidem, nisi appareat de nota,quod secus esset, si esset extractum per notarium rogatum, nam faceret fidem licet non constaret de nota, aliqui dicunt, quod in actibus firmę, qui requirunt firmam,non faciet fidem,si non constat de nota, licet sit extractum per notarium † rogatum,& dicunt sic fuisse
5 iudicatum in Regia Audientia in processu Ioannis Vincente super apprehensione die 11. & 5. Aprilis & Martij 1570. allegant Gregor.Lopez lib. 9.tit.19.partit.3.0,7.Bald.in rub.C. de fide instrum. Verum isti decipiuntur, nam istud exē-
6 plar † procedit(vt in illius motiuis)quādo concurrunt aliquæ pręsumptiones contra partem de eo se iuuantem,prout colligitur ibi contra Ioann. Vincente, tam ex diuturno silentio,quam etiam ex productione instrumenti eo tempore facta,quo notarius, & pars obligata in instrumento erant mortui, & ex alijs suspitionibus supradictis,& quia consuetudo stricto iure est intelligenda, vt non extendatur ad casum suspectum: ex quibus constat non esse habendam rationē de instrumento exhibito.

Instrumentum debet originaliter exhiberi,&produci in iudicio. Sed quęro, si in monitoria executoria facio fidem
7 de quadam † comanda, & postea dimissa copia eam recupero, & solum copia remanet in processu,& postea monito non dante rationes,vel dante,non tamē releuantes,certum est quod debet fieri executio in eius bonis, nunquid debet de nouo exhiberi comanda, tanquam in nouo processu? Dic quod non,quia cum sit vnus met processus, qui inchoatur à monitoria,sufficit semel exhibuisse originaliter instrumentum, foro quod scripturæ

pturæ & instrumenta semel exhibeantur: sic fuit iudicatum in Curia Iustitiæ Aragonum in processu Ioannis Puche super ciuili, vel litera monitoria pignoratitia vigesimo quarto. Nouembris, millesimo quingentesimo nonagesimo octauo.

8 Si instrumentum sit extractum † in publicam formam, & illud non sit perditum, quia scilicet de hoc constat, ex quo est inuentariatum, vel in posse iudicis, non potest secundo extrahi, nec iudex debet hoc mandare, quia solum illud potest mandare in casu perditi instrumenti, iuxta obseruantiam Regni, & non alias, & sic dum reperitur instrumentum non est locus obseruantiæ: sic fuit ad hoc prouisa firma, vide in processu Petri Lopez Galuan super iuris firma die 17. Februarij. 1590: & in processu Didaci del Campo & aliorum super iuris firma in mẽse Iunij millesimo quin

9 gentesimo nonagesimo octauo. Sed dices tu si instrumentum est nulliter † extractum non potest iterato exrrahi, Licet deperditum nõ sit? Respondeo, quod hoc debet peti per viam declarationis in firma, quæ fundata est in regula generali, & ita fallentia debet postea allegari ad declarandam firmam, quia est fallentia facti, & non iuris; nam quæ sunt iuris & fori, debent in prouisione firmę saluari, & suppleri, quę vero sunt facti, sufficit per declarationem.

Instrumentum in quo non apponitur locus principalis, vbi celebratur, veluti in tali Ciuitate, Villa, Castro, &c. non valet, & etiam debet apponi locus loci, veluti in tali domo, Monasterio platea talis Ciuitatis, Villæ seu Castri, Natta conf. 329. Aymon. consil. 288.
(†)



DECISIO C.XLVIII.

Quando de crimine vsurarum cognoscat Iudex laicus, & quando Ecclesiasticus, & an crimen vsurarum sit mixti fori, vel mixtum crimen.

SVMMARIVM.

Vsurarum quæstio si facti sit, eius cognitio expectat ad iudicẽ secularem. num. 1. 7. & 9.

Delictum mixti fori, quod dicatur. num. 2.

Vsurarum quæstio facti, est mixti fori, & quomodo de ea cognoscit secularis. num. 3.

Vsurarum quæstio facti spectat ad cognitionem secularis iudicis per viam executionis, & declarationis, & iuuando ius Canonicum, non determinando. num. 4.

Vsurarum quæstio facti expectat ad iudicem secularem, & sic secularis non potest inhiberi ab Ecclesiastico, ne de ea cognoscat. num. 5.

Sententia lata à iudice seculari super aliquo contractu, vel instrumento guarentigio, Iudex Ecclesiasticus non potest illum inhibere, ne eam exequatur. nu. 6.

Matrimonialis causa, si in ea de quæstione facti tractetur incidenter, & per modum causæ non principaliter, spectat ad secularem iudicem. nu. 8.

Possessionis iuris patronatus (eligendi, præsentandi, & similibus) cognitio ad iudicem secularem pertinet, quando veritas tituli non requiritur ad cognitionem rei de qua agitur. num. 9.

Vsurarum quæstio iuris principaliter,

R & in-

& incidenter pertinet ad Ecclesiasticum, & interim supersedendum est a iudice laico, donec ea finiatur. num. 10. & 11.

Vsurarum cognitio, siue agatur de quæstione iuris, siue facti, an spectet ad iudicem laicum. nu. 12. & 13.

Vsurarium punire potest, & pœnam augere Iudex, & lex secularis iuuando ius Canonicum. num. 13.

Vsuræ quæ succedunt loco interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, eius cognitio spectat ad secularem, & de ea cognoscit, etiamsi agatur de quæstione iuris. num. 14.

Vsuræ quęstio iuris, si notoria sit, & decissa per ius Canonicum, de ea cognoscit secularis. num. 15.

Periurium quem esse, si id sit in iure clarum, cognoscit secularis, secus si dubium. num. 16.

Iudex secularis cognoscit, quando determinatio rei spiritualis est notoria ex actis, vel confessione partium. nu. 17.

Vsuraria causa licet non expectet ad secularem, tamen potest ponere pœnas contra vsurarium per statutum, vltra pœnas iuris iuuando ius Canonicum. numero 18.

Iudex inferior, qui non potest statuere contra factum superioris, potest tamen addere pœnam, si prohibitum a superiore omittatur. num. 19.

Forus attendentes, & alij loquentes de vsuris, intelliguntur. num. 20.

Vsuræ prætextu iudex secularis inhibitus a Ecclesiastico debet supersedere in causa. numer. 21. Secus in processibus priuilegiatis. num. 22.



HÆC materia cum per manus multorum tradatur, quorum aliqui existimantes obsequium magnum præstare foro suo, si omnẽ vsuræ cognitionem sibi tribuant, non distinguẽtes casuum diuersitatem, nec adhęrentes iuris Canonici antiquis interpretibus; hæc enim est miseranda calamitas præsentis temporis; in quo nullum sibi vendicant locum antiqui illi patres vtriusquè iuris fontes, sed deriuati, & longe distantes riuuli, ex quibus aqua vix hauriri potest; ita rem sine ducibus, & ratione tractant, vt ferè nihil certi habeamus: alij ad antiquas tabulas, potius quam ad intimam Philosophiam iuris Canonici recurrentes, ita exterminant cognitionem secularem; vt ferè nunquam ei locum dimittanr. Ideo nos (prout de more solemus) duce Deo, omnibus perpensis, trademus veram resolutionem in hac matera. In qua prima conclusio est, quod de quæstione
1 facti † cognoscit secularis, veluti an sic sit celebratus contractus, quia partes sunt concordes; quod si sic esset celebratus, esset vsurarius, Bart. in l. Titia, num. 8. Roman. numer. 7. solut. matrim. & in l. quotiens, de iudic. Federic. de Senis consil. 96. Couarru. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. vltim. num. 4. & 5. Clar. §. fin. quæst. 2. numer. 37. Gutier. de iuramento confirmator. 1. part. cap. 2. num. 55. Fontanel. de pact. dotal. clauf. 4. glo. 13. par. 2. numer. 50. qui alios allegat, & rem cum magna ingenij dexteritate resoluit, probatur in cap. post miserabilem de vsuris, Roland. consil. 75. numer. 36. in 1. Barbos. in l. Titia, num. 58. vers. sed nō est recedendum, ff. solut. matrimo. vbi de magis communi, ita vt talis quæstio sit mixti fori, aduertendo tamen (in quo aliqui decipiuntur) quod mixti fori di-
2 citur † delictum, quando cognoscit laicus, quoad laicos, & Iudex Ecclesiasticus, quoad Clericos, & etiā laicos: ita tamē, quod est locus preuentioni, Barbos. in l. Titia, num. 51. ff. solut. matrim. Fontanel.

tanel. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 13.
par. 2. num. 45. & 61. tale eſt crimen ſacri
legij, & ſimilium: delictum vero mixtũ,
ſeu mixtus forus dicitur, quando vtro-
què iure pariter eſt prohibitum, & tunc
Iudex ſecularis cognoſcit inter ſecula-
res, Eccleſiaſticus inter Eccleſiaſticos,
vt furtum, homicidium, & ſimilia: eſt igi
tur quæſtio facti vſuræ † mixti fori, &
3 poteſt actor coram ſeculari, vel Eccle-
ſiaſtico Iudice agere, cap. ad noſtram, 7.
de iureiurand. Abb. Felin. in cap. cum ſit
generale, de foro competent. Alciat. in
cap. 1. num. 54. de officio Ordinar. Paul.
conſ. 109. num. 2. in 2. & tunc ſecularis co
gnoſcens ſuper facto, declarat contra-
ctũ eſſe vſurarium, non principaliter, ſed
per modum cauſæ, Nauar. in c. cum con
tingat, 2. remed. de reſcrip. Bald. in Au-
then. ad hæc, nu. 2. C. de latin. liberta. tol
lend. quia id fit declarando, quod à iu-
re Canonico eſt deciſum, & expreſſum
per modum declarationis, quæ nunquã
eſt prohibita iudici ſeculari, Dominicus
in cap. vnic. nu. 5. in fin. de iure patronat.
in 6. Dec. conſ. 127. Aufrer. de poteſtat.
Eccleſ. 4. regul. fallen. 21. Bellug. rub. 11.
§. de vſur. num. 19. pagin. 54. Peguer. de-
ciſ. 30. num. 23. & tunc ſecularis dicitur
executor iuris Canonici † non determi-
4 nator, in ſimili Caſtrenſ. de legib. lib. 1.
capit. 8. regul. 21. Gutierr. de iuramento
confirmator. 1. par. cap. 2. numer. 27. &
hoc modo declarat ſecularis, quem eſſe
periurum; ſi id ſit in iure clarum, ſecus
ſi dubium: Roman. ſingular. 420. Felin.
in cap. cum ſit, de for. competenti, no-
tabil. 7. Alexand. ad Bartol. in l. de per-
iurio, de crimin. ſtellionat. Imo ſuper
quæſtione facti † non poteſt Eccleſia in-
5 hibere iudici ſeculari, ne cognoſcat, Ca-
gnol. in l. 2. num. 62. C. de pacti. inter
emptor. & venditor. rationem tradit
Hippolitus Singular 490. Et an poſſit
Eccleſia † inhibere ſeculari, poſtquam
6 ſententiam tulit ſuper contractu, ne
eam exequatur, vel aliud inſtrumen-
tum guarentigiatum? dic quod non de
iure, nos de Inhibitio. cap. 5. §. 8. num.
14. cap. 9. §. 2. num. 3. cap. 5. §. 9. n. 79.
Barboſ. vbi ſupra, numer. 54. ſupradi-
ctę concluſionis ratio eſt: quia vbicum-
7 què † cauſa ſpiritualis eſt talis, quod
ſufficit conſtare de facto, vel quaſi poſ-
ſeſſione iuris, ad rem de qua agitur, nec
requiritur veritas tituli, tunc ſecularis
Iudex de cauſa facti cognoſcit, ita Do-
ctores ſupradicti, Fontanel. num. 25. talis
enim cauſa facti non eſt ſpiritualis, Bar-
boſ. num. 28. & 30. etiam ſi in ſententia
facti faciat mentionem de legitimitate
tituli, per modum cauſæ incidenter, &
8 ſic † cognoſcit Iudex ſecularis, de quæ-
ſtione facti in cauſa matrimoniali, iuris-
iurandi, decimarum, & in excommuni-
catione, cap. decernimus, de ſententia
excommunicatio. in 6. vbi ſolum quæri-
tur in facto, an contra aliquem ſit prola-
ta ſententia excommunicationis, vt ex-
pellatur à iudicio, Fontanel. vbi ſupr. &
9 de poſſeſſione iuris † patronatus, præ-
ſentandi, eligendi, & ſimilibus, cap. ſi-
gnificauit, de teſtibus: vbi de quæſtion.
facti iuris patronatus agit iudex laicus,
& de poſſeſſione beneficij, vbi colora-
tus titulus ſufficiat, vt in interdicto re-
cuperandę, & retinendæ cognoſcet lai-
cus: in his enim, & ſimilibus caſibus, ex
quo cognitio facti eſt ſeparata á quęſtio-
ne iuris, ita quod ſine examine iuris ſuf-
ficit quæſtio facti ad rem, de qua agitur,
cognoſcit iudex ſecularis, nec requiritur
veritas tituli, & ſecus eſſet, quando veri
tas tituli foret neceſſaria ad cauſam fa-
cti, vt in facto hęreſis, Clericatus, & peti
torio rerum ſpiritualiũ, & in interdicto
adipiſcendę, tunc enim non cognoſcit ſe
cularis, vt dicam, Deo duce, in additioni
bus ad tractat. de Inhibitio. & in vim ſu-
periorum, vidimus multoties iudices ſe
culares cognouiſſe de quæſtione facti
vſurarum, & condemnaſſe vſurarios
ad pęnas fori, quãdo quæſtio iuris eſt no
tiſſima, & á iure Canonico deciſſa, nota-
què apud omnes, vt in manifeſto mutuo,
de quo cõſtaret per confeſſionẽ iudicia-
lem, vel inſtrumentũ, de quo poſſem da
re infinita exẽplaria, & vide in proceſſu

Laurentij de Sesse super iurisfirma anno
1589. vbi constabat de vsura per confes-
sionem iudicialem, & sic per instrumen-
tum: & in processu Augustini de Abie-
go super iurisfirma 27. Ianu. 1587. quæ
firmæ non fuerunt reuocatæ, nec for-
mata competentia, ex quo erant iustæ
& claræ, & in eis fuit cognitum de quę-
stione facti. De quæstione vero iuris an
sit † contractus vsurarius, necne, co-
10 gnoscit solus Ecclesiasticus, quia solus
ipse declarat, vtrum quid sit peccatum,
cap. nouit. de iudic. cap. per venerabi-
lem qui fil. sint legiti. ita Doctores om-
nes loquentes de quæstione facti, Lapus
allegatio. 56. est receptissima secundum
Decium, consil. 170. numer. 3. Socinum
88. num. 23. in 4. Barbos. num 49. dicens
receptam ab vsu, & Ecclesia Romana, &
communẽ dicit, & sequitur Nauar. in c.
nouit. 6. notabil. num. 44. & hoc, etiam
11 si incidenter † opponatur exceptio vsu-
rę contra executionem coram laico pe-
titam, quia remitenda est quęstio iuris
ad Ecclesiam & interim supersedẽdum,
donec illa finiatur, argum. c. tuam de or-
dine cognitio. Feder. de Senis consil. 96.
Paul. 109. n. 2. lib. 2. Bar. in d. l. quoties, Ro
land. 75. n. 37. Clar. §. fin. n. 37. quæst. 2. Gu
tier. de iuram. confirmatorio 1. par. cap. 2.
n. 30. Gamma decis. 104. & sic est crimen
Ecclesiasticũ, Barbos. n. 48. Clem. dispẽ-
diosam de vsur. vbi glos. & glos. in c. 1. de
offic. ordinar. & in c. cũ sit generale ver-
bo malefactores, & per cõsequens iudex
secularis non cognoscit c. 2. de iudic. c. si
iudex laicus, cap. vt inquisitionis §. pro-
hibemus de Hereticis in 6. imo remittẽda
est ad Ecclesiasticum, Deci. cons. 170. n. 3
Alciat. in c. 1. n. 35. de offic. ordina. Nauar.
vbi supra, tenent & multi dicti per Fon-
tanel. numer. 46. Farinac. in praxi. cri-
minal. 1. par. tom. 1. tit. 1. de inquisitio. q.
8. à num. 134. & n. 140. 4. concl. de mag.
communi, licet ipse sequatur sequẽtem
Fontanel. opinionem, qui Fõtanela aliã
mediam opinionem sequitur à num. 40.
12 vers. est igitur, dicens quod † est mixti fo
ri, siue sit quæstio iuris, siue facti, siue
principaliter, siue incidenter de ea aga-
tur, & siue Ciuiliter, siue Criminaliter;
intendens media via pacem inter intel-
lectiuos constituere, & num. 51. dicit hãc
in praxi magis receptam esse; quod etiã
dicunt Farinac. num. 140. Couar. lib. 3. re
solutio. cap. 3. post principium, & primo
ponderat Fontanella, quod ex authorita
te multorum iudex secularis punit vsu-
rarium, quod licet verum sit, non ideo
sequitur questionem iuris esse mixti fo-
ri, ita Barbosa, siquidem secularis † lex,
13 & iudex secularis possunt pænam auge-
re, & punire vsurarium iuuando ius Ca-
nonicum, glos. tolli in Clemẽtina ne Ro-
mani de electione, cognoscendo de quę
stione facti tantum, vel post quam fuerit
per Ecclesiam declaratum esse vsuram,
vel vsura sit notoria, vt infra dicam, &
quod etiam dicit Fontanella, nume. 49.
quod scilicet cognoscat laicus, si inciden
ter deducatur questio iuris vsurę, mi-
nus satisfacit, si principaliter non potest
cognoscere, prout non potest, quare ipse
subtili ingenio aduertens obiectum hoc
vers. verũ &c. dicit, & principaliter pos-
se laicum cognoscere, quod nos nega-
mus ex magis recepta sententia, iurium
& rationum authoritate, & licet velit ip-
se minus priuilegium concedere vsura-
rum causis, quam alijs spiritualibus, &
Ecclesiasticis num. 50. emanat tamẽ hoc
ab eodem principio, an scilicet crimẽ v-
surę sit Ecclesiasticum, quod nos arbitra
mur, vt dixi, non animo iudicium facien
di de eius sententia, nec alicuius gloriæ
cupidini (absit enim a me tãta animi ela-
tio) sed quia communes & receptas sen-
tentias amplector, & ab eis non recedo,
nisi euidenter appareant falsę; rationes
quas adducit Couar. non cõuincunt opi
nionem cõmunem, quidquid eas iuuet
Fontanella cum magna ingenij clarita-
te (salua pace tãti viri) ita inuenio fuisse
iudicatum in processu Mariæ Manaria,
contra Ionnem Porquera, super compe-
tentia iurisdictionis, vigesimo octauo
Septembr. millesimo quingentesimo no
nagesimo septimo: Sed hoc exemplar
non

A

non satisfacit, solum enim ex eo deducitur posse Ecclesiasticum cognoscere & sic esse mixti fori, vel mixtum crimen, & in hoc tendunt fere omnia exemplaria, quæ infinita sunt: verum interminis hoc fuit iudicatum in processu Christofori la Hoz, de quo infra.

14 Verum hęc conclusio limitatur aliquidus modis: & primo, vt † non procedat in vsura, quæ succedit loco interesse cessantis, vel dãni emergentis, hoc enim est permissum, etiam in iure Canonico, glos. in cap. conquestus de vsuris, & cessat ratio, quare dici debeat delictum Ecclesiasticum, Cagnol. in l. curauit nu. 45. C. de actio. empti.

15 Limitatur secundo, si quæstio † iuris sit notoria, & decissa per ius Canonicum, tunc enim cognoscit secularis, & pronuntiabit, Fontanel. numer. 56. Barbos. 52. quia tunc apud doctos non est dubia quęstio, sed decissa, & quod de iure determinatur, certum & indubitatum dicitur, l. ornamentorum vbi Bart. de aur. & argent. legat. & hinc secularis est executor, Gutier. de iuram. confirmator. 1. part. cap. 2. num. 27. & in hoc casu secularis nihil determinat, sed detegit, quod non est prohibitum seculari, Belluga rub. 11. §. de vssur. numer. 19. Peguera decisione 30. numer. 23. sic, iudex † secularis declarat quem esse per

16 iurum, si id sit in iure clarum, secus si dubium. Felin. in cap. cum sit generale nu. 7. de foro. competent. & idem in quęstione iuris rei spiritualis notoria, late Barbos. vbi supra num. 52. vbi, quod quando determinatio rei spiritualis, vel Ecclesiasticę est notoria ex actis, vel confessione partium, absque discussione, determinat secularis, Speculat. in tit. de reconuentio, §. nunc dicemus numer. 2. Bald. in l. vnic. nume. 37. C. de confes. Ancharran. in Clementina dispendiosam num. 8. de vsur. Alex. in l. Titia numer. 8. vbi supra: & tunc causa non est remitenda, & in his terminis recipiendus est Guid. Papę. conf. 180. numer. 2. & alij dicentes laycũ posse cognoscere de vssura incidenter coram eo deducta, & sic communiter seruari, quem sequuntur Clar. quest. 37. Peguer. decisione 30. numer. 23. Cephal. cons. 402. num. 26. lib. 3. Hippolitus Riminald. cons. 399. num. 21 in 4. nam isti intelliguntur, in his terminis Barbos. nu. 53. & isto modo procedunt illi processus Laurentij de Sesse, & Aug. de Abiego supra numer. 9.

17 Limitatur tertio, vt licet † secularis non cognoscat, potest tamen ponere penas per statutum contra vsurarios, vltra pænas iuris, iuuando ius Canonicum, glos. tolli, in Clementina ne Romani de electione, Cinus & alij in l. improbum C. exquibus caus. infam. irrogetur Alciat. in cap. 1. num. 76. de officio ordinar. Fontanel numer. 42. vbi supra Anton. de Butrio in cap. cum sit generale col. 2. Clar. in §. vsura nume. 3. Couar. de spons. 2. part. cap. 6. numer. 19. Marant. tit. de inquisitionibus à numer. 112. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 308. à numer. 41. Fontanel. vbi supra claus. 4. glo. 13. part. 2. num. 42. In impositione tamen penę arbitrabitur secularis super expressam à iure, computando pęnam, quam vsurarius Episcopo soluit, Gemina. in c. 1. de vsur. Alciat in cap. 1. de officio ordinar. & isto

19 casu practicatur dicta glos. tolli: quod inferior, qui non † potest statuere contra factum superioris, potest tamen addere pænam, si prohibitum á superiori omittatur, quam glos. extollit Felin. in cap. 1. de spons. num. 13. Dec. in cap. quę in Ecclesiarum col. 4. de constitutionibus, sicut & lex ciuilis contra periuros insurgit, eos plectendo, licet tale crimen mere Ecclesiasticum sit. l. si quis maior C. de transactio. Roman. consil. 512. & sic intelligitur forus 2. & 3. de crimin. falsi. sed dicet aliquis contra regulam principalem supra positam: quod de quæstione iuris cognoscit solus Ecclesiasticus: si hoc ita est, quomodo quotidie in vim fo

20 ri Attendentes, † & aliorũ de vsur. videmus corã iudice seculari agitari causas vsurarum, etiam vbi dubitatur, an sit

vsurarius cōtractus, nec ne, & sic de quęstione iuris, & maxime, quia leges municipales statuunt super vsuris in modo procedendi, & in alijs contra vsurarios, per quod videtur esse mixtum crimen, vel mixti fori, vt alij volunt, ita Peguer. decis. 30. numer. 23. Archidiaco. in Can. quid dicam 14. quæst. 4. Ancharr. consi. 236. num. 3. Couarr. lib. 3. variar. cap. 3. qui alios allegant, Andreas Siculus in c. cum sit generale num. 175. vbi Marian. numer. 22. Cacheran. decis. 137. Bursat. cons. 90. num. 27. in 3. qui omnes concludunt, posse secularem cognoscere inter laicos, Ecclesiasticum inter Ecclesiasticos. Ad hęc potest responderi multipliciter. Primo, quod contraria opinio sit falsa nostra autem communior, & recepta, Lappus allegat. 56. & solū erit mixtum crimen, quando agitur tantum de quæstione facti, Felin. in cap. cum sit generale num. 1. vers. 3. opinio, Nauarr. in d. cap. nouit. 6. notabil. num. 44. Gregor. Lopez. l. 58. tit. 6. Partit. 2. numer. 1. & in hunc modum dicunt practici Regni, fore intelligendos Foros Aragonum de materia loquentes, vt sic sint conformes iuri communi, quando scilicet constat contractum esse vsurarium, sed dubitatur super facto, an Titius illud sic fecerit isto enim casu secularis cognoscit, nō aliàs, vel fore practicandas similes leges municipales in casu primæ & secundæ limitationis, non alias. Ita Barbos. nu. 51. 52. & 53. neq. obstat, quod leges municipales statuant super vsuris, eas probibēdo, quia non ex hoc desinit esse crimen Ecclesiasticum vsura, supposito quod à principio solo iure Canonico fuerit prohibita; de iure vero Ciuili non, quia permissæ fuerunt vsuræ, licet taxatæ l. eos. C. de vsur. Barbos. num. 50.

Dici etiam potest, quod licet statuta disponentia super vsuris in modo procedendi & decidendi causas, non valeant; Federic. de Sen. cons. 96. num. 1. Dec. cons. 170. numer. 3. si tamen de facto iubeantur ea seruari, ita quod non possit dici de nullitate illorum, de vtroq. addito per statutum, Ecclesiasticus non cognoscit, Paul. conf. 210. lib. 2. Ias. in l. quotiens num. 8. C. de Iudic. Riminald. cons. 218. à num. 73. lib. 2. Alex. in l. Titia nu. 10. solut. matrimo.

Vltimo potest responderi; leges has municipales latas contra vsurarios circa penas, & modos procedendi fore intelligendas postquam constiterit vsurarios esse tales, coram Ecclesiastico: quia aliter de illis cognoscere non possunt, Abiles in capitibus prætorum, capit. 50. verbo vsur. colum. 3. pagin. 271. Gutierr. de iuramentor. confirmator 1. par. cap. 2. à num. 37. Azeued. l. 1. tit. 21. lib. 4. ordinat. num. 186.

21 Illud citra omne dubiū † est, quod si Ecclesiasticus inhibeat seculari sub prætextu vsurę, debeat supersedere secularis, nos latè de inhibitioni cap. 27. vbi apparet de communi & de recepta in praxi, & vltra ibi allegatos tenet idem Padilla in l. 1. num. 49. C. de iuris & facti ignorantia Gutierrez de iuramento confirmato. cap. 2. num. 11. quidquid contrariū teneant Mandos. Portol. Angel. Anchar. & alij allegati per nos ibi, numer. 3. & 7. Barbos. in l. Titia num. 54. solut. matrim. Couar. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 11. nu. 5. Beroi. quęst. familiari 77. Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 4. 2. limitat. num. 26. Azeued. l. 1. tit. 21. lib. 4. numer. 186. sicut etiam postquā secularis cognouit de vsura & sententiam tullit, non potest Ecclesiasticus inhibere ei, vt supersedeat Anchar. 234. Felin. in cap. 1. num. 12. de iure. iur. Barbos. vbi supra & est de iure verior. Sed in praxi contrarium seruatur communiter, cum distinctione; quia si de vsura constat per instrumentum inhibetur absolutè per Ecclesiasticum, & competentem iudicem, si vero constat per testes, inhibitio Ecclesiastici non suspendit executionem instrumenti; sed ea fit retractabiliter, si postea constet de vsura Mandos de Inhibitio. quęst. 14. & 72. & 10. cum sequentibus Bimius cons. 21. numer. 1. reseruato iudicio ordinario Iudici Ecclesiastico vide in Processu Chri-

Christophori la Hoz super competẽcia, 5. Iulij 1609. actuario Losilla; vbi ex hoc cap. via executiua fuit dimissa seculari, ordinaria autem reseruata iudici Eccle-
22 siastico, & fuit mandatum parti, quod daret cautionem in casum quo declararetur contractũ vsurariũ, secundũ Barbos. in l. Titia nu. 54. solut. matrim. idem im processu Ioan. de sanct. Ioan. cõtra Petrũ Cerdam mẽse Maij. 1608. super competencia. Illud tamẽ est certum, quod quomodocumq; inhibeatur, etiam in vim instrumenti, processus priuilegiati non possunt impediri veluti apprehens. & manifestationis: vide nos de inhibitio. cap. 9. §. 2. & cap. 5. §. 8. num. 14.

DECISIO CXLIX.

An extincta vniuersitate extinguantur iura super ea imposita.

SVMMARIVM.

Vniuersitas moritur, & viuit, ad instar, & similitudinem hominis, & quibus modis mors vniuersitatis contingere possit declaratur. num. 1.

Vniuersitas recedentibus successiue habitatorbus, vsq; ad duos, vel tres, superstites remanet repræsentata, in duobus, vel tribus superstitibus, qui sunt veluti residui vitalis spiritus vniuersitatis, num. 2.

Vniuersitas dicitur mori repentino, & subitaneo casu, veluti incendijs, inundatio ne, terremotu, ac etiam omnibus vicinis totaliter ipsam desserentibus. num. 3.

Vniuersitas dicitur viuere, & conseruari in duobus, vel etiam in vno ex habitatoribus, licet omnes alij pereant. numero 4.

Textus in l. Neratius Priscus, de verbor. significatione declaratur, & dissolui-tur antinomia istius legis, cum lege sicut, §. Decuriones, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. num. 5.

Vniuersitas, vt de nouo constituatur, ad minus requiruntur tres personæ, licet ad eius conseruationem vnus tantum sufficiat. num. 6.

Vniuersitas vt conseruetur nõ est necessarium, quod personæ superstites, sint naturales, aut originaij; aut a talibus descendentes, quibus iura vniuersitatis concessa fuerunt. num. 7.

Vicinus, vt quis dicatur ad gaudimenta vniuersitatis, sufficit habitare in vniuersitate, vel contrahere domicilium. num. 8.

Municeps, quis dicitur alicuius loci, ratione habitationis. num. 9.

Forensis dicitur ciuis, si soluit onera pro rebus, quas habet in vniuersitate. numer. 10.

Forensi non imponitur collecta pro rebus existentibus in oppido, vbi imponitur collecta. nu. 11.

Collecta imponi non potest, si persona non est subdita ratione originis, vel domicilij. num. 12.

Incola, & habitator in aliquo loco, gaudet illius priuilegijs. num. 13.

Vniuersitas noua, & noui habitatores non tenentur, nec adstringuntur actionibus personalibus, quibus vniuersitas de mortua & antiqui habitatores tenebantur. numer. 14.

Mori, & extingui dicitur vniuersitas, quoad extinctionẽ actionum personalium; quando omnes vicini recesserunt, absque spe, & animo redeundi. num. 15.

Vniuersitatis iura destruuntur, ad de- R 4 stru-

destructionem, & extinctionem vniuersitatis.num.16.

Vniuersitas, cuius nulla forma, nec materia remanet, dicitur extincta, licet postea readificetur. num.17.

Vniuersitas, bifariam considerari potest, vel formaliter, vel materialiter. n.18.

Obligationes personales extinguntur, vbi vniuersitas extinguitur quoad suam formalitatem, collectione scilicet vicinorum, & habitantium in ea, licet remanserit idē territorium. num.19.

Hypothecaria actio remanet quoad territorium, collegio formaliter destructo, contra quod talis actio competebat. nu.20.

Actiones reales remanent quoad territoriū, vniuersitate formaliter extincta, licet pereant actiones personales. nu.21.

Vniuersitas non videtur totaliter extincta, vbi destructo loco, remanet aliqua spes probabilis reparationis, vel refectionis. 22.

Vniuersitas non resoluitur, vbi vicini recedunt à loco propter mortalitatem, animo redeundi, num.23.

Lex proponebatur. de iudicijs. declaratur. num.24.

Vniuersitas noua tenetur soluere censualia imposita super antiqua vniuersitate, vbi vicini qui vniuersitatē repręsentant, non mutantur, sed solum mutant locum in eodem territorio. num.25.

Nauis, quę res mobilis est, si dissoluatur animo iterum eam construendi, postquā fuerit de nouo constructa, dicitur eadē nauis; secus, si dissoluatur absq; animo, & intentione iterum eam construendi. n.26.

Vniuersitas, quę dependet à domibus, & vicinis, & similiter domus qualibet destructa totaliter, licet in eodem solo fabricetur, noua domus, & vniuersitas dicitur. num.27.

Vniuersitas funditus destructa, si postea construatur de nouo, non dicitur readificari, sed ędificari de nouo: maxime quando nulla remansit spes readificationis. n.28.

Obligationes conciliares, & personales antiquę vniuersitatis, iam destructę, non comprehendunt nouā vniuersitatē, nec populatoros illius, qui non sunt nominati in illis obligationibus, & ita refertur iudicatum in Regia Audientia. num.29.

Loco depopulato, & destructo, si alius intra terminos prioris loci fuerit ędificatus; idem locus esse censetur, subrogaturq; in locum prioris, quod declara, vt infra. nu.30.

Locus, vel ciuitas destructa, si postea fuerit reposita in loco diuersi territorij, noua censetur ciuitas. num.31.

Castrum destructum sine spe readificationis auctoritatē superioris, amittit omnia iura, & priuilegia; nec illa recuperat, si reędificetur, secus si destruatur a Tyrano, vel ab hostibus, quia si readificetur, retinet omnia iura sibi antea competentia. nu.32.

Locus destructus ab hostibus, tunc recuperat iura, & priuilegia, vbi intra eundē terminū, & territorium fuerit readificatus. num.33.

Loci destructio facta impetu fluminis, ęquiparatur destructioni factę impetu hostium. num.34.

Ecclesia destructa ab hostibus, licet fuerit à Canonicis derelicta, non amittit iura & priuilegia, conseruanturque Canonicis, qui in priorum locum possunt subrogari. numer.35.

Vicini desserentes aliquem locum ob impetum fluminis, non videntur se absentasse animo desserendi locum, sed ponendi se in tuto. num.36.

Readi-

Readificatio loci dicitur facta incontinenti, licet octo menses, vel plus transacti fuerint ante readificationem, si illo medio tempore fuerint facta praeparamenta necessaria. num. 37.

Emphyteutica re in totum extincta, finitur emphyteosis. num. 38.

Noua vniuersitas censetur, vbi non ijdem vicini vniuersitatis antiquae, sed alij diuersi vniuersitatem readificauerunt, sibe intra, vel extra territorium prioris loci fuerit nouus locus constructus. num. 39.

Molina in verbo censualia, vers. in censuali declaratur. num. 40.

Bart. in l. eius qui, in §. celsus, ff. ad municipali. declaratur. num. 41.

Ecclesia destructa retinet iura sibi competentia, propter spem readificandi. nu. 42.

Spes readificandi non potest considerari in vniuersitate destructa, vbi priores habitatores omnino perierunt, nec amplius visi sunt. num. 43.

Vniuersitate resoluta, non pereunt actiones reales, & hypothecariae, & ita indicatum in Regno. num. 44.

Actiones reales, & hypothecariae solo adhaerent fixae, & immobiles. nu. 45.

Vniuersitate extincta, vel resoluta, absque culpa, & facto vicinorum, etiam reresoluuntur actiones reales, & hypothecariae ex opinione multorum. num. 46.

Depopulato, & extincto populo, ius pastus pertinet ad dominum habentem iurisdictionem. num. 47.

Vsufructus relictus ciuitati extinguitur per eius mortē, vel depopulationē. n. 48.

Locus readificatus in alio solo per vicinos priores loci, ex quo idem locus censetur, retinet omnia iura, & vsufructum priori relictum. num. 49.

Assignatio terminorū facta per Regē, vel Principē, facta censetur sub qualitate vniuersitatis, & commorantium. nu. 50.

Diuisio terminorū spectat ad Principē, vel Regem, sitq; ad alimēta vassallis praestanda. num. 51.

Princeps assignatione terminorum, populos dotare censetur. num. 52.

Vniuersitatis qualitate defficiente per depopulationē, resoluitur assignatio terminorum, & dominiū translatū in vniuersitatem reuertitur totum in concedentem, ex sola vi, & potestate dñij directi. num. 53.

Qualitate defficiente, cuius respectu, quid dispositum, defficit beneficium. n. 54. Obligationes, & hypothecae per vniuersitatem, terminis vniuersitate assignatis, resolui debent, resoluta vniuersitate. num. 55.

Assignatio terminorum censetur facta vniuersitati, quatenus in dicto loco erunt cōmorātes, & durauerit vniuersitas. n. 56

Assignatio terminorū implicitā habet conditionē resolubilitatis. n. 57. Feudū si reuertitur ad dñm, vt dñm, id est, iure dñij, & sine culpa, & facto vassalli. nō tenetur dñs ad onera per vassallū imposita. n. 58.

Resoluto iure dātis resoluitur ius acceptoris. n. 59. Dominus ad quē reuertitur feudū, non vt ad dñm, sed vt ad quemliber priuatū, ex aliqua causa voluntaria, tenetur ad onera per vassallū imposita. n. 60.

Concessio facta alicuius rei homini ad vitā illius, finitur suo naturali fine per eius mortem, & obligationes, vel hypothecae medio tempore impositae resoluuntur. nu. 61.

Feudum, emphyteosis, & similes concessiones factae ad tempus, veluti ad vitam alicuius, vel ad aliquas generationes; tunc, adueniēte casu, fit reuersio, nō per viā transmissionis alicuius iuris, sed per modū priua-

priuationis,& anihilationis.num.62.

Concessione facta ad tempus,ea durante nihil innouari potest,nisi ad limites iuris concessi.num.63.

Reuersio,& consolidatio,ex natura rei, & necessitate causæ antiquæ, & præexistentis rei consolidatæ, consolidatum facit eiusdem iuris,qualitatis, & conditionis cũ re cui consolidatur,& vnitur.num.64.

Acquisitio noua non dicitur,sed continuatio antiqua, quando possessio naturalis reuertitur ad ciuilem finita concessione, nec soluitur gabella, tanquam de re noua. num.65.

Feudum cadens in commissum reuertitur ipso iure, sine retraditione possessionis. num.66.

Ius directi dominij semper est in actu permanenti.ex vi atractiua,& non est nouum dominium,sed consolidatio.nu.67.

Dominium directi habet vim directi, & vtilis,cum finitur emphyteosis, & vsufructus, & cum res reuertitur ad mulierẽ soluto matrimonio.num.68.

Reuersio si fiat ex necessitate causæ veteris, & sine voluntate, & facto ius amittentis debet fieri sine aliquo onere. num.69.

Concessio,vel assignatio terminorum facta per Principem vniuersitati ad vitam vniuersitatis facta censetur.nu.70.

Vniuersitate destructa,expirat concessio,vel assignatio terminorum,& quasi naturaliter mortua vniuersitate,res ei concessa reuertitur ad superiorem, nõ per modum transmissionis alicuius iuris, sed per modũ negationis,& mere priuationis.num.71.

Assignationes terminorum factæ sunt vniuersitatibus per Reges, vel Principes intuitu populationis.num.72.

Princeps assecutus est vniuersale dominum,& iurisdictionem regimentis Reipublicæ in eum translatis.num.73.

Iurisdictionem nullus pretendere potest, nisi titulũ Regiũ, vel dominiũ probet.n.74.

Termini vniuersitatibus assignati à Principe,ad eum reddire debent,extincta, & resoluta vniuersitate.num.75.

Dominia data fuerunt a dominis rerũ publicarũ,& termini appositi, per quorum distinctionem fuit dominis, vel particularibus quæsitũ dominiũ, sumpta præsumptione à prima dominiorum distinctione.n.76.

Vniuersitate,vel loco depopulato, etiã obligationes reales, vel hypotecarias super terminis impositas resolutas, & extinctas fuisse per depopulationẽ,aliquando fuit iudicatum in Regno.num.77.

Imperator dicitur dominus totius mundi,respectu vniuersalis dominij, non particularis. num.78.

Hæreditates particularium nõ censentur apprehensæ, apprehenso termino loci. num.79.

Vniuersitate, vel loco depopulato, licet resoluatur dominiũ vniuersale,non tamen particulare,ex aliquorum sententia.nu.80.

Dominium vniuersale terminorũ irreuocabiliter fuit in vniuersitatem translatum,ex prima concessione.num.81.

Dominio vniuersali resoluto, vi & potestate domini directi, ob finitum tempus concessionis, etiam particulare dominium resolui debet; ex quo tota res concessa venit resoluenda, & dominus loci indemnis seruari.num.82.

Res non dicitur in totum restitui, cui pars defficit.num.83.

Dominium vniuersale terminorũ transiuit

fuit in vniuersitatem per dotationem, & aßignationem terminorum, & in consequẽtiam istius dotationis transiuit in particulares, præsentes, absentes, & futuros vtilitas terminorum, & totum hoc irreuocabiliter durante vniuersitate, num. 84.

Consequens & accessorium non debent esse maioris potentiæ quam principale, data habilitate in vtroq. actũ concedente. numer. 85.

Principali conceßione recissa, & accessoria rescindi debet. num. 86.

Aßignatio terminorũ, ex quo fuit facta vniuersitati, & particularibus vnico respectu, vniuersitati propter commorantes, & commorantibus propter vniuersitatem, eo respectu cessante propter mortem vniuersatis, in totum corruere debet. nu. 87.

Restituta re ad pristinum, & antiquum statum, siue illud fiat per viam restitutionis à iure, siue per viam resolutionis, negationis, & extinctionis, totum debet restitui ad pristinum, statũ, taliter quod onera medio tempore imposita euanescant. numer. 88.

Iniuria nulli fit, quod quis ad pristinum statum restituatur. num. 89.

Contrahere, & disponere tantum permittitur ei, cui res conceßa est ad metas, & tempus rei sibi concessæ. num. 90.

Molinæ determinatio, in verbo firma, versic. firma quędam fuit oblata, fol. 152. colum. 3. defenditur, & saluatur ab impugnatione Plebani illam impugnantis, & contradicentis. num. 91.

Dominus occupare potest bona vaßalli recedentis, & talis occupatio fit cum suo onere a vassallo imposito, teneturq́ dominus creditoribus anterioribus satisfacere. n. 92.

Vniuersitas semper subsistit, & viuit, licet aliqui ab ea recedant. nu. 93.

Occupatio bonorum vassalli recedentis facta per dominum, videtur esse quædam confiscatio bonorum. num. 94.

Occupatio, quæ fit a domino ob resolutionem, & mortem vniuersitatis, non dicitur confiscatio, nec fit propter culpam, & factum ius amittentis. num. 95.

Occupatio, quæ fit à domino de bonis vassallorum recedentium, non fit in vim absolutæ potestatis, sed in vim iuris communis. num. 96.

Fiscus succedit in locum condemnati per confiscationem, & in illius actionibus actiuis, & paßiuis, vti successor illius. numer. 97.

Resolutio vbi fit per viam extinctionis, nulla datur succeßio, sed res restituitur ad pristinum statum. 98.

Dominus nõ tenetur ad onera per vassallum imposita, vbi feudum peruenit ad dominum iure, & potestate feudali, secus si perueniat ad ipsum tanquam ad quemlibet priuatum, ex aliqua causa voluntaria, veluti emptione, donatione, vel alia causa facta a vassallo. num. 99.

Emphyteosis, feudum, vel alia conceßio si confiscatur propter delictum vassalli, reuersio fit ad dominum cum oneribus, secus si fiat reuersio ex antiqua causa, & absq́ culpa, & facto vassalli. num. 100.

Reuersio bonorum facta ad dominũ propter expulsionem Maurorum, seu nouiter conuersorum, ex quo fuit causata non in vim conceßionis temporaliter finitæ, sed propter superuenientem culpam illorum, intelligi debet facta cum oneribus impositis ab ipsis nouiter conuersis. num. 101.

MVL-


VLTOTIES fuit dubitatũ in Regno, an si extinguatur aliqua vniuersitas, de populatione, aratro, vel alio casu, extinguantur etiam obligationes super ea constitutæ, tam reales, quam personales; taliter, quod nec actiones hypothecariç possint intentari, neque etiam, si de nouo locus construatur, possint noui populatores molestari actionibus personalib⁹, quibus præcedens vniuersitas astricta erat. Quod omne disputatum fuit in processu Iuratorum de Sobradiel, in mense Februarij, aut Martij, anni 1594. in Curia Domini Iustitiæ Aragonum: fuit casus.

CASVS.

Locus de Sobradiel à tempore immemoriali, & sic à tempore conuersionis Maurorum, vsque ad annum 1582. fuit locus nouiter conuersorum ad fidẽ, & eis sic existẽtibus, conciliariter se obligarunt in aliquibus censualibus, commãdis, & similibus obligationibus guarentigiatis, priuilegiatis, & executiuis, continentibus obligationes personales, & reales; eisq; sic existentibus obligatis, euenit, quod dicto anno 1582. innundatione graudi fluminis Iberi occupantis violento suo cursu dictum locum, & cętera adiacentia, adæquauit solo, & destruxit, & funditus demolitum fuit omnes domos, & ædificia illi⁹, sublata omni reędificandi spe; & nisi populatores, & vicini, veloci cursu se in superiora loca contulissent, absque dubio repentino illo Clatequismo perijssent omnes, qui bonis & spe deperditis redeundi ad dictum locum, in alijs se constituerunt vicinos, & populatores. Extincto sic, & mortuo supradicto loco, quidam veteres Christiani insimul congregat, auxilio, & fauore Michaelis Cerdan domini dicti loci ædificarunt de nouo nouas ædes, lares, & ædificia, congregando se in forma Concilij, tanquam noui populatores, nullis huc vsque per eos obligationibus contractis. Verumtamen, timentes ne cupidi creditores obligationem antiqui loci vellint tentare, & experiri contra ipsos (hæc est enim incerta litigiosa fortuna, & sors) recurrerunt ad iustissimum præsidium, & tutamen Iustitiæ Aragonum, petentes ab eo iuris firmam, seu inhibitionem, per quam inhibeantur supradicti auidi creditores, ne in vim antiquarum obligationum vniuersitatis antiquæ mortuæ molestare eos tentent, qui noui populatores sunt nouę vniuersitatis incolæ.

In concessione, & denegatione præsentis inhibitionis multa considerata fuerunt pro vtraque parte. Ad cuius faciliorem expeditionem opportet pręmittere aliqua circa vitam, & conseruationem vniuersitatis, eiusque interitum: sicut homo enim naturaliter moritur, & viuit, moritur inquã, aliquando duratione temporis, veluti infirmitate, senectute, aliquando vero repentino infirmitatis, vel alterius casus ictu, taliter, quod improuise moritur: eodem etiam modo
1 vniuersitas † moritur, aliquando resolubiliter, ciuili infirmitate, veluti fame, sterilitate, & alijs inclementis fortunæ iniurijs detenta; quo casu paulatim resoluitur, & languescit, recedentibus successiue habitatoribus, vsque in duos, vel vnum superstites, in quibus adhuc remanet vniuersitas reprę̃sentata; sunt enim illi residui spiritus vitalis illius, iuxta tex. in l. sicut, §. fin. ff. quod cuiusq, vni
2 uersitatis, & eis paucis recedentibus omnibus, omnino remanet extincta vniuersitas, gl. in l. si vsusfructus ciuitati, ff. quibus mod. vsusfruc. amitta. nisi recessissẽt animo redeundi, vel in effectu reuertantur, d. glo. ita intellige, Molin. in verb. cẽsualia. Aliquãdo autem moritur vniuersitas, & extinguitur subitaneo, & repẽtino casu, veluti incẽdio, innundatione, terręmotu, & alijs similib. casib. vt in l. si vsus fruct⁹. ciuitati. ff. quib. mo. vsusf. amitat. Bald. in c. Imperialis. n. 8. de pace cõstantię, & idẽ foret si omnes vicini absq; ali-
3 qua causa se absentarẽt, & totaliter vniuersitatem desererent: isto enim modo moritur vniuersitas, Bald. vbi sup. nu. 9. glos.

glos.in d.l.si vsusfructus, Bart.in l.in singulos,ff.de annuis legatis, idem Bart.in l.fin.num.21.ff. de Collegijs illicitis, Petrus de Perusio in tractatu de mutatione status Ecclesiastici in prin. & col.2. & 3. è conuerso autem viuit, & conuersatur
4 vita † vniuersitatis in duobus,aut vno ex habitatoribus ,licet omnes alij pereant, pro quo sciendum est, quod secundum tex in,l. Neratis de verborum, & rerum signifi.in tribus personis seu tribus vicinis conseruatur, atq; sustinetur vniuersitas, & quamuis illud videatur tradi ex lege illa, tamen verius est,vt in vno solo ius vniuersitatis retineatur l.sicut, §. in decurionibus,versic.sed si vniuersitas ad vnũ,ff.quod cuiusq; vniuersita. nomine. ibi, *Sed si vniuersitas ad vnum recidit, magis admittitur posse eum cõuenire, & conueniri, cum ius omnium in vnum residerit & stet nomen vniuersitatis, &c.* nam licet personę mutentur,vniuersitas tamen semper manet,& in vno representatur,glos.in verb. nomẽ vniuersitatis,& ibi Bart.in l.si grege,ff.de legat.1. Archidiaconus in Can. si forte,65.disti. Valascus in l.Imperium, num.82. ff.de iurisdict. omnium iudicũ, Franciscus Marcus decisione 785. nu.5. glos.in cap.gratum, de postulatione Prę latorum,vbi Abbas,&alij,Syluanus consil.20.num. 8. Ex quibus apparet, quod hæc est communis. Antinomia autem inter dictam legem † Neratius, & legẽ.
5 Sicut facillime tollitur à Doctoribus,dicentibus legem Neratius,loqui in noua vniuersitate constituenda, quo in casu ad minus requiruntur tres personæ,&c. cum minori numero personarũ non posse nouam vniuersitatem constitui, §. in decurionibus loqui in vniuersitate, iã
6 constituta retinenda,& † cõseruanda;nã tunc sufficit si vnus remanserit, & in eo iura vniuersitatis conseruantur: & ideo solus ille conuenit,& conuenitur, d.l. sicut,§.in decurionibus; quæ conciliatio communis est apud Doctores in dictis locis. Neque in hoc casu ad conserua-
7 tionem iuriũ † vniuersitatis requiritur, quod illi pauci,qui supersunt, sint naturales,&originarij,& à talibus descendẽtes in dicta vniuersitate; quibus concessa fuerunt iura vniuersitatis,nam vt quis
8 dicatur vicinus † ad gaudimenta vniuersitatis, sufficit habitare in vniuersitate, Bart.in l.cum de Lanionis,§.Sabinus,de fundo instructo.& ibi Albericus, & alij, vel contrahere domiciliũ,soluendo onerara vniuersitatis, Bart.in l.cum scimus, C.de agricol.& censit. lib. 11. & ibi Platea: vnde Bart. cons. 42. sustinet, quem
9 esse municipem † alicuius loci ratione habitationis, l.1. ad municipal. l. sed reprobari,ff.de excusatione tutorum,Bar. cons.172.Socinus 110.volu.1.& 111. quod
10 in tantum verum est,quod forensis † dicatur ciuis, si soluit onera pro rebus, quas habet in ciuitate, vel oppido, Felinus in cap.quoniam, vers. &c. adde, de
11 officio Ordinarij : collecta tamen † tali non imponetur; quia imponitur personæ pro rebus: & sic forensi non imponitur pro rebus existentibus in oppido, vbi imponitur collecta, Bart. in l. libertus, §. sola ad municipal. nam si persona
12 non † est subdita ratione domicilij vel originis, non potest ei imponi collecta, Bart. in l. rescripto, §.fi. ff.de muner. & honoribus,Bald.in l.non tantum,§.fin.ff. de excusatio. tutorum, fauet superioribus,l.vnica C. de priuilegijs corpor. lib. 11. vbi eo ipso quod quis habitat, & facit colatum † in aliquo loco, gaudet illius
13 priuilegijs,quę licet loquatur in ciuitate Romana, idem erit in quacumq; alia ciuitate & oppido, in quibus aliqui recipiuntur vt habitatores,& ciues,nam gaudebunt tales priuilegijs loci,Lucas de Penna in l.ciues.ff.ad municipal. His pręhabitis,quantum attinet ad actiones personales,resolutio fuit,nouos habitatores & nouam vniuersitatem non teneri, neque eis adstringi ex sequentibus † (de realibus in fine dicetur) Nam (vt supponitur) cum omnes habitatores loci de So
14 bradiel recesserint absq; spe aliqua redeundi, & reædificandi, nouiq; populatores accesserint,nouaq; fecerint edificia, sequitur inde manifesta mors, & extinctio

15 ctio illius vniuersitatis, & ex cõsequẽti demortuæ & extinctæ † sũt omnes actiones personales contra dictam vniuersitatem, ex Bart. in l. inter stipulantem, §. sacram de verborum oblig. & in l. damni infecti, §. si is qui vicinas, nu. 1. de dãno infecto, idem Bart & Castr. in l. seruitutes, §. si sublatum ff. de seruitutib. & hoc iustissime, quia nulla remansit forma nec materia vniuersitatis, contra quam possint intentari; quia iam desijt esse vniuersitas. l. quid tamen, §. fin. quibus mod. vsusfr. amitatur, & in l. si cui bal nei eo. tit. Menochius cons. 219. vol. 3. Nam ad destructionem vniuersitatis iu-
16 ra † etiam eius destrui, & corruere edocemur, licet postea reędificetur, quia noua vniuersitas dicitur, Ang. col. 1. in l. proponebatur, ff. de iuditijs. Decianus cons. 19. n. 171. vol. 3. Albert. Brun. in tract. de interitu & peremptione, conclusione 5. num. 13 & 15. Menoch. cons. 219. nu. 16. vol. 3. cum sequentibus. Quod ex eo patet, nam sicut in vno conseruari dicunt vniuersitatem, ita similiter nullo rema-
17 nente extinctam & resolutam † asseuerant Bartol. in l. si grege, vbi Iasson nu. 22. ff. de leg. 1. & supra latius diximus: hic autem nullus remansit, omnes recesserunt, sublata omni spe reædificandi, noui populatores accesserunt, & de nouo construxerunt: ergo &c.

Et ne in ęquiuoco laboretur, vniuersi-
18 tas sumitur † vel materialiter pro loco, territorio, ędificijs, & domibus circundato: aut formaliter pro anima vniuersitatis, quę consistit in congregatione, & collectione omnium, qui vniuersitatem & collegiũ constituunt. Azo in suma de sacrosanct. Ecclesijs in prin. dicens, Ecclesiam dupliciter sic accipi, vel proparietibus, vel pro capitulo Ecclesię. Bart. Iass. & Albertus Brunus infra citandi. Vnde, licet in casu pręsenti remanserit idem territoriũ & per consequẽs actiones reales respectu territorij (de quo in fine latius dicam:) tamen cum omnino fuerit extincta quantum attinet ad formalitatem, collectionem silicet omniũ,

19 obligationes † personales, corruentibus personis corruere etiam debent. ita Bar. in d. §. sacram num. 11. & ibi Iass. nu. 20. Albertus Brunus in tractatu de refectione conclusio. 4. num. 28. destinguentis in Ecclesia, an dirruatur materialiter quoad parietes, & edificium, & tunc dicatur noua Ecclesia materialiter quoad parietes, aut accipiatur pro capitulo: & tũc dicatur eadem Ecclesia, si semper durauit idem capitulum. Romanus cons. 417. col. 4. vers. in casu vero, dicens, collegio
20 formaliter destructo hipotecariã quoad territorium manere, † actiones tamen personales extingui, Bart. in d. §. sacram num. 9. & sic in casu presenti quoad territorium manebũt actiones reales, quia materialiter considerando idem est territoriũ, sed quia formaliter quoad collectionem personarum fuit destructum, & est diuersum, ideo quo ad personas & bona mobilia, quæ personas sequuntur, fuerũt omnino extinctæ † obligationes,
21 quia collectio personarum fuit dissoluta. Fortificantur superiora ex veriori distinctione, nam quidquid sit quando destructo loco remanet aliqua probabilis †
22 spes reparationis, si tamen ita destruatur, vt attento presenti statu nulla possit cõsiderari spes refectionis; tunc iura omnia vniuersitatis actiua & passiua omnino extinguũtur, Remigius in tractatu de inmunit. Ecclesiar. ampliatione 10. verbo Ecclesia destructa in fin. vbi late, in terminis Alex. cons. 43. num. 2. lib. 1. sicq; intelligendus Bart. in l. fin. nume. fin. de collegijs illicitis: quia quando omnes re-
23 cedunt propter mortalitatem, † animo tamen redeundi, non resoluitur vniuersitas, ita Molinus in verbo censualia vers. sic. in censuali, quia ibi recesserunt voluntarie cum spe reędificandi nouum loeũ in alia parte eiusdem territorij, & sic iustissime determinat Molin. eandem vniuersitatem censeri, Alex. vbi supra: quid quod in casu Molini poterat fraus considerari, si aliud dixisset.

Nec obstat si dicas, quod etiam si recesserint, vel mutati fuerint vicini loci de

de Sobradiel, semper est eadem vniuersitas l. proponebatur † de iudiciis. Quia
24 respondeo quod lex illa procedit quando mutantur vicini particulariter & successiue per mortem, vel recessum aliquorum, & natiuitatem, aduentumq; aliorum per viam subrrogationis, quo casu licet omnes ita particulariter fuerint mutati, vniuersitas tamē nunquam est mutata, sed vna manet, licet sic aliquando decrescat. In casu tamen presentis decisionis non fuit subrrogatio aliqua succedentibus aliquibus in locum mortuorum vel discedentium, manente semper eadem vniuersitate; quia cum vnico actu momentaneo omnes recesserint & dissoluta fuerit forma, inde mors vniuersitatis cōtingit, & hic est intellect⁹ ad dictā legē proponebatur, secundū glos. ibi in verbo existimari, & probatur in l. quid tamen, §. in nauis & ibi glos dissoluta ff quibus mod. vsusf. amittatur, & in l. quod in rerum §. fin. de leg. 1. & in l. si ita legatum. §. fin. ff. de leg. 1.
25 Neq. etiam obstat, si dicatur, † quod hęc noua vniuersitas tenetur soluere cēsualia, & alia debita contracta per antiquam & extinctam vniuersitatem iuxta tradita per Molinam in verbo censualia vers. in censuali sunt obligatæ fol. 63. col. 3. quia vltra solutionem supradictam determinatio Molinę procedit, quando idem vicini, qui vniuersitatem representant, non mutantur, sed solum mutant locū in eodem territorio, edificando lares, & domos in alio salubriori, & cōmodiori loco eiusdem territorij, & in hoc casu cum subsistant ijdem vicini representantes vniuersitatem, est eadem vniuersitas, licet nouo nomine appellata; & remanebit obligata ad solutionem censualium, ex quo ibi nulla mors, nulla extinctio datur vniuersitatis, sed solum mutatio edificiorum in eodem solo & territorio; totum oppositum est in casu præsenti, vbi subito defecerunt omnes populatores, ędificia, & ędes, & sic defecit forma substantialis vniuersitatis. vt declarat glos. in l. qui vsumfructum in verb. facta sit. ff. de vsufructu; & licet in eodem territorio edificatæ sint nouæ domus, & in eis adsint habitatores, nega ri non potest, quod sint noui vicini. & nouę domus & noua vniuersitas, licet idem territorium, vt probatur in d. §. sacram vers. & nauis. ff. de verborum obligatio, & in l. qui res §. arcam. ff. de solu-
26 tio. Et licet respectu nauis, † quæ res mobilis est, & in qua consideratur pręcipuè animus & destinatio hominis an dissoluatur animo, & intentione iterum construendi eam, an vero sine tali intentione, nam primo casu, post quam fuerit de nouo cōstructa, dicitur eadem nauis, in secūdo vero casu, licet de nouo cōstruatur cum eisdem tabulis, dicetur diuersa nauis, d. §. sacram & §. aream. in domo autem & consequenter in vniuersitate quæ dependet a domibus & vicinis, sine distinctione aliqua est vera conclusio, quod dissoluta domo vel vniuersitate eo modo, quo supra, licet in eodem solo po
27 stea fabricetur noua † domus & vniuersitas, dicitur semper noua domus, & vniuersitas, iuxta glos. in l. qui vsumfructum verbo legatus ff. de vsufructu & ibi Doctores Menoch. d. cons. 119. num. 18. 19 & 20. in 3. Abiles in capitibus pręrorū cap. 23. num. 14. cum sequentibus, Albertus Brunus de refectione 8. cōclusione vers. prædicta conclusio nume. 61. thomo 17. Idem in tractatu de interitu conclusione 6. num. 12. & sic resolutiue quando vniuersitas funditus destruitur, si postea de
28 nouo construatur, non dicitur reædificari, † sed edificari de nouo: quod tamē sine dubio procedit, quando nulla remansit spes reædificandi, vel noui omnino fuerunt populatores, & in his casibus cessant omnes obligationes primę vniuersitatis extinctę, quæ non possunt comprehendere nouāþ vniuersitatem, per ea quę noiāt Bart. Iass. & alij in l. 1. §. si quis ędificium ff. de noui operis nunciatione, Felinus in cap. consuluit de Iudeis & Sarrace. Cagnolus in l. domum de regulis iuris. Abiles vbi supra cap. 23. num. 14. & sic ex consequenti obligatio nes

nes conciliares&personales antiquę vniuersitatis iam destructę, non compræ-
29 hendent † nouam vniuersitatem,nec populatores illius, qui non sunt nominati in dictis obligationibus, argum.l. seruitutes, §. si sublatum, & ibi Paulus.de ser uit.vrban.prædiorum, Albert.in d.tract. de interitu,conclus.6.num.28.Ita in vim superiorum fuit in Curia Iustitiæ Aragonum prouisa firma,in fauorem nouę vniuersitatis de Sobradiel, ne tenerentur obligationibus personalibus antiquæ vniuersitatis destructę,neque illorũ bona mobilia possent executari, in supradicto processu Iuratorum de Sobradiel super iuris firma,de mense Februarij, vel Martij, anni 1594. me ibi existente & relatore. Et idem antea fuerat iudicatum in Curia Domini Iustitiæ Aragonũ, in processu Ioannis de Agreda, & aliorum sup. iuris firma, die 11.mensis Septembris,anni 1586.ex motiuo sequenti.

Motiuum.

EAdem die, in processu Ioannis de Agreda, & aliorum super iuris firma,Dominus Io. Baylo Tel, re integrà existente se separauit à voto per eum de super pręstito,&cum his,fuit voti.Quod debet pronuntiari, iuris firmam obtentam, & præsentatam pro parte Ioannis de Agreda Maioris, Ioannis Roldan, & aliorum principalium Ioannis Villafranca procuratoris,fore, & esse recipiendã, &admittendam, eamquè recipi, & admitti debere, quoad omnia grauamina in cedula grauaminum pro eorum parte oblata, deducta,& articulata, & reformando sententiam iudicis à quo,absolui dictos Ioannem de Agreda, Ioannem Roldan, & alios principales dicti Ioannis de Villafranca procuratoris,à contentis, in petitione contra eos oblata,respectu captionis personarum, & executionis bonorum mobilium eorundem tantum. Et respectu bonorum sedentium, quæ fuerunt obligatorum,& eorum Sarracenorum, qui concilium, siue aljamam repręsentabant tempore conuersionis generalis eorundem, & dissolutionis, siue extractionis dicti concilij, dictam iuris firmam fore,& esse reiiciendam,& repellẽdam eamquè reiici, & repelli debere, quoad alia grauamina in cedula grauaminum, pro eorum parte oblata, deducta, & articulata, neutram partiũ in expensis condemnãdo. Ex eo, & alias dicta iuris firma recipitur, & sententia iudicis a quo reformatur,respectu absolutionis personarum,& bonorum mobilium tantum; quia ex deductis in processu constat,post generalem conuersionem Maurorum, siue Sarracenorum in præsenti Regno factam ad nostram Catholicam fidem, aljamam, siue concilium nouiter conuersorũ loci de Burbaguena, super quo præsens censuale, in processu exhibitum erat impositum, & carricatum,in totum extinctum ac dissolutum fuisse, & incorporatum accessoriè in concilio Christianorum veterum dicti loci, nullaque remanserunt vestigia dictæ aljamæ, siue concilij Maurorum, super quo prędictum censualæ sub sistere posset: quo fit,vt dissoluto,& extincto dicto concilio,& mortuis omnib⁹ obligatis,& alijs successoribus,illud cõciliariter,& vniuersaliter repręsentantibus, executionem aliquam contra personas Conuentorum,& eorum bona mobilia fieri non posse;attenta ratione scripta,& forali dispositione, certum, & indubitatum esse existimemus.Repellitur autem dicta iuris firma, respectu dictorum bonorum sedẽtium; quoniam actio hypothecaria, & executio priuilegiata cõpetens cõtra dicta bona, in dicto censuali obligata, semper remanet efficax, etiam extincto,& dissoluto concilio, ex iuris, & fori censura, ac per consequens iure optimo constito de identitate bonorum obligatorum, executio priuilegiata in dictis bonis sine dubio fieri potest:Ex quibus, & alijs ex processu resultantibus, ita pronunciandum respectiue fore censemus,re alios, &c. Dñi Hiero.

Chalez

Chalez, Ioan. Gazó, & Ioan. Torralua Tel. re integra existente se separarunt à votis per eos desuper præstitis; & cum hijs fuerunt voti, & opinionis dicti domini Ioan. Baylo Tel. hodie præstiti, ex eisdem motiuis, & dominus M. Baptista Tel. fuit eiusdem voti, & opinionis ex eisdem motiuis.

Et idem antea fuerat iudicatũ in processu Ioan. de Agreda, & aliorum super iuris firma, die 1. Decembris 1584. & idẽ accepi iudicatum in processu Ioannis Salaberte, in Regia Audientia, die 12. Nouembris 1586. vbi declaratum fuit, obligationes fuisse extinctas quoad personas, & bona mobilia, durare tamen obli-

29 gationem quoad bona †sedentia. Et idẽ accepi iudicatũ secundum superiora in Regia Audien. in processu Hieronymi Garcia super apprehen. de mense Ianuarij 1583. in quo petebantur viginti nouẽ pensiones, ratione cuiusdam censualis impositi super terminis, & bonis loci de Cofita, qui locus nunc est depopulatus, & termini hodie sunt religionis Sancti Ioannis, & Commandæ Montissoni, & Castellaniæ de Amposta. Et fuit repulsa propositio censualistę per rationes prædictas: & licet illud exemplar allegetur, etiam ad extinguendas obligationes reales, veluti hypothecas, tamen quoad personales dubitationem non habet, & quoad res mobiles per supradicta. Pro quibus etiam facit opinio multorum tenentium, idem esse dicendum quoad actiones reales, & hypothecarias: attento quod destructa, & resoluta vniuersitate, resoluitur dominium illius, quasi ad tempus, & sub conditione datum; quo resoluto, resoluendę etiam sunt obligationes super eo impositę; l. lex vectigali. de pignoribus, vbi resoluto iure dantis, resoluitur ius acceptoris, vt in fine dicam. Tamen, quia hæc opinio quantũ ad actiones reales, vel hypothecarias, nõ tam clara & secura est. quantum quoad personales, & res mobiles, quę personã sequuntur; ideo de hypothecis agam in fine non decidendo, sed proponendo tantum, & referendo, remittens me ad censuram Dominorum Iudicum.

Contra superiora tamen opponi solet de aliquibus rationibus. Nã dicitur primo, quod quomodocumq; locus prædictus de Sobradiel fuisset depopulatus, euersus, & destructus, si iterũ intra eos-

30 dem terminos reędificatus fuerit, censetur idem locus; quia nouus locus censetur surrogatus in locum veteris. Molin. in verbo. censualia, versic. in censuali, fol. 63. colu. 4. vbi dicit: Martinũ de la Raga maximũ foristã dixisse, quod eo existente locumtenente, se ita respondisse cuidã officiali consultanti toto consilio concorde, & quod iam antiquitus fuerat practicatũ, & determinatũ: quod si dimisso, & depopulato in totum illo loco, in quo fuit formatũ censuale, homines, seu habitatores illius loci ędificauerint aliũ locum intra terminos illius loci depopulati, & mutauerint nomen, seu imposuerint nomẽ nouum loco nouiter ędificato, quod in isto casu, ille locus nouus, & homines, & habitatores illius, incidũt in eandẽ obligationẽ dicti cẽsualis; quia ex quo infra terminos prioris loci, fuit alius locus ædificatus, cẽsetur idẽ locus, & succedit in locũ alterius loci depopulati. pro quo facit tex. in l. proponebatur, ff. de iudi. quod dicit tenendũ menti, ita Moli. ibi; melius facit tex. in l. si donate, §. 1. ff. de donatio. inter virũ, & vxorem, vbi de subrrogatione. Aymon. Crauet. consil. 295. in septimo dubio, numer. 4. plura tradit Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 32. glos. vnica. numer. 25. cum sequen. Idem dicit Bart. in l. eius qui, §. Celsus, ff. ad municipa. vbi dicit, istud contigisse in Marchia, in †Ciuitate Ga-

31 lij, quæ fuit destructa in vno loco, & reposita in alio loco eiusdem territorij, quod censetur eadem Ciuitas; secus si fuisset reposita in loco diuersi territorij, & Nicho. Bellon. in consil. 1. num. 8. dicit, quod licet castrum destructum sine spe reedificationis auctoritate

32 superioris, † amittat iura, & priuilegia sua, nec illa recuperet licet reędificetur, si ta-

si tamen destruatur à Tyrano, vel hostibus, tunc non amittit iura sua, sed ea retinet, & si iterum reędificetur, † eidem
33 competunt, quod procedit, etiam si in alio loco reędificetur, vt ibi dicit Bellō. quod intelligendum est, dummodo constituatur, vel reædificetur in eodem termino, & in territorio, non autem in diuerso.

Maximè hoc in casu pręsenti locum
34 sibi vendicat, quia locus iste de Sobradiel non fuit destructus † auctoritate superioris sine spe reædificationis, sed imo pręter, & contra superioris, & domini voluntatem, quia vt articulatur, impetu fluminis fuit destructus, quod idem est, ac si impetu hostiū, cum hęc ęquiparētur, vt in l. ex conducto, §. 1. & in l. si merces, §. vis maior, & in l. si fundus, ff. locati, & sic isto casu non desinit vniuersitas, quo ad effectum conseruandi iura sua, tā actiua, quam passiua, & sic semper, quod de nouo reædificetur, censebitur eadē vniuersitas, & idem locus, vt per Inno. in c. 2 de noui. oper. nuntia. col. fin. vbi dicit, ꝙ si Ecclesia capta fuerit ab hostibus, & destructa, non amittit iura, nec priuilegia sua, licet fuerit derelicta à Canonicis,
35 & Clericis † & se absētauerint, quia alij possunt in eorum locum subrrogari, & Ioan. Andre. ibi, in nouella. col. 1. & Hostien. col. 3. & Abb. nu. 5. & Anto. num. 4. & Henrrich. Boich nu. 6. 7. & 8. & Bart. in l fin. ff. de collegi. illici. num. 24. vbi dicit, quod isto casu iura, & priuilegia retinentur per illum locum, vnde vniuersitas denominabatur, & Gregor. in l. 16. titul. 31. par. 3. in verb. *poblasçen*, vbi omnes concludunt, quod dicto casu per vnum solum, qui remaneat, conseruantur iura vniuersitatis, imo quandocumq; ea reædificetur, recuperat pristina iura & priuilegia.

Cum ergo locus pręditus non fuerit destructus per superiorem, sed impetu fluminis, & vicini non deseruerint locū,
36 animo desserēdi, † sed ponēdi se in tuto, & liberandi se ab impetu fluminis, & reędificauerint locum animo, & voluntate conseruandi bona sua, & domicilium, & quando constaret aliquos vicinos aduenisse de nouo, nihil facit ad propositum; imo ipsi subijciuntur prędictis obligationibus, cum idem censeatur populus, & eadem vniuersitas, & vt aiunt Doctores vbi supra, per dictos vicinos etiam alibi existentes, & per vnū solum, qui remanserit, conseruatur eadem vniuersitas, ergo falsum est fundamentum firmantium, quod vniuersitas prędicta fuerit in totum extincta.

Et confirmatur, quia reædificatio facta fuit in continenti, cum ab aduerso articulatur, quod locus prædictus extitit desolatus per octo menses, & quod post reædificatus fuit sub eodem nomine: cū enim hoc fuerit negotium graue, † & de
37 bebant præparari necessaria, ad reædificationem, tempus octo mensium dicitur incontinenti, vt per Bart. in l. 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi armata, vbi dicit, quod relinquitur arbitro iudicis, quando dicatur incontinenti, quia si vnus homo nobilis expulit de castro alium, deiectus dicatur incontinenti recuperare, etiā si post sex menses contigerit, quia ad præparamenta necessaria illud tempus requiritur, reffert, & sequitur Mandel. in consil. 78. num. 7. Decia. in primo vol. consil. 23. num. 101. cum sequen. censuit in illo casu, etiam post sex annos censeri incontinenti, & Aymon Crauet. in consil. 700. n. 5. cum sequen. cēseri idem etiam post decem annos, dum quis habet animum recuperandi, & quando opportunitas se obtulerit. Hiero. de Tortis, in quodam consi. posito, post consi. Anton. de Butrio. nu. 16. & Quintil. Mandos. de Inhibitionibus, quęst. 23. num. 5. cum sequen. Et sic negari non potest, quin dominus, & homines prædicti loci de Sobradiel habuerint animum conseruandi locum prædictum, & bona sua, & possessionē illorū, ex quo tā cito processerunt ad reędificationē prędicti loci, & sic semper visi sunt continuare eundem, absque animo deffiniēdi, & dereliquendi domiciliū, & bona sua, sed semper cōtinuādi, vt

vt est dictum supra, idem tenet Iacob.
de cudis.tit.de roidis.num.50.
Nec in hoc cōtradicunt Corbu. de iu
re.emphyteo.tit.de cauſ.priuatio, ob nō
solu. canon. ampliatione 11. & Molina
de iure emphyteo. tract. 2. disputa. 454.
Qui loquuntur in contractu emphytheo
38 tico,de cuius natura est, quod re in totū
extincta,finiatur,vt in l.1. C. de iure em
phyteo.& procedit,quando res funditus
est extincta,absq; spe reparationis, quod
non est in præsenti casu; maxime, cum
constet vniuersitatem prædictam non
fuisse extinctam, vt desuper fuit proba-
tum.
Verum supradictæ rationes non ob-
stant, secūdum ea quæ deduximus;quia
Molina loquitur quando vicini,qui vni-
uersitatem representāt, non mutantur,
vel moriuntur,sed mutant tātum locum
de vno in alium commodiorem in eo-
dem territorio,retenta semper spe reędi
ficandi; quo casu idem est locus,licet no
uum nomen imponatur:nos vero loqui-
mur,quando omnes vicini deperierunt,
& simul omnes recesserunt, amissa spe
reædificandi ab euentu, ex quo nunquā
reddierunt,& sic iste locus nouus nō est
ædificatus per eos, nec aliquē eorū, sed
per nouos populatores diuersæ, & cōtra
riæ qualitatis, veteres scilicet Christia-
nos,cum alij essent nouiter cōuersi; quo
casu secundum superiora † nouus locus
39 est,& noua populatio. Neque vis est, q̄
in eodē, vel alieno territorio fiat nouus
locus,sed efficatiā consistit,an remanse-
rit spes reędificandi,vel alias perierit,&
an idem habitatores concilium faciētes
40 reædificauerint,vel † alij pœnitus diuer
si,vt in casu nostro.Et ex hijs patet respō
sio ad Bart.in d.l. eiusqui, & ad Bellonū
vbi supra,qui loquitur,quando remanet
spes reædificandi,cessante tyrania,etiā si
fiat reædificatio in alio loco; vt sic con-
stet, quod in hoc nulla vis est, quod fiat
in eodem, vel alio loco; & licet destru-
ctio loci de Sobradiel non fuerit facta au-
ctoritate superioris; tamen alijs modis
potest resolui vniuersitas, vt in casu no-
stro funditus,& omninò,vt dixi:& eodē
modo respondetur ad Innoc. quia loqui
tur,quando remāsit spes † reædificandi,
41 & quia semper remanet collegiū Cano-
nicorum. Nec verum est in casu nostro
remansisse spem reædificandi apud vici-
nos,cum nunquā amplius visi sint,& sic
42 frustratorie agitur,an incontinenti, vel
ex longo interuallo reædificauerint,ad
præsumendū animum conseruandi, vt di
citur in contrario: attento, quod † nun-
43 quam reddierunt; quia non entis nullæ
sunt qualitates & accidentia.
Vltimum,quod adducitur de Corbu-
lo, & Molina,magis facit pro re iudica-
ta,sed tota difficultas est. Quid dicendū
quoad actiones hypothecarias,& reales;
in quibus reperio iudicatum non perire
44 eas,† resoluta vniuersitate, vt vidisti in
supradicto exemplari,& ita tenere mul-
tos practicos,vt sentit Portol.ver.firma,
num.122.ea ratione moti;quod actiones
reales, & hypothecarię solo adhęreant
45 fixæ immobiles,† nullis casibus fortunę
subiectę,& quod sic,licet vniuersitas pe-
reat,& extinguatur formaliter, cū tamē
remaneant prædia hereditates, solū, in
quibus illæ sunt impositę,videtur dicen
dum eas nullo modo perire. Et ita sem-
per,aduocati asserentes personales actio
nes perire,resoluta vniuersitate; tamen
quoad reales & hypothecarias, ausi non
fuerunt dicere eas extingui: imo totum
contrariū asseruerunt,& (quod plus est)
nunquam in tribunalibus id fuit dedu-
ctū,neque attentatum deduci,nec exci-
pi per debitores talium actionum hypo-
thecariarū siue,quia casus non venerit,
excipiendi, & de tali exceptione op-
ponēdi,siue,quia esset subuertere mun-
dum, & dare materiam fraudibus, &
fictis resolutionibus, & extinctionibus
populorum. Quare nos non decidendo,
nec determinando, sed tantum refferen
do,& proponendo dubia, adducam quę
hac in re se se offerri possunt de iure, vt
re melius considerata, supremi Iudices
maturius decidant, & rem determi-
nent.

Doctißimi aliqui ſimul,& circunſpe-
cti viri,à quibus accepi,&audiui,tenent
non ſolum actiones perſonales reſolui,
quoad perſonas,& bona mobilia, extin-
cta , & mortua vniuerſitate per tradita
ſuperius,& quæ infra dicentur (quæ om
nia quantum ad actiones perſonales , &
bona mobilia , rē ſine dubio conuincūt,
& determinant) ſed etiam hypotheca-
rias,& reales actiones,quas perire di-
cunt , & extingui vniuerſitate extin-
cta , & reſoluta , & ſtatim omne
dominium vtile , & iura quacumquè
in vniuerſitatem translata , ſiue à Rege,
ſiue à domino vniuerſitatis , ita , & tali-
ter reſolui, & reuerti ad dominum Re-
gem, & habentes ius , & cauſam ab eo,
veluti dominos temporales, vt nihil re-
maneat, & ſuperſit apud aliquos tertios
creditores, ſed totum reſoluatur ex ſo-
la vi antiquæ conceſsionis; maxime quā
46 do talis reſolutio, & extinctio fit † ſine
culpa, & facto vicinorum,vt in caſu pręſenti:
ſicut de iure apud omnes conſtan
tiſſimum eſt, quod ſi depopuletur , &
47 extinguatur populus , † ſic vniuerſitate
extincta ius paſtus pertinet ad domi-
num, & habentem iuriſdictionem,Paul.
& Alberic. in l. ſicut municipij , §. 1. ff.
quod cuiuſquè vniuerſitas nomine ,
Bart. in l. final. in fin. de colleg. illi-
cit. Abendaño de exequend. lib. 1. cap.
4. numer. 25. verſic. fallit tamen , Boer.
deciſio. 212. numer.14. Alber.in l.ſi vſuſ-
fruct. ciuitati, ff.quibus mod. vſusfruct.
amittatur , Bald. de pac. conſtant. §. 1.
numer.8. 9. & 10. in vſibus feudorum ,
in terminis Gregorius Lopez 3. part.ti-
tul. 31. l. 26. fol. 181. cuius legis elegan-
tiſſima verba ſunt: *A ciudad, o villa,
ſeyendo otorgado vſufructo en algun edifi-
cio, o heredad , o en otra coſa agena , tal
otorgamiento deue durar cien años , è no
mas , ſi tiempo ſeñalado no fuere , y pue-
ſto, è de los cien años en adelante tornaſſe
el vſufructo al ſeñor de la heredad,o a ſus
herederos, è eſto es por eſta raçon, porque el
vſufructo , que es otorgado ſeñaladamen-
te al comun de algun lugar por la muerte
de todos ſe pierden, è aymaron los ſabios que
en el tiempo de los cien años pueden ſer mu
ertos quantos eran nacidos el dia que fueſſe
otorgado el vſufructo. E aun dezimos, que
ſi aquella villa, o lugar, a quien fueſſe otor-
gado tal vſufructo, como eſte ſobredicho,
ſe hermaſſe de manera , que fueſſe arado
el ſuelo , o fincaſſe todo el lugar yermo ,
que ſe deſtaja porende el vſufructo, pero
ſi todos los moradores de aquel lugar, o al-
guna partida dellos poblaſſen deſpues deſ-
ſo, vno en otro lugar, en ſaluo les fincaria
el drecho que hauran en aquel vſufructo,
maguer deſamparaſſen el ſuelo de la Villa
do eſtauan poblados a la ſazon que gana-
ron el vſufructo.*

Hæc verba fecundiſsimæ legis. ſuper
qua Gregorius Lopez multa vtiliſsima
ſcribit , in qua probantur omnia hucuſ-
què dicta ; nam primo dicit , quod per
48 mortem vniuerſitatis extinguitur vſuſ-
fructus ei relictus, † ſiue moriatur , ſe-
cundum ius per centum annos, vt ibi, ſi-
ue moriatur per depopulationem ; &
quod ſi vicini vniuerſitatis derelicto
primo ſolo , in alio loco reædificaſſent
dictum locum, diceretur idem locus, &
49 retineret omnia iura , quæ antea tene-
bat, & † etiam vſumfructum. Et eſt ſum-
mè notandum , quod hoc etiam pro-
cedet non ſolū in vſufructu, ſed etiam in
quacumquè ſeruitute reali conceſſa vni
uerſitati, ex alijs locis: nam eadem mi-
litat ratio in vtroquè caſu. Iſtius autem
dicti, de quo ſupra , aſſignant Doctores
50 de iure eam rationem ; quia aſsignatio
† terminorum facta per Regem , aut
Principem , (ad quos ſolum ſpectat
terminos diuidere in alimenta vaſſal-
lis præſtanda: quia cum Princeps vaſſal-
lorum pater ſit , opportet ab eo illos
vt filios tractari, Bald. conſil. 460. lib. 1.
Iaſſon in l. ſi quis filium , C. de inoffi-

ciof.

ciof. teftam. Aymon conf. 241. numer. 8.
51 & ficut decet † patrem dotem, & ali-
menta filijs dare, l. qui liberos, de ri-
tu nuptiarum, cap. cum haberet, de eo
qui duxit in matrimo. Ita Princeps af-
52 fignatione † terminorum populos dota-
re tenetur, Xuarez allegatione 7. num.
13. Innocen. in capit. cum ad fedem de
reftitutione fpoliator. Bald. in l. 1. num.
12. de emancipationibus liberorum, An
charran. confil. 142. Abendan. de exe-
quend. capit. 1. & capit. 4. numer. 4. &
capit. 12. numer. 2. 3. & 4. & nos late de-
cifione 74.) facta cenfetur fub qualitate
vniuerfitatis, & commorantium; & fic
defficiente illa qualitate per depopula-
tionem, refoluitur afsignatio termino-
rum, & dominium terminorum tranf-
53 latum in vniuerfitatem, † reuertitur to
tum in concedentem, ex fola vi, & po-
teftate dominij directi exiftentis pœ-
nes concedentem, vt in fimili concef-
fione beneficij, fub nomine collegij fa-
cta idem refoluit, Aymon confil. 202.
num. 31. dicens, quod defficiente qua-
litate, cuius refpectu quid difponitur,
defficit beneficium; puta fi conceditur
beneficium, fub nomine collegij, diffo-
luto collegio refoluitur † beneficium,
54 l. fi vfusfructus, ff. quibus mod. vfufru-
ctu. amittatur, l. tutelas, in principio, ff.
de capit. diminutio, l. pater, §. Tufcula-
nus, de legat. 3. Signor. confil. 92. verfic.
præterea, & quod fic refoluuntur om-
55 nes obligationes, & hyppotecę † per
vniuerfitatem impofitæ fuper dictis ter-
minis, refoluta dicta vniuerfitate, Ay-
mon vbi fupra; quia dicta affignatio ter-
56 minorum, ex quo eft facta † fub ifta
qualitate, quod fint commorantes, de-
bet intelligi, ideft quatenus in dicto lo-
co erunt commorantes, & durauerit vni
uerfitas: quia habet ifta afignatio termi-
57 norum implicitam caufam † refolubi-
litatis, vt eatenus duret, quatenus du-
rauerit vniuerfitas, ergo ea ceffante
refoluitur concefsio, & omnes obli-
gationes, & hypothecæ, medio tempo-
re per concilium & vniuerfitatem fu-
per dictis terminis impofitæ: allegat
multa Aymon vbi fupra, qui omnino
videndus. Hæc omnia comprobat, &
multum benè decidit Ofafcus decifio-
nê 156. numer. 9. cum fequentibus, di-
cens, quod quando feudum ad domi-
num reuertitur, vt dominum, ideft, iu-
re dominij, & fola poteftate feudali,
hoc eft fine facto & culpa vaffalli; tunc
dominus directus non tenetur ad one-
ra feudo impofita per vaffallum, fed li-
58 berè † feudum ad eum reuertitur, pro-
ut ab eo procefsit, capit. Imperialem,
§. præterea, & §. callidis, in verbo libe-
rè reuertatur, vbi Doctores de prohi-
bit. feud. alien. per Feder. Dec. confil.
239. numer. 12. & conf. 607. numer. 12.
Sigifmund. conf. 7. numer. 34. Tiraquel.
de retract. §. 3. glof. vnic. numer. 12. vbi
alij Afflict. de prohibit. feud. alien. per
Feder. in principio, numer. 14. & cum
in cafu de quo per Ofafc. iure dominij,
& poteftate feudali, feudum fit reuer-
fum ad dominum, qui iure prælationis
illud recuperauit; ideo non remanfit
dominus iure hypothecæ obligatus; &
licet recuperauerit ibi dominus feudũ,
per contractum; quia tamen hoc ius
competit fibi, iure, & poteftate feudali
recuperando pro eodem pretio, iuxta
§. porro, qualiter olim feud. poteftat.
alien. Ofafcus numer. 1. vbi fupra; ideo
tunc omnino refoluitur ius ipfius vaf-
59 falli, cuius iure † refoluto, refoluitur
quoquè ius habentium caufam ab eo,
l. lex vectigali, de pignor. l. 3. ff. quibus
mod. pignor. rurfus. vel hypotheca foluitur,
cap. 1. §. rurfus de controuerfia inuefti-
turæ, hæc ille. Quod fecus effet fi feu-
dum ad dominum perueniret, non vt
dominum, nec virtute feudali, fed ex
alia caufa voluntaria, tãquam ad quem-
60 libet priuatum, vt dicemus poftea cum
Ofafc. Adde prædictis Ripam in l. quo-
minus, n. 105. cum feqq. ff. de fluminibus,
vbi poft Bar. ibidẽ in quæft. 10. dicit, q̃ de
ftructo caftro perdũtur iura caftro per-
S 3 tinen-

tinentia, vbi allegat Alex. & alios, vide Bald. in tit. de Pace constantiæ, §. 1. n. 89. in vsibus feudorum, qui omnes fundantur in l. si vsusfructus ciuitati, ff. quibus mod. vsusfruct. amittatur, dum disponit, quod quando ciuitas desinit esse per depopulationem, quasi morte, sicut homo finitur, vnde sequitur; quod sicuti concessio facta alicuius rei homini ad vitã illius, finitur suo naturali fine per eius mortem, & obligationes, & hypothecæ
61 medio tempore impositæ † resoluuntur, & reuertuntur ad concedentem, sicut res concessa, ea ratione; quia quando feudum, emphiteosis, & similes concessiones fiunt ad tempus, veluti ad vitam alicuius, vel ad aliquas generationes, tunc adueniente casu, fit reuersio, non per viam trãsmissionis alicuius iuris, sed
62 per modum priuationis, † & anihilationis; quia res illa quasi naturaliter fuit mortua, & ita reuersio fit sine aliquo onere imposito per vassallum, vel eum, cui concessio temporalis fuit facta, & sine præscriptione contra eos, nihil enim potuit innouari, nisi ad limites iuris con-
63 cessi, † l. lex vectigali de pignor. & sic fit hæc consolidatio cum qualitate rei cui fit consolidatio, & in vim illius, vt in casu, de quo per Osasc. vbi supr. Cum enim fiat reuersio, & consolidatio ex natura rei, & necessitate causæ antiquæ, & præ existentis rei consolidatæ, & rei, cui fit consolidatio, consolidatum censetur, & ipso iure efficitur eiusdem iuris, qualitatis, & conditionis cum † re, cui conso-
64 lidatur, & vnitur, §. fin. instit. de vsufruc. ibi, *Quæ res consolidatio dicitur*. Hinc Butr. & Abb. in cap. cum venissent, vltimo notabili, de restitutione spoliat. dicunt, quod quando possessio naturalis reuertitur ad ciuilem, finita concessione, non dicitur adquisitio † noua, sed continua-
65 tio antiqua, nec soluitur gauella, tanquam de re noua, Socin. & Iass. in l. possideri Nerua, de acquiren. possessione, Bald. conf. 9. in tertio, & conf. 9. in primo, vbi, quod feudum cadens in commissum, reuertitur ipso iure sine retradi-
66 tione possessionis; † quia ius directi dominij semper est in actu permanenti, ex vi attractiua, & non est nouum dominium, sed consolidatio; quia dominium
67 directum habet vim directi, & vtilis, sicut cum finitur emphyteosis, & vsusfructus, & cum res reuertitur ad mulierẽ, soluto matrimonio, l. in rebus, C. de iure
68 dot. & sic, si viro, & vxori competãt feuda ante matrimonium, & constante matrimonio quædam sub feuda, vel emphyteotica prędia, inde dependentia, reuertantur ad dominium directum, propter finitam concessionem, vel commissum, ex vi iuris inhærentis feudo dominanti, non caduunt in conquestum; imo sunt libera ab obligatione conquestuum, & efficiuntur omnino propria eius ad quẽ spectat locus dominans, & totum hoc fundatur in supradicta regula; quia quãdo concessio fit ad certum tempus, vel certas generationes, vel sub aliqua subsistentia temporali, eis expirantibus, redit res ad patronum, & Dominum, non per modum transmissionis, sed per modum priuationis illius concessionis,
69 & ita reuersio fit † sine aliquo onere imposito per vassallum: nam tunc militat ratio. l. vectigali. de pignoribus. quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, facit, l. si is cui via, in fin. quemadmodum seruitut. amittantur, cap. 1. §. quod ergo. de inuestitur, de re ali. fact. cap. 1. §. præterea, de capitibus, Conrradi in feudis; pręcipuè, si hæc resolutio fiat ex necessitate causę veteris, & sine voluntate, & facto ius amittentis, veluti finito tempore concessionis, iuxt. notata per Bart. in l. in diem, ff. de aqua pluuia arcend. Bart. Bald. & Angel. in l. si ex duobus, §. idem Marcelus: nos latius decisione vigesima quinta, & decisione quinquagesima tertia.. Ita eodem modo (reddendo ad argumentum) dicendum est, in concessione terminorum facta aliqui vniuersitati per Regem, vel aliquem Dominum, quæ
70 ad vitam vniuersitatis facta † intelligitur, vt ea destructa resoluatur dodomi-

dominium,& hypothecæ medio tempore super termino impositæ, Ripa in l. quominus,de fluminibus,num. 115. quia ex quo dicta bona fuerunt concessa à superiore vniuersitati, vel collegio ad vitam vniuersitatis,& collegij,tunc destructa vniuersitate expirat concessio, & quasi naturaliter mortua vniuersitate res ei concessa reuertitur ad superiorem, non per † modum transmissionis
71 alicuius iuris vniuersitatis, sed per modum meræ negationis,priuationis, & anihilationis rei concessæ, Cephal.cons. 158.lib.2. Marian. Socin.Iunior. cons.53. lib.2. Bald.de feud. in prohem. num.39. eum certissimum etiam sit assignationes terminorum factas esse per Reges, &
72 Dominos locorum vniuersitatibus intuitu populationis;nam regimentis Reipublicę in Regem translatis, iuxta l. 2. de officio Prędecti prætorio assecutus fuit Princeps vniuersale dominiũ, † & iuris-
73 dictionem, Bald.in cap.2. de feud. Marchiæ,Abenda.de exequen. lib.1. c.1.n.2. taliter,vt nullus prætendere posit iurisdictionem,neq; dominium, nisi titulum
74 Regiũ, vel immemorialẽ probet: † nos de Inhibitio.c.1.§.10.à nu.58.Bald.in c.1. quis dicatur dux,& in cap.1. de allodijs. eum multis per nos allegatis, decis. 74. num.5.& in hoc stat præsumptio pro domino Rege, cum qua etiam in possessorijs vincet quemlibet inferiorem, Couar.in regul.possessor.2. par. §.3. num.3. & 4. & practic. 1. num.9. nos vbi supra, num. 6. Vnde cum assignatio terminorum á principio sit facta à Regibus, non mirum,si ad eos reuertantur termini dissoluta vniuersitate: ita Gregorius Lop. dicta. l. 26. in verb. *poblassen*, vbi dicit, quod nullo remanente in vniuersitate, termini reddeunt † ad Regem;quia bo-
75 na vacantia defferuntur fisco,& quia, vt tradit Socin.in l.1.colu.4. de acquirend. possess.à dominis rerum publicarum fuerunt data dominia, & termini appositi, per quorum distinctionẽ fuit dominis, vel particularibus quęsitum dominium, sumpta præsumptione á prima dominio-
76 rum distinctione, idem uoluit Abb. in c. recolentes,de statu Monachorum, vbi sequitur distinctionem Bart. in l.fin.de colleg. illicit. & conclusiue bona remanent semper pęnes superiorem:in vim superiorum sic accepi iudicatum in Regia Audiẽtia,in processu Hieronymi Garcia, super apprehensione de mense Ianuarij 1583.in quo petebantur 29.pensiones,ratione cuiusdam cẽsualis impositi super terminis, & bonis loci de Cosita,qui locus nunc est depopulatus, & termini hodie sunt religionis Sancti Ioannis, & cõmandę Montissoni,& Castellaniæ de Amposta, vt su-
77 pradixi,†&fuit repulsa propositio censualistæ per rationes prædictas,est casus exẽplaris,& menti tenendus. Sed ne aliquid occultum dimittamus in re tam graui, confiteor me audiuisse à Domino Ioan. Pueyo,qui fuit Iustitia Aragon.viro summæ probitatis, & magni ingenij,quod in dicta causa de Cosita fuit intellectum de dominio vniuersali populi, non autem de dominio particulari singularium:nam hoc non resoluitur, nec hypothecę super eo semel impositę, sicut dicimus, quod Princeps, & Imperator est dominus to-
78 tius mundi, respectu dominij vniuersalis,non vero particularis, l. benè à Zenone,C.de quadriennali pręscriptione, nisi illa dominia particularium,de rebus priuatis remansissent destructo loco sine successore domino,& hærede particulari,siue in termino loci,siue extra; euiusmodi sunt terras tenẽtes; quo casu etiam illud dominium particularium deuolueretur in concedentem, & dominum vniuersalem;& hoc dicebat sibi videri verum, cũ sint distincta hęc dominia:sicut videmus,
79 quod apprehenso † termino loci, hæreditates particularium non censentur comprehensę, Molin. in verb. apprehensio, vers.apprehensa villa,colum.3.fol.38. cu-
80 ius opinio † iustificari potest, quod satis operatur illa reuersio, & consolidatio,ex quo dominiũ vniuersale terminorum, ex prima cõcessione fuerat in vniuersitatem
81 translatũ irreuocabiliter,l.in tantũ,§. vniuersitatis,de rerũ diuis.l.omne territoriũ

de censibus, vtilitas autem terminorum in singulos de vniuersitate, vt nos late in decisione 74. nume. 15. & sic iam illa reuersio videtur satis operari, quoad illud dominium vniuersale absq; eo, quod operetur circa dominium particulare: quo sic supposito benè sequitur, hyphotecas, & obligationes nō resolui. Sed licet hęc responsio equitatem habeat, tamen iuris principijs attente consideratis uidetur totum contrarium tenendum, nulla enim racio assignari potest sufficiēs, quare magis resoluatur dominium vniuersale vniuersitatis, quam singulorū; si enim hęc resolutio sit vi & potestate dominij directi ob finitum tempus cōcessionis, ad quod debet seruari indemnis dominus loci, siue sit Rex siue Baro, & tota res
82 concessa venit resoluenda, † iam non resoluetur tota res, nec seruaretur dominus indemnis si dominium terminorum remaneret penes particulares: non enim
83 restituitur tota res, cui pars deficit, & multo minus si maior pars defficiat vt hic. Pro quo sumè notandum, quod ex dotatione vniuersitatum per assignationem terminorum, per Regem factam, dominium vniuersale terminorum transiuit in vniuersitatē irreuocabiliter l. omne territorium de censibus Burg. de Paz in l. 3. Taur. num. 457. l. in tantum §. vniuersitatis, de rerum diuisione; & in consequentiam huius dotationis, & in vim illius actus, transiuit secundario in particulares de vniuersitate vtilitas terminorum presentes, & futuros † , l. testa-
84 trix, §. 1. ff. si seruitus vendicetur Bald. in rubrica de rerum diuisione num. 17. ob seruātia: item in terminis de pascuis. Couar. pract. 37. Bertrand. cōs. 51. vol. 2. Abēdan. lib. 1. de exequend. cap. 12. & totum hoc irreuocabiliter (durante silicet vniuersitate) nos decisione 74. vbi late. Si ergo secundum votum supradicti Doctoris & eorum qui idem sequuntur, resoluitur dominium vniuersale terminorum vniuersitatis, idem dicendum est de dominio particulari quod ex prima cōces-
85 sione efluxit; non enim debet esse † maioris potentię illud, quod consequenter sequitur, quam quod principaliter intenditur, data in vtroquè habilitate actū
86 concedentis; & sic † rescissa principali cōcessione, accessoria, & minus principalis rescindenda venit, glos. in l. si patronus §. patronum. siquid in frau. patron, Bald. in l. ex testamento. C. de fideicommissis Alexander. cons. 81. colum. 4. in 2. Bartolus in l. nemo potest col. 3. de leg. 1. Romanus cons. 246. & 115. in 2. dubio. regul. cum principalis, de regul. iur. quod verū est, vt dixi, data habilitate in faciente actum, & vbi est eadem ratio, secus si diuersa, Bart. in l. ita stipulatus. oppositione 12. de verborum obligat. Bald. in l. non dubiū. oppositione 14. C. de legib⁹ Alex. cons. 4. col. penult. lib. 1. Dec. in d. regul. cum principalis; nequè enim plus conceditur ei qui capit per communicationē, quam ei qui principaliter capit. argumēto l. talis scriptura §. fin. cum ibi notatis de legat. 1. Abb. Dec. & alij in cap. secundo requiris de appellationibus. In casu autem presenti nulla ratio diuersitatis assignari potest, cum asignatio terminorum facta sit vniuersitati, & particularibus vnico respectu, vniuersitati propter cōmorantes, cōmorantibus propter vniuersitatē, quo respectu cesante propter mortem vniuersitatis, totum † corruere
87 deber.

Deinde, quia de iure, quādo aliqua res restituitur ad pristinum, & antiquum statum suum, siue illud fiat per viam restitutionis à iure, siue resolutionis, negationis, & extinctionis, totum debet restitui ad pristinum statum, taliter, quod iura medio tempore super re im-
88 posita euanescunt, † quod supra abundè probatum est, & est glos. notabilis, §. pactus ne peteret, ff. de pact. vbi habetur, quod quando conceditur alicui priuilegium, per quod is ad ius, quod sibi competebat restituitur, etiam quod hic in alterius facit praeiudicium, tamen qui sentit damnum non potest conqueri, quod ex eo rescripto ledatur, glos. notabilis, in cap. ab exordio, 35. distinct.

ſtinct. quæ docet,nemini iniuriam fieri,
89 † quod quis ad priſtinum ſtatum reſtituatur, Felin. in cap. cum accesſiſſent, extra de conſtitutionibus, optimè Mauritius de reſtitutione,cap.398.& hoc omne totum fundatur in eo,quod res reſtituitur ad antiquũ ſtatũ, reſolutione facta,& ſic dici ſolet, quod reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, l. lex vectigali,de pignoribus:ſolum enim poteſt quis ad metas,& tempus rei ſibi cõceſſæ ſuper ea contrahere,& diſponere.
90 †In confirmationem iſtorum ſolet allegari derminatio, Molin.in verbo firma, verſic.firma quædam fuit oblata,fol.152. colum. 3. vbi dicit Molin. quod fuerat prouiſſa iurisfirma Comiti de Luna, qui ocupauerat bona vaſſalli recedentis, ne
91 in poſſeſsione bonorũ ocupatorum per eũ, ob cauſã receſſus vaſſalli,moleſtaretur per creditores ipſius vaſſalli,qui petebant executionem ſuper dictis bonis ob ſua credita,& quod fuit prouiſſa die 23. Ianuarij,anno 1426.toto Conſilio cõ corde.Et licet noſter Plebanus in verbo firma.num.122.impugnet hanc determinationem,dicẽs; non eſſe tenendam,intelligendo quod Molin. loquitur de firma ſimpliciter obtenta contra omnes creditores anteriores, & poſteriores; rationes tamen quas adducit Pleban. ad caſum noſtrum non conuincunt,nec aliquid faciunt,licet libenter fatear, quod determinatio Molinę,non iubat opinionem noſtram, ratio eſt.Quia Molina nõ loquitur in receſſu omnium vaſſallorũ, & ſic in reſoluta & extincta tota vniuerſitate ſicut nos loquimur, ſed loquitur Molin. quando vnus tantum vaſſallus receſsit,ibi, *quidam ſuus vaſſallus*. Et in hoc caſu certum eſt quod Dominus occupare poteſt bona vaſſalli recedentis. obſeruantia 2. de Iudeis & Sarracen. & talis occupatio fit cum ſuo onere a vaſſallo
92 impoſito;& ſic Dñs occupãs creditorib9 anterioribus vaſſalli tenetur ſatisfacere in tali caſu:quia inpreiuditiũ illorum nõ tenet occupatio.Ratio iſtius deſumi poteſt ex Bart. in l. fin. de colleg. illicit, & ex Gregor. Lopez vbi ſupra; nam tunc non eſt reſoluta vniuerſitas, nec extincta,vt ſic feudum dicatur apertum, ſed
93 viuit † & ſubſiſtit vniuerſitas, licet vnus recedat,& ſuccedit Dominus quaſi ſucceſſor illius, non dato alio hærede & ſucceſſore;& ſic illa cenſetur quaſi con-
94 fiſcatio † bonorum, vt ſtatim dicam. Et ſic magna eſt differentia ſecundum eos, quod vnus aut tres recedant,ſubſiſtente vniuerſitate,qui non eſt caſus noſter,aut quod tota vniuerſitas reſoluatur, & extinguatur, & ita in hoc caſu cum vnus vel duo recedunt,quod teneatur Dominus occupans creditoribus anterioribus vaſſalli, fuit determinatũ in Regia Audiencia,in proceſſu Iacobi Sanchez, ſuper apprehenſione loci de Sobradiel, die 21. Auguſti,anno 1571. Scriuania Io. de Gurrea.Ex quibus reſultat, quod dicta determinatio Molinæ, non facit ad caſum noſtrum, vbi loquimur, quando omnes vaſſalli recedunt,& moritur vniuerſitas tota,in quo caſu nihil concludit Pleban. Imo maxime errat,dum equiparat occupationem, ſeu confiſcationem bonorum,& ocupationẽ quæ fit ex cau-
95 ſa receſſus:Hæc enim ocupatio, † quæ fit ob reſolutionem & mortem vniuerſitatis ſine delicto & facto vaſſallorum nõ dicitur confiſcatio,nec fit ex facto & culpa ius amitentis,ſed potius ex neceſsitate cauſæ veteris intrinſecæ,& ſine voluntate & facto ius amittentis, veluti finito tempore conceſsionis.Iuxta notata per Bart.in l. in diem, ff. de aqua. plu. arcen. Bald. & Angel. in l.ſi ex duobus, §. idem Marcelus. ff. de in diem addictio-
96 ne,idq. ipſo iure per viam extinctionis, imo(quod plus eſt) occupatio † quæ fit à Domino de bonis vaſſallorum recedentium, non fit in vim abſolutę poteſtatis, ſed in vim iuris communis ſublatis foris, & ſublata prorſus abſoluta poteſtate, Bald. in prohemio feudorum,numer.17. Affiict.decif.265. numer. 75.& 81. Socin. Iun. vbi ſunt cõcordãtes. conſil.76.quod de foro cannonizatum d.obſer.2. nos latè deciſ.73.num.29.vt ſic nullatenus dici poſſit

posit, quod hæc sit confiscatio, sed reuersio ad antiquum statum, prout dixit Osascus in suo casu; maxime quia per confiscationẽ bonorũ succedit fiscus † in
97 ius & locũ condẽnati, & in illius actionibus actiuis, & passiuis proprie successor est, l.2.C.ad l.Iul.de vi publica l.si adem ptis C.de sentent. pass. Peregrin. de iur. fisc.lib.5.tit.1. num. 53. vbi quod est hæres anomalus, & sic factum condemnati cesante fraude præstare tenetur, Alciat. cons.24.num.8.lib.8. secundum alios fiscus succedens in bonis vacantibus dicitur successor tantum bonorum, non personæ, nec hereditatis, Assinius in praxi p. 1.§.2. cap. 12.num.41.nos late decisio ne 54.& sic per confiscationem bonorũ passiuę actiones in fiscum diriguntur, & reus comdemnatus liberatur à ereditoribus, quibus fiscus tenetur soluere de bonis comdemnati, l.2.l.tutelas §.fin. de capit.diminut. vbi Bart.alij quasi heredem extraneum comdemnati fiscum appellant, Peregrin. nu.53.quidquid sit, sẽ per succedit in locum condemnati, & sic non mirum, si creditoribus teneatur ex allegatis per Pleban. vbi supra num.124.
98 in nostro vero casu nulla fit successio neq; in bonis, iure, facto, neque heredita te vassallorum, sed potius fit resolutio per viam extinctionis, anihilationis, re restituta ad statum non factæ concessio nis. Vnde Osascus concludit bene num. 10.quod si feudum peruenit ad dominũ non iure & potestate feudali, sed ex alia causa tanquam ad quemlibet priuatum, puta ex voluntaria emptione, donatione, datione in solutum, vel alia causa
99 ab ipso vassallo facta, tunc, † quia fit reuersio per viam transmissionis, teneretur ad onera feudo imposita, sicut quilibet priuatus, neque locum haberet l. vectigali, Ita Petrus Iacob.in tit. de action.in rem pro re emphytheotica col.10. vers. Item prædicta vera sunt, & in tit. de actione in rem, quæ datur pro re, quæ cedit in commissum, vers. Item est notandum, Guido Papæ sic dicens iudicatum decis.575. Boher.decis.81.Iacobin. a sancto Georg. in sua inuestitura, in verbo quidquid num.83.secus autem, si reuersio fiat ex vi feudi & primæ concessionis, tunc enim fit sine onere imposito per vassallum: vnde Iacob.vbi supra, & latius Osasc. vbi supra cõcludunt, quod quando feudum hac via resolutiua reuertitur ad Dominum, non teneretur dominus ad franqui menta, adquæ vassalli sui alijs tenebantur, & hoc fatetur Pleban.num. 127. dicens, quod Osascus benè loquitur in occupatione, quę fit ex alijs causis, veluti resolutionis ex potestate feudali: infert ex hoc Cassaneus, in consuetud.Burgund. rub.3.§.8. num.36. aliqua pulcra, qui omnino videndus, ge-
100 neraliter autem, quando emphytheosis, feudum & similis concesio confiscantur publicatis bonis ratione delicti vassalli, siue quia moritur sine heredibus, vel est incapax heredum; tunc ista bona deferuntur in statu suo cum omnibus oneribus, & qualitatibus suis, & idem, quando comissatur feudũ propter negationẽ vel ingratitudinem; quia cum tunc hæc non finiantur de per se, sed per accidẽs, ex noua causa superueniente, & non ex sola antiqua causa, veluti in primo casu, nec per successionem prędecessorum, sed per superuenientem culpam, ideo fit hæc reuersio cum oneribus à vassallo im positis, & est noua acquisitio; quia feudum erat perpetuo alienatum, & non sola potestate feudali recuperatur, sed mediante causa extrinseca ingratitudinis: nos latius d.decisione 63.sicuti si fiat reuersio per contractum, testamentum, iure legati; vel successionis, acquiritur cũ suo onere, vt nos vbi supra. Hæc sunt quę hanc partem fauent maturius consideranda, licet non parũ vrgeant, quod nos relinquimus discretioni & iudicio doctissimorum iudicum, qui sua summa eruditione id decidant, illud † tamen
101 ad expulsionem nouiter conuersorum nostri temporis potest dici, quod cum propter delictum suum fuerint expulsi suprema authoritate, & iustissimè, & nõ per uiam concessionis temporaliter fini-

tę,

tę,& in vim ſolius præexiſtentis intrinſece cauſæ ſed propter ſuper venientem culpam illorum;ideo iſta reuerſio ad dominos intelligitur facta cum oneribus impoſitis ab ipſis vaſallis. Saluo meliori iuditio.

DECISIO C.L.

An ſuper liquidatione fructuũ deferatur iuramentum in litem,non exhibente librum racionum, vel compota illo, qui tenetur exhibere.

SVMMARIVM.

Via ordinaria agebatur antiquitus ſuper liquidatione fructuũ; hodie agitur ſumarie,nullo ordine iudiciario ſeruato numer.1.

Proceſſus liquidationis fructuum eſt proceſſus ſummarius,& ſic in eo leues ſuffiſiunt probationes.nu.2.

Probationis omne genus eſt admitendum in proceſſu liquidationis fructuum. nume.3.

Iuramentum ſupletorium deferendum eſt petenti liquidationem fructuum.in defectum probationis.num.4.

Commiſſarius poſſidet bona cum onere reſtituendi,& redendi compota num.5.

Adminiſtrator negotiorum ad vtilitatem alterius,tenetur reddere,& preſtare libros ſeu Codices rationum.num.6.

Commiſſarius curiæ tenetur finita lite, iudici & parti fructuum perceptorum rationes reddere,& in contumatiam non oſtẽdendi libros rationum,iuramentum ſupletorium deferendum eſt.num.7.



VM Don Petrus Coloma Caluillo eſſet commiſſarius curię,iurium & dominicatu rę de Bierlas,in vim ſententię litis pendentiæ, & ſic tenutę,quam obtinuerat in proceſſu tenutę ſuper dictis bonis, fuit citatus in arti. iur.fir.ſeu plenarij poſſeſorij,vbi ſubcubuit,& per conſequens,illico tenebatur reſtituere omnes fructus,quos percepit durante apprehenſione, & etiam quos acceperat à commiſſarijs foralibus, hos ſtatim, vt dicit Ferrer vbi infra; alios facta liquidatione,tã in vim iuris, vt infra, quam fori, foro *el ſeñor R.* y foro ſequenti *otro ſi*, foro *item por dar forma* verſ. *aſsi meſmo* foro *declarando* foro *atuſtando*, ibi *el qual ſea tenido a dar la caucion y conto* de apprehen. Cumquè fructus eſſent liquidandi iuxta dictos foros (illi inquam fructus de quorum perceptione & liquidatione per inſtrumentum vel rem manifeſtam non conſtabat) & petierunt aduerſarij,vt dictus Don Petrus Coloma exhiberet libros rationum & compoti, quos fecerat, vt ſic cũ eis liquidarentur fructus:&cũ recurſaret eos exhibere,in terpellatus mãdato iudicis, petijt pars aduerſa vt ſibi deferretur iuramentum in litem ſuper liquidatione fructuum, vltra probationem,quam fecerat. Et cũ de hoc fuiſſet multum hæſitatum, tandem curia detulit iuramentum in litem ſuper liquidatione fructuum,& ſic iurauit pars quantitatem fructuum perceptorum, & fuit ducta hæc cauſa liquidationis non ordinarie, prout antiquitus fiebat, ſed ſumatim:vide in proceſſu Iuratorum de Bierlas, ſeu Don Petri Coloma,in in cauſa eiuſdẽ Proce.in articulo iuris firmarum, ſuper liquidatione fructũm die 12. Iulij. 1594. in curia Iuſt. Arago. Actuario Garate, ex rationibus ſequentibus.

Ex eo & alias,quia agitur in hoc proceſſu de liquidatione fructuum perceptorũ,& reſtituẽdorum à Don Petro Coloma commiſſario Curiæ;in quo articulo, licet antiquitus iuxta forũ ageretur via

1 via † ordinaria, Molin. in reportor. fol.
31.2.col. Ferrer in methodo fol.25.in pri.
Bardaxi de aprehen.2.p. quest.4. num.6
tamẽ hodie agitur summarie non solum
secundum forum *el señor Rey* cum 2. foro
sequenti de apprehen. Bard. vbi supra
num.8. sed etiam secundum ius ciuile,
quidquid in hoe dicat Bard. vbi supra
agitur igitur summarie nullo iudiciario
ordine seruato Bar, in l.2.de senten.quę
sub certa quantitate, & in l. si cum excep
tione §. hæc autem actio ff. quod me-
tus causa. Idem Bart. Iass. & omnes in l.
à diuo Pio §. si super rebus de re iudic.
Anto. Masa. Galesius de form. camer.
oblig.§.de liquidatione nume.5. vbi alij
Barthol. Soc. cons. 89. lib.2. var. cap.11.
numer.9. decisio. lucens. Magonij 78,
2 nu.16. Ex eo vero quod summarius sit †
iste pcessus liquidationis fructuũ, egre-
gie infertur leues probationes in eo suf-
ficere; cum in quibuscumquè iudicijs sũ
marijs id receptum affirment post Bart.
in l. admonendi nume. 55. de iure iuran.
Curt.Sen.ibi num.323. vers. secundo mo
ueor.& Curt.iun. num.67. Zucard. in l.
vlt.nu.318.de ędicto diuij Ioseph.Ludo.
3 decisione 59. nu.3. Qua propter † cum
iudicio omnes asseuerant in processu li-
quidationis fructuum omne genus pro-
bationis esse admittendum, scilicet con-
fessiones, testes, ius iurandum, instrumẽ
ta & cætera, quæ faciunt rem esse certã
Bart. & omnes: in l. fin. C. de fals. caus.
adiecta legato, & in l. petens C.de pact.
& in l.2.C.de rei vxo.actio. Anto. Masa
Gales. in d.tit. de liquidatione nume.4.
Corn.cons. 301. vol.3. quem refert Iose-
phus Lodouicus decisione Perus. 88.
decis. Magonij lucens.3. nu.4. vbi addi-
tio refert, & laudat Antonium Masam
Galesium qui sup.

Quibus ita animaduersis resultat suf-
ficientissimam esse fructuum perceptorũ
probationem, & liquidationem; cum so
lum probationes factæ fuerint de quan-
titate fructuum in locis circum vicinis
loco de Bierlas his annis perceptorum,
quam sufficientem probationem dicit
Corneus relatus à Iosepho Ludouico, d.
decisione 83. sed de fructibus perceptis
per decem annos priores, iuxta conclu-
sionem Mascardi 660. & per probationẽ
decẽ annorum priorum, plenissime po-
steriorum annorũ probatio deducitur,
Afflict. in titu. per quos fiat inuestitura
§. sed res. nu.40. Pinel. in l.2. de rescind.
vend.cap. fin.num.30. & hijs non relatis
Mandos.reg.Cancel. 22.quest.5. num.3.
Gomez in regu. de exprimendo valore
Mascard. in verbo ęstimatio. concl. 656.
eum anteceden.& sequent. vbi etiam de
ducit, probari per peritos, qui asseuerẽt
tantum iudicio suo fuisse perceptum,
vel percipi potuisse. probant etiã arren-
damenta, rei, & fructuum valorem &
quantitatem & alia plura probationum
genera, deducta à Mascardo in concl.
652.cum sequent. vsquè ad conclus. 664.
quæ omnia fere probationum generá in
proposito adducta videntur.

Et quando non adeo exacte probatio
nem fecisset petens liquidationis fru-
ctuum iuramentum, in suplementũ pro-
4 bationis illi deferendum † esset, pro vt
defertur: ratio est euidens, quoniam ad-
uersarius fuit commissarius, & sequester
Curiæ, sicq. cum onere restituendi fru-
ctus perceptos illum vincenti, & reddẽ-
di compota fructuum perceptorum, fo-
ro Item *por dar forma.* vers. *assi mesmo.* foro
declarando. foro *aiustando.* ibi *el qual sia teni-*
do a dar la cancion y conto de apprehensioni
5 bus: ex eo enim deducitur † compota te-
neri reddere Commissarium, & seque-
strum Curię, quia ad vtilitatẽ cuiuscũq.
illum vincentis, possidet: generale autẽ
est omnem hominem, ad vtilitatem alte
rius negotia administrantem, teneri ra-
tionem reddere, & in consequentiã red
dendæ administrationis duo pręstare op
portere, libros nempe, & Codices ratio
num; quoniam non sufficit in folle ratio
nes exhibere, & rationibus redditis reli-
qua restituere debere, vt omnia dedu-
cens latissimè, & egregie declarat Me
nochius videndus. casu.209. per totum;
cùm vero Don Petro Coloma rationum
Codices

Codices interpellatus non exhibeat,iuramentum in litem contra eum à nobis deferendum est.l. 1.§.officio, vbi glo.de tutel.& ration. distrahen. iuncta l. tutor qui repertorium,de administr. tuto. l.1. C.de in lit. iurand. Bart. consi.150. Dec. consi. 192.num.2.Plotus alios referens in l.si quando.num.194. Idque procedit in quocumque negotiorum gestore,quod maxime seruãdum esse in proposita specie existimamus; cùm constet aduersarium librum rationum confecisse; erat enim cautissimus & prudentissimus administrator, petitq.in processu salarium administrationis; ex quo deducuntur duo, dolus nempe aduersarij, qui librũ rationum confecit,&noluit illud producere, vt probationis claritatem subduceret, petendo(quod peius est)administrationis salarium; quibus duobus concurrentibus in dubio iuramentum in probationis supplementum deferri debet alteri parti. Hipp.de Marsil. in rub.de probatio. num. 134. Ripa. in l. admonendi. num.68. Menoc. casu 108. num.1. quos refert Mascard.concl. 109. num.8. Et in terminis, quod sequester, & sic Curię Comissarius finita lite teneatur Iudici, & parti, rationes fructuum perceptorũ reddere, & libros rationum ostendere, & reliqua restituere: adeo vt, in contumaciam non ostendendi libros rationũ, iuramentum deferendum sit, ad probationem fructuum; & indicia ad eorum probationem sufficiant, & deniq. quod in contumaciam non reddendi rationes, & restituendi reliqua, possit sequester, & sic Commissarius Curię pręhendi, deducitur, ex elegantissimis locis Rebuffi. in constit.tom 2. tit. de præconijs licitationibus eorum artic.1. glos.2. num. 19. pag.436.& tom.3.tit.de sequestris.artic. 7.glos vnic.a prin.pag.328.& 329.& titu. de fruct.& eorum restit.artic.2. glos.vnica per totam.pag.468. Vnde merito iuramentũ deferendum parti arbitramur,in hac summaria causa.

(†)

DECISIO C.LI.

De materia fideiussorum.

SVMMARIVM.

Fideiussor non tenetur, nisi discusso principali, etiam si vt principalis se obliget, vbi limitatur. n.1.

Fideiussor tenetur ordinem hunc opponere, alias tenetur. num.2.

Fideiussor tenetur, si renuntiat dicto iuri discutiendi principalem. n.3.

Sententia lata contra principalem, contra quem fideiussorem exequatur. n.4.

Interruptio præscriptionis cui fideiussori prosit, & decretum in hoc Curiæ Iustitię Aragonum. n.5.

Interruptio quoad vnum reum prodest contra alium, & cur secus quoad fideiussorem.

1 FIDEIVSSOR † non conuenitur, nisi discusso principali debitore, Guido Papæ, decis. 94. & est verum, licet fideiussor intret vt principalis debitor, debitũ ipsum proprium faciendo, idem decis. 570.num.6. vbi limitat, nisi principalis lătitet, quo casu fideiussor conuenitur nõ facta discussione principalis. Secundo limita principalem regulam authentic. præsente, si de hac exceptione ordinis opponat fideiussor, alias si non opponat;
2 † potest conueniri, non discusso principali, d.decis. 94. & 570. vide Surd. decis.
3 94. & 570. Tertio limita, si fideiussor † renuntiat huic iuri discutiẽdi prius principalem fideiussorem, d.decis. 94. Hæc non procedunt in fideiussore de iudicio sisti; quia ille reo condemnato liberatur d.decis.26.
4 Et sententia lata † contra principalem exequitur contra fideiussorem de iudicato

cato soluendo, & sic iudicij, absq. nouo processu, secus contra fideiussorem con tractus; nam requiritur nouus processus. Guido decis.16. (vbi in additione, an sententia lata contra fideiussorem exequatur contra principalem) idem decis.215. num.9. vbi bona additio; sicut sententia contra debitorem lata exequitur in bonis debitoris sui. l.1. C. quando fiscus, vel

5 priuatus. Sed an interruptio † facta contra principalem operetur cõtra fideiussorem ignarum, & non citatum? dic, quod operatur contra fideiussorem de iudica. soluendo, secus contra fideiussorem contractus: ratio est, quia contra fideiussorem iudicij exequitur recta via sententia lata contra principalem, sine nouo processu, secus contra fideiussorẽ contractus; & sic in primo casu interrũpit, secus in secundo. Sic fuit iudicatum in processu Petri Ioan. Casademonte super iurisfirma in Curia Iustitię Aragonum, die dezima Decembris 1603. vide Balb. cum communi, de præscriptio. 5. part. 6. partis principalis. quęstion. 4. glos. notab. vbi Bart. in l. cum quis. §. si quis pro reo, in glos. 3. ff. de solut. dicens, esse vnicam in col. penult. Bald. cons. 45. in 5) Marsil. in rub. num. 268. Secus est in

6 duobus † reis; quia interruptio quoad vnum prodest contra alium. l. fin. C. de duobus reis; ratio differentię est; quia obligationes correorum sunt coęquales l. si reus. de duob. reis. At obligationes rei, & fideiussoris, vna est principalis, alia accessoria, & obligãtur diuersis speciebus obligationum, vnus verbis, alter re, vel consensu, & sic intelligitur glos. in l. si fideiussor. §. fin. mandat, quæ contrarium dicit, sed loquitur in fideiussore iudicij. Casus processus Petri Casademõte fuit; quia Franciscus Lanuza mercator per Epistolas fideiussit pro quodam T. Bollus in Villa de Medina del Campo, qui seruiebat Petro Casademonte mercatori: & pro dicto famulo fideiussit Lanuza, si quid mali faceret, seu male se haberet in mercantijs, & rebus sibi commissis: cumque post male se gessisset, in dicta Villa, & fuisset cõndemnatus, & esset pauper: tunc dictus Casademonte cum dicta sentẽtia venit huc, petens via ordinaria contra Lanuza, qui obijciebat de lapsu 20. annorum, replicabat alter, quod per interruptionem factam cum debitore fuerat etiam interrupta præscriptio cum fideiussore contractus. Fuit resolutum quod non, vt supra per bona motiua.

DECISIO C.LII.

Repositio.

SVMMARIVM.

MAritus, vel vxor respectu viduitatis foralis in bonis præmortui, rectè reponi potest. nu.1.

Repositio locum habet etiam in viduitate pactionali, in cap. matrimoniali. vel alio actu reseruata. nu.2.

Repositio locum etiam habet in viduitate in testamento relicta. nu.3.

Decretum Curię Iustitia Aragonum adducitur. n.4.

Repositio nõ datur super debito; quousq. sit lata sententia. num.5.

Creditor solum habet ius ad rem, non in re, cum sit incorporale ius. nu.6.

Decretum Curię Iustitię Aragonum traditur. nu.7.

1 RESPECTV † viduitatis foralis, bene potest maritus, vel vxor reponi in bonis præmortui. vide in processu Egidij Diego super apprehensione in Curia Iustitiæ Aragonum, in articulo proprietatis, in Anno 1568. vbi fuit reposita vxor ratione vidui

2 tatis foralis: idem est † in viduitate pactionali, in cap. matrimonialib⁹ vel alio

actu

actu reseruato in capitu. matrim. vt in processu Dominę Ioannę de Toledo super apprȩhensione in arti.lit.penden.in Reg.Audientia anno.1589. vel 1590. Actuar.Scartin;& idem,licet † viduitas in
3 testamento relinquatur,& hoc iure vtimur, est enim viduitas seu vsusfructus pars Dominij,secundum Porto.verb.bestia.nume.18, Et etiam fuit declaratum,
4 in dicto processu Egidij Diez,quod † virtute crediti simplicis,licet habeat hypothecas,non datur repositio.Nam ibi mulier virtute dotis 100000. solid. petebat reponi in iure,instãtia,& actione;in quibus erat eius maritus tempore eius mortis,in quoddam processu in articulo proprietatis,& fuit denegata repositio,& idem per me fuit pronuntiatum in processu intitulato, in causa Illustris D.Petri Perez Coloma Caluillo super liquidatione fructuũ in curia iustitiæ Aragonum in Mense Iulij. 1598. ex eo quod,licet ratione simplicis crediti possit agi,&
5 peti cõtra debitorē,& eius bona,† nõ tamen datur repositio,quonsq; sit lata sententia super debito; nã alias creditor haberet plus iuris, vel saltem idem , quod ipse met debitor , & creditor habet solũ
6 ius ad rem,non in re; quinimò nec † ipsũ creditum seu nomen debitoris possidemus,cum sit ius incorporale,& sic videtur,quod non habet aliquod ius in re, su per qua habet hypothecam, faciunt notata per Deci. cõsi.151.n.4. nisi in instrumento debiti esset clausula repositionis, & translationis instantiæ, nam tunc fieret in ea repositio de plano;vt fuit factũ,
7 † & iudicatum totũ hoc in processu pro cur.fis.& iurator.de Torre Hermosa supra ciuili,in Cur.Iust. Arag. Anno 1603. vbi in vim talis clausulę fuit repositus Emanuel Zapata, & denegata repositio Fisco , qui eam petebat in vim actionis,& iuris retractus.Licet in principali obtinuerit postea fiscus , sed in Processu Ioã.Thomę Ripol, in Curia Iustitię Aragonum super apprehensione 22.dic Octobris 1590. in eo processu cum Ioannes Olles obtinuisset sententiam litis pendentiæ in processu apprehensionis,quarundam domorum,& postea se obligasset in aliquibus comãdis,creditores eius petierunt se reponi in iure,iustitia, & actione,quibus erat Olles tempore obligationum, & fuerunt repositi,vide exẽplaria hæc contraria sibi,verum tu tene primam opinionem.

DECISIO CLIII.

De materia apprehensionum:an cõcurrentibus duabus apprehensionibus contrarijs, si aliquid innouetur contra secundam, debeat fieri reparatio iuxta secundã apprehensionem,vel iuxta primam, & quomodo commissio fieri debeat,late discutitur.

SVMMARIVM.

Forus Item por dar forma de apprehensionibus ponderatur.num.1.

Commissarius Curiæ primæ apprehensionis,non obstante secunda apprehensione, debet vti sua commißione.num.2.

Bona apprehensa non comittuntur Commissarijs foralibus in secunda apprehẽsione, stante prima apprehensione lata in ea sententia in fauorem alicuius. num. 3. Quod intellige,vt num.36.

Forus Item porque multiplicacion , de apprehensionibus ponderatur.num.4.

Apprehensiones plures licet dentur, nõ fit nisi vna commißio bonorum apprehensorum. num. 5.

Commissarij forales primæ apprehensionis,debent vti sua prima commißione non alia minusq.contraria.num.6.

Fori Item como,& Forus Item porque multiplicacion,de apprehensionibus intelliguntur.

guntur.num.7.

Priuilegium æquale quando concurrit inter personas, Iudices, & res, qui ex priuilegiatis occupat, & præuenit præfertur. num.8.

Possessores bonorum etiam iniusti non possunt priuari sua possessione, nisi prius audiantur in suo iure. num.9.

Possidens authoritate Iudicis minus potest priuari sua possessione, quam si sua authoritate possideat. num.10.

Firma non potest prouidere contra commissarios forales, & Commissarios Curiæ, quia esset priuare eos sua possessione. nu.11.

Firma non potest prouidere contra possessores, sine clausula iustificatiua, num.12.

Apprehensiones permittuntur ratione vitandi scandalum. num.13.

Apprehensio, & sequestrum (alias à Iure prohibitum) permittitur, ne forte partes volentes suam possessionem conseruare veniant ad arma. num.14.

Sequestrator tertius dabatur de Iure, qui possideret vsque ad sententiam sequestri, de foro autem succedunt Vniuersitates loco tertij sequestratoris, quibus fit commissio. num.15.

Commissio bonorum apprehensorum quare fuerit inducta de iure, & foro. num.16.

Sententia lata in secunda apprehen. exequitur priuilegiatè contra Commissariũ Curiæ primæ apprehensionis, & sic nulla datur apprehensio sine commissione. nu.17.

Commissio bonorũ (facta in prima apprehensione) desseruit etiam pro secunda. nu.18.

Apprehensio prima, & commissio facta in ea, licet apprehendens se limitauerit ad vnum ius, deseruit cuilibet tertio collitiganti, qui se opposuerit respectu alterius iuris, & etiam ad secundam, & alias apprehensiones. num.19.

Excipiens qui deduxit aliqua semel per viam excipiendi, si succubuit, non potest iterum obstante exceptione rei iudicatæ per viam agendi deducere. nu.20.

Attentata ante omnia demoliẽda sunt & restituenda ad tempus litis institutæ. num.21.

Declaratio generalis tanquam vaga, & captiosa, reuocari debet. num.22.

Nouum non censetur, quod refficitur. num.23.

Probatio semper debet illa preualere cui magis ius comune assistit. num.24.

Legis cassum si habeamus, nulla dubitatio cadit. num.25.

Appellatio ab interlocutoria iustificari potest ex noua causa superueniente. n.26.

Appellitus de tolli forciam sine partis citatione concedi non potest, si post sententiam de lite pendente sint transacti quinq; vel sex anni. num.27.

Sententia lata contra turbatorem, prastitaque ab eo cautione de non molestando possessorem, etiam si asserat ex noua causa possidere, non est audiendus. num.28.

Sententia siue declaratio aliqua facta in processu antiquo contra aliquem, non potest exequi contra eius hæredem, aut successorẽ. num.29.

Hæres in rebus, nec agit, nec conuenitur, vt hæres. num.30.

Sententia lata in interdicto vti possidetis contra defunctum, non transit ad hæredem, vbi ageretur de facto defuncti. n.31.

Hæredis factum nouum factum dicitur. num.32.

Instan-

Instantia cepta cum prædecessore transit ad hæredes vniuersales. num. 33.

Sententia arbitralis si pronuntiatur posito processu principali in puncto ferendæ sententiæ, & de ea fiat fides, tenetur Iudex secundum eam pronuntiare. numero 34.

Iudex quemadmodum procedit in diffinitiua, ita in incidentibus procedere debet. num. 35.

Forus Item estatuimos, de apprehensionibus declaratur. num. 37.

Sententia nisi adsit euidens nullitas resultans ex processu est exequenda, & si sit iniusta, non potest reparari nisi per electionem iurisfirmæ. num. 38.

l. 1. C. quando prouocare, non est necesse intelligitur. num. 39.

Sententiæ omnes processus apprehensionis, tam diffinitiuæ, quam interlocutoriæ sunt priuilegiatæ, quæ non habent effectum suspensiuum, sed tantum deuolutiuum. num. 40.

Declarationi vltimæ standum est. num. 41.



VIT apprehensum flumen de quo hic, respectu iuris prohibendi, ne aliquis ex eo cequiam extraheret; & sic cum libero cursu aquę, Anno 1516. per Don Michaelem de Gurrea; & facta Commissione, Commissarijs foralibus. Deinde post 4. annos, fuit facta cequia per Don Hugonem Vrries sub colore, quod ante apprehensionem iam inerat. Pro alia parte cõtrarium factum proponebatur, partibus auditis fuit pronũtiatum quod demoliretur cequia, & tolleretur iuxta traditas supra decisioni præcedentibus postea in Anno 1569. fuit apprehensum flumen respectu iuris ducendi aquam, per cequiam, & sic cum iure affirmatiuo, quia semper huius secundę apprehensionis apparebat cequia; postmodũ fuit destructa cequia, & deinde petita reparari per Don Hugonem, virtute secundæ apprehensionis; sed hoc impugnabatur per Don Michaelẽ de Gurrea, dicendo quod prima apprehensio debebat executari. Regia Audiencia, vbi pendebat secunda apprehensio, declarauit; quod repararetur cequia, ad statum, quo erat tempore secundę apprehensionis, non obstante prima apprehensione. Hoc facto Don Michael de Gurrea obtinuit firmam a Iustitia Aragon, quod prima apprehensio, & sententia in ea lata obtemperaretur, & non impediretur, dum non appareret reuocata: sed Don Hugo Vrries petijt declarari dictã firmã, vt ea nõ obstãte, possent exequi sententiæ Regiæ Audientiæ latæ in secunda apprehensione, licet essent contrariæ primæ apprehensioni, & sentẽtijs illius. Fuit ita declaratum per tres locumtenentes, sed duo fuerunt de contraria opinione. Vide in processu Don Michaelis de Gurrea, super iurisfirma in anno 1594. vel 1593. fuerunt pro vtraque parte multa dubia tacta, & declarata, & sic quæritur per supradicta, stantibus duabus apprehẽsionibus cum contrarijs iuribus apprehensis, & factis, an prima, vel secunda sit committenda iuratis; & sic de qua debeat fieri commissio, & concurrentibus duobus Commissarijs foralibus, & duobus Commissarijs Curiæ, quis præferre debeat, & vti possessione bonorum lite pendente, & horũ occasione multa tanguntur pulchra. Et pro parte Don Michaelis de Gurrea ad impediendam, & reuocandam declarationem ponderabatur
1 forus *Item por dar forma*, de apprehensionibus, qui disponit, quod Commissarius Curiæ debeat vti bonis apprehensis, durante tenuta, non obstante firma, & quacumque exceptio-

tione. Immo Molina, super eo foro
2 dicit, quod debet vti † bonis, non obstante secunda apprehensione, vnde licet secunda apprehensio, executiones, Commissiones, & aliç sententię eius, sint tam priuilegiatæ sicut prima apprehensio, foro *Item como* de apprehensionibus; & sic videbatur in secunda apprehensione fore faciendam Commissionem bonorum apprehen-
3 sorum † Commissarijs foralibus: Verum hoc non procedit, quando datur prima apprehensio, lata in ea sententia in fauorem alicuius; quia in hoc cassu bona non debent commiti Commissarijs foralibus in vim secundæ apprehensionis, iuxta dictum forum *Item como*, sed eis debet vti Commissarius primæ apprehensionis, & ei debent commiti; quia prima apprehensio in hoc est magis priuilegiata quam secunda, iuxta forum *Item por dar forma*, & ibi Molina in principio. Pon-
4 derabatur secundo forus *Item † porque multiplicacion de apprehensiones*, de apprehensionibus, in quantum disponit idem in Commissarijs foralibus primę, & secundæ apprehensionis, prouidendo, quid concurrentibus pluribus apprehensionibus, & quod hæc fiat in ea apprehensione, quæ prius erit executata, & commissa, & quod Cōmissarij forales apprehensionis prius executatæ, & commissæ, vtantur sua Commissione bonorum, durante lite, & non dicuntur vti sua Commissione, si tenerentur ea vti diuerso modo, & cum differenti qualitate, & cum differentia iurium diuersorum; pręcipue, si iura secundæ apprehensionis essent cōtraria iuribus primę apprehensionis; quia expresse dictus forus disponit tria:
5 primum, quod licet † dentur plures apprehensiones non fiat nisi vna commisio, & sic non debet haberi ratio de hijs quę Iudex secundæ apprehensionis vult commitere, ex quo secunda Commisio fieri non potest; secundum, quod stetur primæ Commis-
6 sioni prioris apprehensionis executatę, & commissę: tertium, quod † Commissarij forales apprehensionis prius executatę debeant vti sua Commissione prima, & per consequens non alia Commisione, minusq; contraria; nam si aliud diceremus non staretur primę apprehē sioni executatæ; cui tamen stari voluit forus *porque multiplicacion*. Ratio dubita-
7 tionis † inter dictos foros fuit, quod cum secunda apprehensio sit etiam priuilegiata cum omnibus suis incidentibus, dicto foro Item *como*, videbatur, quod in ea esset facienda Commissio Commissarijs foralibus, non obstante Commissario Curiæ primæ apprehensionis, cōtra forum *Item por dar forma*, & non obstantibus Commissarijs foralibus primæ apprehensionis, contra forum *Item porque multiplicacion*, de apprehensionib. Ad hāc tamen rationem dubitandi istorum fororum satisfaciunt tres rationes decidē-
di. Prima nascitur ex quodam generali
8 principio, scilicet, † quod inter Iudices, personas, & re æqualiter priuilegiatas, qui occupabit, & præuenit, præfertur. l. si quis postea, vbi Paulus de Iudicijs, Bartol. in l. 1. C. quomodo, & quando Iudex, Abbas, & alij in cap. finali de ordini cognitionum. nu. 19. Paris. cons. 109. num. 5. in 4. Menochius de arbitrarijs, casu 571. num. 9. Decianus in tractatu Criminali. pri. part. lib. 4. cap. 22. Ex quibus sequitur, quod cū Iudices, & causæ pariter priuilegientur, præferetur ille, qui pręoccupabit exequendo, & commitendo, & quod sic Commissarius Curiæ primę apprehensionis iuxta forum *Item por dar forma*, & Commissarius foralis primæ apprehensionis, iuxta forum *Item porque multiplicacion*, debent vti commissione bonorum sibi facta in prima apprehensione, non obstantibus secundis apprehensionibus quibuscumq;. Secunda
9 ratio, quia † omnes bonorum possessores, etiam iniusti, non possunt priuari sua possessione, nisi prius audiantur in iure suo.
l. cum

l.cũ fundũ de vi &vi armata,cap.in lite-
ris derestitutione spoliatorum,cap.licet
Episcopus de prębẽdis in 6.Menochius
de adipiscenda,reme.6.nu.22.quod for-
10 tius procedit,quando † quis possidet au-
ctoritate Iudicis,& non sua, Bart. Bal.&
relati ab Hypolito in rubrica de fideiuſ-
ſoribus.num.71.Ruynus conſ.127.col.3.
vol.5.Decius conſ.400.col.penult.Ripa
in l.de pupillo.§.meminisse. num.57. de
noui operis nunciatione,Tiraquellus de
constituto.nu.29.Ex quo ſequitur,quod
11 † contra Commiſſarios Curię,& etiam
forales,non poteſt prouideri firma,quia
eſſet priuare eos poſſeſione nõ auditos,
contra ius,& forum,obſeruantia 1.de ci
tatione. Vbi non poteſt prouideri firma
12 contra poſſeſſores † ſine clauſula iuſtifi-
catiua,cum qua firma,& inhibitio reſol
uitur in citationẽ; vt ſic cũ cognitione
cauſę agatur de iuſtitia poſſeſſoris, ita
Molina in verſic. apprehenſionis Com-
miſſarij dupliciter ſumuntur, fol.32.col.
2. Ex his naſcitur, quod in vim ſecundę
apprehenſionis non poſſunt bona comi-
ti Commiſſarijs foralibus; quia hoc eſſet
priuare Commiſſarios forales, & Com-
miſſarium Curię ſua prima Cõmiſſione,
& ita dictus forus *Item porque multiplicaciõ*
mandat,quod ſtetur primę Commiſſioni
bonorum,& forus *item por dar forma*,&c.
ibi Molin.dicunt idem de Commiſſario
Curię, vt vtatur ſua prima Cõmiſſione,
durante lite ſecundę apprehenſionis.
13 Tertia ratio,† quia apprehenſiones per-
mittũtur ratione vitandi ſcãdali,l.ęquiſ-
ſimũ de vſufructu.Meno.de retinen.re-
med.vltimo. Nam quando plures prẽtẽ
dunt ſe poſſidere rẽ, & cũ lite pendẽte,
nemo teneatur deſerere poſſeſionẽ ſuã,
diſſipit,qui contrarium agit, cap.1. vt li-
te pendente vbi Abb.num.8. cum mul-
tis,Menoch.de recuperanda,remed.17.
14 num.49.ne forte partes † volentes poſſeſ
ſionem conſeruare venirẽt ad arma,per
mittitur hoc ſequeſtrum,ſiue apprehen-
ſio (alias à iure prohibitũ) ad manus Cu-
riæ,& quia Curia tanquam res inanima
ta non poteſt adminiſtrare: ideo tene-

tur committere alicui ſecundę perſonę,
quæ adminiſtret durante lite, quæ per-
ſona non poteſt eſſe de litigantibus;cum
ſit dubia iuſticia illorum,ad talem Com
miſſionem adiudicãdam vni potius,quã
alteri: & ideo de iure nominabatur ter-
15 tius ſequeſtrator,† qui poſſideret vſque
ad ſententiam.Rebufus, poſt Bald. &
alios,titulo de ſequeſtris, artic.1. gloſ.2.
nũm.5.& in l.ſequeſter de verborum ſig
nificatione,& de foro,loco tertij ſeque-
ſtratoris,ſuccedũt vniuerſitates, quibus
ſit commiſſio foro *Item como*, foro *ſtatui-
mos*, foro *grandes abuſſos*, de apprehenſio.
quæ ratio non procedit,quando per ſen
tentiam tenutę declaratur, quis poſſi-
dere debeat lite pendente: quia cum iã
detur certus poſſeſſor,tunc Iudex ſecun
dæ apprehenſionis,non tenetur, nec de-
bet committere bona Commiſſarijs fora
16 libus,a ceſſante ratione † propter quam
de iure,& foro, fuit inducta Commiſſio
apud ſequeſtrum;attento,quod iam Iu-
dici liquet,quis ſit poſſeſor lite penden-
te, & idem erit in Commiſſarijs forali-
bus primę apprehenſionis, nondum ſe-
quuta ſententia: nam non poterit Iudex
ſecundæ apprehenſionis nouam facere
Commiſſionem,ex quo ſibi liquet, quod
Commiſſarij forales primę apprehenſio
nis ſunt poſſeſſores,vſque ad ſentẽtiam;
& hęc ſunt rationes decidendi ad forũ,
Item por dar forma, &c. forum, *Item porque
multiplicaciõ*, de apprehenſionibus. Neq;
his obſtat ſi dicatur, quod ſecunda ap-
prehenſio, quæ de ſe eſt priuilegiata,
remaneret ſine commiſſione bonorum;
quia hoc eſt falſum,quia illa apprehen-
ſio ſecunda priuilegiatè exequitur,com
mendatur, & proſequitur vſque ad ſen-
tentiam;attento quod commiſſio bono-
rum facta in prima apprehenſione, ſiue
ſit commiſſio Curię, iuxta forum *Item
por dar forma*, de apprehenſionibus,ſiue
ſit foralis; iuxta forum *Item porque multi-
plicacion* deſeruit pro ſecunda apprehen
ſione, quæ proſequetur cũ illa met com
miſſione, vſq.ad ſententiã, quæ ſentẽtia
17 † exequitur priuilegiatè cõtra Cõmiſſar.

T 2 Curiæ,

Curię,& foralem primę apprehensionis & sic nulla datur apprehensio sine commissione, licet id vario modo fiat: nam si vna est apprehensio, fit
18 commissio † Commissarijs foralibus, si duæ sunt apprehensiones, commissio facta in prima desseruit pro vtraque apprehensione; superiora procedunt, etiam si prima apprehensio fuisset facta respectu vnius iuris, & sic limitata ad aliquod ius, veluti pascendi, adaquandi, &c. & secunda apprehensio respectu aliorum iurium, siue diuersorum, siue contrariorum, & seu iure dominij: nam, & tunc prima commissio desseruiret ad vtramque apprehensionem. Ratio est, quia licet prima apprehensio sit limitata respectu vnius iuris, illud tamen est, & operabitur solum effectum respectu apprehendentis tantum; quia non poterit libellum, nec propositionem offerre, nisi limitatim respectu illius iuris, cuius virtute fuit facta apprehensio, & sic solum hoc procedit in pręiudicium apprehendētis, nō autem tertij colligitantis, qui poterit propositionem, & libellum offerre respectu alterius iuris diuersi, & etiam contrarij: quia tota res est apprehensa, & commissio facta totius rei, licet apprehendens se limitauerit ad vnum ius; ita Portoles, in verbo apprehensio ter tio illius nominis, a numero 21. cum sequentibus. Ex quo subsequitur, quod
19 prima † apprehensio, & commissio facta in ea, licet apprehendens se limitauerit ad vnum ius, desseruit cuilibet tertio colligitanti, qui poterit propositionem dare respectu alterius iuris, diuersi, & contrarij; similiter desseruit ad secundam, & centesimam apprehensionem, licet fiant respectu diuersorum, & contrariorum iurium; attento, quod tota res est apprrehensa; & sic est absurdum dicere, quod secunda apprehensio, & centesima sint sine priuilegijs suis, & sine commissione; quia prima commissio, siue foralis, siue Curiæ, deseruit secundę, in qua partes disputabunt de iuribus suis, vsque ad sententiam diffinitiuam, & interim Commissarius foralis, & Commissarius Curię gaudebunt sua commissone, prout dicti fori disponunt.

Ex superioribus deducuntur aliqua ad decisionem præsentis dubij.

Primo, quod cum in Anno 1516. fuerit facta prima apprehensio fluminis de Aston, à terminis Villę de Loarre, vsque ad terminos Castri de Artassona, respectu iuris affirmatiui ducendi aquã liberè, & absque impedimento aliquo, & iuris prohibitiui prohibendi, ne à dicto flumine ducantur cequiæ aliquæ, neque diuertatur aqua, & postea in Anno 1569. fuit facta secunda apprehensio, cum iuribus affirmatiuis omnino contrarijs, scilicet construendi Azuta, & cequias, non potuit Regia Audientia, concurrentibus his duabus apprehensionibus, prima executata, & commissa, facere secundam, & nouam commissionem in secunda apprehensione: quia hoc esset priuare Commissarios forales primæ apprehensionis sua Commissione; immo Commissarij forales dictæ primæ apprehensionis tenentur continuare in sua Commissione, & cum suis iuribus apprehensis, & tenere rem apprehensam, ad vtilitatem vtriusque apprehensionis, vsque ad sententiam, iuxta forum *Item porque multiplicacion.*

Secundo deducitur, quod cum dicto Anno 1516. post factam apprehensionem iuris prohibitiui innouasset D. Hugo de Vrries contra apprehensionem, construendo azutum ad hauriendam aquam; & pro parte Don Michaelis de Gurrea fuisset petitum demoliri azutum, reducendo rem ad statum, quo erat tempore apprehensionis; excepit Don Hugo allegando, se de tempore immemoriali esse in quasipossessione faciendi azuta; & hac occassione fuit

fuit factus processus super hijs; & facta legitima informatione, partibus auditis fuit pronuntiatum contra Don Hugonem, & fuit mandatum, quod demoliretur azutum. Ex quo sequitur, quod modo, neque per viam agendi, neque iuxta forum de seruitutibus, & aqua, nec alio modo non potest Don Hugo agere super reparatione azuti, de quo iam egit in Anno 1516. quia ea
20 quæ † deducit quis semel, per viam excipiendi, quando succubuit, non potest, obstante exceptione rei iudicatæ, iterum per viam agendi deducere, Decius consil.96. columna 1. Bartolomeus, Socinus, consil.255. volumine 2. vbi concordantes. Nec dici potest, quod fuit tunc mandatum demoliri azutum, tanquam attentatum; & factum propria authoritate, ex quo allegauit Don Hugo se de tempore immemoriali tenere illud, & Iudex se mandauit informari, & si tanquam attentatum foret demoliendum, inutilis foret informatio, & probatio de tenendo azutum, cum non releuasset. Et est aduertendum, quod si cassu quo Don Hugo petijsset reparari azutum per viam agendi, venisset reparandum, non obstante apprehensione iuris prohibitiui, eodem modo debuisset id concedi excipiendo, si excipiendo egisset, etiam si propria authoritate fecisset; ex quo potuisset replicare, dolo facis petendo, vt azutum destruatur, quod fieri oportet intercedente Iudicis authoritate. Et sic resultat, quod dicto Anno 16. fuit inter dictos milites discussum, super iure tenendi azutum, & cum fuerit pronuntiatum contra Don Hugonem, obstabit exceptio rei iudicatæ, durante apprehensione, & per consequens, quod firma prouissa ad instantiam Don Michaelis, nè durante prima apprehensione, & illa sententia transacta in rem iudicatam fiant azuta, iustissima est, & fundata in his duabus exceptionibus, vna rei iudicatæ, altera fori, Item *porque multiplication*, de apprehensionibus.

Et ex hoc subsequitur, quod declaratio facta in Regia Audientia, in apprehensione, Anni 69. per quam mandarunt reparari quoddam azutum, iuxta statum rei de Anno 69. non obstante prima apprehensione, & sententia demolitionis contra Don Hugonē, est declaratio iniusta, & contra dispositiones forales ex supradictis, & in specie contra forum, Item *porque multiplicacion*. Ratio est clara, quia in Regia Audientia non fuit petitum reparari azutum, quod staret in dicto flumine, de Anno 16. Et sic tempore primę apprehensionis, & sic cum non fuerit petitum, non potuit mandare reparari, & quando foret petitum, idem foret, nam nequaquam potuisset reparari, obstante exceptione rei iudicatę, de qua supra, attento quod deducta per viam excipiendi, non possunt deduci iterum per viam agendi in alio iudicio, obstante exceptione rei iudicatę. Quod igitur, fuit petitum reparari, fuit quoddam azutum constructum post Annum de 16., & eius executionem, & commissionem, & fuit mandatum reparari iniustissime, & contra forum, ex multis: quia, quod fit lite pendente, est attentatum, & sic ante omnia demoliendum: est enim odiossissimum attentare pendente lite, quoniam vno ictu leduntur pars, ius, & iudex, proptereaque attentans deterior diabolo dicitur; & id circo, attentata †
21 ante omnia demolienda sunt, & restituenda omnia ad tempus litis institutæ, Lancelotus late de attentatis. 3. part. limitatione vigesima nona, numero 77. & limitatione 31. numero 221. & sic Audiencia malè decreuit, mandando reparari azutum constructum pendente lite instituta, Anno 1516. in hoc Iustitiæ Aragonum Tribunali: tum etiam, quia Regia Audiencia, mandando reparari azutū constructū post annū de 1516. turbauit Cōmissarios forales pri-

mæ apprehensionis in commissione sua, quam habebant de dicto flumine respectu iuris ducendi aquam libere, absque impedimento aliquo, & prohibendi, ne fierent azuta in dicto flumine, cuius commissionis notitiam habebat Regia Audientia, & non solum turbabat Regia Curia Comissarios forales, sed etiam rem iudicatam, de qua supra; in qua (licet per viam excipiendi) fuit declaratum, quod non construeretur azutũ, & quod factum demoliretur.

Vltimo infertur, quod cum iurisfirma obtenta per Don Michaelem de Gurrea, vt pendente lite dictæ apprehensionis de Anno 16. non fierent azuta, nec aliquid innouaretur contra iura apprehensa, maxime stante re iudicata, fuerit iustissima: resultat clarè, quod declaratio supradicta fuerit iniusta, & sic reuocanda; quia si declaratio est generalis, ita vt non obstante firma, declarationes Regię Audientię quoad reparationem azuti exequantur, tanquam generalis, & per
22 consequens † vaga, & captiosa debet reuocari, Molin. in verbo vassalli, versic. die 5. Iulij in fine. folio 325. Rebuf. de liter. obligator. artic. 16. glos. 1. & si declaratio altera facta in iurisfirma est limitata ad terminos declarationis Regiæ Audientiæ, quæ mandauit reparari azutum de anno 69. non obstanti. appręhensione Curiæ Iustitię Aragonum de Anno 16. & re iudicata illius processus, cum maiori efficacia, & iusticia debet reuocari declaratio iurisfirmę; cum euidenter probatum sit, quod declaratio de reparando azutum, facta in Regia Audientia, non obstante apprehensione Anni 16. est notorié iniusta, contra ius notorium, contra forum, & rem iudicatam, & sic est nullã declaratio Regię Audientię, Vantius de nullitate ex deffectu processus. numero 127. & per consequens declaratio firmę, per quam declaratur, quod non obstante firma exequatur sententia Regiæ Audientiæ, est etiam iniusta, & nulla, & sic reuocanda, & sic firma remanet illesa, & impediatur executio iniuste declarationis; quia licet, tanquam interlocutoria processus litis pendentię sit priuilegiata, cum tamen sit nulla, debet impediri, cum quotidie impediantur executiones priuilegiatæ, in vim exceptionum iurisfirmarum, quando illę iustissimæ sunt. Huius voti fuerũt duo domini ducti his rationibus satis vrgentibus.

Sed contra superiora fuit iudicatum per tres dominos locumtenẽtes, & facta declaratio in secunda apprehensione de Anno 69. Azuti de Mondot, & cequię illius, quę discurrit per terminos de Ayerbe, in qua apprehensione se opposuerat Don Hugo de Vrries, Anno 1584. petendo reparari azutum, quod tempore dictę secundæ apprehensionis inerat, & in Mense Septembris hoc ita declarauit Regia Audientia. Et cum in Mense Augusti, Anni 93. fuisset nominatus Commissarius à Regia Audientia ad faciendam dictam reparationem, pręsentauit Don Michael de Gurrea su pradictam iurisfirmam, fundatam in prima apprehensione, Anni de 16. ad impediendam reparationem: & tandem Curia Iustitię Aragon. declarando iurisfirmam, pronuntiauit reparationem fore faciendam, sicut iam declarauerat Regia Audientia in secunda apprehensione; & fundatur hęc declaratio validissimis rationibus. Et primo per tradita in obseruantia prima, finium regundorum vbi, si azutum antiquitus fuerit constructum in terminis alicuius loci, & postea fuerit destructum, potest iterum construi, contradictione alicuius nõ obstante; quod idem habetur in obseruantia secunda, de aqua pluuia arcenda, & obseruantia septima, & octaua, eodem titulo. Ratio prædictorum est; quia, quod
23 reficitur † non censetur nouum, Iasson. in l. ius autem ciuile. numero 9. & 10. ff. de

ff.de iustitia, & iure, & multa per Decium,in l. domum suam de regulis iuris.

Neque obstare valet, si exaduerso dicatur, eandem rationem militare respectu antiquioris apprehensionis, ad instantiam quondam Don Michaelis de Gurrea factæ, quatenus aqutum fuit mādatum destrui, tanquam quid attentatum, & de nouo constructum, in præiudicium eiusdem apprehēsionis. Quoniā responderi potest, aliquas dari posse rationis differentias inter illam prætensionem, & nostram.

Prima ratio differentiæ est; quoniam casus noster, destructionis, & per consequens reparationis, & reedificationis aquti, est expresse prouissus per obseruantias Regni desuper allegatas, & in eisdemmet proprijs terminis: casus vero contrarius, non est ita prouissus per leges, Regni, vnde est dicendum, quod sicut de iure, quando est conten-
24 tio † inter probationes, ea preualere debet, cui ius comune magis assistit, ex Bartol. in l. si duo. ff. vti posside. Bald. in authentica, omnes peregrini. numero 8. C. communia, de successionibus. Felin. in capite licet causam. numero 9. de probation. Ita etiam erit idem dicendum in nostris terminis, de quibus agimus: & quia vt dicunt Doctores, vbi
25 casum legis † habemus, nulla dubitatio cadit. l. ancillę. vbi Bald. C. de furt. Decius consil. 452. columna final. & plures relati per Quintil. Mandos. in 2. parl regularum Cancellariæ, reg. 16. quęst. 2. num. 2.

Secunda sit ratio differentiæ, quoniam pars aduersa Don Michaelis de Gurrea fundat suam intentionem in antiquissima quadam apprehensione, Anni 1516. At dominus Don Hugo, in moderniori apprehensione, Anni 1569. Ex quo sequitur, quod cum de illa ad istam transierint plusquam quinquaginta anni, potuit Don Hugo acquirere nouum ius, & nouam possesionem, ex iure de
26 nouo superuenienti; & ideo † hęc vltima apprehensio magis quam illa antiquior est attendenda: potest enim fieri secunda apprehensio pro iure de nouo superuenienti, quo casu, prima apprehensio non facit secondam silere, vt tradit Molin. fol. 30. columna 3. & Portol. in Scholijs ad ipsum, vbi allegat Couarruuiam, & Petrum Dueñas in regula 47. limitatione secunda, vbi ex noua causa superuenienti potest appellatio ab interlocutoria iustificari. Hinc, inoleuit pra-
27 xis † huius Regni, quod si post sententiam de lite pendente sint transacti quinque, vel sex anni, non potest concedi appellitus de tolli forciam, absque partis citatione. Ratio est, quoniam post tam longum tempus, potuit ius detinendi, & possidendi superuenire. Et facit illud, quod satis in terminis tradit Menochius de retinenda possessione, remedio 3. numero 819. vbi, licet lata senten-
28 tia † contra turbatorem, præstitaque ab eo cautione de non molestando possessorem, etiam si asserat, ex noua causa possidere, non sit audiendus, ex Fabro in §. retinendę, numero 29. de interdict. quia si hoc permitteretur, facile hęc iudicia eluderentur contra textum in l. si prætor. §. 1. de iudicijs. Hæc tamen Fabri sententia declaratur non procedere, cum elapso multo tēpore, is, qui succubuit, assereret se ex noua causa possidere, & huius rei paratas probationes haberet; quia tunc cessat omnis malitia, quę in eo considerari poterat, & faciunt tradita per Paulum de Castro, consil. 54. volu. 1. Cum ergo dictus Don Hugo in tam longo temporis interuallo potuerit nouum ius, nouamque possesionem, acquirere, immo, & eam acquisierit, prout ex dicta moderniori apprehensione constat, nimirum, si nunc sit audiendus, & aqutum, quod existebat tempore executionis dictæ apprehensionis veniat reparandum, & reedificandum, absque alicuius contradictione, iuxta Regni foros, & obseruantias, quæ clare casum hunc prouident, pro vt diximus.

Tertia ratio diuersitatis ea potissima

est, quoniam Don Michael de Gurrea suam fundare nititur intentionem ex apprehẽsione, & declaratione facta in processu eius Aui. At Don Vgo nititur propriç oppositioni, & declarationi ad eius instantiã factæ in hoc vltimo processu ap-
29 prehensionis;quare dicẽdum est,† quod sententia,siue declaratio facta in illo processu antiquo contra auum Dõ Vgonis, nullatenus potest exequi cõtra eius hęredẽ,aut successorẽ, secundũ Innocẽ. & alios,in cap. Abbate.de verb.signific. & appositissime Bald. in l. de eo. §. hæres.
30 ff.ad exhibendum,† quod hæres in realibus iudicijs,nec agit,nec conuenitur, vt
31 hæres, & quod sententia † lata in interdicto vti possideris contra deffunctum, non transit ad hęredem,vbi ageretur de facto deffuncti, optime Ioannes Faber, in §.equę si agat.nu.31.institu.de action. dicens;quod in hoc interdicto hæres nõ compescitur per sententiam latam contra prędecessores:quia potest esse,quod habeat aliã causã impediendi, nec actio in factum ex re iudicata daretur contra ipsum exturbatione,quam ipse facit,sed ex turbatione prędecessoris, si quid interesset: & secundum hanc opinionem fuit multoties, Neapoli iudicatũ ex Afflict.& alijs relatis per Menoc.dicto tracta.de retinen.rem.3.nu.828. ea ratione,
32 quia factum† hæredis nouum factum dicitur, & noua turbatio; cum vna sit defuncti possesio,altera hęredis.l.cum hæredes de acquir.posses.fieri enim potest, quod hæres iuste, cum tamẽ deffunctus iniuste perturbaret, immo pretensio cõtraria,casu quo procedere potuisset, locum haberet, vbi hæres, & successor ex ea possesione niteretur,quę apud defunctum fuit: sed in nostro casu secus est, quia non tanquam hęres, nec tamquam repositus in locum Aui petit sententiã exequi:at Don Vgo ex propria persona proprioq. iure hoc petit, quod securius est, & faciunt tradita per Menoch. vbi supra.num 831.

Denique pars aduersa non se includit, neque firmat suam intẽtionem, pro vt decebat,quoniam non est reposità in iure, instãtia, & actione,quę eius Auo competebat, neque docet de iure hæreditario, ad suam intentionem fundan-
33 dam. Instantia siquidem † cepta cum prędecessore transit ad hęredes vniuersales Paul. de Castr.in l. si cum hominem. colum.2. ff. de fideiussor. Canonistæ.in cap.quia V.de iudicijs. Socin.consil.31.num.8.volum.1. Et plures relati, per Marcum Salon. de pace. consil. 4. num.2.& 3. Optime Lanzelot. in tracta. de attent. 2. parte. cap.4. limitatione 1. num. 17. quod instantia cum toto iure defuncti transit in hęredem prout erat penes defunctum.l.hęres absens.l.si petitor. ff.de iudicijs, & multis alijs ibidẽ allegatis, aliqua per Alciatum, consilio 341. & Nicolaum Belon. consi. 11.num. 5.Hinc noster Molin.in verbo appellitus de tolli forciam,fol.22. columna 1.dixit, quod ad hoc vt prouideatur hęredi, est necessarium, quod prius offerat cedulã repositionis,petendo se reponi in ius, & locum illius defuncti, faciendo fidem Iudici, qualiter ipse est eius hæres Vniuersalis ex testamento, ab intestato, aut alias, & quod Iudex reponat talem hęredem in ius,& locum defuncti. Et sã alij qui voluerunt tenere,quod erat necessarium hæredi, dare cedulam reasumptionis, antequam daret dictam cedulam repositionis, secundum Molin. vbi supra.Sed sic est, quod in nostro casu neutrum istorum fuit obseruatum; ergo nullatenus poterit iurisfirma per Don Michaelem de Gurrea obtenta subsistere, & casu quo prædicta non procederent, pro vt procedunt,saltem declaratio pro hac parte supplicata, locum habebit, ex superius allegatis,& etiam ex eo, quod huiusmodi reparatio est adeo priuilegiata, vt locum habeat quantumcumq. apprehensio subsistat, prout per multa exẽplaria constat, & quod non obstante apprehensione anteriori,vel alijs,quę præcesserint, fuerint reparata azuta. Ita determinatum fuit in Regio Consilio, in causa Don Martini de Gurrea, & ab

Ara-

Aragonia, super reparatione Açuti, die
22. Octobris, 1572. & etiam in causa don
Ioannis de Bardaxi, & dominę Marianæ
de Mendoça, vt tutorum don Ioannis
de Torrellas, & de Bardaxi, super repa-
ratione Açuti, die 24. Septembris. 1574.
Facit deinde id quod tradit Molin. in
in verbo apprehensio, vers. dió x9. Ianua
rij, fol. 38. colu. 1. vbi dicit, quod si posito
processu apprehensionis in puncto ferè
dę sententię, pronunciatur aliqua sen-
tentia arbitralis inter partes litigantes,
& de ea fit fides in processu, tali casu iu-
dex tenetur pronunciare, iuxta teno-
rem sententię arbitralis: quia sententia
arbitralis est exceptio, quę nascitur post
quam processus est in sententia, & ori-
tur ex facto partium, per quam senten-
tiam arbitralem lis deciditur, & sic si po
sito in sententia processu apprehẽsionis
de anno 1516. pronunciasset postea Ca-
rolus Imperator sententiam arbitralem
(prout pronunciauit in anno 1518. inter
D. Hugonē de Vrries Secretariū, & D.
Michaelem de Gurrea aubs litigātium,
per quam declaratur D. Hugonem ha-
bere facultatem ducendi aquam, & ce-
quias, dum aqua fluit per terminos suos
de Mondot) & de ea fidem fecisset Don
Hugo, esset in eo casu pronunciandum
pro eo, & eius propositio recipienda; er-
go idem est dicēdum in interlocutorijs,
35 & incidentibus, quale pręsens est; atten
to, quod eo modo, quo proceditur in
diffinitiua, procedendum est in inciden
tibus, Bart. in l. solent, ff. de alimentis, &
cibar. legat. num. 16. & in Extrauag. ad
reprimendum num. 10. Petra Sancta sin-
gul. 23. Menoch. de adipiscenda posses-
sione, remedio 3. quæst. 29. num. 178. &
quęst. 33. num. 186, & lib. 1. de arbitr. cas.
45. num. 10.

Neque hic sumus in dispositione fo-
36 rorum † pro contraria parte adductorū;
Quia forus, *Item porque multiplicacion*, de
apprehensionibus, loquitur tantum in
Commissarijs foralibus contendentibus
super suis commissionibus, & non loqui-
tur in Commissarijs curiæ, nec etiam
quando inter Commissarios forales es-
set contentio super alijs rebus, quam cō-
missionibus suis, minusq; quando inter
partes litigantes esset aliqua contentio.
Ratio decidendi ad dictum forum fuit,
quia ex quo commissarij forales non
administrant bona nomine proprio, ne-
que ad suam vtilitatem, iustissimū fuit,
bonorum administrationem prioribus
commissarijs committere, & quando de
clarantur commissarij secundæ appre-
hensionis, capiunt bona de manu iudi-
cis secundę apprehensionis, & remanent
obligati ad reddendum rationes de vtra
que commissione, & sic remanet consul
tum omnibus litigantibus: quod non ita
est in commissarijs curię, in quibus sem-
per vltimus detinet bona: quia curia si-
bi commendauit ea, suo proprio nomi-
ne, & ad sui vtilitatem, licet cum obli-
gatione restituendi rem, & fructus vl-
timo vincenti; & cum sit impossibile,
quod concurrant simul duæ commissio
nes curię super iuribus diuersis, vel con
trarijs, necessario debent bona dari vl-
timo vincenti cum cautione forali: &
sic fori, dum loquuntur de commissarijs
foralibus, vtuntur termino commissio-
nis, & dum loquuntur de commissarijs
curiæ, vtuntur termino restitutionis, fo-
ro *Item por dar forma*, foro *declarando*, foro
Item por quanto de apprehensionibus. Ex
quo nascitur, quod cum in processu Io.
Pasqual, super apprehẽsione anno 1569.
fuerit inter D. Hugonē, & D. Michaelē
de Gurrea discussum, an deberet repara
ri açutum, quod erat de tempore dictæ
apprehensionis, prætendente D. Michae
le, quod non debebat reparari, attento,
quod in prima apprehensione fuit man-
datum destrui açutum, & prætendente
totum contrarium D. Hugone, ex mul-
tis titulis, & maximè in vim sententiæ
arbitralis supradictæ, promulgatæ anno
1518. & ibidem facta fuerit declaratio
in D. Hugone, & sic cū altercatio fuerit
tantum inter partes priuatas, & non in-
ter commissarios forales, sequitur male
ad casum præsentem applicari forum.
Item

Item porque multiplicacion, de apprehensio-
nibus.

Neque ad casum applicari potest, fo-
37 ris, *Item estatuymos*, de apprehẽsionibus,
qui disponit duo, quod sententia lata in
artic. proprietatis exequatur, non obstã
te apprehensione, quod antea non erat
prouisum, secundo, quod pendente di-
cta sententia per appellationem, vel ele-
ctionem iuris firmæ fiat cõmissio ei, qui
obtinuit dictam sententiam; & dicta cõ-
missio debet fieri à Iudice secũdæ appre
hẽsionis, & non à mero executore, quod
licet non declaret forus ille, probatur ta
men per forum, *Item como en tiempos passa-
dos*, de apprehẽsionibus; nam ibi dicitur,
quod executor apprehensionis tenea-
tur incontinenti commissionem facere,
quod non potest intelligi, quando com-
missio facienda est commissario curiæ:
quia ante hanc declarationem deberet
constare de cõmissione curię, & contra
eam posset pars aduersa allegare, & con
tradicere, prout quotidie practicatur in
his declarationibus cõmissionis curiæ,
de quo nõ potest cognoscere merus exe
cutor. Ratio istorũ est, quia cũ cõmissa-
rius curiæ primæ apprehensionis per suã
cautionẽ solũ assecurauerit curiã respe-
ctu collitigantium in prima apprehensio
ne, & non aliorum, necesse est, si bona se
cundæ apprehensionis ei committenda
sunt, vt præstet cautionẽ quoad opposi-
tos, & opponendos in secunda apprehẽ-
sione, quod omne ab arbitrio pendet iu-
dicis, non meri executoris, & sic vide-
tur, quod dicti fori ad casum nostrum
non sint applicandi.

Vltimo facit, quia declaratio facta in
Regia Aud. & altera similis declaratio fa
cta in iuris firma est iusta, & sine † euidẽ
38 ti, & apparente nullitate, quę resultat ex
processu, & sic exequenda, & quando fo
ret iniusta, non potest reparari, nisi per
electionẽ iuris firmæ, & debitum recur-
sum l. 1. C. quando † prouoca. non est ne
39 cesse, secundũ intellectũ, Bart. qui intel-
ligit text. quãdo in eodẽ met processu, &
instantia dantur duo sententiæ diffiniti-
uæ; non autẽ quando in diuersis processi
bus; quia secunda valeret, nec posset re-
parari, nisi per appellationẽ, l. 2. C. eod.
tit. vbi, si Iudex in sententia declarat, q
minor 14. annis potest testari, talis sentẽ
tia est nulla, cõtinens errorẽ expressum
contra ius; secus si iudex condẽnaret hæ
redẽ, vt solueret legatũ relictũ à mino-
re; non adiecta causa, quod potuit testa-
re; licet esset minor; talis sententia est va
lida, & non potest reparari, nisi per appel
lationem. Sententia ergo Reg. Aud. per
quã mandant fieri reparationẽ, partibus
auditis, iustissima est, nec reparari po-
test, nisi per electionẽ iuris firmæ, & cũ
40 omnes sententiæ † in processu apprehẽ-
sionis sint priuilegiatæ, tam diffinitiuæ,
quã interlocutorię, quæ nõ habent effe-
ctũ suspensiuũ; sed tantũ deuolutiuũ, fo
ro, *Item como en los tiẽpos passados*, debet exe
qui priuilegiatè dicta declaratio Regiæ
Aud. non obstante firma, & ex consequẽ
ti declaratio facta in firma iustissima est,
etiã; & firma sola contra dictũ forũ malè
prouisa; & in simili, quando in primo pro
ces. de ann. 16. partibus auditis mandare-
tur reparari attentatũ, pendente ea lite,
exequeretur illud, nõ obstante declara-
tione Reg. Aud. priuilegiatè: nam † esset
41 standũ vltimæ declarationi DD. in l. pa-
cta nouissima, C. de pact. & ibi fass DD.
in c. inter Monasteriũ de re iudic. & tũc
etiã seruatur forus, qui mandat, quod in
ter media apprehensionis sint priuilegia
ta: huius opinionis fuerunt tres, ex dñis
moti his rationibus, inter quas potissi-
ma est illa de sententia arbitrali.

DECISIO C. LIIII.

Quomodo reparentur attentata, seu innouata contra apprehẽsionem, seu sequestrum.

SVMMARIVM.

Commissarij forales, quare reuocationem attentatorũ contra apprehensionem prætendere possint, non autem Commissarij Curiæ. num. 1.

Com-

Commissarij curiæ, an habeant ius aliquod proprium, & qualiter. num. 2.

Commissarij forales, licet absoluta potestate non vtantur, commissarij autem curiæ sic, & diuersitatis ratio adfertur. n. 3.

Possessio restituitur commissario curiæ, prout antea ab eodem tenebatur. nu. 4.

Possessio non apprehẽditur, sed emolumẽtum, & fructus illius. num. 5.

Lis non dicitur pendere post sententiã litis pendentię, & quatenus id procedit. num. 6.

Attentata nõ dicuntur, quæ fiunt post sententiam. num. 7.

Liti præiuditium non fit constructione açuti, post sententiam litis pendentiæ. numer. 8.

Apprehensiones de nouo, quare fiant etiam post sententiam litis pendentiæ. numer. 9.

Possessionem quis acquirere de nouo potest in præiudicium possessoris antiqui, etiã possidentis auctoritate iudicis. nu. 10.

Succumbens in tenuta, possessionem de nouo acquirere potest, & in vim eius apprehendere. num. 11.

Nec vt attentata, illa reuocari potest. num. 12.

Sententia litis pendentiæ habet tractũ successiuum, rebus sic stantibus. nu. 13.

Executionem successiuam habet sententia tenutæ ad intentanda remedia ordinaria, non autem extraordinaria. numer. 14.

Reuocatio factorum est remedium extraordinarium. num. 15.

Executio successiua non est sententiæ tenutæ, post longum tempus. nu. 16.

Facta contra litem post quinque años, vt attentata reuocari nequeunt. nu. 17.

Sententia tenutæ, licet conseruet à turbatione futura, non tamen à possessione obtenta post multum tempus. nu. 18.

Appellitus de tolli fortiam, non conceditur per cordatos iudices, nisi citata parte. num. 19.

Aquæ ducendæ ius, ex consequenti necessario continet, ius faciendi açutum. numer. 20.

Vsufructu fundi concesso, etiam censetur concessa via ad fundum. num. 21.

Sententia continens vnum ex vi attractiua, extenditur ad aliud. nu. 22.

Iuxta dictio, in sententia ad præterita relata, conditionaliter intelligitur. numero. 23.

Sententia, vbi cõstat de relato, per eum limitatur. num. 24.

Etiam si referens aliter disponat. numer. 25.

Turbati in possessione possunt propria auctoritate reuocare attentata. nu. 26.

Attentantes offendunt partes, & iudices. num. 27.

Ex sententia litis pendẽtiæ oriuntur duo, missio in possessionem, & quod immissus in ea defendatur. num. 28.

Defensio aliquando demolitionem operis requirit. num. 29.

Demolitio quando non est pœna. numer. 30.

Commissarij curiæ quoad prohibendum, ne ædificetur açutum, non possunt vti sua concessione, nisi per demolitionem açuti. num. 31.

Turbat viriliter possidentem, qui acquirit naturalem. num. 32.

Missus in possessionem, si turbetur à iudice

iudice Ordinario defenditur in Gallia, non à mittente illum in possessionem. numer.33.

Sententia habet tractum successiuum, & potest sepius executioni tradi.nu.34.

Sententia in articulo Vti possidetis, prohibet futuram turbationem ex Fabr. numer.35.

Nisi post elapsum multum tempus, & quod illud sit in Gallia.num.36.

Quod tempus sit in Aragonia.num.37.

Sententia, quæ habet tractum successiuum non finitur executione, sed comprehendit patientiam futuram.nu.38.

Authoritate propria qui potest demoliri, ad iudicem etiam recurrere potest.numer.39.

Recursum habens ad iudicem non potest propria auctoritate demoliri, & quando. num.40.

Præscribi contra commissarium curiæ per annum non potest. num. 41.

Possessio non ædificandi retinetur facto negatiuo, si præcessit obligatio, & necessitas negatiua.num.42.

Recursus ad iudicem si impediretur, nullum remedium parti lesæ competeret. num. 43.

Tolli forciæ prouisio, non operatur, vt quis aliquid facere teneatur; sed ne vis fiat possidenti.num.44.

Curia Iust. Arag. quid pronunciauerit in hac materia demoliendi açutum in præiudicium sententiæ litis pendētiæ.n.45.



ROVISSA fuit apprehensio, in proces. Ioan. Perez Caluillo sup. apprehens. multis retro elapsis annis Riui de la Guecha, ab azuto vocato de Alberite, vsq; ad Azutum de la Zerçea respectu iuris prohibendi homines villæ de Magallon, ne ędificent aliquod azutum, nec assumant, vel ducant aliquam cequiam inter prædictum spatium terræ, & amouendi quęuis impedimenta impediētia liberum discursum aquę riui de la Guecha. Et in dicto processu inter alias fuit oblata propositio pro parte dicti Ioannis apprehendentis, & Iuratorum, & Concilij loci de Visimbre, & alia pro parte Iuratorum & Conciliorum locorum de Agon, & Gañarul, & Frescano; & fuit oblata alia propositio pro parte Iuratorum, & Concilij Villæ de Magallō, respectu libertatis ædificandi, &c. Deinde fuit lata sententia, sub die 20. Iunij 1542. per quam fuit recepta propositio Iuratorum de Magallon, respectu iuris rigandi suas hæreditates situatas intra terminos dictæ villæ, cū aqua dictorū fontiū apprehēsorum. Sine eo tamen, quod possint facere nouum azutū in spatio fluminis de la Guecha, inter dictum azutum vocatum de Alberite, & azutū vocatum de Zercea, nec non contenta in propositione oblata pro parte Iustitię, Iuratorum, Concilorum, & Vniuersitatum locorum de Agon, Gañarul, Frescano, & Visimbre.

Lata prędicta sententia, homines de Agon præstita cautione forarali fuerunt missi in possessionem, & obtinuerunt prouisionem de Tolliforciam, siue mandatum de manutenendo, & remouendo vim, & fortiam; quæ fuerunt intimata hominibus de Magallon, & ita vixerunt per plures annos: donec in mēse Nouembris, aut Decēbris, anni 1596. homines de Magallon violenter ędificare ceperunt azutum intra partitam apprehensam.

Pro parte Iuratorum, & hominum de Agon fuit pretium in eodem processu, quod illud azutum, quod nuper ædificatum fuit cōtra apprehensionē, diruatur, & destruatur. Ab aduerso, scilicet per homines de Magallon prætenditur con-

contrarium ex multis. Et primo, nam possessio in vim sententiæ litis pendentię adiudicata fuit iam ijs, qui obtinuerunt in prædicto processu, ideo hac noua constructione de præiudicio eorum, nō curię, agitur, quæ iam possessione se abdicauit. Vnde licet commissarij forales
1 † hanc reuocationem potuissent prætendere, hoc est, ex eo, quod mere, & simpliciter nomine curię possident; & sunt nudi illius depositarij; hoc autem in com-
2 missarijs curię † non procedit, qui habēt iam sententiam pro se, & aliquid iuris ex Molina in verbo apprehensio, fol. 31. colum. 2. post medium, & negotium suū gerūt, vt de creditore misso in possessionem bonorum asseritur. Vnde ex eo apparet, non contraueniri apprehensioni, nec innouari in præiudicium eius, labefactata in aliquo possessione commissariorum curiæ, vt reuocationi ex aduerso prætensę subiaceat. Ideo etsi commissarius foralis † absoluta potestate vti nō
3 possit, est ex eo, quia solum nomine curię possidet; quę illam exercere nequit, vt tradit Molin. verbo domini locorum, fol. 110. colum. 3. At secus est in commissarijs curię: ij enim (vt aduocati antiqui asserebant, quibus huius quæstionis indagatio contigerat) licet commissarij curię sint, curia tamen eis ex eo committit possessionē, † quia inuenit illos, vt domi-
4 nos, possidentes; & eis restituit, vt possideant; prout antea possidebant; quia per apprehensionem non priuatur quis dominio, nec possessione, quam habebat ante apprehensionem, sed solummodo commodo, & vtilitate illius; quod eidē restituitur per litis pendentię, & tenutę sententiam in eodem statu, in quo habuerat ante apprehensionem; affirmante foristę, quod sicuti poterat, vti commissarius curiæ ante apprehensionem absoluta potestate: ita, & poterit idem postquam obtinuerit, vt late habes in tractatu Inhibitionum; quod autem id, quod apprehenditur, non sit possessio, † sed
5 emolumenta, & fructus illius, ex professo confirmat Bardaxi de apprehensionibus, quęst. 5. per totā. Similiter ergo, & quemadmodum ante apprehensionem villa de Magallō poterat cōstruere azutum, & poterit etiam postquam finitus est articulus litis pendentię; etsi pro vassallis dicatur etiam post sententiam litis
6 pendentię adhuc pendere litem, † scilicet articulum iurisfirmarum, & proprietatis; ideoquè ea pendente vassallos in sua libertate conseruari debere. l. lite ordinata, C. de liberali causa. Respondetur litem nullam pendere, quę huiusmodi conseruationem libertatis suaderet: articulus enim tenutæ per sententiam sopitus iam fuerat; vnde nihil amplius expectandum erat ad liberū iurisdictionis ordinarię, & extraordinarię exercitium impediendum; cum absolutæ potestatis vsu, liti nullum præiudicium causetur; vtente iure suo commissario curię. Nam ex regula iuris, post sententiā quæ
7 fiunt, attentata † non dicuntur, cum lis iam extincta fuerit. Afflict. decis. 342. nu. 3. Probus ad Monachum, in rub. vt lite pendente in 6. Paris. cons. 30. numer. 36. lib. 4. Lancelot. part. 2. de attenta. cap. 4. in præfatione, à num. 213. Ita ergo, & in
8 nostro casu pręiudicium liti † non fiet dicta constructione post sententiam in artic. litis pendentiæ; quia azutum prædictum non fuit factum pendente lite: ex quo iam erat sententia lata in articulo litis pendentię, & ipsi de Agon missi fuerunt in possessionem, & facti cōmissarij Curię, & possidebant bona apprehēsa, & ipsi habent remedium de toli fortiam: maxime, quia contra commissariū curiæ pręscribi potest, & per consequēs potest adquiri possessio, sine qua pręscriptio non procedit, vt in cap. sine possessione, de regul. iur. in 6.

Secundo probantur superiora, nusquā enim vidimus apprehensionis nouæ recursum prohibitum esse in totū illi, qui in articulo litis pendentiæ alterius ap-
9 prehēsionis succubuit; imo sępe videm⁹ aprehēsiones nouas, & sequestra in vim nouæ possessionis suscitari: prout lites ex litibus oriri ordinarium est; idquè ex

eo

eo indubitatum est; quia non inconue-
nit aliquem succubuisse,& ob negligen-
tiam,seu pacientiam aduersarij de nouo
10 incipere † possidere: sicuti enim id du-
bitandum non esset, in præiudicium il-
lius,qui à quodam particulari possessio-
nem cępisset; ita nec in eo qui à iudice
illam habuit; quia factum iudicis cense-
tur factum partis, l. si ob causam, C. de
euictio. cum vulgat. Si ergo acquirere
11 potest possessionem † succumbens, &
in vim illius de nouo apprehendere, nō
poterit hæc possessio à iudice primæ ap
prehensionis auferri,& in vim illius fa-
cta,tanquam contra apprehensionem at
12 tentata † reuocari. Inconueniens enim
maximum sequeretur,vt possessio ad ap
prehendendum sufficiens iusta, foralis,
& à iudicibus auctorizabilis, possit vt
iniqua,iniusta,& illegitima reijci. Neq;
13 obstat sententiam † litis pendentiæ ha-
bere tractum successiuum, & executio-
nem successiuam; id enim verum erit,
vbi non adsit noua possessionis causa, &
rebus sic stantibus, prout erant tempore
sententię; imo,& licet suam executionē
14 † successiuam habeat, id erit, ad inten-
tanda remedia ordinaria illis tributa à
forijs,& obseruantijs tolli fortiæ, nem-
pe appellitus, impetrationes, inhibitio-
nes,&accusationes criminales;non autē
ad hoc, vt intentari possit remediū hoc
extra ordinarium,& odiosissimum, qua
15 le est reuocatio, † & annullatio factorū;
cū annullatio pœna sit,& propterea odio
sa nimis. Dici etiam potest,quod etsi re-
center post sententiam in articulo litis
pendentiæ executio tractū † successiuū
16 habeat, non tamē sic, vt post longissimū
tempus;imo & post centum annos, pro-
ut in hoc casu, possessio in contrarium
introduci non potuerit, quæ prætextu
apprehensionis pendentis reuocari, &
annullari vlla ratione nequeat; si enim
post longum tempus; imo, & post quin-
què annos,ex quo lis prosecuta non est,
contra litem † facta, vt tanquam atten-
17 tata reuocentur,peti non potest;ex Cas-
sadoro decisione 5.vt lite pendente,Lan

celot. de attenta. part. 2. cap.4. limit. 6.
num.5. Mirum non erit, si & idem post
sententiam latam, & longissimum præ-
dictum tempus,in nostro casu cōtingat.
Idquè confirmatur,nam, & possessorem
18 obtinentem licet sententia † conseruet
etiam à futura turbatione, ex Fabro in
§.retinendæ,nu.29. de interdict. non ta-
men à possessione obtenta,ab eo,qui suc
cubuit,elapso multo tempore post sen-
tentiam. Menoch. de retinenda, reme-
dio 3.nu.819. ideo & praxi apud nostra-
tes vulgo receptum est (pręsertim apud
cordatos iudices) ne absq; alterius par-
tis citatione appellitus † de tolli fortiā,
19 in articulo summarissimo,seu ne vis fiat
ei,qui in possessione missus est,victori cō
cedatur,cū potuerit aduersarius de no-
uo possessionem iuridicam adipisci, vt
tradit Portol. in verbo appellitus de tol.
li fortiam.nu.5. Si ergo hoc etiam reme-
dium ordinarium non impedit, quin vi-
ctus possessionem adipisci potuerit,quæ
possessio prędicta prouisionem impedi-
re potest,operante id tempore quinquè
annorum; vt dicit Portol.ibi, multo er-
go magis tempus fere centum annorum
operabitur.

Tertium fundamentum est; quia in
dicta apprehensione ius faciendi azutū
villæ de Magallon prohibitum non est,
imo potius ex eo videtur concessum ex-
presse; quia tam in sententia huius pro-
cessus Ioannis Perez Caluillo, quam in
alia antiquiori processus apprehensionis
don Guillermi Raymundi de So, & de
20 Castro,ius aquę ducendæ † ex dicto flu-
mine,& fontibus in suo termino nascen-
tibus ei tributum est;at aliter,quam me
dio azuti,prędictis aquis villa vti non po
test; ergo tanquam antecedens necessa-
rium constructio azuti cōcessa videtur,
vt in hijs terminis expresse asserit. l.refe
ctionis.Communia prędiorum, vbi Do
ctores,& Florianus.l.penultima §.1. de
riuis,Cepola de aquę ductu, num. 84.
21 & concesso vsufructu fundi † videtur &
cōcessa via ad illum.l.ferum filij,§. vlti
mo,delegat.1. Mantic.lib.9. de coniect.

tit. 4. num. 6. Signanter in sententia, quæ
22 † continens vnum ex vi attractiua, indi-
stincte producitur ad aliud, sine quo il-
lud vnum super quo sententia lata est,
non potest sortiri effectum, l. fin. C. de
vsur. rei iudi. l. aduersus, l. si duo de arbi
tris. Angel. cons. 157. num. 6. Rota decis.
450. part. 1. in nouiss. id amplians, num. 3.
Ita vt comprehendat etiam maiora ex-
pressis, tanquam antecedentia necessa-
ria.

Neque obstat in hac sentẽtia expres-
se prohiberi constructionem azuti, id
enim non simpliciter dicitur, sed hoc ad
dito, iuxta tenorem literarum decisoria
23 rum, &c. Vnde, cum ad præteritum † re-
feratur, non causaliter, sed conditionali-
ter, hoc est, si in dictis literis cõtineatur,
adiectũ censetur, ex Bart. in Extrauag.
ad reprimendum, verbo prout. Socin.
Iunior cons. 122. num. 33. lib. 3. & licet si-
mus in sententijs, in quibus libere dispo
nere possunt iudices, cum constet de
24 relato, † dispositio referens limitatiue
ad eum intelligi debet; ex Bart. vbi sup.
Alexand. cons. 46 num. 9. volum. 1. Dec.
cons. 63. & in l. edita, num. 86. C. de eden
do, elegantissime ad propositum Rota
omnino videnda decis. 40. num. 4. par. 2.
in nouiss. Ita vt, & si referens aliter dispo
25 nat, † & aliqua addat, vel auferat, præ-
terquam continentur in relato, limitan
da, & restringenda sunt iuxta illud, aut
in totum vt erronea reijcienda, Alexan.
cons. 9. num. 11. lib. 5. pulchre, Dec. in d.
cons. 63. num. 6. ex Bald. in sententia lo-
quente, in l. cum re, colum. 1. de re iudic.
eod. Decio in dict. l. edita, dict. num. 86.
Curt. Iun. cons. 92. num. 10. Paris. cons. 7.
num. 5. volum. 3. Cagnol. in Authent. si
quis in aliquo. nume. 90. Rouescal. in d.
cons. 9. Alexandri. Rota in d. decis. 40.
num. 7.

Vltimo, quia ex quo ipsi de Agon pos-
sunt etiam propria auctoritate azutum
demoliri, quod videtur dicendum, cum
26 turbati † fuerint, in sua possessione,
vt in l. quemadmodum si proiectum,
ff. ad l. aquil. & in l. si &, item, §. si
ad ianuam, ff. quod vi, aut clam, & in
l. 3 §. eum qui. ff. de vi, & vi armata; vi-
detur, quod non possunt super hoc ad iu
dicem recurrere; vt per eum demolia-
tur.

Sed pro hominibus de Agon faciunt
sequentia, & primo, quia ex eo, quod at
tentarunt contra sententiam, offende-
27 runt † partes, & iudicem, vt in cap. non
solum de appellatio, in 6. & sic æquum est,
quod instante parte iudex defendendo
ius suum, illud demoliri faciat.

Secundo, ex sententia litis pendentiæ
28 † oritur duplex ius, vnum, quod ille, qui
obtinuit mittatur in possessionem, aliud
quod immissus in ea defendatur, ad in-
star interdicti, ne vis fiat ei, vt per Bart.
in l. penultima, §. species, ff. de acquiren
da possessione. Menoch. de retinend. re-
med. 1. quæst. 16 num. 85. cum sequent &
remed. vltim. quæst. 16. num. 58. & proba
tur in foro *Item per quanto*, de apprehen-
29 sionibus: hæc autem defensio fieri † non
potest nisi demoliatur azutum; ergo de
moliendum est; vt per Bart. in l. de pu-
pillo, §. nunciationem, ff. de noui. oper.
nũtia, vbi dicitur, quod si dominus igno-
rans, quod opus nouum fuerit nuntiatũ,
prosequutus sit opus, quod est demolien-
dum; quia ista demolitio † non est pęna
30 vt dicit Bart. ibi num. 4. & 5. & sequitur
ibi Alexand. numer. 8. & 9. & Iasson nu-
mer. 6.

Tertio confirmatur, quia non possent
31 prędicti commissarij curiæ † vti sua com
missione, & fructu suæ sententiæ, nisi fa
cta demolitione; quia alias fieret contra
sententiam, per quam fuit recępta eorũ
propositio respectu iuris prohibendi, ne
ędificetur azutum, & ducatur cequia, vt
supra diximus, ergo demoliendum est;
cum alias non possit cessare turbatio, vt
patet ex supradictis. Et confirmatur ex
traditis per Bart. in l. 1. §. interdictum, ff.
vti possidet. num. 3. vbi dicit, quod si ali-
quis ingreditur possessionem rei, quam
32 ego possideo ciuiliter, licet adquirat na
turalem, possum tamen illum expellere
propria auctoritate, quia semper dici-
tur,

tur, quod me turbat in mea ciuili, nisi restituat naturalem.

Quarto, confirmatur hoc ex traditis per Rebuf. in pract. beneffi. in declaratione nouę prouisionis, in verb, & defendant inductum, vbi dicitur, quod in Gallia postquam Commissarius Apostolicus misit in possessionem, non se intromittit vlterius virtute dictę clausulæ, sed a-
33 gendum † est coram iudicibus Regijs pro turbatione possessionis, idẽ Rebuf. in concordat. in forma mandati Apostolici, in verb. defendentes, dicit, quod in vim dictæ clausulæ, postquam executor misit in possessionẽ poterit per aliquod tempus defendere missum; & istud erit per annum, vt declarat Menoch. de retinend. poss. remed. 1. q. 16. n. 90. & Staphil. de literis gratiæ, sub tit. de effectu clausular. §. sequitur post modũ, allegat Menoch. vbi supra, quod non obstante dicta clausula, postquam executor immisit in possessionẽ, & missus aliquandiu possedit pacifice, expirat potestas, & Abb. in cap. pro illorum, num. 11. de prębend. & ibi Imol. num. 11. vbi dicitur, quod post annum pro defensione possessionis potuit iudex Ordinarius adiri, & ita vult Menoch. d. remed. 1. quęst. 16. num. 85. & sic omnes videntur in hoc conuenire,
34 quod quando sententiã † habet tractum successiuum, quod etiam, si semel fuerit executioni tradita, poterit iterum, & sepius executioni tradi, & quoties qui obtinuerit sententiam, & vigore illius adeptus fuerit possessionem, fuerit in ea turbatus, ita & taliter, quod victus non sinat eum pacifice possidere, & in terminis hoc dicit Faber. in §. retinendæ, inst. de interdictis, nu. 31. vbi concludit, quod
35 sententia † in illo articulo vti possidetis prohibet futuram turbationẽ, & sic qui succubuit, etiam ex noua causa, non potest impedire executionẽ; & ideo opus est, quod ex noua causa agat, in alio iudicio, & Menoc. de retinend. poss. remedio 3. quęst. 97. num. 819. vbi limitat dictum Fabr. non procedere, cum elapso
36 † multo tempore ille, qui succubuit, asserit se ex noua causa possidere, & huius causæ probationes paratas, & in promptu habet; & istud tempus in Gallia reducitur ad annum; quia elapso anno citatur ille, qui dicitur turbare, vt per Rebuf. in 3. tom. tractat. de materia possessio. artic. 1. glos. 5. num. 6. & in hoc
37 Regno ad decem annos, † intra quos pars, quæ dicitur turbare, non citatur, post sic, vt appareat quam causam habuerit turbandi, an sit iusta, vel non, hoc idem vult Bart. in l. inter Castellanum, ff. de recept. arbit. vbi dicit, quod quan-
38 do sententia † habet tractum in futurũ, & causam successiuam per illam executionem factam, ponendo limites, nõ liberatur quis à patientia futura, idem Bart. in l. si fideiussor. §. meminisse, ff. de legat. 1. & ibi Iass. num. 12. vbi dicit communem opinionem tenere cum Bart. optime Ruin. in 2. volum. conf. 184. num. 4. & Menoch. de retinen. posses. remed. 1. quæst. 16. num. 91.

Neque obstat, id quod dictum est, supra, quod ex quo poterant propria au-
39 ctoritate † demoliri, non possunt propter hoc ad iudicẽ recurrere. Quia etiã isto casu potest ad iudicẽ recurri, iux. tex. in l. de pupillo, §. meminisse. ff. de noui operis nuntiatione, vbi probatur hæc conclusio, & tradit Bald. in l. 2. C. de seruitut. & aqua. numer. 28. Imo licet homi-
40 nes de Agon potuissent propria auctoritate demoliri, tamen ex quo † recursum habuerunt ad iudicem, non potuissent pendente lite super hoc auctoritate propria demoliri, vt ibi dicit Bald. & plures alij, quos refert Burgos de pace, consil. 39. num. 7. nisi recursum habuissent cum protestatione, vt possint ad viam facti recurrere; vt declarat Alex. in 4. volum. conf. 130. num. 12. & ad hoc est optima decisio Rotę, in decisione causarum, causa 20. numer. 40. Vbi ille, qui propria actoritate potuisset possessionem beneficij, qua fuerat expoliatus, recuperare, potuit per iudicem secularem recuperare, & non dicitur attentasse.

Neq;

Neque obstat dum dicitur, quod tertius potest prescribere contra commissarium curię; † & sic quod potest adquirere possessionem; quia hoc non negatur, sed quanto tempore hoc fieri posset non est praesentis negotij, cum constet homines de Magallon aedificasse azutum in mense Nouembris, aut Decembris proxime elapsi, non effluxo huc vsquè anno, & sic annum non fluxisse, quo casu non potuerunt ius adquirere nouum; & à tempore sententiae, & seu apprehẽsionis nullum ędificium factum fuit. Et cum praecesserit necessitas, & obligatio nõ ędificandi, ex illo facto negatiuo, scilicet nõ ędificare, retinetur possessio non ędificandi, vt per Iass. in 1. volum. cons. 161. col. 3. quem refert Rebuf. in 3. tom. tractatu de materia possessio. in praefact. n. 187. idem tenet Ruin. in 5. vol. cons. 167. num. 13. & Aymon Crauet. cons. 592. nu. 101. & ideo, si prędicta difficultas procederet, partes istę quę obtinuerunt sententiam nullum habuissent remedium demoliendi, † non per viã facti, & propria

43 auctoritate, cum adeũdo iudicem illud amisserint; non auctoritate iudicis, ergo; &c. quod videtur absurdissimum, & videtur hęc opinio apertissime confundi: Primo per tex. in d. §. nouissime, l. de pupillo: secundo, quia si ego turbor in possessione mea, propria auctoritate possũ possessionem defendere; & tamen possũ iudicem adire, vt toto tit. ff. & C. vti possidetis. Item si expellar propria possessione, possum illam recuperare in continenti propria auctoritate, vt diximus supra; & tamen mediante iudice potero recuperare, vt toto tit. ff. de vi, & vi armata, & toto tit. C. vnde vi.

Neque per prouisionem de tollisoriam † non est cõsultum huic parti, quia

44 illa solum prouidet, ne aliquid fiat contra sentẽtiam litis pendentiae, ne cõmissarius curiae in ea turbetur; sed non operatur, vt per eã quis aliquid facere teneatur; vt idem est in firmis iuris, & sic, ex delicto quod pars aduersa cõmisserit, consequeretur cõmodum; quia remaneret sibi azutum constructũ contra apprehẽsionem: nam si nunc praesentaretur illis prouisio de tollisoriã, ipsi nihil innouabunt, cum ipsis multum expediat nihil innouare; imo, quod azutũ remaneat in statu, in quo nunc est, & omni iuri, & equitati repugnat, quod quis ex delicto cõmodum consequatur, vt in l. siue haereditaria, ff. de negot. gest.

Neq; obstat tertium fundamentũ alterius opinionis, & quae de relatione dicta sunt; siquidem clare sententia prohibet constructionem noui azuti hominibus de Magallon; quod cauillari nequit aliqua ratione.

Tandem his consideratis † curia Do-

45 mini Iustitiae Aragonũ approbauit hanc vltimam opinionem, & mandauit destrui azutum constructum in modum sequentem.

Sententia.

PRonunciamus, & mandamus reduci bona in praesenti processu apprehensa, super quibus fuit recepta propositio litis pendentię principalibus A. Miranete, Io. Pascual, M. Beuso Procurat. respectiue, ad statum, in quo erant tempore executionis pręsentis apprehensionis, seu prolationis sententiae in eodem latae, & missionis in possessionem, non obstãtibus in contrarium allegatis. Fuit lata sententia in dict. processu Io. Perez Caluillo, domini loci de Vizimbre ac iuratorum, Concilij, Vniuersitat. dicti loci, in Curia Domini Iustitiae Aragon. vt totum hoc narratur, & inuenies etiã in processu Petri de Tris agricultoris vicini villae de Magallon super apprehensione in Regia Audientia. Actuario Palacio; ligam. 92. anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, in quo processu sunt exhibitae literę narratiuae, & intimatorię emanatę à Curia Iust. Aragonum; & à dicto processu Ioan. Perez, in quibus literis haec omnia narrantur

rantur, vt ego vidi, & iudicaui in dicta Curia Domini Iust. Arag. & de hac materia reparationis attentatorum post apprehensionem, & sequestrum, vide in proces. Prioris, Fratrum, Conuētus, Monasterij Sancti Ioan. villæ de Caspe super apprehensione anni 1581. circa mensem Ianuar. & in proces. Martini de Rōcal, super apprehensione, die 15. Decembris. 1592.

DECISIO C.LV.

De reparatione attentatorum pendente apprehensione, & sequestro: & quis eam petere possit, & de facultate sūmendi aquam ad rigādum, quando transit per terminum alicuius.

SVMMARIVM.

Apprehensioni licet quis se opponere possit, petendo eā reuocari, & annullari, hoc tamen intelligitur, quando apprehensio est male prouissa, vel indebite executata, vel non debite fides facta de executione apprehēsionis, quoad alia tamē nō erit pars legitima quilibet se opponens. nu. 1.

Apprehensione executata nihil nouari potest ea pendente ac indecisa existente, quod si innouetur, potest totum destrui, & dirui à partibus, de quibus interesse non ambigitur, non ad instantiam ficti, & ab eisdem reparatio facienda est, scilicet à partibus legitimis. num. 2.

Possessio (etsi habeat quis ius sūmendi aquam, & rigandi) mille annorum, si ea non fuerit vsus in vim seruitutis, pars, quae est in parte superiori, vbi ipsa aqua nascitur, semper potest eam diuertere, & accipere cessante emulatione, quod ita fuit pronuntiatum. num. 3.

Prohibitio nulla maior est in iure, quā ea quae agit de reuocatione attentatorum, & tamen petens attentata reuocari debet ius suum ostendere, aliàs non mandantur reparari. num. 4.

Tertius liti se opponens erit pars legitima, quoad ea, quę ibi notantur, secus vera quoad petendam reparationem absolutè, nisi prius constet de suo interesse, & ita fuit declaratum. num. 5.



IN processu Iuratorum de Morata, de Xiloca super apprehēsione, in scribania Hiero. Andres, in Regia Audientia, homines de Morata, & alij prętendebant quoddam azutum existens in flumine de Xiloca, & quandam cequiā, quæ transitum facit per terminos loci de Fuentes de Xiloca, vsquè ad terminos loci de Morata, quod quidem azutum, & cequia sumunt originem à dicto flumine, in terminis loci de Fuentes, quæ quidem bona fuerunt apprehensa respectu iuris prohibendi homines de fuentes, quatenus dumtaxat possent rigare suas hereditates, non autem detinere aquam in ipsis, quod vocant, *Correntiar*, ac rigatis hæreditatibus, quod tenerentur aquam ad cequiam prædictam reducere; rebus sic existentibus, quidam particulares loci de Maluenda opposuerunt se in hac apprehensione, prætendentes, quod in bonis apprehensis erat aliquid innouatum, & signanter dicta cequia, cuius alueus erat amplificatus per plusquam octo pedes, petierunt mandari reparari, & reduci ad statum, in quo erat tempore executionis dictę apprehensionis, tanquam innouatum præter, & contra apprehensionem.

Pro

Pro parte hominum de Morata, & aliorum in dicto processu contendentium fuit dictum, quod etsi constaret de innouatione prætensa, non erat locus reparationi præmissæ; nam licet quis oppone-
1 re † se posuit in apprehensione, petendo eam reuocari, & annullari, iuxta ea, quæ notat Molin. folio 23. colum. 1. Illud tamen verum est, quando apprehensio esset male prouisa, vel indebite executata, vel non debite facta fides de executione apprehensionis, Molin. verbo apprehensio, fol. 34. colum. 1. ibi, & fuit ibi dictum per magnos Iurisconsultos, & etiam, fol. 40. colum. 2. vers. die vigesimo quinto Septembr. Cæterum quoad alia non erit pars legitima quilibet se opponens; & hoc speciali quadam ratione; nam durum esset partibus, facta reparatione, & sustentando, quam plurima damna, quod reparatio esset facta ad instantiam partis non legitimę, de cuius interesse, nec apparet, nec potest apparere.

Et ad rem ipsam lucę clarius demon
2 strandam aduertitur, quod executata † apprehensione, ex ea resultat quædam legalis inhibitio prohibens partibus, nihil nouari ea pendente, ac indecisa existente; nam si nouatum fuerit, totum destrui, atquè dirui poterit: non tamen illud fiet ad instantiam facti, sed alterius ex partibus, de cuius interesse non ambigitur, vt statim dicetur. Verum illud constantissime teneas, quod in pœnam facti tenetur eadem pars, illud destruere, si á parte petatur, quod est aptissimum, & maxime hoc interdictum quoad illud de noui operis nuntiat. pro quo est tex. in l. fin. l. 1. in principio, & §. ait Prætor. & l. penult. ff. de noui. oper. nuntiat. Et hinc est, quod cum res hæc maxime sit considerationis, non vtiquè ad instantiam cuiuscumquè se opponentis est facienda reparatio, sed ad instantiam partis de cuius interesse agitur; quare si constat de non iure, certe nec ante, nec post citationem foralem, non admittetur; esset autem pars legitima, vbicumquè constaret de suo interesse, vel à parte appellitante nominaretur in tollerantibus, hoc videtur sentire. Bart. num. 6. post glos. in dict. l. 1. vbi Iass. numer. 8. colum. 2. Riminal. consil. 48. ex numer. 58. Ruin. cons. 46. num. 16. & 17. Ioffred. in opere. libell. sub titul. de interd. de noui. oper. nuntiat. numer. 15. in quibus autem casibus hoc constabit, vide per Iass. supra, num. 10. Alciat. 37. in fin. Paris. consi. 41. num. 36. lib. 1. & facit ad propositum dict. l. 1. §. nuntiatio, el 2. versic. si quis in mari.

Ex his intelligemus decisionem huius causæ; nam si consideramus, quod non constat de interesse hominum de Maluenda, eo maxime addito, quod
3 pars apprehendens, cum sit † in loco superiori, attenta forali dispositione potest summere aquam, & eam diuertere ad rigandum suas hæreditates, & ad alios vsus sibi bene visos, dum tamen id non faciat ad emulationem, for. 1. de riuis, & in terminis iuris id clarius apparet, Bart. in l. quominus, in prima quęstione, de fluminibus, vbi Iass. num. 11. Ripa 25. Bald. in l. aquam, C. de seruit. & aqua. Cepol. de seruit. rustic. prædio. cap. de seruit. aquæ ducend. ex num. 51. Calcan. cons. 53. 54. 55. & 56. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 13. §. 2. numer. 2. Quod procedit sine dubio, nam etsi pars habeat possessionem mille annorum, tamen si in vim seruitutis nō fuerit ea vsa nihilominus pars, quæ est in parte superiori, vbi ipsa aqua nascitur, vel facit transitum, semper potest eam diuortere, & accipere, cessante emulatione; pro ut alias fuit iudicatum in Curia Iustitię Aragonum in processu Annę Franco, quod etiam procedit in attic. litis pendentię, vti in causa nouitatis possessoria concludit. Chassane. vbi supr. Ripa in dict. l. quominus, quest. 2. & 14. punctim Afflict. decis. 388.

4 Et id ipsum confirmatur, nā nulla † maior prohibitio in iure cōsideratur, quā ea, quę de reuocatione attentatorū agit, &

V 2 tamen

tamen videmus, quod is, qui petit reuocare attentata, si constat manifeste de non iure petentis, non mandantur reparari. Couar.pract. quæst.cap.23. num.4. licet in hoc varie loquantur. Fran.in capit.1.vt lit.pendent.in 6. Lancelot.de attent.cap.4.amplia.6. Alex.cons.99.nu.9. lib.5.

5 Et ita post longas disputationes ac iurium† informationes fuit resolutum, iuxta distinctionem Molin.dict.verb.apprehensio, fol.34. quia quilibet tertius se opponens liti erit pars, quoad ea, quæ ibidem adnotantur; non tamen erit pars legitima ad petẽdum reparationem absolutè; nisi prius constet de interesse partis petentis aliqualiter, & in hoc casu erat magis expeditum; quia cum aqua fluens possit accipi ex riuo in Aragonia à parte absquè Principis licentia, quæ in terminis iuris est necessaria; certe, cũ non constet de seruitute aliqua, quæ cõpetat istis de Maluenda, optimo iure fuit declaratum, reparationem, & alia per A.Perez Godino Procur. supplicata, locum non habere, quod fuit decisum die 9.August.1596.ex concordi omnium voto.

DECISIO C.LVI.

De vsu aleræ foralis super iure depascendi, & de seruitute depascendi acquirenda; & quãdo prohibitio alicui facta operetur, vel non, & de diuisione terminorum.

SVMMARIVM.

Alera forali possunt vti vicini de Cruce, ratione vicinitatis. num.1.

Termini compascui non solum quoad seruitutem, sed etiã quoad dominium possunt fieri per actũ, & præscriptionem. nu.2.

Prohibitio super iure depascendi, vel super aliqua seruitute, nihil operatur quãdo prohibitus non acquieuit prohibitioni, & vsus fuit dictis iuribus. num.3.

Possessionis continuatio præsupponit nõ pacientiam prohibiti. num.4.

Ius prohibitiuum semper præualet, maximè vbi agitur de conseruanda libertate. num.5.

Negligentia, & tollerantia longi temporis super iure depascendi, nocet tolleranti, & negligenti. num.6.

Possessio vltima attendenda est in articulo litis pendentiæ, non obstante iure prohibitiuo, intellige tamen. num.7. & 8.

Testium pluralitas nimium conducit, vt deffectus suppleantur, etiam si aliqui ad sint qui in contrarium deponant, & præsertim, quando corroborantur auctoritate alicuius instrumenti. num.9.

Relatio Notarij, & eius enuntiatio sufficit ad validitatem actus.

Vnio, & reincorporatio, absquè solemnitate iuris, & in præiudicium fieri non potest. num.11.

Cognitio circa diuisionem, & segregationem terminorum, in hoc Regno est de reseruatis Domino Regi. num.12.

Regis licentia necessaria est ad validitatem vnionis, & reincorporationis terminorum, quod etiam procedit in locis dominorum temporalium Ecclesiæ. num.13.

Possessio precaria, nihil prodest possidenti. num.14.

Vsufructuarij successor, & si finito vsufructu possideat per triginta annos nunquam præscribit, quia præsumitur possidere ex causa, ex qua prædecessor possidebat etiam si habuisset animum

possi-

possidendi ex alia causa longe diuersa. numer.15.

Possessio in dubio non acquiritur pluribus prohibitionibus extantibus, quod procedit, etiam si prohibitiones probarentur per pauciores testes, quia hac iura non sunt compatibilia. num.16.

Prohibitio facta in qualibet parte termini prodest ad omnem terminum. nu.17.

Prohibitio an possit verificari in vna parte termini, & non in alia, vt alera foralis, & alia iura. num. 18.

Intētionem fundatam habet pro se, cui dominium competit rei apprehensa. nu.19.

Alera foralis quamuis sit de foro, hoc tamen est verum, quando nihil aliud praetenditur, quam ipsa alera foralis. nu.20.

Alera foralis, & iuris seruitutis depascendi de sole ad solem differentia traditur. num.21.

Prohibitione depascendi, non solum conseruatur ius dominij affirmatiuum, sed acquiritur, & retinetur ius illud negatiuum. num.22.

Continuatio possessionis semper praesumitur in vim tituli praeambuli, etiam si tēpus concordiae sit finitum, nec praesumitur mutatio causae, nec voluntatis, nisi causa extrinseca accedat. num.23.

Literae narratiuae, etiam si sint exhibitae post conclusionem in causa, sunt inserendae, quod ita fuit decisum. nu.24.

Diuisio terminorum non potest fieri ad producendum ius legale, nisi adsit licentia Domini Regis. num.25.



IN processu Ioannis Farache vicini loci de la Puebla de Ixar, super apprehensione Pardinae, seu terminorum, domus de Romana, in Regia Audien. in Sribània de Scarrin, ad instantiam istius Ioannis Farache, sub qua litate vicini loci de la Puebla de Ixar, fuerunt apprehensi termini Pardinae de Romana; quae Pardina, seu domus ante dicta est de dominio temporali Conuentus de Rueda Ordinis Cisterciensis: In qua apprehensione tres fuerunt oblatae propositiones. Vna, pro parte Iannis Farache apprehendentis respectu iurium in appellitu deductorum; alia vero fuit oblata pro parte Conciliorum de Ixar, de Vrrea, & de la Puebla de Ixar, pro iuribus depascendi de sole ad solem, in dicta partita de Romana, versus flumen, vulgo dictum de Romana, circa terminos loci de la Puebla, siue de Ixar, vel vsquè ad dictum flumen, de Romana tātum, incipiendo à dictis terminis de la Puebla, siue de Ixar, & pro iure abebrandi in dicto flumine, & ibidem pascandi, ac pro iuribus lignandi quęuis ligna viridа, & sica, existentia intra dictos terminos de Romana, ac etiam pro iure venandi.

Pro parte autem dicti Conuentus de Rueda fuit alia oblata propositio, respectu dominij dictę Pardinę, ac etiam pro iuribus prohibendi, & vetandi homines de la Puebla de Ixar, villae de Ixar, & de Vrrea de Ixar, ne vtantur in dict. partita apprehensa de Romana, nec in aliqua eius parte, aliquibus iuribus ex praedictis, nec alijs adempriuijs. Et in primis pro parte hominū de Ixar, de la Puebla, & de Vrrea dicitur, qpossunt vti alera fo-
1 rali, † quia ipsi sunt vicini de Cruce, hoc est, quod sui termini confrontantur cum terminis Pardinae de Romana, & sic absquè dubio ea vti possunt: obseru.2. 4. 6. & fin. de Pascuis. fol.25. & 26. for. fin. de pascui. obseru. item in Aragonia, de gener. priuil. tot. Reg. Molin. & Portol. verbo bestia, verbo ganatum, nu.1. Burg. de Paz in l.3. Taur. nu.479. quia per actum
2 fieri potest, † ac per praescriptionem possunt fieri termini compascui, non solum quoad seruitutem, sed etiam quoad dominium, Cepol. de iur. pascendi

 num.

num. 16. Paul. consil. 56. volum. 1. Xuarez alleg. 15. Auend. lib. 1. cap. 12. num. 9. Couarru. lib. 1. capit. 17. num. 10. & practic. cap. 37.

Item & secundo, quia ex testium depositionibus apparet manifeste, quod dicti homines de Ixar, de la Puebla, & de Vrrea, possunt depascere, & vti alijs iuribus, & adempriuijs superius expressatis: ergo, &c.

Tertio consideratur pro parte prædi-
3 ctorum, quod quamuis adsint † aliquæ prohibitiones, quæ rem ipsam dubiam ancipitemquè reddunt: glos. & omnes in l. qui luminibus, de seruit. vrban. Paul. de Castr. consil. 104. & 110. lib. 1. Hoc tamen intelligendum est, quando pars prohibita acquieuit dictæ prohibitioni; verum si non obstante prohibitione pars nihilominus vtitur dictis iuribus, super quibus, aut in quibus fuit prohibita, tunc absquè dubio poterit obtinere, vt in processu Ioannæ de Aybar super apprehensione; quia † ex continua-
4 tione possessionis non præsumitur patiẽtia prohibiti, & per consequens non cẽsetur amittere possessionem, vt declarat Iacobin. de Sancto Georg. in inuestitur. in versic. cum venationibus, & in vers. cum piscationibus: Ripa in l. quominus, num. 153. de flum. & in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. & prop. num. 50. Rolan. consil. 9. num. 14. & 15. in 2. Xuarez allegat. 16. in fin. & 17. num. 6. Licet hoc non sit ita indistincte verum, nam tenetur agere ad recuperationem pignoris, aliàs ius prohibitiuum † semper
5 præualet; maximè, vbi ageretur de conseruanda libertate; quia alter ageret de inducenda seruitute, & sic intelligenda sunt consilia Paul. 104. & 110. Afflict. decis. 67. num. 2. Bart. in l. item lapilli, num. 5. de rerum diuis. Boer. decis. 125. numer. 5. l. 1. C. de seruit. & aqua. & hæc difficultas augetur ex eo, quia licet prohibitiones essent adeo vrgentes, quæ rem ipsam dubiam, & ancipitem redderent, & essent factæ legitimæ: dicitur tamen, quod à decem annis retro non constat eas factas fuisse, vt meritò dicendum sit, de eis non esse habendam rationem; Abbatis enim, & fratrum negli-
6 gentia † eis obesse debet, qui tanto tempore permisserunt homines dictorum locorum vsos fuisse dictis pascuis, iuribus, & adempriuijs, ex l. quamuis, de acquirend. possess. Bart. in l. si de co. §. si forte, eod. titul. Menoch. casu vigesimo quarto.

Quarto, retentis eisdem terminis ad-
7 huc viget pro parte dictorum locorum ea ratio, nam cum simus in articulo litis pendentiæ, in quo dumtaxat de assinina detentatione agitur, vltima dumtaxat est attendenda; & ita cum vltimus status apprehensionis sit possessionis affirmatiuæ hominum prædictorum locorum, ea est attendenda, non autem ius prohibitiuum dicti Conuentus de Rueda, & in his terminis consulit Chassan. in consuet. Burgun. rubr. 13. §. 2. numer. 20. & est forus, *Item por dar forma*, de apprehens. Ptol. de in litem. iurand. §. 3. numer. 28. Couar. pract. cap. 17. Menoch. remed. vltim. de retinen. Valasc. consul. 79. & considerat for. *Ajustando*, de apprehens. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, de itiner. actuq; priuat.

Sed licet hoc quartum, & vltimũ fun-
8 damentum † verum sit, illud tamen intelligendum censeo, quando possidens iure proprio possideret, hoc est, credẽs rem ab ipso possessam, ab eo tanquam propriam possideri, & non iure familiaritatis, seruitutis, aut precario, siue alterius nomine; quoniam si ex deductis, & probatis in processu constat, quod non iure proprio, sed iure familiaritatis, aut alterius iure possidetur, tunc etiam in articulo litis pendentiæ taliter possidẽs, non poterit obtinere, l. 7. §. Iulianus, l. fin. ff. de itin. actuquè priuat. l. fin. quemad. seruit. amitt. vbi Paul. dicẽs, quod etsi de immemoriali cõstasset, non esset sufficiens ad obtinendum etiam in articulo possessorio, & ibidem Florian. Hieronymus Gabriel consilio 145. numer. 8. lib. 1. Rebuff. tom. 3. tit. de mater. possess.

ex

ex num.161.cum sequent. in præfat. & numer. 193. Cum autem homines de la Puebla, à 20. & vlterioribus annis in vim concordię possederint, certe absq; dubio est concludendum eosdem de Ixar, la Puebla, & Vrrea obtinere non posse.

Neq; in hoc Regno obseruatur, quod tradit Corne. consi.148. num.25. lib.1. & consi.40. num.12. volum.3. & Cuma. consil.158. numer.4. Grauet. 292. quod homines alicuius loci debent concludere, quod in qualibet vicinitate vtuntur dictis iuribus, aut de mandato vniuersitatis, quod est summe notandum ad decisionem huius causæ; hæc sunt rationes quæ pro parte dictorum locorum adducuntur.

Pro parte tamen dicti Conuentus de Rueda alia fundamenta adducuntur; & præcipuum illud est, quod non est verũ asserere, terminos locorum de Ixar, Vrrea, & la Puebla confrontare cum terminis Pardinæ de Romana immediate, sed mediante quadam partita terminorum loci de Samper de Calanda, vulgo nuncupatâ, *Del suelto de Samper de Calanda*, quod maiori numero testium fulcitur, in primo articulo propositionis, & in 10. 11. & 12. replicæ; pluralitas enim prædi-

9 ctorum testium † nimium conducit ad hoc, quod defectus suppleantur, etiam si aliqui adsint, qui in contrarium deponant; glos. verb. numero, in l. testium fides. de testib. Farin. in prax. crimi. 1 par. quęst.62. num.309. quod in ciuilibus speciali quadam ratione procedere testatur Anton. Gabr. de testib. conclus.6. numer.5. Farin. sup. num.311. & hoc corroboratur auctoritate cuiusdam instrumẽti, vbi, cum inter Abbatem iam dictum, & Commendatorem de Samper, dominum eiusdem loci, & homines ipsius, ageretur de confinibus dictę Pardinæ, & loci, certe, ex eo deprehenditur, quod termini de Samper confrontantur per dictam partitam del Suelto, cum terminis Pardinæ de Romana; & ex eodem instrumento confinium demonstratur, quod dicta partita del Suelto, est pars, & portio terminorum de Samper: ergo testibus deponentibus iuxta tenorem instrumenti maior fides est adhibenda, eo maximè addito, quod multi testes hominum de la Puebla (quorum causa principaliter disputatur) sunt descendentes ab Agarenis, & Mauris, quibus non integra fides est adhibenda, ex præsumpta suspicione, quę aduersus eosdem militat.

Nec prędictis refragatur, quod illi termini de la Puebla cõfrontantur cum alia portione termini de Romana; quia de hoc maximè dubitatur, & per occularem inspectionem apparet, quod illa portio, quæ consistit à sexto, vsque ad septimum mojonem, est pars, & portio terminorum de Samper, & signanter Foueæ, siue *Del Suelto de Samper*.

Nec prædictis refragratur, de dicti instrumenti confinium defectu: nam satis constat de eius veritate, quam obseruantia subsequuta demonstrat; omissoquè etiam, si de instrumento procurationis, & mandati Hieronymi de Omedes Commendatoris non appareat: ap-

10 parete tamen per relationem Notarij, & eius enuntiationem, quod sufficere solet ad validitatem actus, Portol. §. Procurator, versic. in Procuratorio, nu.44. Et in hoc est vera resolutio, quod si instrumentum fuerit confectum à Notario Regni, & Notarius referat mandatum, prout in hoc casu, & dicat *ha uient poder*, &c. eidem creditur absque dubio; & hoc est, quod dicit Molina, verbo Procurator, versic. in Procuratorio. Non autem, quod si Procuratorium aut mandatum sit factum extra Regnum, quod ei credatur, Molina in repertorio, folio 270. columna secunda.

Neque obesse videntur huic primo fundamento, quæ pro parte hominum de la Puebla objiciuntur; videlicet, quod illa partita del Suelto de Sam-

per eſt vnita, & re incorporata termi-
nis loci de la Puebla, ſiue villæ de Ixar;
quia omiſſo, quod de hoc non ita con-
grue apparet; attamen hoc eſt ſine du-
11 bio, quod hæc vnio † fieri non potuit
abſquè conſilio, & aſſenſu magni Magi-
ſtri, & Commendatoris de Samper, de
quo non apparet; non enim conſtat ad-
fuiſſe ſolemnitates à iure requiſitas, de
quibus in cap. ſine exceptione, 12. quæ-
ſtio. 2.

Præterea adhuc dubitaretur de vali-
ditate dictę vnionis, etiam ſi de ea appa-
reret; quia præterquam fieri non potuit
in præiudicium dominorum de Roma-
na; licet viſitatio prædicta, de qua in di-
cto inſtrumento confinium, ſiue declara
tionis, aut viſitationis eorum, potuit fie-
ri per dominos de Samper, & Romana,
& concilia dictorum locorum, Auend.
lib. 1. cap. 4. num. 26. fol. 49. & num. 9. fol.
43. non tamen vnio dictæ partitæ in fa-
uorem dictorum locorũ de Ixar, la Pue-
bla, & Vrrea, aut alterius Eorp; quia co-
gnitio † circa diuiſionem, & ſegregatio-
12 nem terminorum in hoc Regno, eſt de
reſeruatis domino Regi. obſer. nota, ꝙ
t ·es, de for. compet. Erat enim licentia
Domini noſtri Regis † neceſſaria ad va-
13 liditatem dictę vnionis, Bald. in Margar.
verb. auctoritas, relatus per Auend. lib.
1. cap. 4. num. 20. quod intellige, etiam in
locis dominorum temporalium, Eccle-
ſiæ, aut Religionis, Portol. in verb. Gana
tum, num. 56. Bages & Pertuſ. in obſeru.
de Paſcuis. Auend. ſupra proximè: Benè
verum eſt, quod ſufficeret auctoritas lo-
cumtenentis generalis huius Regni, non
autem Regentis officium generalis Gu-
bernationis, nec pręſidentis Regiæ Au-
dientiæ; & vlterius dic, quod hoc caſu
requireretur partis citatio, ſcilicet Con-
uentus de Rueda: cum ex hoc poſſet dã
num pati, Aluar. Valaſ. conſult. 20. bene
Afflict. deciſ. 368. num. 4.

Secundo, pro parte dicti Conuentus
facit concordia anni 1580. vbi, Conuẽtus,
tanquam dominus de Romana pactauit
cum dictis locis; ergo eis dicta poſſeſſio
14 non prodeſt, † tanquam præcaria, &
ſic in vim tituli præcedentis: Paul. de
Caſtr. in l. nequè, C. de vſufruct. vbi hæ-
res vſufructuarij quamuis finito † vſu-
15 fructu poſſideat per 30. annos, nunquã
pręſcribit; quia iuris præſumptione præ
ſumitur poſſidere ex cauſa ex qua præ-
deceſſor poſſidebat, etiã ſi ipſe habuiſ-
ſet animum poſſidendi ex alia cauſa lon
ge diuerſa, ſequitur Balb. de præſcrip.
4. par. 4. partis principalis, quęſt. 11. n. 3.
Nec enim apparet mutatam fuiſſe cau-
ſam poſſeſſionis ab hominibus prædi-
ctis, quod eſt menti tenendum, ex tradi-
tis á Couar. in regul. poſſeſſor. 2. par. §. 9.
num. 3. & 6. verſ. ſexto ſub infertur; nec
potuerũt cauſam poſſeſſionis mutare, vt
reſoluit idem Paul. in d. l. nequè.

Tertio, pro parte dicti Conuentus cõ
16 ſiderantur plures † prohibitiones, quæ
factæ reperiuntur à cuſtodibus Mona-
chorũ in omnibus iuribus pręrenſis pro
parte hominum de Ixar, & aliorum ſuo-
rum conſortium, quę quales ſint, & quã
te qualitatis, optimo iure conſiderat Pau
lus de Caſtr. d. conſ. 104. & 110. lib. 2. qui
bus ſtantibus, abſquè dubio non potue-
rũt acquirere aliquam poſſeſſionem di-
cti de Ixar, & conſortes, Bald. in l. 2. C. de
ſeruit. & aqua. num. 2. Crauet. conſ. 291.
Xuarez allegat. 15. & 16. Boer. deciſ. 239.
num. 6. quod procedit, etiam ſi prohibi-
tiones probarentur paucioribus teſti-
bus; quia huiuſmodi iura non ſunt com-
paribilia, Bald. in l. admonendi. num. 49.
de iure iuran. prohibitioneſquè factæ †
17 in qualibet parte termini proſunt ad om
nem terminum l. 3. ff. de acquir. poſſ. in
argumẽtũ Dec. cõſ. 271. Nec obeſſe poſ-
ſunt, quę obiciuntur, videlicet, quod iſte
prohibitiones poſſunt verificari in parte,
† in altera autem non poſſunt, quia eis
18 permiſſum eſt vti alera forali, & ali-
js iuribus, argum. l. non ſolum §. ſed vt
probari de noui. oper. nuntiat. Huic
enim argum. reſpondetur, hoc eſſe, de
quo ambigitur, videlicet, an homines
de Ixar, & conſortes poſſint vti di-
ctis iuribus; non ſolum in partita pro-
hibita,

prohibita, sed in ea parte, in qua ipsi prę tendunt habere ius, quod ex decisione causæ pendet.

Præterea, ex quo dominium rei ap-
21 prehensæ pertinet † dicto Conuentui, habet intentionem fundatam pro se, & eius parte, Pau. & Soci. in l.1. de acquir. poss. Soci. cons. 127. lib. 1. Nec refragatur,
22 quod hoc † ius alere foralis sit de foro, & sic termini confrontantes, respectiue teneantur ad præstationē eiusdem; quia hoc est verum, quando nihil aliud, quā alera foralis prętenderetur; & hoc casu potius disputatur de quadam seruitute pascendi, de sole ad solem, vt ex testibus deprehenditur: magna enim est differentia † inter aleram foralem, & ius seruitutis de sole ad solem; nam qui vti vicinus de cruce, veluti confrētans habet ius aleræ, vel ea vtitur, exeundo cum sole ab areis sui loci, & ad easdem reuertitur, etiam cum Sole; quod est propriū ius alerę foralis, obseruan. vltim. de pascuis greg. & Caban. aut ea vtitur alia ratione; quia non ingreditur terminum, in quo habet ius alerę statim orto Sole, nisi transacto tanto tempore, quo exeundo ab area posset suo loci venire vsque ad terminum prædictum, orto Sole, & ab eodem termino exeundo ante Solis occassum, à tanto tēpore, & spatio, quod posit reddire cum Sole ad areas sui loci, in quo est vicinus, & habitator; magna ergo est differentia, inter aleram foralem, & seruitutem depascendi de Sole ad Solem; nam hęc seruitus compręhendit vtraq. extrema Solis in pastu, quod secus est in alera forali, vt alias fuit decisum in Regia Audiēcia, in processu Ioãnis Villel, super apprehensione in Anno 1569. in Scribania Ioannis Palacio.

At in occurrenti casu illud constat, quod homines de Ixar, & consortes, non fuerunt vsi hijs iuribus, pro sui parte prætensis, sed dumtaxat de Sole ad Solem, stando semper in terminis de Romana: ergo hoc non est ius alerę foralis, sed longe diuersum.

Et adde in materia, quod istis prohibi-
23 tionibus † non solum conseruatur ius dominij affirmatiuum, sed acquiritur, & retinetur ius illud negatiuum. *l. 1. vbi glos. mag. C. de seruit. & aqua, & ibi Padilla. num.* 14.

Has autē prohibitiones factas fuisse à multis retro annis ex processu constat, & etiam tempore concordię durante, ob excessum, vel non obseruantiam eiusdem, vt patet in illis, quæ ratione iuris signandi factę reperiuntur; ergo ista possessio in vim tituli præcedentis facta cēsetur; cum conformet se respectu dicti iuris cum illa concordia, & hæc præ-
24 sumptio iuridica est; quod † cōtinuatio præsumatur in vim tituli prȩambuli, etiā si tempus concordię sit finitum. l. fin. de hæred. inst. l. sed Iulianus. §. proinde, ad Macedo. Albar. cons. 113. num. 4. 340. nū. §. 141. num. 17. Soci. 15. num. 17. in 4. Mascar. conclus. 1201. l. quędam mulier, vbi glos. final. de rei vindic. Alciat. regul. 2. præs. 24. Albar. 507. num. 4. Nec præsumitur mutatio causę nec voluntatis, nisi causa extrinsecus accedat. l. cum nemo. C. de acquir. poss. debet etiam constare, quod possidens in animo constituit se velle ex noua causa possidere. l. qua ratione. §. interdictum, de acquir. rerum domin. l. 3. §. nostram in fin. vbi Socin. & alij, de acquir. poss. Debebat enim ante mutationis causam facere protestationem, quod rem ipsam non ex titulo præcedenti, sed ex noua, subsequentiq. causa possidebat, Socin. consil. 131. num. 7. volum. 1. Deci. consil. 232. num. 2. Belar. cons. 87. ex num. 87. volum. 1. Albar. 278. aut. 778. num. 32. 35. in fin.

Et quod continuatio possessionis prę sumatur ex anteriori titulo procedit, etiam si constaret de possessione longissimi temporis 30. vel 40. annorum, ac etiam de immemoriali, Abb. in cap. ad translationem, de offic. deleg. Cepol. de seruit. Vrban. cap. 20. num. 1. Paris. consi. 27. num. 110. lib. 1. Balb. de prescrip. 2. par. 4. partis. quæst. 1. num. 9. sequitur Ondedeus, consi. 79. num. 50. Tunc enim si nō constat de mutatione voluntatis, semper

per possidens vtitur re aliena, quod prohibitum est, Paul. omnino videndus, in l. fi. quemad. seruit. amit. quem sequitur Gabri. consil. 145. num. 7. in 1. volu. Hon ded. vbi sup. num. 52.

Et in hoc processu fuit inter alia decissum, quod † quędā literæ narratiuę, etiam si essent exhibitæ post conclusionem in causa, erant tamen inserendæ, ex multis quę considerat Mascar. cōcl. 926. & 1235. quod fuit factum, si & in quantum die 6. Februarij 1597. quo die fuit lata sententia diffinitiua in fauorem Monachorum & Conuentus de Rueda. Ex resolutis in hoc processu constat, quod diuisio † terminorum non potest fieri ad producendum ius legale, nisi adsit licencia domini Regis.

DECISIO C.LVII.

An apprehensio seu sequestrū quod primo pronuntiatur faciat aliud silere.

SVMMARIVM.

Apprehensiones simul duæ, vno, & eodem tempore, & super eadem re concurrentes, si secundus processus pronuntietur, vtrum faciat silere aliū? traditur quod sic, Sicq. fuisse pronuntiatum reffertur. n. 11.

Exceptio rei iudicatæ impedit progressum in causa. nu. 2.

Sententia lata in articulo litis pendentiæ, & tenutæ, seu interdicto retinendæ, licet non habeat vim rei iudicatæ in alio interdicto veluti recuperandæ, secus tamen est in eodem interdicto retinendæ. nu. 3.

Exceptio rei iudicatæ obstat non se opponentibus in processu apprehensionis, cum in eo processu citentur omnes sua interesse putantes. num. 4.

Citatio generalis quæ fit in processu apprehensionis, an solum paret præiudicium in illo processu non se opponentibus, quoad illum articulum tantum, qui tunc discutitur, an vero quoad alios articulos litis pendentiæ in nouis apprehensionibus, & an impediat nouam apprehensionem, traditur opinio Curiæ Iustitię Aragonum, & Regię Audientię. num. 5.

Forus, por quanto in illis verbis (antes en el dito articulo le sea præclussa la via). intelligitur. num. 6.

Citatio generalis attento iure communi parat pręiudicium contra omnes, qui non se opposuerunt intra quinquaginta dies, in lite pendente, & tenuta. num. 7.

Pręconium forale anni, & diei, quod fit in bonis executatis, causat pręiudicium omnibus habentibus ius ad rem, si intra dictum tempus non comparuerint, & hoc nō solum in illo processu à quo emanauit pręconium, sed in quolibet alio, in quo postea agatur de dominio eorumdem bonorum. num. 8.

Citatio generalis processus tenutę, & litis pendentię, causat præiudicium perpetuum in alio simili processu. num. 9.

Apprehendere de nouo potest qui non comparuit in primo processu, & in alio processu litis pendentię obtinere, quod ita aliquando fuisse pronuntiatum in Curia domini Iustitię Aragonum refertur. numero 10.

PENDENTE Quodam processu apprehensionis, instantibus Petro La Naja, & Gratia de Torres in Regia Audientia, quorundam bonorum situatorum in loco de Senes, fuerunt eadem bona apprehensa instante Ioanne de Bolea, per Ordinarium dicti loci

loci de Senes, in quo secundo processu non se opposuit dictus Petrus La Naja, & in eodem secundo processu fuit lata sententia in fauorem Ioannis de Bolea, pendente semper primo processu in Regia
1 Audientia; fuit dubitatum,† an pronuntiato secundo processu, debeat silere primus; & videtur quod sic, taliter quod in Regia Audientia non potest procedi in primo processu ad ferendam sententiam;
2 obstat enim, † tunc exceptio rei iudicatę, quæ impedit progressum in causa, cap.1. de litis cont. in 6. cap. fi. de excep. in 6. toto titul. de exceptio. rei iud. &c.
3 licet sententia† in articulo litis pendentiæ, & tenutæ, seu interdicto retinendæ lata, non habeat vim rei iudicatę in alio interdicto veluti recuperandæ, secus tamen est in eodem interdicto retinendę, Bald. in l. incerti. num 12. C. de interdic. quem refert Menoc. de retinend. reme. 3. nu. 85. & 87.

Quibus non obstat, si dicatur, quod
4 in secundo processu non se † opposuit Petrus La Naja, & per consequens non potest ei obstare exceptio rei iudicatę, quia respondetur, quod licet non sit proprie exceptio rei iudicatæ, cum non sit inter easdem partes, tamen in secundo processu iam fuerunt citati omnes sua interesse putantes, & cum non comparuerit in eo dictus Petrus La Naja, pręiuditium sibi inde irrogatur, alias superflua esset illa citatio generalis, quę fit in processibus apprehensionum.

5 Neque obstat dicere, quod † citatio illa generalis solum debet operari effectum, ob contumaciam dicti Petri La Naja, quoad illum articulum litis pendentiæ, qui tunc discutiebatur coram ordinario loci de Senes, & quod id non debet extendi ad alios articulos litis pendentię in nouis apprehensionibus, & sequestris, nec debet impedire progressum aliarum apprehensionum, iuxta opinionem Curię domini Iustitiæ Aragonū relatam per Portol. verb. apprehensio secundo. num. 75. quia respondetur duobus modis, primo quod contraria opinio fuit recepta in Regia Audientia, & in Consistorio etiam Iustitiæ Aragonū, referente Portoles in verb. apprehensio primo. n. 60. & in verb. apprehensio secundo. nu. 64.

Secundo respondetur, quod quando procederet contraria opinio, & verba
6 fori † *Por quanto*, de apprehensionibus, essent limitanda respectu illius processus, in quo fuissent facta pręconia foralia, adhuc id non obstaret Ioanni de Bolea, quia licet dixisset forus, quod pręcludatur via in eodē processu, in quo essent facta præconia foralia, non tamen dispo nit dictus forus, quod dictus contumax debeat admiti in alio articulo, & processu litis pendentię, & sic respectu aliarum apprehensionum nihil disponit forus ille: imo remanet res in terminis iuris cōmunis, tamquam si in dicto foro non essent illa verba, *Precludatur ei via*, &c.
7 attēto iure communi, citatio† illa generalis parit præiudicium contra omnes, qui non se opposuerunt intra quinquaginta dies in litē pendente, & tenuta bonorum, de qua litigabatur, Ancharran. consil. 206. Roma. consil. 431. Aymō 216. num. 21. vt in simili, quando litigatur super dominio bonorum sedentium, quæ
8 executantur, facto præconio† forali Anni, & diei, causatur pręiudicium omnibus habentibus ius ad rem, si intra dictū tempus non comparuerint, for. 2. de oppos. tertij, Molin. in verb. venditio per Curiam, & dictum pręiudicium fit, non solum in illo processu, à quo emanauit pręconium forale; verumetiam in quolibet alio processu, in quo postea agatur de dominio eorundem bonorum, per reg. l. si eo tempore. C. de remis. pignor. Tiraq. de retract. legal. §. 3. gl. 5. 4. Porto. in verbo apprehensio secundo, num. 63.
9 taliter, quod si citatio † generalis emanat super tenuta, lite pendente, causatur pręiudicium perpetuum in alia simili tenuta tantum; & si citatio generalis emanat super dominio, causatur perpetuum pręiudicium super dominio, Bossius in tit. de proclamate. nu. 2. & 3. vide Ro-

Roland.cons.72.lib.3. Francisc. Becium cons.12.

10 Finaliter aduerte, quod licet † in curia domini Iustitiæ Aragonum aliquando fuerit declaratum, quod qui non cõparuit in primo processu, & prima lite pendente, potest de nouo apprehendere, & in lite pendente obtinere, prout refert idem Portol. veruntamen nõ fuit

11 pronunciatum, an † concurrentibus duabus apprehensionibus in articulo litis pendentiæ, & pronunciata vna primitus, quod sententia lata in illa, non impediat, quominus in secunda possit procedi, & ferri sententia: imo potius in hoc casu, si opponatur exceptio rei iudicatæ debet impediri sententia secundę apprehensionis, & habebit locum determinatio, Molin. in verb. apprehensio. fol. 30. col. 3. & Portol. in verb. apprehensio, primo. num. 55. & iustissime secunda apprehensio concurrens debet silere, si alia primo pronunciatur, alias nullus esset finis litium, & esset magnũ inconueniẽs, quod apprehensis aliquibus bonis in Supremo Consistorio, & lata ibi sententia super eis, quod possit res iterum apprehendi per aliquem Ordinarium alicuius loci, & ibi ferri sententia in prçiudicium primę, euacuando illius vim, non obstante exceptione rei iudicatæ, & prę fixione termini quinquaginta dierum: quod si permitteretur, posset res iterum apprehendi secundo, & tertio, & milies. Quare optime fuit iudicatũ in Curia iustitię Aragonum, quod apprehẽsio quæ primo pronunciatur, facit silere aliam apprehensionem concurrentem, Molin. ver. apprehensio. vers. iste forus loquitur de materia, ibi, *la apprehension que primero sera executada*. fol. 30. col. 2. si tamen eodẽ tempore super eodem iure sit cõcursus, prout idẽ fuit iudicatũ in Regia Audiẽtia, in processu Petri perdiguero super apprehensione, in Scribania de Bages, & Scartin, die 15. Septembris 1583. Supposito, quod ambę apprehẽsiones sint super eisdem bonis.

Hoc exemplar non est in terminis, so lũ enim dicit, quod si ius competebat tẽ pore primę apprehensionis non deducatur in secunda apprehensione inter easdem partes. Hic autem aliud queritur, scilicet, an concurrentibus duabus apprehensionibus, quæ prius pronũciatur, faciat aliam silere in illo articulo?

Tandem in confirmationem superiorum, quod sententia lata in vno processu apprehensionis concurrente cum alio, super eisdem bonis, faciat sile aliam apprehensionem, ne in ea sententia feratur obstante prima sentẽtia, lata in alio processu, fuit pronuntiatum in Regia Audientia, die 20. Decembr. Anni 1610. in proces. Executorum testamenti Iacobi Secanilla, supra apprehensione, sub Motiuo sequenti.

Motiuum.

EX eo, & alias declarat non fore procedendum adulteriora respectu bonorum sub numeris 3.24.25.26. quia constat, latam super dictis bonis in alio processum fuisse sententiam litis pend. & tenutę durante hac apprehensione, & sic obstare exceptionem rei iud. &c. & in eo processu constabat per literas narratiuas, quod secundus processus factus in Curia Iustitię Aragonum, fuerat inchoatus post 50. dies ad se opponendum datos in prima apprehensione. Verum postea fuit contra hæc exemplaria totũ contrarium determinatum, per eosdem Iudices in Regia Audiẽtia, dempto vno Iudice, qui perstitit in prima opinione. Vide in processu Iuratorum Cæsaraugustæ supra apprehensione 29. April. 1611. vbi fuit dictum, quod non debet silere primus processus, licet secundus prius pronuntietur, & sic Rota rotat sæpius.



DECIS-

DECISIO CLVII.

An pendentia primæ apprehēsionis seu sequestri faciat secundam silere.

SVMMARIVM.

Apprehensionibus duabus concurrentibus ab vno, & eodem Iudice prouissis respectu eorundem bonorum, vna an faciat silere aliam, fuit iudicatum quod sic & num. 12. reddit rationem contrarium fuit iudicatum. nu. 18. in fin.

Apprehensio secunda, quando fit ex iure de nouo superueniente, prima apprehensio non facit secundam apprehēsionem silere, imo est procedendum in secunda apprehensione sicut in prima. num. 2.

Exceptio orta post conclussum in causa bene potest opponi non obstante quod fuerit conclussum in causa, secus si antea competebat. nu. 15.

Apprehensiones duæ si ventilentur eodem tempore ex eod. iure coram diuersis Iudicibus, vna alterius progressum non impedit, sed quæ primo pronuntiatur aliam silere facit, secus si coram eodem Iudice, quod intellige, vt nu. 17.

Sententia cui potest nocere, & nocebūt pendentia talis causæ, & processus, intellige, vt nu. 18.

Sententia lata in secunda apprehensione præiudicat omnibus hijs qui habebant ius efficax ad agendum tempore primæ apprehēsionis, quod etiam procedit lapsis quinquaginta diebus præconiorum foralium. num. 6.

Ius efficax habens ad agendum tempore primæ apprehensionis, si non se opponit intra quinquaginta dies connumerandos a die præconij foralis, quo citantur omnes sua interesse putantes, in dicta prima apprehensione præcluditur ei via in eo processu, taliter, quod nouam apprehensionem inchoare non possit, ad finem obtinendi in illo articulo, & num. 12. Quod intellige, vt numero 13.

Forus generaliter loquens (in Aragonia vbi verba cartæ non sunt limitanda) generaliter est intelligendus. nu. 8.

Citatione forali vocatus si non comparet contumax est. nu. 9.

Contumax habetur pro præsente, quoad sui præiudicium. nu. 10.

Contumax si verè comparuisset, & succubuisset, non posset iterum apprehendere rem ipsam respectu earundem partium, obstante ei exceptione rei iudicatæ. numero 11.

Apprehendens secūdo qui habebat ius efficax tempore primæ apprehensionis, licet non possit in secunda apprehensione obtinere, & prosequi in artic. litis pendentiæ, poterit tamen se opponere, & obtinere in alijs articulis, scilicet, firmarum, hoc est possessorij, plenarij, & in articulo proprietatis. numero 14.

Exceptio rei iudicatæ, non obstat ei qui non litigauit. nu. 16.

Exceptio rei iudicatæ coram quocūq. Iudice apponi potest. n. 17.

Litis pendentia obstat, cui obstat sententia. num. 18.

IN Regia Audientia concurrebant duæ apprehēsiones prouissæ per dominum Regentem Cancellariæ, de eodem tempore, & respectu eo-

eorundem bonorum, nisi quoad certũ locum; qui tantum erat in vna apprehẽsione. Fuit dubitatum, an vna apprehen
1 sio, † siue sequestrũ faceret, aliud sequestrum, seu apprehensionem silere respectu eorundem bonorum; & fuit iudicatum in Regia Audientia, quod attento, quod duæ apprehensiones erãt prouisæ ab vno, & eodem Iudice, quod vna facit silere aliam respectu bonorum vtriusq.: idque ad euitandas expensas partium pro bono iustitię, vide in processu Vincẽtij de Auio super apprehẽsione actuario Scartin, & in processu Don Hieronymi de Içis super apprehensione actuario Ibañez in Mense Apprilis, Anno 1610. Mouebãtur Iudices ex pluribus; primo, quia dicit Molin. super foro *Item porque multiplicacion*, fol. 30. in 3. col. Quod quan
2 do secunda † apprehensio fit ex iure de nouo superueniente, prima apprehensio non facit secundam apprehensionem silere; imo, est procedendum in secunda apprehensione, sicut in prima, prout in simili tenet Couar. practi. 20. num. 8. versic. nec in hoc. Dueñas, regul. 47. in 2. limitatione, Xuarez allegation. 5. num. 7.
3 dum dicunt, quod exceptio, † quæ fuit orta post conclusum in causa, bene potest opponi, non obstante, quod fuerit conclussum in causa, allegat ad propositum multa Portol. in verbo apprehensio. 1. num. 58. Ex quibus videtur à contrario sensu, quod si non sit ius de nouo superueniens, sed quod iam competebat tẽpore primæ apprehensionis, quod debebat deduci in prima apprehẽsione, & q nõ potuit res de nouo apprehendi.
4 Secundo mouebantur; quia si duæ apprehensiones eodem tempore, ex eodẽ iure, coram diuersis Iudicibus ventilentur, vna alterius progressum non impedit; sed quę primo pronuntiatur aliam silere facit, Molin. vbi supra, in. 3. colu. versic. & circa materiam, circa medium, Portol. vbi supra, num. 55. Ergo secus, si coram eodem Iudice fiant duæ apprehensiones, & sequestra, argumento sum pto ab speciali.

5 Adducebatur tertio, quod cui † potest nocere sententia contra eum lata, & nocebit pendentia talis causę, & processus, sicut è contra, litis pendentia, & acta iudicij nocent omnibus hijs, quibus, & sententia nocere solet, cap. inter dilectos verbo nec attestationes de fide instrumentorum. l. sed, & si possessor. §. fin. ff. de iur. iur. l. lege Iulia. ff. de manumissio, Innocen. in cap. causamque 1. num. 3. de testibus, vbi Ioan. Andr. Hostiens. Butri. Bald. & Anchar. & alij Canonistę, Bart. in l. sępe. num. 12. de re iudicata, & nos late in tracta. Inhibitionum, cap. 2. §. 3.
6 num. 34. Sed sententia lata † in prima apprehensione prejudicium faceret his omnibus, qui habuissent ius efficax ad agendum tempore primæ apprehensionis, vt non possent obtinere, nec apprehendere in alio secundo processu, per forũ *Por quanto* de apprehensionibus, ibi, *Antes en el dicto articulo le sea precluſſa la via*, quod etiam procedit ante sententiam, lapsis quinquaginta diebus post præconia foralia, si iam habuissent ius efficax ante dictos quinquaginta dies, qui secundo agere intendit, dicit Molin. vbi supra, versicul. & circa dictum forum, circa finem, Portoles in verbo apprehensio. 1. numero. 60. & in verbo apprehensio. 2. numero 65. ex fundamentis ibi relatis; ergo idem dicendum est ante sententiam, & ante præconia foralia, vt similiter apprehendere secundò loco non possit, qui tempore primæ apprehensionis ius efficax habebat ad agendum, & opponendũ se in prima apprehensione, & percõsequẽs quod prima apprehensio faciat silere secundam respectu eorundem bonorum.

Vltimo magis corroborando superiorẽ rationem adducebatur, & alia ratio,
7 scilicet: quod si is qui habet † ius efficax tempore primæ apprehensionis intra 50 dies connumerandos à die præconij foralis (quo citãtur omnes sua interesse putantes) nõ se opponit in dicto primo processu, apprehẽsione, seu sequestro pręcluditur sibi via in eo processu, for. *por quãto* vers.

versiculo *Antes en el dito articulo le sea pre claussa la via*, de apprehensionibus, taliter quod nouam apprehensionem inchoare non posit, saltem ad finem obtinendi in illo articulo tenutæ, seu possessorij inferioris, nec in alio processu apprehensionis per alium inchoato opponere se possit; quia forus ille generaliter loquitur, quod in dicto articulo præcludatur ei
8 via, cumque † forus generaliter loquatur, & in Aragonia verba carthę nō sint limitanda, sed generaliter intelligenda, obseruantia 1. de equo vulnerato, Moli. in verbo fori Aragonum, & ibi Portol. sequitur inde, quod qui non se opposuit in dicto articulo tenutę, seu possessorij inferioris, non posit obtinere etiam in quocumq. alio processu, vt sic in Regia Audientia fuisse iudicatum reffert Portol in verbo apprehensio. 2. illius nominis, à num. 64. vsque ad num. 69. Ex eo
9 potissimè, † quod vocatus citatione fora li generali, si non comparet, contumax est; Roland. consil. 39. in 2. & perinde habetur, ac si cōparuisset, & succubuisset,
10 quia † contumax habetur pro presente, quoad sui præiudicium, Hypolitus in l. de vnoquoq. num. 189. ff. de re iudicat. Alex. in l. 2. num. 13. ff. si quis in ius vocatus, Maranta, in titu. de contumacia, sed
11 si contumax † vere comparuisset, & succubuisset, iterum apprehendere rem ipsam respectu earundem partium nō posset, obstante ei exceptione rei iudicatæ, Socin. in l. naturaliter. §. nihil commune num. 7. de acquir. possessio. & consil. 59. num. 4. in 3. Igitur eodem modo eandē rem respectu earundem partium iterū apprehēdere, nec in processu ab alio inchoato de nouo se opponere ad finem obtinendi in tenuta, poterit, & in Curia etiam domini Iustitię Aragonum, idem fuisse iudicatum, refert idem Portol. vbi supra. num. 68. & in verbo apprehensio. primo. numero. 60. quam opinionem nouissime amplexus est dominus meus Martinus Monter de la Cueba, sacri, & Supremi Regij Senatus Regni Aragonum Consiliarius à latere, vir doctissim⁹ summæ probitatis, ac mihi semper colēdissimus; qui opinionem hanc fundat validissimis rationibus, & aduersis respondens accutissimè in sua decision. 24. ad quam te remitto, quæ opinio per eandē Regiam Audientiam recipit temperamentum, vt scilicet, licet non possit obtinere, posit tamen apprehendere, vt alij habiles se opponant; Portol. verb. apprehens. 1. num. 62. Modò concludendo sequitur, quod cum secundo apprehēdens
12 † habuerit ius efficax tempore primę apprehensionis ad se opponendum, & non se opposuerit, fueritq; contumax, quod non poterit secundam inchoare apprehensionem, nec in alia quacumque, etiā ab alijs inchoata se opponere, & per cō sequens, quod prima apprehensio faciat secundam silere respectu eorundem bonorum sequestratorum, & apprehensorum in vtraque apprehensione; & ita in supradictis processibus fuit iudicatum, quod secūda apprehēsio debebat silere per primam, idque respectu eorundem bonorum apprehensorum in vtraque apprehensione, secus autem respectu bonorum, quę tantum fuerunt apprehensa in secunda apprehensione, & non in prima, quorum respectu fuit declaratum se eundam apprehensionem silere non debere per primam, sed vnus ex dominis in contrariam opinionem inclinabat, vt scilicet in nullo casu prima apprehensio faciat secundam silere, hac ratione natura li attenta; quia potest interesse illius, qui secundam fecit apprehensionem, non se opponere, nec litigare in prima, quę forsam reuocabilis est, tanquam male prouissa, ex aliquo defectu, vel nullitate, & forsam tempore primæ apprehensionis, non habebat is qui secundo apprehendit, probationes, & documenta in promptu, quę sibi auferri non debent; & maxime, quia si Regia Audientia, quę contrariam opinionem fouet, ita temperauit suam opinionem, vt scilicet hoc, quod
13 non posit † secundo apprehendere is, qui tempore primę apprehensionis ius efficax habebat, ita intelligatur, vt scilicet,

cet,

cet, non possit in secunda apprehẽsione prosequi, & intentare articulum tenutæ & possessorij inferioris, ad quod sibi præclusa erat via per primam apprehẽsionem, dicto foro *Por quanto*, non tamen quod secunda apprehensio reuocetur, & tollatur, sed quod imo sustineatur, vt alij se opponant, qui tempore primę apprehensionis, & ante 50. dies citationis ius efficax non habebant, imo, & ipse
14 secundo † apprehendens, qui habuit ius efficax dicto tempore, licet non possit in secunda apprehensione obtinere, & prosequi in articulo litis pendentię, tenutæ, & possessorij inferioris, poterit tamen se opponere, & obtinere in alijs articulis, scilicet firmarum, hoc est possessorij plenarij, & etiam in articulo proprietatis, quod si ita est, quomodo prima apprehensio faciet silere secundam? Cuius domini oppinioni non videntur obstare rationes supradictæ, & primo non obstat prima, illa enim ratio, & Molin. solum concludunt casum, quo ius de nouo superuenit, quo casu res est clara, & id
15 quod dicitur, quod exceptio † orta post conclussum in causa potest opponi, secus si antea competebat, est intelligendum secundum Doctores allegatos, respectu partium contendentium in iudicio, nam potest vna alteri dicere, exceptio hęc tibi competebat ante conclusionem in causa, debuisti eã opponere, non opposuisti, obstat tibi exceptio rei iudicatę; non tamen id procedet respectu
16 illius, qui † non litigauit, cui non potest obstare exceptio rei iudicatæ, vt in l. cũ quæritur. l. & an eadem. ff. de exceptione rei iudicatæ, vbi *ad hanc exceptionem requiritur inter alia, quod sit eadem conditio personarum, eadem quantitas, eadem causa, quæ nisi omnia concurrant, alias res est*, & quod dici solet, quod tempus à lege, & foro præfixum est peremptorium per modum pręscriptionis statutariæ, post quod nemo audiri debet, vt benè fundat dominus meus Monter, vbi supra, nu. 6. Hoc tamen solum concludit, vt post dictum terminum, & tempus nõ audiatur in eodem processu, non tamen debet producere exceptionem rei iudicatę quoad personas quę non se opposuerunt, vt supra dixi. Nec obstat secunda ratio, quia
17 † illud non traditur per Molin. & Portol. pro re speciali, sed in viam communis regulæ; & certè, si coram eodem Iudice obstaret exceptio rei iudicatæ de vna apprehensione ad aliam, idem foret dicendum, etiam si penderent apprẹhensiones, & sequestra coram diuersis Iudicibus; quia exceptio rei iudicatę coram quocumq. Iudice opponi potest, vt est notissimum, dictis legibus: ergo si coram diuersis Iudicibus vna aliam non impedit, nec coram eodem Iudice. Nec obstat tertia & vltima ratio, quę allucinantur, nam illa regula, cui obstat sententia,
18 obstat, & litis pendentia, † tam facit pro secunda apprehensione, quam pro prima, nam si in secunda apprehensione prius sententia feratur, illa faciet silere primam apprehensionem, Molin. in dicto foro *Item porque multiplicacion*, fol. 30. col. 3. circa finem, & Portol. in verbo apprehensio. 1. num. 55. Et hoc, supponendo (dum de exceptione rei iudicatæ agimus) quod simus inter easdem personas contendentes, vt in dicta l. cum quæritur; secus autem quando personæ diuersę sunt, vt in casu nostro, vbi suponimus secundo apprehendentem non litigasse in primo processu, quo casu non potest obstare ei exceptio rei iud. nec de ea argumentum aliquod summi potest, nisi solum præscriptionis statutariæ legis, vel fori; hęc autem solum videtur præcludere viam agendi in dicto processu, non vero in alio, vt sic fuisse iudicatum in Curia domini Iustitiæ Aragonum, refert Portol. ver. apprehension. 1. à nu. 69. cum seq. Optimis rationibus, quas ibi refert, & D. Monter, vbi supra. num. 1. 2. 3. Illa enim est pęna contumatiæ, quę solũ in dict. proces. debet operari. l. Sancimus C. de pęn. Bart. in l. si prius, & ibi Iasson. ff. de oper. noui. nunc. Portol. vbi supra, & si expressa renunciatio non noceret nisi in dicto processu, ergo minus nocebit

bit tacita in non se opponendo, ex qua non sequitur, nisi quod per necesse infertur, Decius cons. 72. & cons. 460. n. 7. & hãc opinionẽ sequitur Portol. n. 15. dicẽs securè tenẽdã, & in verbo apprehẽsio. 1. n. 61. (licet in d. n. 61. agat quãdo culpa nõ potest dari non se opponenti, qui casus diuersus videtur á nostro) & hanc sententiã, de qua supra tenuit vnus ex dñis, licet propter authoritatẽ Senat⁹, acquieuit opinioni aliorũ pro tunc: sed deinde negotio iterũ examinato in reuocatione omnes Iudices sequuti fuerũt opinionẽ istius dñi, vno dépto scil. quod prima apprehẽsio non facit silere secundã, in proces. Hieroni. de Icis supra apprehens. 22. Maij 1610.

DECISIO C.LIX.

Apprehensis multis locis vbi præconia foralia fieri debeant.

SVMMARIVM.

Præconia foralia vbi debeãt fieri quã do sunt multa loca apprehensa, & traditur decretum consilij super hoc. nu. 1.

Præconium forale seu citatio sufficit fieri in capite Regni, quando totum Regnũ apprehenditur, vt totum Regnum censeatur citatum. n. 2.

Citare sufficit æconomũ in causis tãgentibus capitulũ alicuius Ecclesiæ, quod idẽ seruatur in Guardiano Fratrũ Minorum, in Procuratore Fratruum Prædicatorum, & Consulibus Vniuersitatis. n. 3.

Citare nec apprehendere totam rem non est necesse ad singulos actus, quãdo sub vno corpore plura continentur eiusdem naturę, & qualitatis, secus si totum non consideretur, vt quid indiuiduum. n. 4.

Apprehendere omnes glebas non requiritur ad acquirendam possessionem. n. 5.

Apprehensio, & citatio facta in vno corpore (quando corpora sunt diuersæ qualitatis) non extenditur ad alia, & traditur exemplar. n. 6.

IN Processu Petri Torrellas super apprehẽsione, in Scribania Ioã. Palacio super Salinis de Nabal in Regia Audientia, aliàs intitulato Iuratorum de Nabal super apprehensione. In hoc processu fuerat apprehensa magna Regni pars, scilicet, à montibus vulgo nũcupatis la Sierra de Alcubierre, vsq. ad riuũ seu flumẽ Cinquæ, & ab inde vsq. in Ciuitatẽ Barbastri, & ab ea vsq. ad cacumina Perinorũ, & per cacumina, vsq. ad Ciuitatem Iaccę, & ab ea, vsq. ad locũ de Marracos prope flumen de Gallego, & ab eo, vsq. ad Ciuitatẽ Oscæ, & ab ea, vsq. ad locum de Marracos prope flumen de Gallego: fuit dubitatũ qualiter erant faciẽda pręconia foralia, quia aderãt in hoc spatio terræ plusquã mille loca, an in singulis locis essẽt faciẽda hęc præconia; & licet de rigore videretur, ꝙ esset necessarium citare in vnoquoq. loco, tamẽ propter difficultatẽ, & fere impossibilitatẽ, quia aderãt infinita loca, & pardinæ cum terminis, & iurisdictionib⁹ proprijs, fuit decisũ die 2. Maij.
1 1597. †Quod sufficiebat facere dictã citationẽ in pręsenti Ciuitate, vbi residet Regia Audiẽtia, ac in Ciuitatibus Oscę, Iaccę, Barbastri, & in Villis de Sariñena, Castellõ de Monegros, & de Ayerbe: & ꝙ dicta citatio, & præconia foralia essent tãtæ efficatię, & valoris, ac si essent facta in omnibus locis, & bonis apprehensis; quod est notandum in praxi, pro quãplurimis causis quę cõcurrere possũt. Et idẽ fuit iudicatũ in processu Dipputatorum Regni, super apprehensione 1603. vbi facta apprehẽsione super iure prohibendi extractionẽ panis, & carniũ, fuerunt facta præconia foralia in locis principalibus aliquib⁹, nõ omnib⁹. Horũ ratio est, quia quando apprehẽditur totum Regnum, & seu citatur totum Regnum, tũc

sumitur Regnũ pro vno latifundo eiusdẽ naturæ, & qualitatis, etiã si diuersa loca contineat; vnde sufficit † quod citatio
2 fiat in capite, vt totum Regnũ censeatur citatũ, Vantius de nullitatibus, tit. ex defectu citationis. n. 144. vbi allegat Guid. Papæ, decis. 321. dicentẽ, quod † in causis
3 tangẽtibus capitulum alicuius Ecclesiæ sufficit, quod citetur œconomus, l. omnes hoc nihilominus. C. de Episcop. & Cler. idem in Guardiano Fratrũ Minorũ, & in Procuratore Fratrũ Prędicatorum, & in consulibus vniuersitatis; & ita seruatur secundũ Guid. Papã, vide Marãta in speculo, tit. de citatione, n. 94. Non est enim
4 necesse ad singulos † actus totã rẽ citare, nec apprehẽdere, quãdo sub vno corpore plura cõtinẽtur eiusdẽ naturę, & qualitatis, l. Caius Seius, de legat. 2. vbi DD. glos. in l. iubemus 2. C. de sacrosan. Ecclesi. Secus vero, si totũ nõ consideretur, vt quid indiuiduũ, sed tanquã plures res distinctę; cõfirmatur id per l. 3. de acqui. poss. vbi DD. omnes, quã plures allegat Gomez, in l. 45. Taur. à n. 38. vbi cõmunẽ dicit, & declarat, ita demum id procedere, quãdo omnes partes vno, & eodẽ nomine nominarẽtur, & venirẽt, essentque eiusdẽ qualitatis, & naturę. Et hoc est ꝙ dici solet nõ † requiri omnes glebas fun
5 di apprehẽdere ad acquirendã possessionẽ: quãdo vero dicta corpora sunt diuersæ qualitatis, & naturæ, tũc apprehẽsio,
6 & citatio facta in vno corpore nõ extenditur ad alia. Vide in processu Ciuit. Calataui bij super apprehensione, vbi fuit apprehẽsa Ciuitas, & eius barria oĩa, & Cõmunitas, respectu iuris prohibẽdi ne alij notarij nisi dictæ Ciuitatis possent testificari in Ciuitate, & Cõmunitate, fuerũt facta pręconia foralia in sola Ciuitate, apprehẽsioq; bis cõfirmata; sed postea fuerũt annullatę propositiones, & pręconia; ex eo, quia Ciuitas erat diuersum territoriũ à territorio Cõmunitatis, & diuersæ qualitatis & sic de vno ad aliũ nõ fiebat extensio; quia nõ veniebãt sub nomine vnius corporis. Confirmantur superiora per ea quæ tradit practi. Ferra. in forma libelli, in actione cõfessoria pro seruitut. fol. 246. n. 10. 11. cũ seqq. dicẽs, quod quãdo sub aliquo vniuersali cõtinẽtur plura membra, seu actus, tunc, per exercitium vni⁹ act⁹ acquiritur pro alijs actib⁹, propter cõnexitatẽ; sic dicitur de gleba cuius oẽs partes non est necesse agredi, & occupare ad apprehẽdendã possessionẽ totius.

DECISIO CLX.

An gratia cõcessa sub nomine collectiuo extendatur ad futurum augmentũ.

SVMMARIVM.

Concessiones Regiæ debent interpretari large, & latissime. n. 1.

Augmentũ, quod superuenit rei, compręhenditur in dispositione, quãdo dispositio fit per verbũ collectiuũ, & vniuersale. n. 2.

Priuilegium concessum Ecclesijs alicuius Ciuitatis extẽditur ad Ecclesias postea constructas. n. 3.

Pax facta inter duas Ciuitates, & vallata pœna, pro se, & suis subditis, extenditur ad villam, quæ postea se submisit alteri dictarum Ciuitatum. nu. 4.

Priuilegium loquẽs per illa verba vniuersalia (per omnem terram nostram) cõprehendit augmentum postea subsequutum, & sic Regna de nouo quæsita. n. 5.

Comitatus adiunctus Delphinatui gaudet eisdem priuilegijs. n. 6.

Regno augmẽtato pars augmẽtata Regni, debet regi Iuribus, & Consti. Regni. n. 8.

Terrę adeũtes cõprahẽduntur in pace facta cũ Rege Frãcię, & terris suis. n. 9.

Terrarum suarum appellatione in priuilegijs Principis comprehenduntur nõ tantũ adeũtes, sed de nouo quæsita, maxime vbi priuilegium loquitur per verba generalia, vel saltem indefinita. n. 10.

Obseruantia subsequuta declarat priuilegium

legium praecedens. n. 11.

Verba vniuersalia, ad omnem terrã, ab omnibus, & similia, in materia exemptionis debent extendi nõ solum ad id, quod tempore exemptionis competebat, sed etiam ad id, quod postea superuenit. n. 12.

Montispesulani Comitatus subditus fuit Regi Iacobi. n. 13.

Immunitas cõcessa per Principem, per omnem terram, & dominationem suam, extenditur ad Regna de nouo acquisita, etiam si inter se diuersa. n. 14.

Terrae appellatione cõprehẽditur Villa, vel locus post priuilegij impetrationem concessa. n. 15.

Verba illa, per omnem terram nostram, de sui natura recipiunt augmentum, & diminutionem. n. 16.

Dictio Terra, de se est vniuersalitatis comprehensiua, comprehenditq; futura, & quae non accessorie, sed ęque principaliter adiunguntur. n. 17.

Priuilegium per Regem Iacobum concessum Villae de Sos, de non soluendo lezdam, per omnem terram, & dominationẽ Regis Aragonum, declaratur. n. 18.

Verba illa cõcessionis, vel priuilegij, per omnem terram Regis Aragonum, & illa per Regnum Aragonum, differunt. n. 19.

Aragonũ Regni appellatione, non cõprehenditur Principatus Cathalonię, nec alia Regna de dominio Regni Aragonũ existentia, quę non accessorie, sed aeque principaliter sunt vnita Regno Aragonũ. n. 20.

Indefinita hominis non aequipollet vniuersali, quando est diuersa ratio contentorũ sub indefinita. nu. 21.

Determinatio respiciens plura determinabilia aequaliter determinare debet. n. 22.

Iniunctũ omne restringit dispositionẽ. n. 23.

Dispositio aliquid presupponens non verificatur, nisi in casu, in quo verificatur praesuppositum. n. 24.

Indefinita efficitur singularis, quando in vno tantum verificari potest. n. 25.

Priuilegiũ Regis loquẽs per illa verba vniuersalia, oẽm terrã nostrã, cõprehendit augmentum, & sic Regna de nouo acquisita, vbi solum agitur de pręiudicio Regis cõcedẽtis, secus si agatur de praeiudicio aliorum, & ita iudicatum in Regno. n. 26.

Reges, vbi in priuilegijs volũt cõprehẽdere Regna de nouo quęsita, id exprimere solent. n. 27.

DOminus Rex Iacobus, per nouã gratiã suã, & cõfirmãdo etiam priuilegiũ Alphõsi Regis sui, cõcessit priuilegiũ, & gratiã hominib. Villę de Sos praesentibus, & futuris emẽdi, & vẽdendi salę, & securè cibaria per oẽm terrã suã, mãdãs quod dicti homines nõ darẽt lezdã aliquã alicui de cibarijs illis: & in vim istorũ priuilegiorũ, obseruãtię & possesionis in vim illorũ subsequtarũ, obtinuerũt iurisfirmã à curia dñi Iustitię Aragonũ super possessione, & obseruatione iuriũ, priuilegiorũ, & hoc in anno 1511. quae iurisfirma originalis hodie nõ apparet, sed copia illius tãtũ: quam ego vidi in curia dñi Iustitiae Aragonũ, & in ea reperitur declaratio facta ad instãtiã Fiscalis: vt infra patebit, & ab eo tẽpore vsq. ad declarationẽ firmae, vicini dictae Villę de Sos, soliti fuerũt semper emere Salẽ, nõ solũ in Regno Aragonũ, sed etiã in alijs Regnis in vim dicti priuilegij, & illũ ducere ad dictã Villã pro suis vsib9, & ganatorũ suorũ: nõ obstãte tamẽ prędicta firma Procurat. Fiscalis Dñi nostri Regis petiuit quandã declarationẽ: vt scilicet firma non obstãte possent vicini de Sos prohiberi, inquiri, & executari, si intrarent Salẽ de alijs Regnis, eo modo quo possent inquiri, & prohiberi aliae

voiuersitates,& singulares personæ Reg
ni nõ habẽtes similia priuilegia;fundaba
turq; Fiscus in eo,quod Dñs Iacob⁹ Rex
Aragooũ tẽpore cõcesionis dicti priuile
gij erat solũ Rex Aragooũ, & quod sic
dictũ priuilegiũ nõ debet extẽdi ad Reg
na postea quęsita á Rege Aragonũ. Villa
vero de Sos impugnabat supradictã de-
clarationẽ,dicẽdo,extẽdẽdam fore gra-
tiã ad Regna de nouo quæsita; pro par-
1 te Villę faciebãt seqoẽtia. Nã † cõcessio
nes Regię debẽt extẽdi, & interpretari
large.l.fin.de cõstitu.Princ. c.cũ dilecti.
de donatio.Ceph.cõs.87.n.20.vol.1.De-
inde, quãdo fit aliqua dispositio per ver
bũ collectiuũ,& vniuersale, cõprehẽdi-
tur etiã augmentũ, quod superuenit po
stea,l.grege,de pigno.Alex.cõs.168.n.11.
vol.2.vbi.n.14.dicit,quod priuilegiũ cõ
cessum Ecclesijs Ciuit. Bononię extẽdi-
tur ad Ecclesias cõstructas post cõcessio
nẽ priuilegij,& quod si duæ Ciuitates fe
cerũt pacem vallatã pœna pro se,& suis
subditis, quod hęc pax extẽditur ad Vi-
llã quę postea se submisit alteri dictarũ
Ciuitatum,&sic,cũ priuilegiũ dicat *Per*
5 *omnẽ terrã nostrã* † loquitur per verbũ vni
uersale nõ subiectũ certis limitib⁹, pro
vt põderat Couar.in ꝓpria materia pra-
cticar.qq.c.2.per totũ;& per cõsequens
debet cõprehẽdere augmẽtũ postea sub
sequutũ,&ex cõsequẽti poterũt priuile
giati vndecũq.ducere,& emere Salẽ ad
suã Villã,non solũ ex parte illius Regni
Aragonũ,sed etiã ex alijs Regnis,dũmo
do sint Regna suæ Maiestatis.Pro his fa
cit decis.Guid.Papę 165. vbi comitatus
6 adiũctus Delphinatui † gaudet eisdẽ pri
uilegijs,& immunitatibus Delphioatus;
& est vidẽda eiusdẽ decis.489. in termi-
nis faciũt tradita per Boher. decis 50. n.
17.cũ seqq.vbi,si Princeps,qui concessit
castrũ,cũ certo territorio, & sic cũ iuris
dictione,si postea addit territoriũ castro
intelligitur etiã addere iurisdictionẽ,li-
cet in augmẽto nihil dixerit de imperio
seu iurisdictione;& deinde, n.19.subdit,
ꝙ augmẽtato Regno,illa pars augmẽtata
7 debet regi † Iurib⁹& cõstitu.Regni;& ꝙ
augmẽtũ cẽsetur eodẽ Iure,quo res cui
adiungitur.Prosequitur latè Solõ,de pa
ce,quęstio.ciuil.q.6.n.16. Latè Tiraq.de
retract.linagier.§ 1.glos.18.n.51. & seqq.
est vidẽda omnino additio ad Bart. in l.
si conuenerit. §. si nuda; de pignoratitia
action.in 1.addition.ad med.vbi,ꝙ si fiat
pax cũ Rege Frãcię,& terris suis, viden
8 tur cõprehendi terrę † adherẽtes,& mul
to fortius terrę,quæ adijciũtur Regno:
atrẽto quod appellatione terrarũ suarũ
veniũt terræ,nõ tantũ suę, sed etiã adia
cẽtes: ergo idẽ videtur de nouis Regnis
9 quęsitis à Rege Aragonũ,& vnitis † Re-
gio patrimonio, maximè cũ priuilegiũ
loquatur per verba vniuersalia,& indefi
nita,& super materia de sui natura fauo
rabili ex parte cõcedẽtiũ;maximè facit,
quia vt colligitur ex tenore dictæ firmæ
Anni 1511.ita vsi fuot,& obseruarũt vici
10 ni de Sos: & est certum,quod obseruan-
tia subsequuta declarat priuilegiũ præ-
cedẽs,quod ab eadẽ obseruãtia interpre
tationẽ recipit,vt latè,& pulchre Aymõ
11 cõs.294.sub.n.8.vers.21.Deinde,quoties
cũq.in materia exẽptionum reperiũtur
verba vniuersalia *per omnẽ terram, ab omni-*
bus,& similia,debet fieri extẽsio, nõ solũ
ad id ꝙ tẽpore exẽptionis cõpetebat,
12 sed etiã ad id quod postea † superuenit,
latè Bursat.coos.138.num.31.33.lib 2.

Iuuãtur superiora,quia tẽpore cõces-
sionis priuilegij,seu gratiæ erat cõcedẽs
nõ solũ Rex Aragonũ,sed etiam Comes
13 Barchinonę.& dñs territorij de Mõpel-
ler,quod omne tũc erat Regis Iacobi, vt
constat ex prohęmio dicti priuilegij, ꝙ
cõcessit dictis hominibus: & sic videtur,
quod illa verba per *omnẽ terrã nostrã*,com
prehendãt omnẽ dominationẽ,quę erat
tunc Regis Iacobi, & quãdo tantũ fuis-
set Rex Aragonũ,adhuc immunitas ista
14 extenderetur † ad Regna de nouo quæsi
ta,etiã si inter se diuersa: cũ oĩa essẽt ter
rę Dñi Regis; venit enim appellatione
terræ suæ, Villa, vel loca post priuilegij
impetrationem concessa, Guid.dicta de
cisio.489.vbi loquitur in priuilegio seu
exemptione pedatic concessa hominib⁹
alicuius

15 alicuius Villæ terræ suæ, † & resoluit ea verba intelligi etiam in Villis de nouo quęsitis Delfinat. Caro. Tapia, in l.fi.de cõstitu.Princ.p.1.c.4.n.7. Pelaez.p.1.de maior.q.10.n.4.dicẽs, eã esse elegãtẽ do ctrinã, & in alio casu nõ dissimili Gemin. in c.fi.§.1.in fin. de cõcess. præuẽdę in 6. asserit, quod habẽs priuilegiũ, vt possit trãsire p territoriũ alicui⁹ sine solutione gauellæ, potest trãsire per territoriũ illi additũ, Iass.cõs.146.n.4.in 2.Decia.cõsi. 123.nu.70.vol.3.Menoc.cõs.201.nu.148. Quod maximè procedit in casu nostro, vbi verba supradicta de sui natura recipiunt augmentũ, & diminutionẽ, vbi di-
16 ctio illa, † *omnẽ*, tollit omnẽ difficultatẽ, cũ sit generalis: quo casu futura certum est venire, & quãdo talis dictio nõ esset, sufficeret dictio *Terra*, quæ de se est vniuersalitatis cõpræhẽsiua; quã ob causam etiã vnita nõ accessorie, sed equę princi-
17 paliter † veniũt: sicq; declarãs doctrinã Geminiani aduertit Curt. Senior, cõs.56. ante n.9. facit c.1.de postulatio.prælator. quem tex.citat ad id Curt.Sen.vbi sup.

Nã quãdo aliquid disponitur per verba vniuersalia collectiua, illud recipit incrementũ, & diminutionẽ, & semper est idẽ.l.proponebatur, de iudicijs.l.sicut, in §.fin.quod cuiusq; vniuersitatis nomine; & inde fit, quod talis dispositio cõprehẽ dat futura, l.peculiũ, de leg.2.l.grege.de leg.1.l.si mancipia, in prin.l.prędia, in §.fi.de fundo instructo; licet dispositio fiat per verba pręsentis tẽporis, d.l.prędia in §.fi. Nata cõs.340.n.12. Et dicitur nomẽ collectiuũ, & vniuersale, quod plura cõ plectitur corpora collectiua, d.l.prædia, & ita immunitas cõcessa bonis ciuiũ cõ prehẽdit bona futura, etiã in pręiudiciũ tertij, Nata vbi supra.n.13. Bart.in l.si ita col.3.de auro, & argento legato, & generaliter immunitas cõcessa per verba vniuersalia trahitur ad futura, Nata vbi sup. Et si dicatur, quod verba debẽt intelligi rebus sic stãtib⁹, l.quod seruus, de cõditione ob causam.l.Paulo Calimacho.§.1. de leg.3. Respõdeo, quod in vniuersalib⁹ semper dicitur manere idẽ status rerũ, licet aliquid addatur, vel diminuatur.l.grege, de pignorib.& de leg.1.d.l.proponebatur, & hoc procedit in omni verbo vniuersali: vnde priuilegium exẽptionis datũ nobili pro toto suo territorio, & districtu, si deinde territoriũ, & districtus, augeãtur incremẽto patẽti, vt quia emit multas vniuersitates agrorũ, & sic suũ auxit comitatũ, extẽditur ad tale augmẽtũ exẽptio, Bart.in l.si cõuenerit.§.si nuda, de pignoratitia actione, vbi aucto Regno, castrũ, vel Villa addita regi debent eisdẽ legibus, & statutis, quibus regitur Regnũ quãdo fuerũt addita per modũ accessionis, quia Regnũ est quid vniuersale.l.peculiũ, in prin.de leg.2.d.l.grege, vbi sup., Bal.in l.etiã. C.de iure dotiũ, & in c.1.§.praterea ducatus, col.fi.de prohibita feudi alienatione per Federicũ, argu.l.inter socerũ.§.cũ vnus, de pactis dotalibus, ita Nata vbi sup.in fine.

Sed his nõ obstãtibus cõtrariũ fuit resolutũ, & facta declaratio, vt eã petebat Aduocat⁹ Fiscalis. Et quia tota difficultas cõsistit, non circa superius allegata, quæ verissima sunt in se, & suo casu, sed circa intelligentiã verborũ cõcessionis, ex quib⁹ resolutio pẽdet, aduertẽdũ est, quod verba cõcessionis sunt sequẽtia. *Cõcedimus vobis dictis hominibus de Sos præsentibus, & futuris, vt ematis, & vẽ latis saluè, & securè cibaria per omnẽ terrã nostrã, volẽtes, & mã lantes, quod nõ detis vllã lezdã alicui de cibaria illa*, & post hãc clausulam sequitur alia tenoris sequẽtis. *Itẽ concedimus vobis, quod vbicũq.in Regno nostro inueneritis cibariã ad vendendũ, ipsam cibariã possitis emere, & ad domos vestras sine cõtradictione aliqua portare.* Et sequitur alia clausula tenoris sequẽt. *Et tamẽ nõ habeatis potestatẽ extrahẽdi illã cibariã extra Regnũ.* Deniq; Rex Iacob⁹ duas facit concessiones inter se diuersas; prima est, quod homines de Sos nõ soluãt lezdã de omnibus cibarijs, quæ emerint vel vẽdiderint per totam terram suã, & in hac clausula non agitur de danda illis facultate emendi, & vendendi cibaria, alias non permissa; sed tantum, quod in permissis sint franchi, & liberi à solu-

tione lezdę. Hoc resultat clarè ex tenore 2.clausulæ, cuius materia, & facultas nõ erat cõcessa in 1.clausula: nam dictio *Item*, & dictio, *cõcedimus*, diuersã clausulã, & concessionem noui iuris designant.

His attentis, cũ hic nõ agatur de immunitate à solutione lezdę, & pedatici, nõ stam⁹ in 1.clausula, in qua cõceditur talis exẽptio in omni terra Dñi Regis: sed versamur in 2.clausula, in qua nõ agi-
18 tur de emẽdo, & vẽdendo, † sed solũ de emẽdo, & ducẽdo ad domũ suã; & sic cõtraria opinio, nõ potest facere fundamentũ in illis verbis, *Omnẽ terrã*; ex quo nõ habet facultatẽ emẽdi per omnẽ terrã, sed immunitatẽ solutionis lezdæ per omnẽ terrã. Et est notandũ, quod est maxima differẽtia, quod dicatur in priuile-
19 gio *Per omnẽ terram Regis Aragonũ*, vel *Per Regnũ Aragonũ*. Nã 1.casu omnes Prouinciæ, Regna, & Principatus, quę sunt in dñio Regis Aragonũ cõprehẽdũtur, quãuis non sint de Regno Aragonũ, nec illi accessoriẽ, sed ęque principaliter vnitę, vt est Principat⁹ Cathalonię, & aliæ dominationes. Secũdo vero casu addita, ac cessoriè tantũ cõtinentur, vt elegãter declarãdo dictũ Alberi. in l. rutilia pola. de cõtrahenda emptio. docet Albert. Brun. de augmẽto, cõcl. 9. nu. 5. Ex hoc fit; vt si verba illa *Vbicũq; inueneritis in Regno nostro*, sint intelligẽda de Regno Aragonũ; quã-
20 uis postea † Reg. Nauarræ effectũ esset de dñio Regis Arag. nõ cõprehẽderetur.

Quod autẽ intelligãtur de Regn. Aragonũ tantũ, & nõ de oĩb⁹ Regnis tũc existẽtib⁹ de Dño Regis Arag. patet duplici fundamẽto efficacissimo. Primo, quia in-
21 definita hominis nõ æquipollet vniuersali, quãdo est diuersa ratio contentorũ sub indefinita, vt elegãter docet Couar. li. 1. vari. c. 13 n. fi. vbi respõdet ad c. quia circa de priuilegijs. At in casu nostro ꝙ sit diuersa ratio cõtẽtorũ sub indefinita, & vtilius sit Regi, ꝙ posint emere intra Regnũ tantũ, & nõ extra, resultat clare ex pręiudicio, & interesse Dñi Regis in salinis: si solũ posit emere Salẽ in Regno.

Secundũ fundamẽtũ est, ꝙ desumitur ex illis verbis *Dũmodo nõ habeatis potestatẽ extrahẽdi extra Regnũ*. Et in hac clausula ponitur illud verbũ *Regnũ Aragonũ* indefinite, sicut in 2.clausula, in illis verbis *in Regno nostro*. Et ex cõsequẽti in eodẽ Regno à quo prohibetur extractio intelligitur permissa emptio: ac verba ista ad alia Regna adaptari nõ possunt: quia si dicamus, quod in verbis *Regno nostro* cõprehẽditur Regnũ Nauarrę: sequeretur inde ab æquiparatione supradicta, ꝙ nequaquã possent extrahere cibaria de Regn. Nauarræ: ad hoc autẽ esset frustratoriũ facere priuilegiũ, vt de se patet. Cũ ergo
22 vna † determinatio respiciẽs plura determinabilia debeat illa vniformiter determinare, l. iã hoc iure. de vulgar. & omne iniunctũ restringat dispositionẽ, sequitur euidẽter, ꝙ verba *in Regno nostro*, stãt pro Regno Aragonũ, ex quo, sequẽtia verba *extra Regnũ*, stãt pro eodẽ, facit glos. in l. Mãcipia. C. de seru. fugi., ꝙ nõ procedit
23 dispositio † aliquid supponẽs, nisi in casu in quo verificatur suppositũ, & sic, hæc verba indefinita non possunt stare pro oĩb⁹ Regnis, nec in illis verificari; ex quo in alijs Regnis, quã Regnũ Aragonũ, nõ
24 potest verificari id quod priuilegiũ † supponit de prohibita extractione; & sic succedit regula, ꝙ indefinita efficitur singularis, quãdo in vno tãtũ verificari potest
25 Meno. pulchre, cõs. 173. n. 24. iuuat notata in l. proculus de vsufruct. l. vbi ita donatur. de donationibus causa mortis.

Finaliter, sicut noluit Iacobus Rex, ꝙ extraherent cibaria extra Regnũ, & sic Regno pręiudiarent per clausulã finalẽ, nequaquã dicendũ est, quod dederit facultatem emendi Salẽ extra Regnũ, & ducendi ad domos suas in præiudicium salinarum Domini Regis, & aliorum.

Et multo minus in verbis illis *Regno nostro* cõprehẽdẽtur Regna de nouo acquisita, & sic augmẽtũ superueniẽs: quia oĩa illa iura, quæ ad hoc allegãtur pro cõtraria parte, procedũt, quãdo in priuilegijs
26 regalib⁹ agitur de solo præiudicio Regis cõcedẽtis; secus autẽ vbi cũ præiudicio cõcedẽtis verteretur præiudiciũ tertij,

vt late

vt late docet Brunus in dict.conclu.9.limit.1. At in casu nostro agitur de præiudicio multorũ, quę habēt Salinas in Regno, quibus fieret maximũ præiudiciũ, si possent emere Salē extra Regnũ, & maximũ beneficiũ, si in toto Regno emere possent Salē extra antiquos salinarũ limites. Ex quibus sequitur, quod Regna de nouo acquisita nō cōprehenderētur sub illis verbis; & multomagis suadentur supradicta, quia etiã in alijs terris, quæ tũc erant Dñi Regis, veluti Principatus Cathaloniæ, & Mōtis Pesulani poterant verificari prædicta verba, vt dictũ est; &
27 quando Reges volunt comprehendere Regna de nouo acquisita, id solent exprimere, foro vnico, de Iudeis, & Sarracenis, baptizandis, ibi. habituri sumus.

Et ex hijs, in supradicta firma Iuratorũ, Cōcilij & Vniuersitatis villę de Sos, quę fuit prouissa, die 9. Mensis Decēbr. Anno 1511. fuit petita sub die 11. Mensis Decēbr. Anni 1594. declaratio per Procuratores Fiscales Dñi nostri Regis; vt nō obstãte dicta firma Iurati, Cōciliũ, & vniuersitas, & singulares personę, vicini, & habiatores dictæ Villæ de Sos, vniuersaliter, & particulariter, iunctim, & diuisim potuerint, & possint per Cōmissarios suę Maiestatis, & dñi Baiuli gñlis Aragonũ ad id legitime deputatos prohiberi, adducere, & emere Sal, extra Regnum Aragonũ, & dictũ Sal ducere ad dictam Villã, ad vsum, & prouisionē dictorũ firmantiũ, & suorũ gannatorũ taliter, q. ratione Salis emptæ per dictos firmantes extra Regnũ Aragonũ, & adducti ad dictãVillã ad vsum, & prouissionē dictorũ de Sos firmantiũ, & suorũ gannatorũ, q. potuerint, & possint inquiri, & fieri Inquisitiones cōtra eos, per dictos Cōmissarios, iuxta forum: & constito, quod dictum Sal fuit emptum extra Regnũ Aragonũ, & ductũ ad dictã Villã de Sos, ad prouisionē dictorũ firmantiũ, & suorum gãnatorũ, quod potuerint, & posint executari in quãtitatibus à foro permissis, & quod in dictis processibus Inquisitionũ posit ad vlteriora debito modo procedi, iuxta forũ, & stillũ asuetũ in similibus Inquisitionibus, per Cōmissarios Salis prohibiti factis, iustitiã ministrando, &c. Et tandē sub die 26. Mensis Marci dicti Anni 1594. fuit facta pronuntiatio tenoris sequentis.

Sētētia declarationis.

DE Consilio pronũciamus, & declaramus, presentē iurisfirmã, & eius inhibitionem nō arctare, nec impedire, quominus ea non obstãnte Iurati, vicini & habitatores dictę Villæ de Sos, posint inquiri per Cōmissarios Regios, modis, & formis, in casibus per Procuratorē Fiscalem petitis, in memoriali sub die 11. Mensis Dezembris presentis Anni: cætera supplicata locum non habere.

DECISIO C.LXI.

De materia reputandi contumacē eum, qui non comparet citatus in iudicio, in termino citationis.

SVMMARIVM.

FOrus 2. de processu contra citatos, & absentes declaratur num. 1.

Citatio facta non seruata forma fori est nulla. num. 2.

Iudex, tempus concessum à foro, non potest coarctare, nec limitare. num. 3.

Nullitas est omnis contraforus circa ritum. num. 4.

Iudicium idē est de parte quoad partē, quod est de toto quoad totum. num. 5.

Citatus ad certam horam, vel incertũ diem, solet si non comparet, ea hora, vel diē in sequentē diē expectari, de æquitate. n. 6.

Iudex asignando horã citato, non potest illi præiudicare, nec sibi ipsi. nu. 7.

Citatus ad certum diem non debet reputari contumax eodem die ad quem est citatus, sed debet de rigore iuris ad sequentem expectari. num. 8.

Contumacia incipit finito tempore ad comparendum.num.9.

Obseruantia subsequuta in casu dubio maxime facit.num.10.

Permissum post tempus, ante illud prohibitum, & denegatum censetur.num.11.

Tempus limitatum dicitur de forma substantiali.num.12.

Tempus non seruans, non dicitur seruare formam.num.13.

Forma debet ad vnguem seruari.n.14.

Tempus determinatum, & certum in lege, aut statuto præfixum, prout destinatum est, debet impleri.num.15.

Molini locus in verbo cõtumacia versic.antepenult.intelligitur. num.16.

Obseruantia, si contumax, de contumacia, intelligitur.num.17.

Nullitas non inficit illud, quod antecedit.num.18.



CVM Antonius Spinel Argẽtarius vulnerasset in facie grauiter Ioan. de Mendia, virum probum, & pacificum, fuissetque accussatus dictus Spinel in processu absentię: attẽto quod nunquã in persona capi potuit; quia guidatus, & assecuratus ibat à Iudice, fuit citatus criminaliter, & processu forali facto, fuit condẽnatus ad exilium, & abscissionem manus. Verum ipse Spinel, habito recursu ad Curiam domini Iustitiæ Aragonũ, obtinuit ab eodẽ, siue ab eius Curia, sub prætextu nullitatis processus criminalis, inhibitionẽ, seu iurisfirmã, per quã inhibebatur officialib⁹ Regijs, ne sententiã criminalẽ contra dictũ cõtumacẽ, & condẽnatũ executioni aliquãdo traderent, & ne in vim eiusdẽ delicti eum de nouo accussarẽt, quousq. processus per Regiã Audientiã, vbi fact⁹ fuit, annullaretur, & quod etiam non caperent eum in vim prouissionis appellitus in dicto processu factę, supposito, φ in appellitu nõ erat seruata legitime forma fori, fundabatur firma & inhibitio in hac nullitate: quia die 20. Nouẽbr. Anni 1588. fuerat citatus criminaliter in Regia Audien. d. Spinel iuxta forũ 2. sub tit. de processu cõtra citatos, & absentes, vt 15. die, cõputanda à die citationis, & preconij foralis, compareret personaliter in Regia Audientia, hora celebrationis illius ad vidẽdum offerri libellũ quendã criminalẽ cõtra eundẽ, & quod alias eo non cõparente, & contumace, procederetur vlterius in causa, vsq; ad sententiã diffinitiuã, & sic erat citatus vsq. in diẽ 5. Mensis Decẽbr.; quo die nõ elapso, nec cõpleto reputauit Audientia eũ contumacẽ, & assignauit tẽpus fori ad offerendã petitionẽ criminalẽ contra accusatũ: dicto tamẽ die non fuit data petitio, sed post 2. diẽ ex tribus diebus, intra quos à die reputationis cõtumacię offerẽda est petitio. Firma fuit data die 30. Mensis Maij, anno 1581. intitulatur processus Antonij Spinel Argentarij super iurisfirma actuario Mẽdiue, est in ligamine 32. magna inde fuit orta altercatio inter curiales super iustificatione dictę iurisfirmæ, alijs dicentibus bene prouissam, alijs asserentibus reuocandã fore, ad decisionẽ huius causę considerandа sunt verba fori de processu contra citatos, & absentes, qui est 2. in ordine. fol. 138. cuius verba formalia sunt sequentia.

Verba Fori.

ESi el que sera mandado citar, no sera apprehẽso personalmente por la citaciõ, sea citado por voz de crida publica, fecha en los lugares acostumbrados de la Ciudad, Villa, o lugar, do acostumbra habitar, o en la Ciudad, Villa, o lugar, do, o en sus terminos es el delicto perpetrado, que compareZca personalmẽte el quinZeno dia despues de la preconisaciõ, delãte del Iuge, que lo mandara citar. E si el dicho acussado no compareceera, o cõpareciera en el dicho termino delãte del dicho IueZ, y no cõtinuara juyzio personalmẽte, sea reputado contumaZ, è en su contumacia pueda seyer procedido en los meritos de la causa, y a todos los otros actos cõtra aquel, entro a sentẽcia diffinitiua, y execucion de aquella inclusiuamente, si el acussador lo demandara. Hæc verba Fori.

Pro sustentãda firma faciũt sequẽtia.
1 Primo, φ dictus for⁹ ‡ nõ obligat citatũ, & accu-

& accusatum ad comparendum in certo loco, nec certa hora: imo dat ei facultatem cōparendi coram iudice, vbicumque iudex reperiatur, & sic potest se repræsentare coram iudice, siue in domo, siue in via, vel quolibet alio loco, in quo iudex iurisdictionem habeat, & possit mandare eum duci ad carcerem, & similiter dat facultatem comparendi, & se repræsentandi per totum, 15. diem, post dictam citationem, & sic tota dies stat in fauorem citati, & sic in quantum citatio fuit decreta ad 15. diem iuridicum, & ad comparendum in Regia Audientia, & hora celebrationis illius, non fuit ser-
2 uata † forma fori, & sic fuit nulla. Bald. in l. non sunt liberi, in prima lectura, ff. de statu homin. & alij relati per Tiraq. de retractu legali, §. 8. glos. 2. num. 3. & glo. 3. in principio, nec potuit iudex † di-
3 ctam 15. diem, quam integram concessit forus, citato coarctare, nec limitare, regul. indultum. de regul. iur. in 6. & prætoris factum non potest iuri derogare, l. 1. §. neque enim, ff. de ferijs, l. adulter, C. de adulter. est communis, secundum Iassonem in l. 2. nu. 13. de re iudicat. quod multo magis procedit, quando non interuenit iusta causa coarctandi terminum legalem, & à fortiori, quādo per lapsum termini quis in pœnam contumaciæ, vel aliam incurreret; quia minus potest tūc iudex terminum abreuiare, vt sic citius incurratur in pœnam, glos. in c. 1. de milite vassallo, quando contu. est, & in Clement. 1. in verb. termino, de vita, & honestat. Clericorum, in terminis Bald. in l. de die, numer. 4. versic. ex prędictis, ff. qui satisdare cogantur, quod in Aragonia fortius procedit, vbi iudex iurat seruare foros, & sic non potest iudex mandare, quod in processu apprehensionis compareant interessati intra 40. dies, limitando terminū 50. dierum à foro concessum. Neque poterit in processu criminali ausentiæ dispensare, vt compareat accusatus intra decē dies, vel 14. limitando terminum 15. dierum datum à foro, & si iudex contrarium facit, nulli-
4 tatem committit; † quia omnis contra forus circa ritum est nullitas, l. non dubium, C. de legib. Molin. in verbo fori Aragonum, & sic cum iudex non possit terminum 15. dierum reducere ad 10. vel 8. dies; ita eodem modo nō potest ab eo vnam horam adimere, mandando, vt cō pareat in hora Audientiæ, & sic adimendo omnes horas, quę supersunt post Audientiam in illa die: quia idem † est iudicium de parte, quo ad partem, quod
5 est de toto quoad totū, l. quod de tota. de rei vindicatione.

In præsenti autem casu magis hęc procedunt, vbi citatus ad 15. diem, non est adstrictus comparere in Audiētia, & hora illius: quia quotidie experimur, quod siue compareat in Audientia, siue ante, siue post, mandat iudex eum ad carcerē mitti, & sic totus dies 15. vtilis est, siue de die, siue de nocte, & in quolibet loco; & sic quamuis, quando aliquis est citatus ad audiendam sententiam, vel ad faciendum actum aliquem, vel assistendo in aliquo actu iudiciario, qui in certa hora iudicij debet experiri; tunc non compa-
6 rente citato in ea hora, solet † de equitate expectari in sequentē diem; si tamē adhuc durat iurisdictio iudicis, cap. con-
7 suluit. de officio delegati, quia † iudex assignando horam; non potest prçiudicare citato, nec sibi ipsi. Decius ibi nu. 3.
8 vers. alijs tamen rationibus; sed tamen † quando aliquis est citatus ad actum, qui in qualibet parte diei potest explicari, vt est iste actus comparendi coram iudice, tūc de rigore iuris debet expectari citatus, vsquè in diem sequentem, absquè eo, quod dicta 15. die, ad quem fuit citatus, possit reputari contumax; quia iuxta dictum for. 2. tota illa die 15. & in vltima hora eius, habet citatus facultatem, & tempus ad comparendum, glos. in l. more Romano, in verbo lucis, de ferijs, Bald. in l. 1. nu. 18. vers. modi, C. quomodo, & quando Iudex. Cum igitur iudex non potuerit terminum coarctare, non potuit etiam Procurator accusare contumaciam, nec iudex eam declarare,

& li-

& licet de facto declarauerit, non præiudicauit parti, Bald. in l. si cum ipse, in prima lectura, ff. de excusatio. tutorum, sequitur Marcus Mantuan. singul. 646. facit, quia dictus forus 2. in vers. *E si el dicho acusado*, conditionate dat facultatem iudici ad reputandum aliquem contumacem, videlicet, si non comparet die 15. & dicta conditio non verificatur vsq; ad lapsum diei, & perconsequens, non potest iudex ante verificationem conditionis contumacem reputare.

Quinimo, quando non daretur terminus foralis, quem iudex coarctare non potest, & sic omissa fori dispositione, esset standum citationi forali, adhuc tali casu non posset reputari cõtumax, die decimo quinto termini citationis; quia totum tempus audientiæ erat vtile ad comparendum, & dum potuit comparere clarum est non potuisse reputari contumacem, & sic male fuit reputatus contumax dicta die: quia vnum, & idem tẽpus non poterat permittere facultatem comparendi, & reputandi cõtumacem:
9 cum contumacia † incipiat finito tempore ad comparendum, Bart. in l. ita stipulatus, la grande, nu. 50. ff. de verb. oblig. Beroius cons. 160. num. 7. & cons. 205. nu. 11. in 3. Franc. Becius cons. 105. num. 21. & ita nunquam fuit practicatum, quod dicta 15. die termino citationis foralis in processu absentiæ accusetur, nec reputetur contumax citatus. Deniquè pro Antonio de Spinel, stat dispositio foralis, & obseruancia subsequuta, † quæ in
10 casu dubio maximè facit. l. si de interpretatione, ff. de legib. Vltra prædicta facit, quia † permissum post tempus, ante
11 illud prohibitum, & denegatum censetur. l. cum lege, de legibus, cum alijs allegatis per Cephalum cons. 633. num. 4. Riminal. iun. cons. 322. num. 19. & cons. 491. num. 91. & cons. 725. num. 30. sed ita est, quod potest accusator accusare contumaciam elapso 15. die, ad comparẽdum assignata, ergo ante elapsum illius, non poterit eam accusare, nec iudex reputare contumacem; & certissimum est in iu-
12 re, quod tempus † limitatum dicitur de forma substantiali, Authen. quæ supplicatio, C. de prec. Imperatori offer. Cephal. cons. 77. num. 20. consil. 356. nu. 36. cons. 422. num. 5. cons. 582. num. 57. consil. 531. num. 18. cons. 725. num. 1. & sic tem-
13 pus non seruans non dicitur † seruare formam. Bart. Salicet. & Iass. in dict. Authent. quæ supplicatio. idem Riminald. cons. 467. num. 47. & cons. 629. num. 8. & qui recedit à tempore; recedit à forma: Bald. quem sequitur idem Riminald. cons. 666. num. 9. & forma † debet ad
14 vnguem seruari, Cephal. cons. 77. nn. 21. & cons. 422. num. 6. alioquin actus omnino est nullus. Cephal. cons. 421. num. 49. & dict. cons. 422. num. 7. debet enim talis forma, veluti in integritate consistens, punctualiter, & de momẽto ad momentum seruari, Dec. in l. hac consultissima numer. 12. C. de testam. sequitur Cephal. dict. cons. 421. numer. 48. & 438. numer. 4. Ergo tempus 15. dierum à foro præfixum, veluti impositum pro forma, integrè, & absquè aliqua diminutione, citatis absentibus indulgendum, & consulendum est; & tempus † determina-
15 tum, & certum in lege, aut statuto præfixum, prout destinatum est, debet impleri, Bald. in cap. licet. de supplenda negligentia Prælatorum. Ruin. cons. 113. numer. 30. volum. 1. Rimin. iun. cons. 340. num. 37. cons. 666. nu. 7. absquè eo quod ei addi, vel detrahi possit. Bald. in Authent. qui semel, C. quomod. & quando, Nat. cons. 485. num. 6. Riminald. iun. consil. 322. num. 18. & 392. num. 11. & propterea inducit diuersitatem in substantia, l. 1. §. si quis simpliciter, de verborum oblig. Riminald. iun. cons. 518. num. 13. & 659. num. 34. & aliud quid fieri tali die, aut alio, Bart. in l. is qui reus de public. iudic. & in l. denunciasse, §. qui tamen de adulter. Riminald. iun. cons. 255. n. 43. Ergo tempus dictorum 15. dierum, absq; aliqua minima detractione obseruandum erit.

16 Nequè obstat, quod Molin. refert, in verbo contumacia, vers. ante penultim. quo-

quoniã prędicta de terminatio procedit, & habet locum in tempore assignato ab homine, & secus est in pręfinito, & determinato à foro, vel statuto: ex quo enim tempus à lege, vel statuto datur, nequit abreuiari à iudice, glos. in cap. indultum de regul. iur. in 6. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 63. & §. 3. glos. 2. num. 4.

Aliter respondetur ad dictam obseruantiam: nam illa loquitur, quando iudex assignauit ad actum aliquem iudiciarium certã diẽ, puta ad primam iuridicam, quo casu natura actus iudiciarij taliter includit horam curiæ, quod excludit omne aliud tempus eiusdem diei, tam ante, quam post curiã: attẽto, quod actus non poterat expediri, nisi in curia; sed in nostro casu actus comparitionis citati non est actus iudiciarius, cum vt diximus possit comparere coram iudice in quolibet loco, & sic in die feriato, & etiam iuridico, & iudex non potuit assignari ex se ad horam curiæ diei 15. ad effectum, vt lapsa hora curiæ esset contumax citatus, non comparens: imo iudex est executor fori in eo casu, quia forus assignauit 15. diem, quo durante non potest dici contumax, vt supra; & sic Iudex quamuis in cartello citationis mandauit citari Antonium Spinel, ad comparẽdum 15. die in Regia Audientia, hora celebrationis illius, non tamen fuit in citatione cominatus de reputando contumacem, si dicta hora non compareret, sed totum contrariũ dixit, scilicet, quod in illius absentia, & contumacia procederetur, sicut de foro, & iustitia esset procedendum: sed ita est, quod de foro habebat totam 15. diem ad comparendum corã iudice, ergo ante lapsum dicti diei non potuit reputari contumax; & licet fuerit reputatus, potuit comparere legitimè in sequenti, vel tertia die, qua fuit petitio data, & per consequens cum Spinel non fuerit legitimè contumaciatus, nec ipse hanc nullitatem approbauerit, non potuit procedi contra eum ad sententiam diffinitiuam, nec ad illam exequendam, & sic legitime videtur firma prouisa.

Nec obstat obseruantia si contumax, 17 † de contumacia, fol. 28. quia loquitur in eo, qui iam est contumax: & hoc supposito disponit obseruãtia; quod si compareret iudice adhuc pro tribunali sedẽte, non teneretur purgare cõtumaciam, & eius pœnam; at noster Spinel, in d. 15. die non erat contumax, & sic ad eum dicto casu non bene applicatur obseruantia si contumax, applicaretur tamen benè, si iudex 16. die (in qua esset verus contumax) reputasset eum contumacẽ, & incontinenti iudice adhuc pro tribunali sedente comparuisset Spinel; quia tunc non obstante, quod iam erat contumax reputatus, sed propter comparitionem factam iudice adhuc pro tribunali sedente, liberaretur à pœna contumaciæ. Et iste est verus sensus dictę obseruantiæ, iuxta l. diuus, ff. de restitutio. in integrum: & sic, licet contumax non se liberet à pœna contumaciæ nisi comparendo coram iudice, adhuc pro tribunali sedente, iste verò non fuit contumax, & sic eum non comprehendit dicta obseruãntia, iuxta doctrinam Barr. in l. 1. §. & parui, num. 3. ff. quod vi, aut clam. Roland. cons. 46. num. 40. in 1. Hęc fundamenta in suo casu verissima, suadebant pro iustificatione iuris firmæ, & sic fuit prouisa semelq; cõfirmata, & pro ea iudicandum foret perpetuo, nisi in eius conceptione aliquæ clausulæ iniustæ, & fortissimæ positæ fuissent, quæ eam reuocandam suadent manifestę.

Nam in primis ea clausula in inhibitione posita, quòd in vim illius appellitus non possit procedi ad captionem dict. Anton. Spinel, est iniusta; siquidem ex 18 nullitate † commissa in reputatione cõtumaciæ, non inficitur, nec annullatur omne quod antecedit, si solemniter factum est; & adhunc effectum potuit pars accusans se separare ab omnibus enantamentis, factis, & à sententia lata in sui fauorem in processu absentię, & emendata nullitate de nouo prosequi ab eo tempo-

tempore processum criminalem,& simili modo appellitus non fuit nullus, & in vim illius potuit de nouo causa prosequi, & multo magis de nouo accusare: quia hic est effectus processus absentiæ, vt multoties possit suscitari, & fieri de nouo, si pars accusans ab eo se separet, vt quotidie fit, & scripsi in varijs locis in tractatu de inhibitionibus,& ex hoc capite veniebat reuocanda dicta inhibitio iuris firmæ: Et ita domini Locumtenentes de consilio pronunciarunt eam esse reuocandam, & fuit lecta sententia in publica Audientia, sed non remansit facta,& pronuntiata, vt constat in eodē processu, quem ego vidi. Ex quibus constat, quod si hæc proximę clausulę non fuissent positæ, fuisset confirmanda firma, sed quia positæ fuerunt dictæ clausulæ iniustè, ideo fuit in consilio reuocata.

DECISIO CLXII.

Quando laici cognoscant de de Decimis, & Primicijs,& quando non.

SVMMARIVM.

Reges omnes Hispaniæ ex concessione Pontificia decimas possident. numer.1.

Pontifex Clemens Quintus concessit Regi Castellæ Decimas propter sumptus belli Maurici.num.2.

Decimas, Primicias, & beneficia omnia iuris patronatus, Pontifices concesserunt Regibus Aragonum. num.3.

Historicis de rebus præteritis testificantibus credendum est.num.4.

Rex Sanctius Petri pater in obsidione Oscensi à Sarracenis sagitta vulneratus interijt.num.5.

Decimarum donatio facta fuit Regi Petro Sanctij filio.num.6.

Rex Iacobus primus donauit decimas multis Ecclesijs.num.7.

Romanorum Pontificum potestas amplissima est. num.8.& nu.32.

Papa potest concedere decimas secularibus, siue ad tempus, siue in perpetuum. num. 9.

Pontifex non debet decimas secularibus concedere sine causa.nu.10.

Cognitio rei spiritualis ad iudicem Ecclesiasticum pertinet priuatiuè.num.11.

Iudex secularis, nec incidenter potest cognoscere de validitate tituli rei spiritualis.num.12.

L. quoties, C. de iudicijs, intelligitur. num.13.

Iudex secularis debet supersedere in causa principali, donec per Ecclesiasticum tractatur de incidenti rei spiritualis. numer.14.

Decimarum, & Primiciarum causa censetur Ecclesiastica, siue spiritualis. numer.15.

Laici non possunt præscribere decimas, etiam tempore immemoriali.num.16.

Incapacitas vbi adest ad præscribendum, immomorialis non operatur vim priuilegij.num.17.

Romanus Pontifex potest tollere incapacitatem laicorum ad præscribendum decimas.num.18.

Pontifex potest decimas concedere laicis simpliciter, & absolutè transferendo omne dominium, vtile, & directum causa iusta intercedente.num.19.

Pontifex, quando Regibus, & militibus

tibus concedit decimas, non censetur illis concessisse ius spirituale percipiendi eas, sed tantum facultatẽ percipiendi suo nomine fructus. num.20.

Decimæ simpliciter donatæ, & translatæ in laicum, quoad omne dominium desinunt esse spirituales, & considerantur tanquam quid temporale. num.21.

Laici accipientes decimas ab Ecclesijs simpliciter, & absolutè, quoad vtrumque dominium possident eas proprio iure, & titulo, & possunt eas alienare trãsferre, & disponere ad libitum voluntatis suæ. num. 22. secus vt num.29.

Decimę temporales, & prophanæ in Principatu Cathaloniæ, & Regno Valenciæ sunt de patrimonio Regio. num.23. & num.55.

Iudex secularis priuatiue cognoscit de causa decimarum prophanarum, & temporalium, siue agatur de quæstione iuris, siue facti. num.24. limita, vt num.25.

Dominium vtile licet sit temporale, tamen quando dependet ab spirituali ratione conexionis, censetur spirituale. nu.26.

Dominium non transfertur per locationem, & semper nomine locatoris conductor fructus percipit. num.27.

Dominum transfertur per feudum, vel emphiteosim. num.28.

Decimarum possessor secularis per tempus immemoriale, si nõ constat eas esse trãslatas quoad vtrumque dominium simpliciter, nec in feudum, vel emphiteosim, censetur eas possidere in feudum ante Concilium Lateranense. nu.29. & num.55.

Laicus licet non possit decimas præscribere, potest tamen se ab illarum solutione per præscriptionem eximere. numer.30. & numer.55.

Decimæ vbicumq; per Ecclesias retinentur, vel ad eas reuertuntur, debent considerari, tanquam spirituales, & Ecclesiasticæ. num.31.

Decimarum concessio ab Vrbano facta, quibus, & quare facta fuerit declaratur. num.33.

Potentia, & opera necessaria sunt ad Regni recuperationem. num.34.

Obseruantia subsequuta est optima priuilegiorum interpres. num.35.

Decimarum concessio ab Vrbano facta Regi, & suis successoribus facta est. num.36.

Decimarum concessio facta Regi Petro, Sanctij filio facta fuit, vt Regi Hispaniæ, scilicet Aragonum, & Nauarrę non vt Regi Castellæ. num.37.

Valenciæ Regnum, quod simul cum vniuersa Hispania fuerat occupatum à Mauris, fuit per Regem Iacobum primum illius nominis à manibus Sarracenorum ereptum, & in specie oppidum de Gandia. num.38.

Decimas spirituales laicus non potest donare, poterit tamen, vt ibi. num.39.

Consuetudo antiqua Rotæ, in pronunciatione grauium causarum traditur. numer.40.

Priuilegia concessa Religiosis, de quibus agitur in cap. nuper, de decimis, sunt derogata, vt ibidem. num.41.

Iura spiritualia, & Ecclesiastica differunt, & quomodo de eis cognoscant seculares, & Ecclesiasticus. num.42.

Clericus coram seculari opponens se esse Clericum, non sufficit probare coram Ecclesiastico se esse in quasi possessione Clericatus

catus, sed debet probare se rite, & recte fuisse ordinatum. num. 43.

Iudex Ecclesiasticus solus cognoscit de quæstione Clericatus, etiam de mero facto. num. 44.

Laicus iudex de nullo possessorio beneficij potest cognoscere. num. 45. Quod limita, vt num. 46.

Iudex laicus nullo modo cognoscit de crimine hæresis, nec in quæstione facti, nec in quæstione iuris. num. 47.

Hæreticus formalis, nullus esse potest, nisi qui mente, seu animo pertinaciter assirmat aliquid contra fidem. nu. 48.

Quæstio facti quando sola operatur, & separatur à quæstione iuris. nu. 49.

Iudex secularis cognoscit de quæstione facti rei spiritualis, quando non requiritur agere de veritate tituli. num. 50.

Iudex secularis cognoscit de quæstione facti iuris patronatus, & de eius possessorio. num. 51.

Iudex secularis cognoscit de quæstione facti matrimonij. num. 52.

Iudex laicus cognoscit de Clericatu ad finem remittendi. num. 53.

Iudex laicus, quomodo cognoscit in causa decimarum, & beneficij. numer. 54. & 55.

Iudex secularis quomodo cognoscit de quæstione Vsurarum. num. 56.

Iudex secularis cognoscit de quæstione facti rei spiritualis, seu de illius quasi possessione, si illa cognitio est separata à quæstione iuris. num. 57.

Iudex laicus licet de titulo rei spiritualis non possit cognoscere, tamen, quando se offert quæstio per viam incidentiæ, & quando euidenter constat de titulo rei spiritualis ex actis, vel ex confessione aduersarij, non impeditur ei cognoscere, qui non cognoscit ex priuilegio, sed in vim iuris communis. num. 58.

Quæstio facti est omnino separata ab spiritualitate, quando partes sunt concordes, circa ius rei spiritualis, & solum dubitatur circa factum. numero 59.

Iudex secularis pronuntiat super re spirituali, per modum causæ, quando in causam incidit quæstio rei spiritualis, de qua potest constare summarie, sine discussione, veluti per notorium. numero 60.



IN Quæstione Decimarum, siue iuris, siue facti, coram Domino Cancellario Competenciarum solet in dies controuerti, & contendi, inter iurisdictionem Ecclesiasticam, & secularem, & tam varie actum reperio in rebus iudicatis, vt abstinere non potuerim à dicendis, tam pro instructione iuuenum in foro practicantium, qui quotidie primo vniuersitatum lacte decipiuntur, quam pro amanda veritate, quam semper amplexus sum: omissis mille ambagibus, ac superficialibus doctrinis, quibus etiam doctiores misere labuntur, & quoniam ad totam materiam maxime influunt, duo aut tria præiudia, à quibus harum contentionum pendet decisio, ideo est aduertendum,
1 quod ex concessione † Pontificia Reges omnes Hispaniæ, scilicet Aragonum Coronæ, & Castellæ, Nauarræ, & alij decimas possident adeo, quod de hoc dubitandum non sit, quia istas decimas Regibus Hispaniæ concesserunt Alexander Secundus, Gregorius Septimus, & eas confirmauit Vrbanus Secundus, & plures deinde Pon-

Pontifices, & in primis quantum ad Reges Castellæ, ita testantur multi grauissimi viri quos longum esset recensere, & nouissime Ioannes Mariana, de rebus Hispaniç cap. 9. anno 1310. pagina 717.
2 num. 20. Vbi ait, † Clementem V. concessisse Regi Castellæ decimas propter sumptus belli Maurici, idẽ repetit cap. 15 anno 1316. pag. 730. vbi ait, Regem Castellç missa legatione ad Ioannẽ XXII. Postulasse Sacerdotiorũ decimas in vsus Maurici belli, & Pontificem benignè eas concessisse; sed iste confirmationes potius decimarum ab antiquioribus Põtificibus concessarum, quam nouæ concessiones dici debent, idem docet Rodericus Xuarez allegatione 28. Pute. decis. 319. lib. 3. & hoc iam agnouit Rota sine hæsitatione in causa Caurien. iurisdictionis coram bonç memoriæ Cantuzio, die 17. Iunij 1576. quæ loquitur de decimis Regibus Castellç concessis, & habetur par. 2. diuersorum, decis. 31. de Benedicto qui anno 1340. concessit Regi Alphonso IX. & suis successoribus decimas, quæ vulgo tertiæ dicuntur, refert Barbos. in l. Titia, num. 40. solut. matrim. l. 1. tit. 21. lib. 9. ordin. Lassarte, de decim. venditio. cap. 19. num. 36. Palac. in repit. rubr. §. 37. num. 13. Vasq. contro. illustr. c. 89. num. 6. Gutier. ad ll. Regn. lib. 1. quæst. 14.

De concessione decimarum facta D. P. Regi Nauarræ ab Vrbano II. testatur Stephanus Garibai, in compendio historiæ Hispanicæ, lit. 23. capit. 3. sub anno 1095.

De concessione autem facta Regibus
3 † Aragonum res est luce clarior, sicut patet ex Vrbani II. rescripto, quod integrum refert Petrus Antonius Chronista Hispanus, cap. 9. in fine, fol. 22. quod ipsũ agnouerunt insignes viri, tam Historiographi, quam Iurisconsulti, inter quos sunt sequentes, Hieronymus Çurita lib. 1. Annalium Aragon. c. 32. circa fin. vers. & confirmo loque Alexandro II. idem, lib. 1. indicis rerum ab Aragoniæ Regibus gestarum, anno 1104. vbi cum Vrbanus Papa Regi posterisq; Regibus, atq; Regni proceribus condonasset, vt in ditionibus à dominatu Maurorum vindicandis decimas perciperent, pag. 44. Lucius Marineus Siculus, lib. 5. de reb. Hispan. agens de Petro Sanctij filio, pagin. 827. vbi ait, hic Rex impetrauit ab Vrbano II. Romano Summo Pontifice, primitias, decimas, & omnia beneficia iuris patronatus omnium Ecclesiarum, & ciuitatum, à quibus infideles hostes eiecerat, vt ipsi, & sui successores in perpetuum eas haberet, Franciscus Torrasa de Regib. Hispan. agens de Alphonso Sexto, vers. Petrus Sanctij filius, & vers. in cuius rei gratiam, Vrbanus Papa Secũdus, pagin. 720. Martin de Viciana lib. 3. Chronicorum ciuitatis, & Regni Valenciç agens de Rege Don Petro, folio. 14. vers. El Rey don Pedro. Ioan. Mariana dicto lib. 10. de reb. Hispan. cap. 7. anno 1102. pag. 469. num. 30. ibi, Petro posterisque Regibus, atquè Regni proceribus Vrbanus Pontifex maximus indulsit, vt decimas perciperent, Bernard. Gomezius Miedes lib. 13. de rebus gestis Iacobi Regis eius nomine primi, Pet. Bellug. in Specul. Principũ, rubr. 13. de decimis, §. tractemus, & alij quos longum esset recensere.

Rescripti huius concessionis veritatem confirmat temporis conformitas, nam illud concessit Vrbanus Secundus Petro Regi Aragonum eius nominis primo, anno 1095. idest, quatuor annis ante quam Vrbanus moreretur, constat enim ex Chronicon Pannini Alphonsi Canonij, & alijs, Vrbanum Secundum anno 1088. creatum fuisse Pontificem, eundẽ vero anno 1099. obijsse, Petrum vero Regem Aragoniç eius nomine primum (cui donatio decimarum ab Vrbano Secundo facta est) eodem tempore floruisse, nam Regnũ assumpsit anno 1095. statim post obitum Sanctij ipsius patris, eius nominis Quarti, vt testatur Hieronim. Çurita lib. 1. Annal. Aragon. cap. 31. & 32. & libr. 1. indicum rerum gestar. à regibus Aragon. anno 1094. & 1095. & sequenti. Hiero-

Hieronym. Blancas in Cathalogo Regum Aragon. agens de Petro huius nominis Primo, eumq; decem annos regnasse affirmant, & propterea dubitari nõ potest de huius rescripti veritate, & cũ tot historici eandem donationem affirment, & integrum rescriptum referant, proculdubio continet veritatẽ, cum hi-
4 storicis † de rebus preteritis testificantibus sit credendum, cap. 1. in fin. ibi. *Tum propter historiam*, vbi glos. de sacr. vnctione, glos. in cap. inter dilectos. §. sed contra, vers. magis, de fid. instrum. glos. & Doctores, in cap. venerabilem, in princ. ver. transtulit, de electio. glos. in vers. Vrbano, in Clem. 1. in princi. & in §. ideo, vers. orationes, de reliq. & vener. Sanct. Bart. in l. 1. num. 22. vbi Iass. numer. 25. ff. si certum petatur. Bellam. decis. 70. incipit adminicula ista, num. 3. Crauet. in tract. de antiquit. tempor. par. 2. §. quarto limitatur, num. 14. & sequentibus, idem consil. 107. num. 4. & cons. 158. Felin. in cap. ad audientiam, numer. 16. de præscript. Alexan. cons. 187. num. 2. lib. 7. & consil. 238. lib. 1.

Causa autem concessionis ea tunc erat vrgentissima; quia Mauri, qui Hispaniam occupauerãt, in Galliam etiam, & Italiam se transituros minabantur, ideoq; Romani Pontifices assiduis legationibus hortabantur Reges, & Regulos Hispaniæ, vt contra Sarracenos acriter decertarent, aliquæ sunt de hac re Epistolæ Gregor. Septimi, nuper impressę, quibus propterea, & decimas, & multa alia concedebant, vt alacrius hoc bellum susciperent, ita testantur omnes supradicti Historici, & colligitur ex serie rescriptorum Pontificiorum. Hæc vero causa, vt Regibus Aragoniæ fieret decimarum donatio, tunc maxime suadebat, quoniam ipsi contra Sarracenos, qui illud Regnum occupauerant, tunc acriter decertabant, & Sanctius † Rex,
5 Petri pater, in obsidione Oscensi à Sarracenis, sagitta vulneratus, interijt, & Petrus filius idem bellum Oscense prosequutus fuit, quod nisi fortiter præstitisset, & Sarracenos debellasset, illi inualescentes proxima etiam Regna inuasissent, hanc autem esse iustam causam concedendi Principibus laicis decimas docet Hostiens. in sum. tit. de decimis, §. tertio quæritur vtrum laicus.

6 Ex quibus resultat Regem † cui facta fuit donatio fuisse Petrum eius nomine primum, Regis Sanctij filium, legitimum in Regno Aragoniæ Regem, à quo per legitimam successionem descẽ-
7 dit Iacobus primus, † qui donauit decimas multis Ecclesijs, quinque Regibus interpositis, vt patet ex successione Regum Aragoniæ, quam tradunt prædicti Historici, & magis dilucide Hieronym. Blancas eiusdem Regni historicus.

De potestate autem, & validitate ha-
8 rum cõcessionum dubitandum non est, cum fiant à Rom. Pontif. † cuius amplissima est potestas, Clem. 1. vt lite pendent. ita Hostiens. in summa, tit. de decim. num. 13. dicit, quod Papa † potest
9 concedere decimas secularibus siue ad tempus, siue in perpetuum, cap. à nobis, de decimis, cap. nobis, iuncta glos. verb. de sua, de iure patro. cap. Adrianus. c. in
10 synodo, 63. dist. licet non sine iusta † causa concedere debeat, secundum Hostiẽ. vbi supra.

Secundo præmittendum est, pro ratione dubitandi, ad hanc, & similes competentias, in quibus agitur de cognitione rerum spiritualium, & Ecclesiasticarum, id quod generaliter sciunt omnes:
11 cognitionem † rei spiritualis, & Ecclesiasticæ ad solum Ecclesiasticum iudicẽ pertinere priuatiue, cap. 2. de iudic. dicit enim, ibi, Romanus Pontifex quod laici negocia Ecclesiastica tractare non præsumant maxime spiritualia, vt ibi in tex. & in cap. Clerici de iudic. cap. si iudex laicus, de sentẽtia excommunicat. in 6. & ibi Doctores; idque non solum si principaliter agatur de re spirituali, & eius titulo, & validitate, veluti ad annullandum, reuocandumuè titulũ, quod apud omnes est in confesso, sed etiam si agatur incidenter de cognitione, & validitate

tate tituli, vt est expressum in cap. tuã de ordine cognitionum, capite lator, qui filij sint legitimi, cap. causamque, eodem titulo, ita Couar. cap. 35. num. 1. & est cõmunis opinio, secundum Barbos. in l. Titia, num. 21. solut. matrimonio dicentem,
12 quod † nec incidenter de titulo potest cognoscere Secularis Iudex, si validitas tituli examinanda, & determinanda est etiam incidenter, cap. tuam, de ordine cognitio, cap lator, qui filij sint legitimi; in quibus incidens causa validitatis matrimonij remittenda est Ecclesiastico Iudici, nec Secularis cognoscet de ea, non
13 obstante regula, l. quoties † C. de iudic. vbi ratione incidentiæ cognoscit Iudex alias incompetens de causa incidenti, de qua principaliter non poterat cognoscere: nam illa lex procedit, vbi solum Iudex est incompetens, qualis est Ecclesiasticus respectu causarum temporaliũ ad forum Secularem expectantium: nã ratione incidentiæ si coram eo incidenter deducantur, cognoscet de incidentia, capite de prudentia, de donation. inter vir, & vxor. Fontanell. de pact. dotal. clausula 4. glosa 13. parte 2. numero 23. & 24. vbi, assignat rationem differentiæ; secus autem, quando Iudex est incapax, vt hic respectu causæ incidentis, ita Barbos. numero 22. prout ita postea inueni legem illam sic declarantem, Ioannem Fontanellam de pactis nuptialis, clausula 4. glosa 13. parte 2. numero 21. Vbi alios allegat, & in numero 19. dicit, quod de validitate tituli rei spiritualis, vel Ecclesiasticæ, nec incidenter cognoscit Iudex Secularis, dictis Iuribus, & dicto capite si Iudex Laycus, glosa Iudicem, in capite accusatores, versiculo cum dus agendo [illegible] quæstio 8. Abbas in capite at si Clerici numero 19. de iudicijs, Alciat. in capite perniciossam, de officio ordinarij, glosa, puplicum, numero [illegible]. Rebuffus in concordãtijs Regni Franciæ. 1. parte in rubrica de protection. glosa 1. per totam, Couarruuias in 4. 2. parte. §. 1. 2. capite 8. numero 3. Gracian. regul. 253. [illegible] Azebed. in l. 10. titulo 1. numero 43. lib. 4. recopil. multum bene Bouadilla, in sua politic. lib 2. capite 18. numero 34. Vbi de communi, Vincentius de Franchis, decisione 1[illegible] per totam, & 52. dicẽs, sic seruari in Senatu Neapolitano, Albar. Valasc. consultatione 159. per totam, tomo. 2. vbi benè, qui omnes dicunt, quod talis causa spiritualis incidens, est ad Iudicem Ecclesiasticum
14 remitenda, & donec † ea finiatur, super sedendum in causa principali, dict. cap. tuam, & d. cap. lator: [illegible] Barbos. vbi supra n. 21. Ex quibus re[illegible] q[illegible]od falsa est opinio, Bartol. in l. Titia, numero 5. solut. matrimonio, dicentis: quod quan do incidenter agitur de validitate matrimonij, non ad effectum pronunciandi si per ea principaliter, sed ad alium, vesuti defferendum bona, vel an filius sit in potestate, poterit Iudex Secularis cognoscere, quia non principaliter agitur de validitate matrimonij. Hæc enim opinio falsa est, cum enim pronuntiandum necessario sit de validitate tituli rei spiritualis, licet incidenter, [illegible] per tamen militat ratio incapacitatis, & ideo Secularis non p[illegible] dicto capite tuam, & capite [illegible] & ita Bartol. reprobari communiter asserunt, Alexander in dicta l. Titia, numero 6. Albertus in assertionibus Catholicis, quæstione [illegible]5. numero 51. C[illegible] decis. 7. numero 4. Barbos. dicto numero 22.

His suppositis casus præsentis com pe[illegible] fuit. Quod cum Ludouicus Tu[illegible] conductor d[illegible] marum, & primitiarum loci de Villanueua de la Guerba, eius a vicinis petijsset coram Ecclesia[illegible]o, & illi negassent se ad illam sol[illegible] tenери, nulla facta [illegible]ione inter decimas, & primicias, & tanquam Layci, iurisdictionem præsentassent declinando, iurisdictionem Ecclesiastici; formata fuit competentia super contentione iurisdictionis, & secundum supradicta videbatur absolute Iudicem Ecclesiasticum debere cognoscere de his, causa,

15 namque † decimarum, & primiciarum
censetur Ecclesiastica, siue spiritualis,
Clementina dispendiosam, & ibi glosa,
de iudic. ita vt, neque actiuè cadat in lay
cum, cap. causam de præscriptionibus,
Barbos. vbi sup. nu. 16. & sic solus Eccle-
siasticus agnoscere possit, vt supra latè
diximus: hoc tamen non obstante sub di
stinctione indicata, & terminata fuit cō
petentia illa: nam tres ex dominis Consi
liarijs fuerunt vnti, quod competentia
Iudicis Ecclesiastici locū habebat respe-
ctu decimarū tantū; at vero respectu pri
mitiarū dixerunt, iurisdictionē Secularis
locū habere, & per cōsequēs supplicata
per Ludouicū Tucar agentē pro Ecclesia
locū nō habere. Moti fuerunt isti tres do
mini rationibus sequentibus: nam licet
16 † layci non possint præscribere decimas,
etiā tēpore immemoriali, propter inca-
pacitatē posidēdi, vt habetur in cap. cau
sam de præscriptionib⁹, cap. quāuis, cap.
prohibemus de decimis, & ibi DD. quia
17 † cū sint layci incapaces decimarū, im-
memorialis nō operatur vim priuilegij,
ita Abb. in d. cap. causam, & ibi Feli. nu.
2. glos. in cap. à nobis, verbo iurisdictione
in fin. de iure patronat. & dixi latè in de-
cisione 113. Felin. in d. cap. causam, nu. 2.
18 potest tamē † Rom. Pontifex tollere hāc
incapacitatē, & laycos capaces reddere
rerū spiritualiū, secundū Abb. in cap. cau
sam de præscrip. & ibi Felin. n. 6. glos. in
cap. Imperiū 10. d. cap. in summa in fine
25. q. 7. Ioa. Andreas ad specul. delegato.
§. nunc tractemus, verbo sed nūquid le-
gatus. Nos d. decis. 113. ac per consequēs
19 potest decimas cōcedere † simpliciter, &
absolutè, trāsferendo omne dominiū di
rectū, & vtile in laycū, idq. causa iusta in
tercedēte; aliquādo vero in feudu tantū
& emphiteosim, trāsferendo vtile domi
niū tantū; aliquādo vero nō transferēdo
aliquod dominiū, sed tantum facultatē
leuandi fructus nomine Ecclesię, velu-
ti locando, vt in discursu apparebit, &
ita asserit Diuus Thomas. 2. 2. quęstio-
ne. 100. articulo 4. ad tertium, quod
20 in dubio quādo Regibus † & militibus

concedit Ecclesia simpliciter decimas;
nō censetur illis cōcessum ius spirituale
percipiendi decimas, quarum incapaces
sunt d. cap. causam, cū alijs, sed tantū fa-
cultas percipiendi suo nomine fructus,
qui sub nomine decimę includuntur, &
tunc illi fructus nō censentur res spiri-
tuales, vel Ecclesiasticę, sed potius res tē
porales, cap. fi. ne prælat. vices suas, cap.
vestra de locato, Reduan. de spol. Cleri.
q. 14. à nu. 14. & illarū decimarū, & primi
tiarū layci capaces sunt. Bald. in l. si vsus-
fructus in lect. antiqua de iure dot. dicēs
quod licet ius decimarū nō cadat in lay
cū, perceptio tamē fructuū venientium
sub nomine decimę cōcedi potest, & hoc
modo dicit decimas cōcessas Regi Frā
corū, & etiā Regibus Hispaniæ sic fue-
rūt cōcessę: & in consequentiā istorū di-
cit Soto, lib. 9. de iusti. & iur. q. 7. ar. 1. col.
fin. quod tali casu adiudicat eas Papa,
sub seculari titulo defendendi Ecclesias,
idem Ioan. Garcia de expens. cap. 9. nu.
97. Lassarte de decima venditio, cap. 19.
21 num. 32. & decimę † sic simpliciter dona-
tæ & translatę quoad omne dominium
in laycum, desinunt esse spirituales, &
considerantur tanquā quid temporale,
argum. l. per procuratorem, de acquir.
hæred. cap. vnic. §. fin. de iur. patronat. in
6. in simili, Oldrad. consil. 83. num 5. Na-
uar. in Apologia de redditibus, quæst. 1.
monit. 58. num. 2. dicens, quod Papa po
test concedere decimas, vel bona Eccle
siastica layco ex iusta causa, & omnino
ab Ecclesia expropriare, qua causa iusta
id postulante, iuxta Can. fine exceptione
12. quęst. 2. & Rex, Varo. milites, & alij
22 layci sic accipientes † ab Ecclesia deci-
mas, & primitias simpliciter, quoad
vtrumque dominium possident eas pro
prio iure, & titulo, & possunt eas alie-
nare, transferre, & disponere ad libitum
voluntatis suę. Ita Lassarte, vbi supra, nu
mero 33. Gutierrez lib. 1. ad leges Regni
quæstione 14. num. 2. Azebed. in l. 1. titu-
lo 15. numero 71. libro 4. Soto vbi supra,
quæstione 7. art. 1. col. finali, Gregorius
Lopez, l. 22, titulo 10. par. 1. glos. 2. ad fin.

Vasqui.controuers.illustri.cap.89.num. 1. ad fin. cum igitur tali casu decimæ sint temporales, & prophanæ ex supradictis, prout & etiam in Principatu Cathaloniæ, & Regno Valentię decimas † prophanas, & temporales esse de patrimonio Regio, refert doctißimus Fõtanella de pactis nuptial.clauf.4.glos.13. par.2.num.58.& Michael Ferrer Dertusen. in suis obseruan.3.par.cap.278.versic.pro materia;sequitur inde,quod co-
24 gnitio † talium decimarum sic translatarum,siue sit quęstio iuris, siue sit quęstio facti, pertinet ad iudices seculares priuatiuè ad Ecclesiasticos: ita Barbos. in dict.l.Titia,nu.42.solut.matrimonio, Couar.pract.35.num.2.vers.3.Gutierrez lib.1.ad ll. Regni, quæst.14.num.4. Rebuf.de decimis, quæst.10.nu.39. in fine, Lassarte vbi supr. cap.19.num.30. Henriquez,& alij allegati per Barbos. dict. num.39. 42.43. & 44. Fontanel. & Ferrer vbi supra, & eo iure quo tales decimas possident Reges, & alij donatarij, poßidebunt easdem illi, qui a Regibus & talibus donatarijs succesiuè accipient; nam & temporales erunt, & de eis cognoscet priuatiuè secularis, & ita Belluga in speculo, rubr.13.§.restat.n.3. & alij,defendunt consuetudinem Franciç, & Aragon. vbi secularis cognoscit de decimis sic translatis, quæ bona tanquam temporalia, & prophana, libera sunt ab omni præstatione Ecclesiastica, & subsidio charitatiuo, Garcia de ex-
25 pens. cap.9. num. 99. Secus autem † dicendum.si decima esset data in feudum, vel emphiteosim, Barbos.d.num. 39.42. & 43. propter cõnexionem vtilis dominij cum directo, propter quod cognoscet Ecclesia:Riminal. cons.344. num.9. in 2. Caualcan.decis.22.num.17.Alexan. cons.79.num. 1.lib.1. Bologninus in addítione ad Annan.cons.84.num.7.Barbos. num.43.44.cum sequentibus. Rippa in cap.2.in fin.de iudic.Rota decis.2.de decimis in antiquis,& decis. 2. de iudic. in nouis.cap.fin.vbi Monachus, & Gomez nu.14.de iudic.in 6.Rip.Felin. & alij allegati per Barbos.n.42.in fin.tunc enim cum directum dominium remaneat pęnes Ecclesiam, propter talem cõnexionem adhuc dicitur res Ecclesiastica, &
26 quamuis dominium † vtile sit tẽporale, tamen quando dependet de spirituali, tunc ratione cõnexionis cẽsetur spiritua le,Caietan.de simonia,q.1.ad fin.cũ igitur decima ex se sit quid spirituale,cap. tua.1.de decimis,c.fin.de rerũ permutatione,glos.in c.quamuis, de decimis, & in canon.in sum.11.q.1.idem dicemus de dominio vtili dependenti ab spirituali, & idem de fructibus decimæ in feudum concessę:nam & illi ratione cõnexionis, & dependentiæ censentur quoq; Ecclesiastici.c.fin. & ibi Monach. post principium, Gom.n.14.de iudic.in 6. maximè dum pendent:quia tunc mere Ecclesiasticę sunt,Francus in c.vnic. nu.2. de co qui mittitur in possesionẽ, in 6. Supponendo tamen,quod hæc cõcesio in feudũ,facta sit ante Concil.Lateran.de quo in c.prohibemus,de decimis· nam aliás, licet fructus posint locari, c. vestra. de locato.c.fin.ne Pręlati vices suas,non tamen infeudari, d. c. prohibemus, & ibi Abb.& in c.ad hæc,in fin.de decimis:ra-
27 tio est;quia † per locationẽ non transfertur dominium, & semper nomine locatoris conductor fructus percipit.l. quod meo,de acquir.poss.bene autem per feu
28 dum,vel † emphiteosim, ita Barbos. nu. 47. Si autem non constaret decimas simpliciter, & absolute datas † esse quoad
29 vtrumq; dominiũ,nec etiã constaret de concesione in feudũ,vel emphiteosim, sed solũ quis posideret eas immemoriali tẽpore, tunc præsumitur possessor eas habere in feudũ ante Concil.Lateran.vt benè resoluit Barbos.n.44. Couar.lib.1. variar. c.17.n.5.ad fin.Greg. Lopez l 23. tit.20.parti.1.verb.tamẽ,& sic tunc propter cõnexionẽ vtilis cũ directo,cognoscet Ecclesia, vt supra diximus, Barbos. n.45.nec poterunt possessores eas in aliũ transferre,nisi in Ecclesiã.& cũ cõsensu Episcopi,iux.notata per Abb.in c.quamuis,& in c.ꝓhibem⁹ de decimis, Barbo.

num. 46. & licet in aliquibus Hispaniæ partibus soleant se debitores decimarum defendere manu Regia, & seculari, quando ab eis petuntur decimæ insolitæ fundari in sola immemoriali: illam tamen praxim damnat Barbos. num. 47. per rationes supradictas, vel defendenda est duplici modo; quia licet laicus †
30 non possit decimas præscribere, d. cap. causam, potest tamen se per præscriptionem ab illarum solutione eximere, cap. in aliquibus, de decimis, Couar. vbi sup. num. 10. Sed verius huius cognitio ad Ecclesiasticum pertinet, cum sit quęst. iuris, Federic. cons. 245. nu. 3. Calderin. 15. de iudic. & for. compet. Rom. in d. l. Titia, nu. 6. Iass. cons. 93. lib. 1. & sic nec vi detur locus recursui propter violētiam, vt dicit Barbos. d. nu. 47. Quare melius defendi debet illa praxis, asserendo has decimas non possideri in dictis partibus titulo feudi; cum nunquam fuerit recognita Ecclesia, & quotidie vēdantur, & permutentur, tanquā quid patrimoniale. Garcia de expens. c. 9. nu. 96. maximè accedente fama priuilegij, vt nos diximus in decis. 113. Cumq; in præsenti processu constiterit partis confessione, & alias, non solum per immemorialē pręscriptionem, sed etiam per legitimas cōcessiones Regnū Aragonum, primitias translatas esse in vniuersitates, cū onere sustentandi Ecclesiam, & sic effectas esse temporales, & prophanas: iustissime iudicatū fuit per tres dños Consiliarios, & etiam dnm Cancellariū, quoad eas iurisdictionē iudicis secularis procedere, cumq; & eodē modo cōstiterit decimas pęnes Ecclesias existere, retēta antiqua qualitate, quoad eas fuit pro Ecclesia iudicatum per eosdem. Vbicumq; enim †
31 decimæ per Ecclesias retinentur, vel ad eas reuertuntur, debent considerari tanquam Ecclesiasticæ, vel spirituales, cap. vnic. §. si de iure patron. in 6. c. dilectus, 3. de pręben. Oldrad. cons. 83. á nu. 7. Felin. in c. Ecclesia, nu. 7. de constit. Abb. in cap. veniens, nu. 4. de accusatio. motiuū autē. In quo fundantur sequēs est: in processu Ludouici Tucar, seu iudicis Ecclesiastici principaliū G. Gonçalez Procu. ex vna, & iudicis secularis, seu cōfratriæ Ligallij Ganateriorū loci de Villanueua de la Guerua, principal. M. Io. Porquet Procur. die 6. Nouembris, anno 1609.

Motiuum.

FVerunt voti & opinionis, quod dñs Cancellarius tenetur, & debet pronuntiare competentiam iudicis Ecclesiastici locum habere, & de iure procedere, respectu decimarū tantum; quoad primitia vero supplicata per Ludouicū Tucar locū non habere, neutrā in expēsis condemnando, dēptis sex ducatis pro salario Consiliariorū, in quibus Ludoui. Tucar debet cōdemnari. Ex eo, & aliàs quia ex confessione Ludouici Tucar (in præsenti processu emissa) constat à tempore immemoriali, & per cōcessionem Apostolicam, non solum pręsumptam in vim immemorialis, sed confessatā ab eodem, fructus primitiales esse vniuersitatis loci de Villanueua dela Guerua, quo casu, mutatione personarū, mutata etiā fuit antiqua qualitas fructuū primicialiū, & de spiritualib⁹ effecti fuerūt mere tēporales. Quod & ex alio constat notorie, siquidē notoriū est apud naturales, & externos scribētes sedē Apost. Regib. Hispan. fructus oēs, tā primitiales, quam decimales, elargitā fuisse dedisseq; Regibus Hispan. pro recuperatione Regni è faucibus infideliū, ipsosq; Reges varijs respectibus eosdē fructus dedisse dñis, & vniuersitatibus locorū, cū aliquibus onerib⁹, siue modis ex post adimplēdis; & per consequēs hos fructus fuisse iam ab omni spiritualitate, & dominio vtili & directo Sedis Apostolicę separatos, & segregatos, tanquā quid mere temporale. Ex quo sequitur, hos fructus alienabiles, & omnimodo de iurisdictione secularis tam actiue, quam passiue esse, supposita potestate Papæ, quam ad id concedendū omnino habet; & ita optime

optime respectu primitiarum; quas laici possident, merito declaratur competen tiam iudicis Ecclesiastici nõ procedere: Bene autem respectu decimarum, quæ pœnes Ecclesiasticum, vt Ecclesiasticũ existunt, retenta antiqua qualitate, qua rum respectu merito declaratur compe tentiam iudicis Ecclesiastici procedere; nec onus huiusmodi concessionibus adiectum, veluti fidem defendendi, dótandique, & reparandi Ecclesias, facit has concessiones feudales esse, sed solummodales, translato omni dominio, cum post concessionẽ veniat adimplendum: maxime, quia adiectio huius oneris om nẽ malam recognitionem excludit, & sic, in hunc modum leguntur declaratæ aliæ competentiæ, & Romæ decisum reperitur.

Et licet ab his se separauit vnus ex dominis, vir summæ eruditionis, & bonarum literarum mihi obseruantissimus, iudicans in totum pro Ecclesia, sub prætextu, quod concessio facta à Regibus non fuerit facta simpliciter, nec tale ius percipiẽdi decimas, & primitias expropriatum omnino ab Ecclesia, quoad vniuersitates vero cum sola immemoriali fundentur; hæc tantum arguit concessionem in feudum, vel emphiteosim, vt supra dixim⁹, quo casu res de iurisdictione Ecclesiæ est, vt supra, à quo viro in facto discedunt alij; quia constitit per partis confessionem, & alias istas primitias in totum in Ecclesias translatas esse Regali gratia, & quantum ad decimas, etiã ab eo recesserunt, in quantum dixit, in Dominos Reges non esse translatas absolute; cum contrarium verius sit ex su pradictis auctoritatibus, & historijs. Iudicarunt tamen quoad eas in fauorem Ecclesiæ, quia de præsenti pœnes Eccle sias existunt.

Motiuum vnius est quod sequitur.

Motiuum.

Vnus autem ex dominis Doctor de Regio consilio ciuili per dictũ dominum Cancellarium in cõsultorem similiter nominatus, fuit voti & opinionis, quod tenetur, & debet pronuntiare, & declarare Dominus Cancellarius, Cõpetentiam iudicis Ecclesiastici de iure procedere, tam respectu fructuum decimalium, quam primitialiũ, neutram partem in expensis condemnando, demptis sex ducatis pro salario Consiliariorum, in quibus Ludouicus Tucar debet condemnari. Ex eo, & alias, etiam respectu fructuum primitialium debet declarari competentiam iudicis Ecclesiastici procedere, sicut respectu decimalium: quia inter concessionem vtriusq; fructuum nulla apparet differentia, & çquç illarũ sunt incapaces laici, nisi ex priuilegijs Summorum Pont. eis competat ius illas percipiendi, vel à tempore immemoriali ante Concilium Lateranen. quod ex diuturnitate temporis præsumitur: & licet respectu serenissimorum Regũ Hispan. & prçsertim Aragonum, de concessionibus fructuum decimalium & primi tialũ ex priuilegijs Summor. Pont. non sit dubitandum, & pro notorijs habeantur; minime tamen constat, neq; ex tenore illorum; neque ex effectu, aut obseruantia subsequuta, tale ius eis simpliciter donatum fuisse ex mera gratia, sed saltim cum onere dotandi, & sustentandi Ecclesias, ne omnino tale ius abdicatum, & expropriatum à Sede Apost. videatur, nisi expresse id in priuilegio dicatur, quod nunquã sine legitima causa fieri posse dicendum est. Respectu tamen vniuersitatum & laicorũ, quibus ius percipiendi primitias competere videmus, cum de origine, & titulo istius concessionis non constat, & signanter de priuilegio aliquo Pontificio, vel Regio, sed solum ex antiqua possessione, & prçscriptione temporis immemoriali eis competere ius percipiendi primitias, id iure feudi, vel emphiteosis competere dicendum videtur, cum de alio titulo non constet, iuxta veriorem Doct. sententiã, vel saltẽ cum onere sustẽtãdi Ecclesias, quod obseruantia subsequuta plene de-

monstrat, videlicet vniuersitates quamplures vigore iuris percipiendi primitias, obligatas esse ad reparandas Ecclesias, & sumptus faciendos in re vestuaria & ornamentis, & iocalibus ad cultum diuinum necessarijs, ad quod faciendum quotidie distringuntur per iudices Ecclesiasticos, quod fieri non posse videretur, si primitiæ omnino essent profanæ: Cumquè eadem causa, & ratione oneris annexi sustentandi Ecclesias (quidquid de feudi, vel emphiteosis præsumptione sit) non possint vniuersitates subterfugere, aut declinare iudicium Ecclesiasticum, nulla ratio suadere potest, laicos, qui ad decimarum & primitiarum solutionem tenentur, super iure soluendi, vel non soluendi illas, iudicium Ecclesiasticum declinare posse cũ illarum vsus in substentandis Ecclesijs conuertendus sit, quæ sola qualitas iurisdictionem iudicis Ecclesiastici circumferre plane constat, quod in præsenti casu concurrit, quia conuenti per Ludouicum Tucar conductorem decimarum, & primitiarum loci de Villanueua de la Guerua, simpliciter negarunt se ad illarum solutionem teneri, sine discrimine, & nulla facta distinctione inter decimas & primitias, & tanquam laici iurisfirmam præsentarunt; vnde orta est competentia vtriusq; iudicis, & quis iustius induat arma iurisdictionis. Nequè dicendum videtur, potius super iure, quam super facto cõtrouersiam motam fuisse, super competentia, quam in fauorem iudicis Ecclesiastici, ex supra dictis, & rerum iudicatarum exemplis in huiusmodi causis etiam primitialibus in huiusmodi Consistorio satis declarandã fore censui.

Ad præsentem decisionẽ, & materiã illius, iustificationemquè rei iudicatæ, plurimum conducit Decisio Rotæ inter Archiepiscopum, & Capitulum sedis Valent. & Ecclesiam Gandiens. ideo hic inferendam decreui, vbi multa notabilia & pulchra ad decisionem multorum adnotantur.

Decisio, facta in causa Valent. decimarum, Mercurij. 2. Iunij 1599. coram R. P. D. Hieronym. Pamphilio eiusdem causæ Iudice.

Dubitaui, an Archiepiscopus, & Capitulum Valentin. probent decimas, de quibus agitur, eis debitas, & fuit per Dominos vnanimiter resolutũ, probari, constat enim testibus, in hac causa examinatis terras, ex quibus hæ decimę colliguntur, sitas esse in diœc. Valentin. & intra suos limites, & sic intrat donatio duarum partium, ex tribus omniũ decimarũ diœc. Valentin. facta Archiepiscopo, & Capitulo pro dotatione Ecclesiæ Cathedralis per D. Iacobum Regem Aragonum, ad quem spectabant illę decimæ, ex priuil. Apostolico Vrbani Secundi, cõcesso Petro Hispaniarum Regi, & suis in Regno successoribus ex genere suo.

32 Et de validitate concessionis Vrbani non videtur amplius ambigẽdum, quia est facta à PP. † cuius potestas amplissima est, Clem. 1. in fin. vt lit. pend. ad recuperationem Regni à manibus Sarracenorum, siue Maurorum, & est facta ex causa, tunc temporis vrgentissima, scilicet alliciendi Regẽ ad recuperationẽ Regni à manibus Sarracenorũ, qui illud cum tota Hispania occupauerãt, Hostien. in sum. de decimis, §. tertio quæritur, col. 1. vers. sed ratio debet, & de hac cõcessione tradit Petr. Bellug. in specul. Principũ, tit. de decimis, n. 34. Rebuf. in suo tract. de decimis, q. 13. nu. 110. & fuit approbata per Rotam in alijs causis Archiepiscopi, & Capituli, contra regulares, & contra Iesuitas, coram R. P. D. Decano, & coram me.

33 Non obstat, ꝙ in hoc priuilegio † Vrbani cõcessio decimarũ dicatur facta ꝓceribus Regni tantũ, nõ autẽ ipsi Regi, cũi solum videtur concessa facultas distribuendi

buendi Ecclesias Villarum, quas in Sarracenorum terris capere possent, vel in suo Regno ædificare fecerint, quia præter id, quod dici posset, quod cum distributione Ecclesiarum transeant, & de cimæ debitæ Ecclesijs distributis, dixerunt Domini contrarium constare ex lectura priuilegij: postquam enim Vrbanus concessit priuilegium Regi, & suis successoribus distribuẽdi Ecclesias prædictas, & hoc priuilegium communicauit etiam proceribus Regni, generaliter subdit in §. sancimus, vt Ecclesias quas in Sarracenorum terris iure belli acquisiuerint, vel in eorum proprijs hæreditatibus fundauerint, cum primicijs, & decimis propriarum dumtaxat hæreditatum eis liceat retinere, & sic, tam proceribus Regni, quam ipsi Regi, & suis in Regno successoribus, de quibus omnibus supra loquutus fuerat: nulla enim adest ratio, Cur. PP. cuius intentio erat, vt Regnum à manibus infideliũ eriperetur, plus voluerit concedere proceribus, quibus priuilegium per viam communicationis concessum est, quam Regi, & eius successoribus, quibus prin-
34 cipaliter concessum fuit & † quorũ opera, & potentia erat magis necessaria ad Regni recuperationem. l. talis scriptura. §. fin. cum ibi notat. ff. de leg. 1. Abb. Dec. & alij in c. secundo requiris, de appel.

Quod etiam suadet obseruãtia † sub
35 sequuta optima priuilegiorũ interpres, l. minimè. l. si de interpretatione, ff. de leg. iuxta enim hunc intellectum fuit facta concesio decimarum Archiepiscopo, & Capitulo per Regem Iacobũ, qui vna cum suis successoribus gauisus est tertia parte sibi in donatione reseruata; & constat etiam de quasi possess. vniuersali Archiepiscopi, & Capituli percipiendi duas partes, ex tribus omnium decimarum diœc. Valentin. iuxta firmam istius donationis.

Et quod ista concesio decimarũ Vr-
36 bani † sit principaliter facta Regi, & suis successoribus, testantur Petr. Bellug. in d. tit. de decimis, n. 29. cũ pluribus, seqq. Rebuf. d. quæst. 13. num. 110. & ex historicis Petr. Anto. Beut. lib. 2. chronic. Hispani. cap. 9. in fin. Hieron. Çurita lib. 1. Annal. Aragon. cap. 32. circa fin. & in lib. 1. in dicum de reb. à Regib. Aragon. gest. anno. 1104. Lucius Marinç Sicul. lib. 8. de reb. Hispan. cap. 13. Francisc. Torral. de Regib. Hispan. in vita Alphonsi Sixti, Martin. de Viciana lib. 3. chron. ciuitat. & regn. Valentiæ, Ioan. Marian. Iesuita lib. 10. de reb Hispan. c. 7. Bernard. Gom. Miedes lib. 13. de reb. gest. D. Iacobi primi, & alij qui historias illorum Regnorum scripserunt; quibus in hac materia tanquam antiqua pręsertim iũcta obseruantia non modicum est deferendum. l. 1. ff. de offic. quęstor. glos. verb. sed contra, in cap. inter dilectos, & ibi Felin. nu. 12. & alij de fid. instrum. Docto. communiter in l. 1. Bart. num. 12. Iass. 25. Rip. 72. si cert. pet. Ægid. decis. 70. Paris. cons. 1. num. 15. lib. 1.

Non obstat, quod concesio fuit facta Petro Hispaniarum Regi, & eius successoribus in Regno, ex genere suo; quia prędictus Petrus huius nominis primus qui erat filius Sanctij Regis Aragon. vt patet ex inscriptione. c. dict. inceptis, 31. quęst. 2. Tunc temporis erat Rex Aragonum, & ei fuit facta concesio vti Regi Hispaniarum, hoc est Aragonum, & Nauarræ, vbi ipse præerat, & non vti Regi Castellæ, quam tunc obtinebat Alphonsus Sextus, Petr. Bellug. d. tit. de decimis nu. 36. & 39. Rebuf. vbi sup. d. q. 13. n. 110. & tradunt historici supradicti: & ab hoc Petro quinq; Regibus interpositis per legitimam successionem descendit iste Iacobus huius nominis primus, qui donauit has decimas, de quibus agitur, Ecclesiæ Valẽtinæ, vt patet ex successione Regum Aragonum, quam tradunt prædicti historici, & magis dilucide Hieron. de Blãcas in supputatione Reg. Aragonũ.

Non obstat, quod huiusmodi priuilegium loquatur de decimis Ecclesiarum in terris iure belli recuperatis à Sarracenis, vel in eorum proprijs hæreditatibus fundatis, & hoc probandum sit ab

Archiepiscopo, & Capitulo, qui priuilegio vtuntur. l. 1. vbi Bart. ff. nequid in flum. publi. & de simili priuilegio adest decisio Palesti. 313. incipit, Clemens Septimus; quia notissimum est totum Re-
38 gnum Valentiæ, † quod vna simul cum vniuersa Hispania fuerat occupatum à Mauris, fuisse per Regem Iacobum illius nominis primum ereptum è manibus Sarracenorum, & infidelium, & in specie locum, seu oppidum de Gandia, vt tradit Petr. Anto. Beuter. lib. 2. chronicor. Hispan. cap. 41. & Bernard. Gomezius. lib. 13. de reb. gest. Iacobi Regis.

Et ijs stantibus, minus est dubitandũ de validitate donationis ipsius Regis, & de ipsius potestate donandi has decimas Archiepiscopo, & Capitulo; quia li-
39 cet regulariter, vti laicus † nõ posset donare decimas spirituales. c. dudũ, de decimis: Tamen aliud est dicẽdum in istis sibi donatis à Sede Apostolica, quas postea in bello acquisiuit, & donare potuit, vt tradunt omnes in c. dudum, Innocen. in fin. & ibi Hostien. & Ioan. Andre. col. fin. Anto. de Butr. nu. 15. & Abb. 12. Rebuf. in d. tract. de decimis, quæst. 7. num. 13. vers. vltimus casus, Roder. Xuarez allegat. 28. & de simili donatione Regis Castellę factæ Episcopo, fuit dictum in causa Caurien. iurisdictionis, & in supradictis alijs causis Archiepiscopi, & Capituli Valentin. coram R. P. D. Decano, & coram me.

Maximè, cum donatio à Sede Aposto-
40 lica fuerit facta Regi cum clausula, *Dummodo cum necessariorum administratione diuina in dictis Ecclesijs ministeria, vite à conuenientibus personis celebrare faciant*, quod ostendit, datam fuisse Regi facultatem pro administratione cultus diuini donandi aliquam partem decimarum alia retenta, prout fecit in hoc casu. D. Iacobus (qui liberauit) hoc est donauit Archiepiscopo, & Capitulo pro dotatione Ecclesiæ Cathedralis Valentin. duas ex tribus partibus omnium decimarũ totius diœc. Valentin. retenta sibi tertia, quã etiam in maiorem Ecclesiæ dignitatem voluit recognoscere in feudum ab ipsa Ecclesia, vt tradit Petrus Bellud. in dict. tit. de decimis, numer. 39. cum sequentibus.

Mos est ab antiquissimo tempore in sacra Rot. Roman. receptus in causis grauioribus determinandis, pro maiori litigantium satisfactione, easdem partes litigantes, & resolutionibus semel factis non acquiescentibus, iterum super eisdẽ denuo audire, atq; secundo eandem causam proponere, & quę denuo allegãtur, & producuntur studiosius intueri, & si releuantia sunt, à semel iam primo resolutis recedere; sin autẽ minus, in decisis persistere. Cum vero Ecclesia de Gandia prǽinsertæ resolutioni nõ assentiret, placuit dominis iudicibus illam secundo super eandem audire, & iterum causam super eisdem, (vt vulgari frasi dici solet) reproponere, qua proposita, dicta Ecclesia multa denuo in suum fauorem, contra resolutionem factam excitauit, & multa iam in prima positione allegata, & discusa iterum repetiuit.

Quibus tamen minime obstantibus, Dñi Auditores steterunt in principio resolutis, die Veneris 10. mensis Decẽbris eiusdem anni 1599. prout ex subsequendis constabit.

Respectu autem Religiosorũ, † videli-
41 cet Dominicanorũ S. Hieron. & Iesuit. prætendentium exẽptionem assolutione decimarũ, vigore suorum priuilegiorũ, quibus derogatur, in c. nuper. de decim: Iam bis fuit in Rota nemine contradicente resolutũ, istis Religiosis sua priuilegia non suffragari, videlicet die 9. Iunij 1597. corã R. P. D. Pamphilio, in causa Valentin. decimarũ; & iterũ in eadem coram R. P. D. Seraphino Rotæ Decano die 5. Iulij 1598. Et ratio est, quia in priuilegijs istorum Religiosorum non fuit facta mentio istius donationis Regiæ, seu tituli specialis, quo Episcopi, & capitula Ecclesiarum Hispaniæ possident decimas ex Regia donatione, seu titulo, & tamen de illis specialem mentionem facere oppertebat, Rodericus Xua-

Xuarez allegatione 28.quæ placuit Ro-
tę; nec obstat Cassador. decisione 1. de
priuilegijs, quia fuit responsum, illam
procedere respectu decimarum debita-
rum de iure cõmuni, secus autem esset
respectu decimarum debitarum Episco
pis & Capitulis Ecclesiarum, ex titulo
speciali, de quo in priuilegio Religiosso-
rum non fuit facta mentio. Ocasione su-
pradictę competentię fuit quęsitum de
ratione differentię, quare aliqñado per-
mittitur Iudici layco cognoscere de pos-
sessorio, & facto rerum spiritualium, vt
in possessorio retinendæ in beneficijs, &
aliquando non, vt in quasi possesione cle
ricatus, & similiter in materia decima-
rum, & similibus conducentibus ad su-
pradictam competentiam, & quia mul-
ta notatu digna fuerunt ibi dicta (aderãt
enim Consiliarij doctissimi, me dempto,
scilicet Ludouicus Cassanate, eminen-
tissimus Aduocatus, & Dominicus Abẽ-
gochea vir summę eruditionis, & doctri
nę collega meus, & socius laborũ,) ideo
inserenda decreui ad instructionem iu-
dicantium, cum sit hęc materia fouea in
quã multi alias docti, cadere solent. Est
42 igitur constituenda differentia † inter
iura spiritualia, seu Ecclesiastica, quam
etiam facit Nauar. in cap. nonit. 6.nota-
bili.num.44.de Indic. interrogans cau-
sam, quare de quęstione facti circa ordi-
nes, vtrum scilicet quis sit ordinatus nec
ne, non cognoscit Secularis, nec etiam
de quæstione facti hęresis, & tamen cog
noscit de quæstione facti aliarum rerũ
Ecclesiasticarum, & spiritualium, an iu-
ramentum interuenerit, cap. licet mulie
res, de iure iurando in 6. Vtrum quis cõ-
traxerit matrimonium, nec ne; vt ex cõ-
muni resoluit Barbos. in l. Titia. num. 24
versic. sed his non obstantibus, solut. ma-
trimonio, & etiam cognoscit de quæstio
ne facti vsurarum, compellendo vsura-
rium restituere, vbi partes fatentur actũ
esse vsurarium; cap. per venerabilem, de
vsuris, & etiam cognoscit de quæstione
facti decimarum, ex Barbos. vbi supra, ex
communicationis; Iurispatronatus prę-
sentandi, eligendi, & similium: nam ali-
quando causa spiritualis, de qua agitur
est talis, quod in ea non sufficit constare
de facto, & quasi possesione, sed veritas
& legitimatio tituli ostendenda est, &
tunc Secularis non cognoscit, etiam de
quęstione facti, quia quæstio facti, &
quasi possesio per se nihil facit ad effe-
ctum, de quo agitur, vnde frustra tracta-
bitur per secularem, argumento, legis
ad probationem. C. de probationibus,
cap. dilecti filij, de exceptionibus, cap. fi.
de causa possessionis, & propriet, Bald. in
authentica ei qui iuuat. num. 27. C. de
bon. author. Iudicis possiden. Iasson. in l.
quoties. num. 8. C. de Iudic. Barbos. vbi
sup. num 27. cum sequentibus: exemplũ
43 in causa † Clericatus, in qua si quis oppo
nat se Clericum esse ad effectum, vt de
eo solus Ecclesiasticus cognoscat, iuxta
cap. Clerici, de Iudic. non sufficit proba-
re coram Ecclesiastico esse in quasi pos-
sesione Clericatus, sed debet probare
se ritè, & rectè fuisse ordinatum, Cano.
legum 2. quęst. 1. cap. cum adeo, de res-
criptis, cap. ex literis, de transactionibus,
multi enim sunt in quasi possesione Cle
ricatus, qui tamen Clerici non sunt, neq.
debent gaudere priuilegijs Clericorum
cap. 2. de Clerico non ordina. ministran.
Domin. Franc. & alij in cap. si Iudex lay-
cus, de sententia excommunicatio. in 6.
Ratio est, quia hęc quasi possesio habet
admixtam causam proprietatis, Nos de
Inhibitionibus, cap. 8. §. 3. num, 31. & 35. &
sic, propter hanc commixtionem dicitur
res spiritualis, Pacian. consil. 164. nu. 111.
Fontanel. de pact. nuptial. claus. 4. glos.
13. 2. par. num. 38. Vbi declarat dict. cap. si
Iudex laycus. Quod adeo verum est, vt
licet laycus fuerit remissus ad Iudicem
Ecclesiasticum tanquam Clericus, nihi-
lominus tenetur probare se ritè ordina
tum, & sic Clericum esse; Dominicus, &
Francus in dict. cap. si Iudex laycus in fi.
vbi glos. pręsumptionem, & in vim isto-
rum procedit tex. in dicto cap. si Iudex
laycus, in prin. vbi quæstio de mero fa-
44 cto, † an quis sit Clericus debet discuti
coram

coram Ecclesiastico, secundum commu
nem, Iul. Clar. in §. fin. quæst. 36. versicul.
regulariter, & sic Couar. practicarũ, cap.
35. & alij per Nos, d. §. 3. num. 12. tenent,
45 quod † laycus de nullo possessorio bene
ficij possit cognoscere, quia possessio be
neficij sine titulo non datur, glos. in Cle
mentina vnica de causa possessionis, &
proprietatis, Pacian. vbi supra, num. 111.
46 quod modificatur † procedere, quando
verus titulus esset necessarius, veluti in
petitorio beneficij, & possessorio adipis-
cendæ; secus autem quando sufficeret
coloratus, vt in interdicto retinendæ, de
quo statim dicam: alia exempla, in qui-
bus quasi possessio non sufficit, & est
necesse veritatem tituli ostendere quo
ad effectum, de quo agitur, vt sic Secu-
laris de eis non cognoscat, vide per Ro-
tam, decis. 8. num. 2. de caus. possessio, &
propriet. in antiquis, & decis. 7. num. 3.
de testam. in antiquis, & decis. 2. de pro-
bar. in collectis per Visnegr. & ad hunc
effectum cognoscendi de persona Cle-
rici, vel remittendi eum, à pari proce-
dunt esse Clericum, vel Benefficiatum
Gramatic. decis. 81. in fin. Barbos. in l. Ti-
tia. num. 31. solut. matrimo. Aliud exem-
47 plum, in quo † de quæstione facti non
cognoscit Secularis est in crimine hęre-
sis, in quo nec de iure, nec de facto cog-
noscit Iudex Secularis, ad finem iudican
di, Barbos. num. 37. vbi supra, cap. vt In-
quisitionis. §. prohibemus de hæreticis
in 6. quia quęstio facti non est separabi-
lis à quęstione iuris, si tractatur de puniẽ
do hęreticum, quia non sufficit dixisse
verba hæreticalia, nisi scienter, & cum
pertinacia dicantur, vt ibi, Fontanel. vbi
supra, clauf. 4. glos. 13. p. 2. num. 41. Hære
48 ticus namq; † formalis nullus esse potest
nisi qui mente seu animo pertinaciter
affirmat aliquid contra fidem, Doctores
in cap. dubius, cap. firmissimè de hære-
tic. Paramo. de origine Inquisitio. quæ-
stio. 10. num. 64. can. qui in Ecclesia 24.
quæst. 3. cap. ad abolendam. §. 1. de hære-
tic. cap. excommunicamus 1. §. adijcim⁹
versic. si qui. verb. ex eis, eod titulo, & sic

requiritur dissensus à fide, qui est actus
intellectus, nam si non animo, & intelle-
ctu quis discedat, & pertinaciter, sed tan
tum erroneè, vel practicè, seu materia-
liter, non erit hæreticus, Paramus vbi su
pra num. 8. & 69. cum sequẽtibus, secus
49 autem (redeundo ad casum) erit, † si ad
alium finem, veluti capiendi tantum ne
perturbetur republica, quia tunc quæ-
stio facti sola operatur, & est separabilis
à quęstione Iuris, Barbos. latius vbi supr.
procedunt etiam supradicta in quolibet
possessorio rei spiritualis, in quo esset tra
ctãdum per necesse de vero titulo, nam
propter illam connexionem non posset
Iudex Secularis cognoscere de quęstio-
ne facti inseparabilis tunc a quæstione
50 iuris. Aliquando vero causa spiritualis †
est talis, quod sufficit constare de facto,
vel quasi possessione iuris, nec requiri-
tur veritas tituli, & tũc Secularis Iudex
de causa facti cognoscit, ita Doctores su
pra citati, in casu contrario allegat mul-
tos, Fontanel. vbi supra, num. 25. quia ta-
lis causa non est spiritualis, Barbos. num.
28. & 30. etiam si in sententia facti faciat
mẽtionem de legitimitate tituli per mo
dum causæ incidenter, vt supra dixi, &
sic cognoscit Iudex Secularis de quęstio
ne facti in causa matrimonij, iuris iuran
di, decimarum, & in excommunicatio-
ne, cap. decernimus, de sententia excom
municationis in 6. vbi solum quęritur in
facto, an contra aliquem sit prolata sen-
tentia excommunicationis, vt excluda-
tur à iudicio: ita Fontanella, dict. clauf.
4. glos. 13. 2. par. num. 28. cap. significauit
51 de testibus, vbi de quæstione facti † Iuris
patronatus agit laycus Iudex, Fontanel.
num. 29. & de possessorio Iurispatrona-
tus, presentandi, eligendi, & similibus, in
his enim causis spiritualibus, & Ecclesia
sticis sufficit de solo facto constare, siue
de quasi possessione, nec requiritur veri
52 tas tituli, Barbos. num. 28. Vnde Iudex †
Secularis cognoscet de quęstione facti
in matrimonio, velnti an matrimonium
fuerit de facto contractum, vel non, vel
an quis natus sit ex tali matrimonio se-
cundum

cundum Bart. in l. Titia. num. 6. solut. matrimonio, & etiam quando solum dubitatur, vtrum matrimonium sit contractū in facie Ecclesię, vel clandestinè, vt sic constituatur, vtrum filius cēseri debeat legitimus propter ignorantiam parentum, vel vnius ex illis, capit. ex thenore qui filij sint legitimi, & sic ex matrimonio putatiuo, & non dubitant partes de valore matrimonij, tunc de hac causa, quia solius facti est, cognoscit Iudex Secularis, & facta pronuntiatione super facto proles erit legitima, vel non, ex dispositione iuris, cap. cum Inhibitio. §. 1. de Clandestina desponsatione, cap. 2. cap. peruenit qui filij sint legitimi, & sic in his casibus cognoscit laycus, Bart. in l. Titia. num. 6. Alex. 7. vbi de communi, Barbos. num. 22. versic. 2. concl. & nu. 24. vbi alij, Abbas in cap. cum sit, num. 17. de foro competenti, Couar. de Spons. 2. par. cap. 8. §. 12. num. 3. Est enim hæc cognitio omnino separata à cognitione causę spiritualis, & pronūtiabit Iudex per modum causæ super legitimitate, Fontanel la vbi supra, num. 30. & 31.

53 Et sic quando † agitur de Clericatu ad solum finem remitendi. quia tunc sufficit possessio, & factum; ideo tunc cognoscit iudex laicus, & se informat ad eū finem, & constito de quasi possessione Clericatus per titulū, vel alias, remittit reum, (in possessorio autem Clericatus ad finē cognoscendi de Clericatu, quia requiritur veritas tituli, ideo sola Ecclesia cognoscit) & idem est in facto deci-

54 marum, † & beneficij, quando scilicet ad hoc sufficit quasi possessio, iuxta Rot. decis. 8. de caus. poss. & pro. in antiq. nam cognoscit laicus: quia licet in beneficialibus, debeat constare de colore tituli: glos. fin. in Clem. 1. de caus. poss. & pro. tamen hæc cognitio diuersa est á validitate, & veritate tituli, quia licet cognoscat laicus de titulo colorato, postea debet pronunciari de veritate tituli, cap. cum nostris, de conces. preben. Nauar. in cap. cum contingat. 1. remed. pag. 145. de rescrip. Barbos. vbi supr. numer. 31. at vbi in

decimis, & beneficio non sufficeret quasi possessio, sed requireretur veritas tituli, tunc procederet opinio Couar. vt nec de possessorio aliquo cognoscerent laicus, veluti in possessorio adipiscend., in quo bene procedit eius opinio, & sic quęstio, vtrum debeatur decima, est quęstio iuris, & á solo Ecclesiastico termināda, licet in Hispania se intromittant iudices seculares, quando decimæ insolitæ petuntur, secundum Couar. pract. quęst. 17. num. 8. Vasqui. contro. illust. cap. 89. Gutier. ad ll. Regni 1. par. quæst. 14. nu. 5. Couar. pract. quæst. 35. num. 1. vers. quarto hæc enim praxis est iniusta, Feder. cō sil. 245. Barbos. in l. Titia, numer. 48. vbi Rom. num. 6. solut. matrim. Iass. cons. 93. num. 1. & licet hanc praxim iustificent

55 per viam violentiæ: quia potest † laicus se præscriptione eximere à solutione decimarum, cap. in aliquibus, vbi glos. de decim. illud tamen debet intelligi extra iudicialiter, non vero cognoscendo, vt supra dixi; in alijs autem possessorijs retin. & recuper. cum sufficiat titulus coloratus, ideo cognoscet laicus, nisi esset agendum de proprietate beneficij, quia tunc laicus non cognoscit; eodem modo in quæstione decimarum si tantum agatur, vtrum decima fuerit soluta, vel nō, vel iniuste occupata, vel tantum agatur de fructibus, cūm sit quęstio facti, cognoscit laicus, & etiā Ecclesiasticus, Barbos. in d. l. Titia. num. 48. idem si decima esset facta temporalis donatione Papæ simpliciter in vtrumque dominium directum, & vtile; quo casu, tanquam de re temporali solus laicus cognoscit, siue sit quæstio iuris, siue facti, Barbos. cum multis num. 41. Couar. pract. quęst. c. 35. n. 2. vers. tertio. Lassarte de decim. vend. cap. 19. num. 30. Ita in Cathalonia, & Valentia decimas prophanas & temporales de patrimonio Regio esse, refert Fōtanel. vbi sup. num. 58. & Michael Ferrer Dertusensis in suis obser. 3. par. cap. 278. vers. pro materia. Secus si esset data in feudum, vel emphiteosim, Barbos. à num. 39. 42. & 43. propter connexionem

vilis

vtilis cum directo, Riminald. conf. 344. num. 9. in 2. Caualcan. decis. 21. num. 17. Alexan. conf. 79. nu. 1. lib. 1. Bolog. in addit. ad Anna. conf. 84. num. 7. Barbos. nu. 44. Rippa in cap. 2. in fine. de iudic. Rot. decis. 2. de decim. in antiq. & decis. 2. de iudi. in nouis, c. fin. vbi Monach. & Gomez. nu. 14. de iudi. in 6. Si vero sola im memoriali quis possideret decimas, tūc præsumitur eas habere in feudum, ante Concil. Lateran. Couarr. & alij allegati per Barbos. num. 44. & sic propter connexionem vtilis cum directo, erit spiritualis, vt ibi: nisi dixeris non præsumi in feudum datas: quia nunquam fuerit solutum, & libere permutatum, & vendūtur à possidentibus: quo casu in simplicem donationem censentur concessę, Barbos. num. 45. sic defendens Couarr. Quod posset sustineri, si cum immemoriali concurreret fama priuilegij, vt inf. num. 41.

56 Simili modo cognoscit Iudex secularis de quæstione facti vsurę, veluti, quādo solum dubitatur, an talis celebrauerit talem contractum, & tota quęstio est circa illud factum, & non dubitant partes, quod si sic esset celebratus, foret vsurarius; tunc ad cognitionem, & iudiciū facti non est necesse examinare ius. Ita Bart. in l. Titia, num. 8. Roman. numer. 7. Fontanel. de pact. dotal. claus. 4. glos. 13. par. 2. nu. 50. vbi alij, idem Bart. in l. quoties. C. de iudi. Federic. de Senis cons. 96. Couar. de spons. 2. par. cap. 8. §. vltim. nu. 4. & 5. Clarus §. fin. quæst. 2. num. 37. Gutier. de iur. confir. 1. par. cap. 2. numer. 55. probatur in cap. post miserabilē, de vsur. Roland. cons. 75. num. 36. in 1. Barbos. nu. 53. vers. sed non est recedendum, vbi de magis communi; ita vt talis quęstio sit mixti fori, & potest actor coram seculari, vel Ecclesiast. agere, cap. ad nostrā. 2. de iure iuran. Abb. Felin. in cap. cum sit generale, de for. compet. Alciat. in cap. 1. num. 54. de offic. ordin. Paul. cons. 109. num. 2. in 2. & tunc secularis cognoscēs super facto declarat cōtractum esse vsurarium, non principaliter, sed per modū causæ, Nauarr. in cap. cum contingat. 2. remed. de rescrip. Bald. in in Authen. ad hæc, num. 2. C. de lati. liber. tol. quia id fit declarando, quod à iure canon. est decisum, & expressum per modum declarationis, quæ nunquam est prohibita iudici seculari. Domin. in. cap. vnic. nu 5. in fine, de iure patron. in 6. Decius 127. Aufrer. de potest. Eccles. 4. reg. fallen. 21 Belluga rubr. 11. §. de vsur. num. 19. pag. 54. Peguer. decis. 30. num. 23. & tunc secularis dicitur exequutor iuris Canonici, non determinator, in simili Castr. de hæ res. lib. 1. cap. 7. reg. 21 Gutier. de iur. con fir. 1. par. cap. 2. num. 27. & hoc modo de elarat secularis, quem esse periurum, si id sit in iure clarum; secus si dubium. Roman. singul. 420. Felin. in cap. cum sit, de foro comp. not. 7. Alexan. ad Bart. in l. de periurio, de crimin. stellio. imo super quæstione facti non potest Ecclesia inhibere iudici seculari, ne cognoscat. Cagnol. in l. 1. num. 62. C. de pact. inter emp. & vend. rationem tradit Hippolit. sing. 490. (An possit Ecclesia inhibere seculari, postquam sententiam tulit super contractu, ne eam exequatur, vel aliud instrumentum guarentigiū? dic quod nō de iure: Barbo. n. 54. vbi bene.) De quęs. autem iuris non cognoscit laicus, vt alibi dicam cito; modo redeundo ad propositum de quo agebamus sup. num. 15. habes resolutum, quando iudex secularis

57 possit cognoscere † de quasi possessione, seu facto rerum spiritualium; nam si illa cognitio est separata à quæstione iuris, ita quod sine examine iuris sufficiat quęstio facti ad rem, de qua agitur, tunc secularis cognoscit, vt in casibus sup. dict. Secus alias, vt in facto hæresis, Clericat⁹ & petitorio rerum spiritualium, & possessorio adipiscēdę, vt sup. Vnde de possessorio beneficij, vbi coloratus titulus sufficiat, vt in interd. recuperādę, retinend. cognoscet laicus, & de facto vsurarum, decimarum, iuris iurandi, excommunic. iuris patronatus, eligēdi, pręsentandi; verum hoc si agatur cōtra laicum, secus contra Clericum, Fontanel. nu. 26.

quia

quia licet illa causa ratione rei sit temporalis, tamen ratione personæ est Ecclesiastica, vt dixi supra late. Patet igitur quando de quæst. facti, seu possessorijs rei spiritualis cognoscit iudex laicus inter laicos.

58 Quinimo à fortiori in casibus, vbi de titulo rei spiritualis per viam incidentiæ se offert quæstio, licet regulariter nõ cognoscat laicus, vt supra late dixi, tamen quãdo de titulo euidenter constat, veluti ex cõfessione aduersarij, vel aliàs notoriè ex actis resultaret; tunc non impeditur iudex laicus, de quasi possessione cognoscere, idquè nõ ex priuilegio, sed in vim iuris communis, Fontanella numer. 43. & 44. Et hoc sine dubio est; quia cum constet de titulo, & iure à notorio per confessionem partiũ, vel aliàs; tunc potest secularis pronuntiare super tali iure legitimitatis, vel alterius rei spiritualis; quia hoc fit per modum causæ, & valebit pronuntiatio ista, Speculator, Bald. & alij multi allegati per Barbos. in dict. l. Titia, num. 52. Anchar. in Clem. dispendiosam. num. 8. de vsur. vbi ita super quæstione iuris vsuræ resoluit, cum alijs Bald. etiam in Authen. ad hæc, nu. 2. C. de Latina libertate tollenda, Capicius decis. 7. nu. 4. Gutierrez canonicarum, cap. 34. num. 47. Barbos. vbi supra, num. 23. vers. Item quamuis, vbi quan-
59 do † partes sunt concordes circa ius, & tantum dubitatur circa factum, est mera quæstio facti abstracta ab omni spiritualitate, secundum Bart. vbi supra, nu. 6. Paul. cons. 109. numer. 2. lib. 2. Barbos. vbi supra, num. 23. & 34. vbi pulchre in
60 simili materia, dicens, quod quando † in causam incidit quęstio rei spiritualis, de quã potest constare summarie sine discussione, veluti per notorium, tunc secularis cognoscit, & pronuntiat per modum causæ, Bald. in l. 1. in fin. C. de sent. quę sine certa quantitate proferuntur, & in l. vnica, num. 37. in fin. C. de cõfess. Alexand. in l. Titia, num. 8. solut. matrim. & tunc de hac quęstione cognoscit iudex laicus, Bald. in cons. 275. in fin. lib. 2. Corneus 227. numer. 6. lib. 3. & de hac quęstione cognoscit tunc laicus; quia cum non disputetur de titulo matrimonij, vel rei spiritualis; ex quo quæstio iuris decisa est partium cõfessione, vel alio notorio valebit pronuntiatio su per tali iure, quantumcunquè de eo fiat mentio per modum causæ: vide Bellugam in speculo, rubr. 11. §. de vsur. à nu. 10. Albertin. in assertionibus Catholicis, quęst. 25. num. 35. Vincentius de Franchis decis. 36. & hoc modo cognoscit laicus, vtrum iuramentum fuerit interpositum tantum, non se intromittendo de validitate illius: cap. licet mulieres, de iure iurando in 6. & etiã compellit vsurarium restituere vsuras, vbi partes fatẽtur esse vsuram, cap. per venerabilem, de vsur. vbi igitur notoriè constat de titulo, cognoscit laicus per modum causæ incidenter, Barbos. num. 23. & 14. quià quando de causa incidenti Ecclesiasticà secularis non cognoscit via ordinaria, sed summariè, veluti, quia constat notoriè confessione partis, vel alias potest super ea pronuntiare per modum causæ non principaliter, Nauar. in capit. cum contingat. 1. remedio, pag. 149. Barbos. num. 30. extra casum autem notorię cognitionis distinguendum est, vt supra; dãta tamen notorietate cognoscit laicus per modum causæ.

Ratio autem quare, vbi agitur de facto, seu quasi possessione rei spiritualis, & nõ requiritur veritas tituli, potest tali casu cognoscere secularis, veluti quãdo est quæstio, an decimæ solutæ sint, necne, vel iniustè occupatæ, vel agatur tantum de fructibus, ea est ratio; quia cognitio super facto omnino separata est à cognitione causæ spiritualis, & sic secularis contrà laicũ de ea cognoscet, Abb. in cap. cum sit, num. 17. de foro competẽti, & ibi Felin. num. 1. Couar. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 12. num. 3. Gutier. 3. par. ad ll. Regni, quęst. 36. num. 2. Aufrer. de potestate seculari super Ecclesiast. regul. 4. fallent. 8. num. 12. Barbos. in l. Titia, n. 22. vers. 2. conclu. & hoc casu, vbi sola quasi posses-

possessio sufficit, non solum cognoscit secularis, Barbos. num. 29. sed etiam compellit Clericum, si est quæstio de Clericatu, vt doceat de illo, alias procedet vltra, vt ibi num. 20. & est communis, & vera opinio ista, & sic hæc quęstio à laico diffiniri potest, secundum DD. supradictos, & in hac quæstione facti non tantum laicus cognoscit, vt supra, sed etiam Ecclesiasticus, & sic est mixti fori, & locus pręuentioni; ita Barbos. vbi supra, num. 48. vbi allegat multos, & idem; vt ibi, quãdo de fructibus agitur, nam & erit mixti fori, etiam si Clericus agat contra laicum, in quęstione facti; quod si agatur de iure decimarum, & earum exemptione in vim priuilegij, sola Ecclesia cognoscit, Couar. practic. 35. num. 2. dicens communem Gutierrez practicarum lib. 3. quæst. 26. num. 1. & 2. Quod si decimæ sint translatę in laicum à Romano Pontifice, vel habente potestatem, tunc siue de iure, siue de facto agatur, solus laicus iudex cognoscit priuatiuè, Couar. vbi supra, vers. 5. dicens, ita in Gallia practicari, sequitur Ioan. Rupelanus lib. 1. forensium institutionum, cap. 25. licet sint translatæ cum onere dotandi Ecclesias, vt ibi Couar. conductores tamen, & emptores decimarum non coram Ecclesiastico, sed coram laico conueniri debent, Couar. vbi supra, vers. 5. &c. Nisi se summisserint in contractu iurisdictioni Ecclesiasticæ, idquè, siue conueniantur à Clericis locantibus, vt tenet Couar. quia tūc non agitur de recuperandis decimis ab his, qui eas tenentur soluere, sed de exigondo pretio, siue inter laicos agatur; quia scilicet sint laici, tam qui exigunt, quàm hi, à quibus exiguntur fructus, Azebed. lib. 1. tit. 5. lit. num. 4. vers. & sic quantum, sequitur Gutierrez practicarum lib. 3. quæst. 26. numer. 11. Hæc fuerunt dicta in supradicta competentia per dominos illos doctissimos consiliarios, & per Dominum Cancellarium doctissimum virum, ac sanctissimi Prætorij contra hæreticam prauitatem consultorem dignissimum, à 26. annis vsque, secundum quæ fere omnes competentię metiri ac decidi poterunt. Nam cum in supradicta competentia primitiæ translatę reperiantur ad posse vniuersitatum, merito illarum respectu pro iudice seculari priuatiuè iudicatum fuit.

DECISIO CLXIII.

De iure impetrandi cessionem.

QVando onus luendi rem hypothecatam, & possessam, incumbit possessori; non habet ius petendi cessionem, rationem vide. num. 1. & 2.

In hypothecis non possumus experiri cõtra alia bona, quàm ea, quæ in hypotheca continentur. num. 3.

Creditor si succedat in re sibi debita, confundit actionem. num. 4.



IN processu Martini Ortiz super apprehensione in curia Iustitiæ Aragon. die decimo nono Decembris, millesimo sexcentesimo tertio. Don Petrus de Luna, & domina Agnes de Mendoça coniuges fecerunt pactum in Capitulo matrimoniali, quod debita constante matrimonio contracta soluerentur ex bonis acquisitis constante matrimonio: Et cum domus principalis acquisita, constante matrimonio, sita en el cosso, esset empta constante matrimonio; euenit, quod Comes instituit Comitissam in suis bonis: & sic Comitissa habebat dimidiam domorum iure proprio, aliam dimidiam, vt hæres; Postea apprehensis domibus se opposuerunt creditores Comitatus, ratione creditorum constante matrimonio factorum, & fuit eis recepta propositio. Postea D. Ag-

D. Agnes de Mendoça, seu sui hære-
des, quibus similiter iure dominij fuit re
cepta propositio, quia possidebant, sol-
uerunt creditoribus suum creditum, &
petebant ab eis cessionem iurium, &
creditorum. Fuit dictum, quod benè
poterant soluere, & sic liberare domos
ab onere hypothecæ; non tamen pote-
rant petere cessionem iurium; & actio-
num; quia ex quo ipsa Comitissa tene-
batur soluere debitum pro dimidia, vt
hæres Comitis, aliam dimidiam iure
proprio, & sic onus luendi ad eam spe-
ctabat: ideo non poterat petere cessio-
nem. Negusan. de pignor. 3. membro. 5.
partis, num. 27. & 43. vbi † quando onus
1 luēdi rem hypothecatam, & possessam,
incumbit possessori, non habet ius pe-
2 tendi cessionem: quia † debitor offe-
rens, & soluens creditori suo, licet cum
hoc liberet hypothecam, non tamen
potest eum cogere ad cedendum: vbi
allegat alios, Negusan. Bald. in l. si res
obligata, notab. 5. num. 4. de legat. 1. De-
inde, quia ex quo Comitissa consensit,
quod debita soluerentur ex bonis, &
acquęstibus, vt erat domus apprehensa,
quando concedamus cessionem ei fieri
3 debere, de nihilo seruiret: quia † non
posset experiri contra alia bona Comi-
tis; sed contra domos per eam posses-
4 sas; & sic † haberet recursum contra se
ipsam; & cum essent actiones persona-
les, confusa esset actio. per notata sup. in
decisione precedenti.

DECISIO C.LXIII.

Quando sententia lata contra principalem noceat secundario interessatis.

SVMMARIVM.

Sententia lata cum principaliter interessato, an præiudicet, omnino secundario interessato non citato; an vero iste talis possit agere contra sententiam, & docere de contrario, quia non fuit citatus: traditur circa hoc decretum Curiæ Iustitiæ Aragonum. num. 1.

2 *Citari non debent secundario interessati, vt actus valeat, & ille, ad quos ius defensionis secundario interest. num. 2.*

Legatarij, & fideicommissarij non sunt citandi, quando agitur iudicium contra hęredem, licet possint ipsi comparere, & adesse actui, ac etiam appellare. numer. 3.

Citatio fideicommissarij non est necessaria, quando sententia fertur contra institutum, nec substituti, quando agitur cum hærede. num. 4.

Ius defensionis principaliter nō spectat ad legatarios, fideicommissarios, nec substitutos, nec præiudicium principaliter contra eos infertur, licet inferatur secundario & minus principaliter, & sic non sunt citandi ad validitatem actus, quando agitur cum hærede. num. 5.

Interessati secundario si non citentur, non præiudicat eis actus, vel sententia inter alios acta, ex Bart. num. 6.

Quod verum videtur absq; dubio in contractibus, vt num. 7.

Actus factus, vel sententia lata, cum eo, vel contra eum, cuius principaliter interest, absque citatione, secundario interessati, & minus principaliter, valet, & tenet, respectu principalis interessati, & citati, sed non inde pręiudicabuntur totaliter, secundario, & minus principaliter interessati, & quibus ex post facto, in consequentiam pręiudicium resultare potest. numer. 8.

Pro-

Prohibitus alienare in fauorem Titij, vel familiæ, si patiatur rem prohibitam alienari, aut vindicari, per aliquē, valebit sententia super eo actu facta, respectu prohibiti, licet Titius, vel familia, secundario interessati non citentur, tamen eis ex hoc nullum præiudicium irrogabitur. numer. 9.

Quod verum est, ad hoc, vt non audiantur, nam audientur, de nouo contrarium probaturi. num. 10.

Sententia lata cum principaliter interessato, absque citatione secundario interessati, valet, & tenet, quantum ad validitatem sententiæ, sed an talis sententia præiudicet alijs secundario interessatis, non citatis? licet aliqui dixerint, quod non, contrarium resoluit Pisanutius. à numer. 11. & 25.

Declara tamen, vt num. 12.

Sententiam non impedire eum qui non fuit ad eam citatus, & in consequentiam ex ea sententia damnum tenet, docere de eius iniustitia, & contra eam probare, sin minus ei standum est. num. 13.

Sententia lata contra possessorem maioratus, vel institutum, seu grauatum de re restituenda, præiudicat successori legatario, substituto, & alijs, nisi fraus, & dolus detegatur. num. 14.

Sententia, quando concernit publicam vtilitatem, non solum facit fidem contra secundario interessatum, sed etiam exequitur contra eum, sine nouo processu. numer. 15.

1 IN processu Petri Frances super iuris firma, anno 1593. in curia Iust. Aragon. Fuit dubitatum an sententia lata cum principaliter interessato præiudicet omnino secundario interessato, non citato, an vero possit iste talis agere, & docere de contrario contra sententiam, ex quo non fuit citatus, nec auditus. Et fuit resolutum, quod licet præiudicet, & faciat fidem; tamen potest non citatus docere de contrario contra sententiam.

Ad resolutionē hui⁹ dubij præmittēdo
2 sciendum est: quod † ad validitatē actus, non debent citari illi, ad quos expectat ius defensionis secundario, & non principaliter; glos. singular. approbata per DD. in l. de vno quoq; de re iudic. licet secundario ex illo actu lędi, & præiudicari possint; cōmunis opinio relata per Iass. in l. filius familias. §. diui; num. 92. de legat. 1. de qua late Marant. in specul. iudiciorum, par. 6. verb. recte concipiatur citatio, num. 2. & num. 29. Hinc est,
3 † quod quando iudicium agitur contra hæredem, legatarij, & fideicommissarij non sunt citandi, licet possint ipsi, si velint, comparere, & ad esse actui, ac etiam appellare, l. qui de inofficioso, l. si suspecta, ff. de inofficios. testam. iuncta l. si superatus, vbi etiam glos. ff. de pignor. Rippa in d. §. diui, nu. 60. Anton. Thesaurus decis. 194. nu. 5. Anto. Gom. in l. 40. Tauri num. 73. Sic etiam quando † sentētia
4 fertur contra institutum; non est necesse citari fideicōmissarium, l. si patre, §. fin. ff ad Trebel. sic quando iudicium agitur cum hærede, substitutus non est citandus de necessitate, l. ex contractu, ff. de re iudic. quę vera sunt ex eo; quia
5 in his casibus † ius defensionis non expectat principaliter ad legatarios, fideicōmissarios, & substitutos, nec principaliter præiudicium contra eos infertur, licet secundario, & minus principaliter, & in consequētiam præiudicari possint, & ideo de necessitate non sunt citandi ad validitatem actus; iuxt. dict. l. de vno quoque, & hæc est cōmunis opinio, Iass. vbi sup. per DD. ibi, ita Angel. Imol. Cuman. & alij ibi per eum relati, & Alex. Ripppa in d. §. diui, num. 60. ita glos. marginaria ad Bart. in d. §. diui, nu. 9. verb. citatus, vbi refert istos pro communi opinione

nione, & hoc etiam voluit, vel saltem
contrarium noluit Bart. ibi, vt dicit Iaß.
qui eum declarat ibidem num. 93. licet
Bart. ibi reprobetur communiter, quasi
contrarium existimauerit, qui, vt dicit
Iaß. non dixit contrarium, solum nam-
6 què voluit Bart. quod † si non citentur
illi, quorum secundario interest, quales
sunt supradicti, non fiet eis prędicium
exactu, seu sententia inter alios lata; &
hoc voluit Bart. dicens, quod non fit eis
praeiudicium, ita Alexand. in dict. l. de
vnoquoquè, fallen. vlti. & conf. 83. vol. 3.
incipienti. In causa quæ vertitur, ita Iaß.
tenet, & alij per eum relati d. numer. 93.
7 Thesaurus d. decisio 19. num. 5. Quod vi
detur verum in contractibus absquè du
bio. l. sępe, ff. de re iudicat. l. in conceden
do, ff. de aqua pluuial. arcen. Phannius,
infra numero. 25. vbi declarat. Com-
munis autem opinio supradicta de hoc
non loquitur, an fiat praeiudicium illis,
quorum secundario interest, si non citē-
tur, an vero non fiat praeiudicium; sed
8 solum vult, quod † actus ille factus cū
eo, vel contra eum, cuius principaliter
interest, (absquè citatione illius, cuius
secundario interest, & minus principa-
liter, & cui in consequentiam pręiudi-
cium generatur) valet, & tenet; quod
verum est, & sententia valebit, licet illi
alij non citentur, nam valebit respectu
illius, cuius principaliter interest, &
qui citatus fuit, sed non inde praeiudi-
cabuntur totaliter (vt infra dicitur) illi
non citati, quorum interest secundario,
& minus principaliter, & ex post facto,
& quibus in consequētiam resultare po-
9 test pręiudicium, & ita † si prohibitus
alienare in fauorem Titij, vel familiæ,
patiatur rē prohibitam alienari, vel ven
dicari per aliquem, valebit sententia su
per eo actu facta respectu ipsius prohi-
biti, licet Titius, vel familia, quorum in-
terest, ex post facto, & secundario, &
quibus secundario praeiudicari potest,
non citentur, verum tamen eis nullum
praeiudicium ex hoc irrogabitur, vt nor.
ipse Bart. dict. nu. 9. Iaß. vbi supra, quod
10 verum est, ad hoc † vt non audiantur,
nam audientur de nouo cōtrarium pro-
baturi, vt infra sequitur. Verum Phann.
de inuent. 5. par. à num. 23. longa dispu-
11 tatione, & multum bene resoluit, † sen-
tentiam cum principaliter interessato
latam valere sine citatione secundario
interessatorum, quantum ad validita-
tem sententiæ, & actus; quæ sententia
communis omnium est, vt per eum; sed
an talis sententia praeiudicet alijs inte-
ressatis, in consequentiā, licet aliqui di-
xerint, quod non, tamen cum commu-
ni resoluit, quod praeiudicat talis senten
tia, à num. 25. licet non ęqualiter, quod
tamen declara sic, quod si sentētia cum
12 principaliter interessato lata respiciat
causam priuatorū, & ius priuatum, cau-
sabit praeiudicium, quantum ad proba-
tionem, & liquidationem factam, causa-
bit, in quam pręiudicium secundario in
teressatis, licet non citatis, nec vocatis;
non autem illa sententia exequętur con
tra illos, sed opus erit de nouo citare,
& illa prima probatio faciet fidem con-
tra citatum; nisi doceat de contrario,
13 num. 28. & 30. in fin. vbi dicit per hanc †
sententiam non impediri eum, qui non
fuit ad eam citatus, & in consequentiam
ex ea sententia damnum tenet, docere
de eius iniustitia, & contra eam proba-
re; sin minus ei standùm est, vt ibi plu-
res: & ita intelligendi sunt Couar. & Iaß.
contrarium asserentes, & alij relati per
Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. num. 2. &
Couar. practic. quæst. q. 13. num. 5. vers.
tertio, &c. & Gom. dict. l. 4. Taur. nu. 73.
14 vt scilicet † sententia lata contra posses-
sorem maioratus, vel institutum, seu gra
uatum de re restituenda pręiudicet suc
cessori, legatario, substituto, & alijs, nisi
fraus, & dolus detegeretur; si vero † illa
15 prima sententia concernit publicam vti
litatem: tunc non solum facit fidem con
tra interessatum secundario non cita-
tum, sed etiam exequętur contra
eum sine nouo processu,
num. 29. in
fine.

DECISIO C.LXV.

An qui agit ex vna causa veluti, dominij, & probat ex alia veluti, quia constat possedisse vt colonum, non vt dominum, prout ipse asseruit, debeat succumbere?

SVMMARIVM.

Dominium si de eo incidenter agatur in iudicijs possessorijs, probatur per possessionem. num. 1.

Colonus qui dedit propositionem tanquam dominus, succumbet, si dominus fundi in replicis dicat testes falsos, & ostendat instrumentum arrendationis. numero 2.

Agens in qualitate domini, non potest obtinere tanquam colonus. num. 3.

Agens actione directa si probet vtilem, non obtinebit, quia non probauit eo modo quo proposuit. num. 4.

Qualitas intentata in libello si non probetur, debet fieri absolutio. numer. 5. & 6.

Colonus & inquilinus non possident nomine proprio, sed alieno, & sic non obtinent in iudicio possessorio. num. 6.



IN Processu Ioan. Prad super iuris firma, decimo nono Martij millesimo quingentesimo nonagesimo septimo fuit dubiũ sequẽs determinatum. Quod si in articulo litis pendentiæ, seu tenutæ colonus fundi dat propositionẽ, & cedulam, tanquam possessor, & dominus verus, tacendo quod est colonus, & dominus fundi aliam dat propositionem tanquam dominus, & ambo probent benè possessionem per actus veros & naturales, & dominium † incidenter
1 per possessionem (quia de eo incidenter agitur in iudicijs possessorijs; & sic tunc per solam possessionem probatur, l. quidam in suo, vbi DD. ff. de conditio. insti tu. in terminis, Molin. in verbo apprehensio. super foro *Cebdeciando*, pag. 27. colum. 2.) si postea in replicis dicat domi-
2 nus, † quod testes coloni deponunt falsum, asserendo colonum esse dominum, cum tamen non sit, & ad hoc probandum facit fidem de instrumento arrendationis, seu conductionis, obtinebit contra colonum; non obstante, quod dicat colonus, quod conseruet eum dominus in possessione pendente tempore arrendamenti, vt facere tenetur, secundum Massuerium, in tit. de possessoribus, numer. 26. & 27. Menoch. de retinenda, remed. 4. num. 1. Quia replicatur ei, illud verum esse si dedisset propositionem, vt arrendator; sed quia † egit vt do-
3 minus, & in qualitate dominij, & sic se restrinxit ad dominium, ideo nõ potest obtinere, vt arrendator, quia hoc nõ deduxit, nec vt dominus, quia nõ est; quod totum fundatur in l. habebat de institoria actione, vbi Bart. cap. ex parte, & ibi Innoc. de priuil. facit. l. 4. §. docere. ff. vi bonorũ raptorũ, Angel. conf. 266. Socin. conf. 39. nu. 20. in 1. per l. 1. ff. si mens. fals. mod. dix. iuncta ibi glos. Bart. in l. 1. num. 11. de edendo. Hinc dicit Bart. in l. 2. C.
4 de action. & obligat. numer. 4. quod † si quis agat directa actione, & probet vtilem, vel è conuerso, nullo modo obtinebit, quia nõ probauit eo modo, quo proposuit, idem Bart. in l. certi condictio, §. si nemos nu. 6. de rebus credit. dicens, q. si peto centũ à te, quæ mutuaui tibi, & produco instrumentum, in quo confiteris te recepisse, non obtinebo, & iustè, vbi longa additio idem probans.
5 Generalis ratio istorũ est, quia † qualitas intentata in libello, si non probetur, debet fieri absolutio, Bart. in l. denunciasse, cum l. qui vxori, §. quod tamẽ, ff. de adult. Raphael. in l. diuus de re iu-

re iudicat. Alexand. conf. 223. in 2. & 106. in 4. Bald. in l. Ob hæc verba, de infamibus: idque maxime procedit, quando qualitas allegata est vnius speciei, probata vero alterius; tunc enim intentata qualitas omnino probanda est, Bald. in l. 1. 6. quæst. C. de condictione indebiti, & in l. 1. post principium, C. vt in possessionem legatorum, Alexand. consil. 171. 2. par. in nostro autem casu colonus allegauit possessionem tanquam dominus, quæ possessio vera est, & propria, quæ autem fuit probata, scilicet in qualitate coloni, non est possessio, sed detentatio,
6 colonus † enim, & inquilinus non possident nomine proprio, sed alieno, locantis scilicet, tanquam instrumentum, & organum illius Castrens. in l. neque creditores, num 2. C. de pignorat. actio. Angel. in l. si seruus, ff. de seruitut. Aymon cons. 107. expresse forus, *Acaece a vezes*, de apprehensioni. Et ita dominus in iudicijs possessorijs obtinet contra colonum (non data interuersione possessionis, excepto etiam tempore, quo adhuc durat conductio, vt supra dixi.) Et ratio est; quia in possessorio iudicio non obtinet, qui alieno nomine possidet. Molin. in verbo apprehensio, fol. 29. colum. 3. in principio, Portol. de consortib. cap. 38. dict. foro, *Acaece a vezes*: cũ igitur, qualitas probata in casu nostro diuersa sit specie & substantia à qualitate allegata, dicendum est, quod merito non debeat colonus obtinere, sed dominus potius; prout etiam idem fuit iudicatum in Curia Domini Iustitię Aragonum, in processu Abbatis Sancti Ioan. de la Peña, anno 1596. super iuris firma grauaminũ fact. vbi, licet constabat, ꝙ Prior Rotensis habebat in termino apprehenso certum ius dictum, *El onzeno*, non tamen ei fuit adiudicatum, quia petebat illud in qualitate dominij, & constitit expresse per testes, & documẽta, quod illud habebat in qualitate seruitutis; & sic propter hoc non obtinuit: vide in motiuis illius processus, & idem fuit dictũ de Abbate Sãcti Ioan. quia petebat certũ ius in qualitate dominij; & tamen, quia probauit in alia qualitate, ideo non obtinuit in illo iure: sed quia materia hęc satis vulgaris est dicta sufficiant.

DECISIO CLXVI.

An si quis confiteatur se debere centum, sed soluisse ea, vtrum talis confessio possit acceptari pro parte, & parte respui, & vtrum testes singulares de duabus cõfessionibus, quibus fatetur quis se debere centum, iugantur ad integram fidem, an non.

SVMMARIVM.

Confeßio qualificata, & in vnico facto non poteſt pro parte acceptari, & pro parte reſpui. num. 1.

Confeßio continens duo capitula, vel diuerſa facta ſeparata, poteſt pro parte acceptari, & pro parte reſpui. num. 2.

Confeßio continens duo capitula etiam inter mercatores, inter quos ſolum agitur de bono, & ęquo, poteſt pro parte reſpui, & acceptari. num. 3.

Teſtes ſingulares regulariter non probant. num. 4.

Teſtes ſingulares in actu reiterabili, & cõtinuo admittuntur, licet in hoc actu vere, & proprie non dicantur ſingulares. numer. 5.

Teſtes ſingulares admittuntur ad probandum adulterium, & fornicationem. num. 6.

Testes singulares in tempore, & loco in facto non iterabili, vt homicidio, reprobantur, secus in facto iterabili. numero 7.

Testes singulares vt probent, satis est, vt concordent in vnum rei finem. numer. 8.

Testes singulares probant, quem esse vsurarium. num. 9.

Iurisdictio probatur per testes singulares. num. 10.



1 IN Primo puncto solet talis distinctio tradi à Doctoribus, nempe quod, quando cõfessio aliqua emanat qualificata, cum aliqua scilicet qualitate, contra quam qualitatem nulla est iuris prçsumptio, tunc si vnum dumtaxat continet capitulum, & vnicum factum qualificatum, in tali casu non potest in parte acceptari, & in parte respui, cap. bonç memoriæ 2. illius nominis, & ibi Abb. num. 29. alios quamplures allegans de postulat. Prçlat. veluti confiteor me tibi promisisse sub conditione, vel confiteor me recepisse à te centum, quæ mihi debebas ex causa mutui, hoc est vnicum Capitulum, & factum, qualificatum, & totum debet acceptari, vel totum respui, & non est
2 præsens casus. † Aut vero duo continet capitula, seu duo facta separata, veluti confiteor me tibi debere centum, sed tamen iam solui, vel mutuasti mihi centum, sed teneris mihi in centum ex alia causa, vel fecisti pactum de non petendo, isto casu tu potes fundare intentionem tuam ex confessione mea, & respuere aliam partem confessionis: quia continet factum separatum; & sic teneor pactum illud, & qualitatem probare, alias condemnabor, tex. est expressus in cap. cum venissent ext. de instit. cap præterea, 2. illius nominis de transaction. concordant omnes Doctores, Abb. vbi supra, num. 29. vbi allegat Cardin. & alios, Marant. alios allegans in speculo, sexta parte, actu. 5. num. 27. circa finem, idem Abbas Panormit. in cap. 1. num. 7. de postul. Præ. idem tenet Bart. in l. Aurelius, alias Aurelianus, §. idem quæsijt num. 1. vers. quare dic latius, de liberatio. legat. allegans l. Publia. §. fin. in fin. ff. deposit. qui tex. aperte probat. Vnde cum in casu præsenti sint duo capitula in confessione separata, & distincta, potest talis confessio acceptari pro parte, & pro parte repudia-
3 ri: † quod adeo verum est, vt etiam inter mercatores locum habeat hæc resolutio, licet inter eos agatur solum de æquo & bono, idem Marant. alios allegans vbi supra, 6. parte, actu 6. num. 60. Bertrandus libr. 1. consilio sexto, numer. 12.

4 In secundo puncto dico, quod testes singulares non probant, cap. cum dilectus, & ibi Abbas de election. cum vulgar. cap. bonæ memoriæ, primo, & ibi glos. singularis, eod tit. cap. tam literis, extr. de testibus, cap. licet de probat. capit. cum dilecti in fin. de accusat. Verum tamen istud ex sententia Doctorum infra citãdorum limitatur per glos. in l. ob carmen, §. fin. ff. de testibus, vt procedat in facto non iterabili: † Secus vero
5
6 in actu reiterabili, & continuo, † quale est adulterium: nam tunc singulares testes admittuntur, vel potius non dicuntur singulares in actu reiterabili, secundum Nellum de Sancto Geminiano de testib. num. 214. & ita dicit Siluester in verb. testis, numer. 3. quod si vnus post alium videat per foramen fornicationem, tunc valent testimonia illorum; quia actus fornicationis potuit iterari, & allegat ibi alios, quare Iacobus Ægidius in tractatu de reprobatione testiũ, num. 31. circa medium dicit, † quod di-
7 uersitas temporis, & loci in facto non iterabili, vt in homicidio eiusdem hominis, reprobat testes, secus in facto iterabili, vt in exemplis traditis ibi per eum,

eum, quæ multum faciunt in casu nostro. Tandem Speculator lib. 1. particula 4. titul. de interroga. testium. à numer. 13. cum sequentibus, multis exemplis probat; quod in facto iterabili diuersitas temporis, & loci, non nocet, veluti, si vnus testis dicat actum fuisse Cæsaraugustæ hora nona, vel Romæ, alius hora quarta, vel Capuæ, hæc temporis diuersitas non nocet, in facto iterabili, veluti matrimonio, adulterio, quæ possunt saltem de facto iterari: imo debet fieri interpretatio, vel quod bis, vel quod in diuersis locis ista facta fuerunt,
8 ea ratione; † quia satis est, quod testes concordent in vnum rei finem, vt dicantur concordes, nec est præsumendum, quod speciale senserint. Hinc est, quod
9 probatur, † quē vsurarium esse, si vnus dicat mutuasse ad vsuras Mediolani, alius Veronæ: nam licet isti videantur singulares, sunt tamen concordes, quia concordant in vnum rei finem; scilicet ad probandum illum vsurarium, ita additio ad Speculatorem vbi supra, in litera E. Quæ multos allegat, ita Bartol. in l. de quibus, num. 14. ff. de legib. dicit, † quod probatur iurisdictio hoc mo-
10 do; quod vnus dicat, vidi Sempronium exercuisse tales act⁹ iurisdictionis, alius dicat, quod vidit alios actus, ecce isti bene probant secundum Speculator. vbi supra, numer. 13. in fin. Ex eo, quia isti non producuntur ad probādum actū aliquem particularem, sed dumtaxat iurisdictionem, & in hoc iam concordant, secundum glos. in dict. l. ob carmen: vnde in casu isto probabunt isti duo testes, licet in causis scientiæ discordent, cum vterquē bunam causam sui testimonij reddat, & in vnum rei finem concordent, in hunc scilicet, quod ille confessus est veras esse dictas partitas: melius omnibus Crauet. de antiquitat. 4. parte, vers. sed enim, qui omnino videndus. In vim superiorum, ita multoties vidi iudicatum in Curia Iustitiæ Aragon. me ibi existente, & vbi criminaliter agatur, vide Iul. Clarum, §. fin. quæstione 53. vers. dixit etiam contra testes.

DECISIO CLXVII.

De filijs Regnicolarum extra Regnum natis ad officia admittendis.

SVMMARIVM.

FILIVS Regnicolæ nati in Regno, ipse autem natus extra Regnum, si reuertatur ad habitandum in eo, gaudet omnibus priuilegijs Regni. numero. 1.

Decretum Curiæ Iustitiæ Aragon. ad hoc, vt filius habens patrem Regnicolam, ipse tamen extra Regnum natus, gaudeat priuilegijs Regnicolarum. numer. 2.

Decretum aliud Curiæ Iustitiæ Aragonum, circa eos qui non sunt nati in Regno, habentes patrem Regnicolam, & modus probandi hoc via ordinaria declaratur. num. 3.

Extraneus non Regnicola obtinere beneficium minime potest. num. 4.

Decretum Curiæ Iustitiæ Aragonum circa istos extraneos non Regnicolas obtinentes beneficia. num. 5.

Motiua circa istos extraneos non Regnicolas obtinentes beneficia. num. 6.

1 FILIVS Regnicolæ † nati in
Regno, ipse tamen natus ex
tra Regnum, si reuertatur
ad Regoum ad habitãdum
in eo, gaudet omnibus priui
legijs, ac si vere natus esset in Regno,
for. actus curiar. sup. filijs Regnicolarũ,
2 sic † fuit iudicatum in processu Baltha-
saris Claramunte super firma, mense Fe
bruarij anno 1597. Iosephi Gassol super
iuris firma eodem anno 1597. Qui om-
nes licet nati essent in Cathalonia, ta-
men quia illorum patres erant de Re-
gno, & ipsi filij reuersi fuerunt ad viuẽ-
dum in Regno, ideo gauisi fuerunt pri-
uilegijs vere natis concessis, vide in pro
3 cessu † magnificorum Iosephi de Sesse,
& Laurentij de Sesse fratrum super pe-
titione ciuili, in curia Iustitiæ Aragonũ,
7. Februarij anni 1589. vbi fuerunt decla
rati pro Regnicolis, licent essent nati ex
tra Regnũ in ciuitate Dertusæ; ex quo
eorum pater erat de Regno, & ibi inue-
nies modum probandi hoc via ordina-
ria, vide de hoc Pleban. verbo alienige-
na, Bardaxi in dicto foro, & millies fuit
hoc declaratum ante & post dictos pro-
cessus sine difficultate, quia vidi alios
processus; vide in processu T. Brun, su-
per declaratione, seu petitione ciuili, an
no millesimo quingentesimo nonagesi-
mo sexto, in Curia Iustitiæ Aragon.

Et extraneus non regnicola non po-
4 test † obtinere beneficium in Regno,
per foros de Prelaturis: sic fuit prouisa
ad instantiam vniuersitatis del Pouo Cõ
munitatis Turoli firma cõtra quendam
extraneum, ne administraret curam di-
cti loci, tanquam curã; vide in processu
† Iuratorum del Pouo super iuris firma
5 decimonono Octobr. millesimo quingẽ
tesimo nonagesimo nono, & in processu
Procur. Fiscal. & Iuratorum del Pouo su
per iuris firma, & literis monitorijs; vi-
de de hoc statuto Hojedam de incom-
pat. benefic. 1. par. cap. vltim. in fin. Aze-
bedo lib. 13. tit. 3. & tandem in dicto pro-
cessu, attento, quod beneficiatus stabat
in possessione per quatuordecim annos,
& quod in eius promotione non fuit
alius Regnicola repertus, qui benefi-
cium optaret, fuit iudicatum posse re-
tinere beneficium ex motiuis sequen-
6 tibus. Ex eo † & alias, quia licet fatea-
mur legem Regni, quæ exteros ad be-
neficia Ecclesiæ obtinenda non admit-
tit, iustissimam æquissimamque cense-
ri, & vt talem in multis orbis partibus
obseruari; & hoc non sine Romanæ Ec
clesię auctoritate, & consensu, vt Docto
res in locis opportunis attestantur, tam
priuilegijs particularibus Romanorum
Pontificum, veluti Sixti Papæ, quam re 7
gulis suis Cancellarię, qualis est illa de
idiomate; tamen non videtur posse ne-
gari, quin si Romanus Pontifex dispen-
sauerit, vel si naturales idonei non re-
periantur, seu si tollerantia Prouinciæ
de extero recipiendo, vel non remouen
do detur, possint extranei à Regno si-
milia beneficia obtinere, quod, tam per
foros nostros, licet limitatiue, quam etiã
in viam iuris, stantibus similibus statu-
tis, passim traditur à Doctoribus, quæ
omnia in casu nostro concurrere viden
tur. Et primo, quia Romanus Pontifex
inter alia potissimum videtur animum
suum ad gratiam concedendam duxis-
se; ex eo, quia intellexit Ioannem Va-
querizo conuentum per triginta annos
habitasse in diœcesi Turolen. quæ sane
ratio de Regnicola perperam dicere-
tur, cum de eo, ex quo præsumitur in
sua Prouincia durare, vel præsens esse,
aut tale quid non dixisset, aut aliud
magis proprium ad sui animum mouen
dum expressisset, & sic videtur Papa
illud attendisse, ad purgandum aliquod
vitium incapacitatis, quo vitio non da-
to, non solet de stilo considerari, nec ex
primi illa, triginta, aut aliorum annorũ
habitatio, sed sola virtus, & probitas
promoti, quæ promotionis causa est se-
cũdum Doctores: ex quo resultat, quod
ex quo constitit Papę hunc fuisse alie-
nigenam, censeatur super eius inhã-
bilitate dispensasse in suis literis exe-
cuto-

cutorialibus, quibus eum promoueri ius: sic per ordin. Turol. duces, & hoc secundum communem Doctorum opinionem.

Secundo licet non videatur dispensatum per Principem in dubio super incapacitate, quãdo promouet vrgente necessitate incapacem, & inhabilem, sicuti quando nullus idoneus reperitur, tamẽ quia tunc ista promotio est necessaria, non voluntaria, vt Doctores communiter testantur, ista causa citra dispensationem sufficiens est ad promouendum exterum, nec dispensationem requirit, secundum Doctores loquentes in nostro, & similibus statutis, quod in for. de Prælaturis clare statuitur, & licet taxatiue, & certo modo loquatur in beneficijs, non excedẽtibus 30. florennos auri, hæc tamen restrinctio, & limitatio, non potest arctare Papam, & eius in beneficialibus plenissimam potestatem, præsertim, ne beneficiorũ cura negligatur, & Ecclesia debitis obsequijs ob retardationem prouisionis priuetur, quę causa verificata fuit, sicut & alię omnes coram Ordinario Turolen. vt ipse testatur in suis literis collationis.

Tertio, & vltimo facit, quia quando aliquis inhabilis, & incapax tolleratur in aliquo iure, seu beneficio per Principem superiorem, seu illos, qui possunt de eo conqueri, videtur tacitè dispensatus, secundum Doctores omnes, sed hic Vicarius possedit per 14. annos Vicariam pacifice, scientibus, imò authorizãtibus Romano Pontifice, & suo Episcopo, & tota sua diœcesi; item etiam Archiepiscopo Cæsaraugustano, per quos videtur in notitiam omnium deuenisse, videtur igitur, considerata tantã tempo ris antiquitate, qualitate beneficiati, & omnium, qui eum sustinuerunt, dispensatum cum eo, alias non eum illi dimisissent, si non dispensatum intellexissent: sed ne amplius rationibus, & fundamentis vexemur, nullus inficiabitur hunc ex textum iuuari, regu. de triennali possessore, nam si bastardus, & illegitimus possessor, non minus incapax ob illud vitiũ, imò magis, quam hic, defenditur in sua possessione, quia regula illa ius excipiẽdi, & se defendendi tribuit, quod & excommunicato non denegatur, videtur itidem dicẽdum in casu nostro, cum iste per tantum tempus cum titulo plusquã colorato, possederit, quod forte aliud esset, si non ageretur de defendendo beneficio, sed de illo assequendo, de quo regula non curat, quę bastardos illegitimos, & incapaces, seu aliàs inhabiles possessores tuetur, propter generalitatem, & alia quæ DD. in eius explicatione tradunt, & ex alijs causis, &c.

DECISIO C.LXVIII.
Compromissum.

SVMMARIVM.

Tutores, & curatores non possunt compromittere sine decreto, super rebus minorũ quas non possunt alienare. nu. 1. & 6.

Neque super iuribus, etiam si de eis dubium ius sit, vt num. 2. super mobilibus autem rebus, si ius illorum sit obscurum, vel difficilis illarũ prosecutio, poterunt, vt n. 3.

Tutor, quando rem non alienat, sed potius detinet, poterit dare pretiũ per viam transactionis. num. 4.

Tutor & pupillus solus, potest remittere fideicommissum reciprocum nu. 5.

Pupillus tutore auctore compromittere potest super iuribus, quando obscura sunt, & dubia, alias non num. 7.

Tutor si generaliter compromittat, cùm possit quasdam res alienare, quasdam vero non, an videatur in totum compromissum, vt indiuiduum, & valere resoluitur, quo ad ea quę potuit. num. 8. & 9.

Bart. in l. quid tamen, ff. de arbitris explicatur. num. 10.

Tutor, & minor, quan-

1 FILIVS Regnicolæ † nati in Regno, ipse tamen natus extra Regnum, si reuertatur ad Regnum ad habitãdum in eo, gaudet omnibus priuilegijs, ac si verę natus esset in Regno, for. actus curiar. sup. filijs Regnicolarũ,
2 sic † fuit iudicatum in processu Balthasaris Claramunte super firma, mense Februarij anno 1597. Iosephi Gassol super iuris firma eodem anno 1597. Qui omnes licet nati essent in Cathalonia, tamen quia illorum patres erant de Regno, & ipsi filij reuersi fuerunt ad viuẽdum in Regno, ideo gauisi fuerunt priuilegijs verę natis concessis, vide in pro
3 cessu † magnificorum Iosephi de Sesse, & Laurentij de Sesse fratrum super petitione ciuili, in curia Iustitiæ Aragonũ, 7. Februarij anni 1589. vbi fuerunt declarati pro Regnicolis, licent essent nati ex tra Regnũ in ciuitate Dertusæ; ex quo eorum pater erat de Regno, & ibi inuenies modum probandi hoc via ordinaria, vide de hoc Pleban. verbo alienigenã, Bardaxi in dicto foro, & millies fuit hoc declaratum ante & post dictos processus sine difficultate, quia vidi alios processus; vide in processu T. Brun, super declaratione, seu petitione ciuili, anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, in Curia Iustitiæ Aragon.

Et extraneus non regnicola non po-
4 test † obtinere beneficium in Regno, per foros de Pręlaturis: sic fuit prouisa ad instantiam vniuersitatis del Pouo Cõmunitatis Turoli firma cõtra quendam extraneum, ne administraret curam dicti loci, tanquam cura; vide in processu † Iuratorum del Pouo super iuris firma
5 decimonono Octobr. millesimo quingẽtesimo nonagesimo nono, & in processu Procur. Fiscal. & Iuratorum del Pouo super iuris firma, & literis monitorijs; vide de hoc statuto Hojedam de incompat. benefic. 1. par. cap. vltim. in fin. Azebedo lib. 13. tit. 3. & tandem in dicto processu, attento, quod beneficiatus stabat in possessione per quatuordecim annos, & quod in eius promotione non fuit alius Regnicola repertus, qui beneficium optaret, fuit iudicatum posse retinere beneficium ex motiuis sequen-
6 tibus. Ex eo † & alias, quia licet fateamur legem Regni, quæ exteros ad beneficia Ecclesiæ obtinenda non admittit, iustissimam æquissimamque censeri, & vt talem in multis orbis partibus obseruari, & hoc non sine Romanæ Ecclesię auctoritate, & consensu, vt Doctores in locis opportunis attestantur, tam priuilegijs particularibus Romanorum Pontificum, veluti Sixti Papæ, quam re 7
gulis suis Cancellarię, qualis est illa de idiomate; tamen non videtur posse negari, quin si Romanus Pontifex dispensauerit, vel si naturales idonei non reperiantur, seu si tollerantia Prouinciæ de extero recipiendo, vel non remouendo detur, possint extranei à Regno similia beneficia obtinere, quod, tam per foros nostros, licet limitatiue, quam etiã in viam iuris, stantibus similibus statutis, passim traditur à Doctoribus, quæ omnia in casu nostro concurrere videntur. Et primo, quia Romanus Pontifex inter alia potissimum videtur animum suum ad gratiam concedendam duxisse; ex eo, quia intellexit Ioannem Vaquerizo conuentum per triginta annos habitasse in diœcesi Turolen. quæ sane ratio de Regnicola perperam diceretur, cum de eo, ex quo præsumitur in sua Prouincia durare, vel præsens esse, aut tale quid non dixisset, aut aliud magis proprium ad sui animum mouendum expressisset, & sic videtur Papa illud attendisse, ad purgandum aliquod vitium incapacitatis, quo vitio non dato, non solet de stilo considerari, nec ex primi illa, triginta, aut aliorum annorũ habitatio, sed sola virtus, & probitas promoti, quæ promotionis causa est secũdum Doctores: ex quo resultat, quod ex quo constitit Papę hunc fuisse alienigenam, censeatur super eius inhabilitate dispensasse in suis literis exe-

cuto-

cutorialibus, quibus eum promoueri ius sic per ordin. Turol. duces, & hoc secundum communem Doctorum opinionem.

Secundo licet non videatur dispensatum per Principem in dubio super incapacitate, quãdo promouet vrgente necessitate incapacem, & inhabilem, sicuti quando nullus idoneus reperitur, tamẽ quia tunc ista promotio est necessaria, non voluntaria, vt Doctores communiter testantur, ista causa citra dispensatio nem sufficiens est ad promouendum ex terum, nec dispensationem requirit, secundum Doctores loquentes in nostro, & similibus statutis, quod in for. de Prælaturis clare statuitur, & licet taxatiue, & certo modo loquatur in beneficijs, non excedẽtibus 50. florennos auri, hæc tamen restrinctio, & limitatio, non potest arctare Papam, & eius in beneficialibus plenissimam potestatem, præsertim, ne beneficiorũ cura negligatur, & Ecclesia debitis obsequijs ob retardatio nem prouisionis priuetur, quę causa verificata fuit, sicut & alię omnes coram Ordinario Turolen. vt ipse testatur in suis literis collationis.

Tertio, & vltimo facit, quia quando aliquis inhabilis, & incapax tolleratur in aliquo iure, seu beneficio per Principem superiorem, seu illos, qui possunt de eo conqueri, videtur tacite dispensatus, secundum Doctores omnes, sed hic Vicarius possedit per 14. annos Vicariam pacifice, scientibus, imo authorizãtibus Romano Pontifice, & suo Episcopo, & tota sua diœcesi; item etiam Archiepiscopo Cæsaraugustano, per quos videtur in notitiam omnium deuenisse, videtur igitur, considerata tanta tempo ris antiquitate, qualitate beneficiati, & omnium, qui eum sustinuerunt, dispensatum cum eo, alias non eum illi dimisissent, si non dispensatum intellexissent; sed ne amplius rationibus, & fundamentis vexemur, nullus inficiabitur hunc ex terum iuuari, regu. de triennali possesso re, nam si bastardus, & illegitimus possessor, non minus incapax ob illud vitiũ, imo magis, quam hic, defenditur in sua possessione, quia regula illa ius excipiẽdi, & se defendendi tribuit, quod & excommunicato non denegatur, videtur itidem dicẽdum in casu nostro, cum iste per tantum tempus cum titulo plusquã colorato, possederit, quod forte aliud esset, si non ageretur de defendendo beneficio, sed de illo assequendo, de quo regula non curat, quę bastardos illegitimos, & incapaces, seu alias inhabiles possessores tuetur, propter generalitatem, & alia quæ DD. in eius explicatione tradunt, & ex alijs causis, &c.

DECISIO C.LXVIII.
Compromissum.

SVMMARIVM.

TVtores, & curatores non possunt compromittere sine directo, super rebus minorũ quas non possunt alienare. nu. 1. & 6.

Neque super iuribus, etiam si de eis dubium ius sit, vt num. 2. super mobilibus autem rebus, si ius illorum sit obscurum, vel difficilis illarũ prosecutio, poterunt, vt n. 3.

Tutor, quando rem non alienat, sed potius detinet, poterit dare pretiũ per viam transactionis. num. 4.

Tutor & pupillus solus, potest remittere fideicommissum reciprocum. nu. 5.

Pupillus tutore auctore compromittere potest super iuribus, quando obscura sunt, & dubia, alias non. num. 7.

Tutor si generaliter compromittat, cum possit quasdam res alienare, quasdam vero non, an videatur in totum compromissum, vt indiuiduum, & valere resoluitur, quo ad ea quę potuit. num. 8. & 9.

Bart. in l. quid tamen, ff. de arbitris explicatur. num. 10.

Tutor, & minor, quando simul, vel

Z 4

vel de per se possunt bona alienare, & quæ bona sine decreto, traditur remissiue. num.11.

Contractus cū minore celebratus claudicare non potest, nisi minor maior factus contractum ratificet, vt num.12.& 13.

Decisio ponitur Curiæ Domini Iustitiæ Aragonum.num.14.

Compromissum gestum cum tutore, aut pupillo, in casu prohibito, est nullū à principio, licet ex post facto sit lucrosum pupillo. num.15.

Compromissum nullum à principio, si ratificatur, valet in vim pacti. num.16.



1 TVTOR & curator non possunt compromittere † sine decreto regulariter super rebus, quas non possunt alienare, quia per cōpromissum potest sequi alienatio, ab hac regula nemo discrepat, sed omnes eam tenent, quotquot sunt DD. & respectu bonorū sedentium, & actionum pro illis compe-
2 tentium absquè dubio procedit sine limitatione aliqua, vt etiam † si de eis dubium ius sit, adhuc tutor nō potest compromittere, nec transigere; Castrens. in l.præses, C.de transaction. Bald. in l.r.c.si aduers. transf. Bolog. consil. 6. sed super alijs rebus mobilibus, nec etiam poterit compromittere, quia non potest ea alienare, sed poterit super eis, & super iuri-
3 bus eorum, si sint obscura, & difficilis † est illorum persecutio, compromittere, & transigere, l.interdum, l. si de pignore, ff.de furt. l.præses, C.de transactioni. vbi DD. Bart. quęst. 47. vbi latè Abb. consi.39.& in cap.cum tempore de arbit. quia tunc non censetur donare, sed consulere pupillo, sic DD. in locis supradictis, poterit etiam tutor, quando rē non
4 alienat, sed potius detinet, dare † pretium per viam trāsactionis, Abb. vbi sup.
5 Bart. in l.nulli, ff. de transactionib. & in simili tutor, & solus pupillus † potest remittere fideicommissum reciprocum, l. in fideicommisso, C.de transact. quia nō dicitur alienare, nec lędi, cum potius detineat, in omnibus his ergo casibus poterit compromittere sine decreto, intelligendo, quod iura sunt obscura pupilli,
6 aliàs autem nō † posset compromittere, & superior magistratus de hoc cognosceret, iuxta l.præses, C.de trāsaction. veluti si tutor consentiret in compromisso, quod posit arbiter dare, & auferre, quia nō habet talem potestatem tutor, nec iudex, Carol. Ruin. conf. 129. in 3. quia esset dilapidator, l. contra iuris, §.fi. de pact. l. Imperatores eodem: Nisi quādo iura sunt obscura, dictis locis, in hoc Regno quotidie compromittitur, & dātur sententię validæ, quod est notatu dinum, sic intellige, l.pupillus, ff. de arbit.
7 † vt scilicet pupillus possit auctore tutore compromittere, quando dubia sunt, & obscura, secus alias, l.minor 25. annis, § minores, ff. de minorib. vel dic, vt per Bart. vbi supr. & quæ posit facere minor: vide in dictis locis.

Sed quid si tutor compromitteret generaliter, & sic cōprehenderet res, quas posset, vt dictum est, alienare, & in quibus valeret compromissum, & etiā alias in quibus nō valet compromissum, num-
8 quid vitiabitur † in totum compromissum, vt indiuiduum, an valebit quoad quædam, & quoad alia non, dic, quod valebit quoad ea, in quibus potuit † compromittere, licet non quoad alia, tunc non est indiuiduum cōpromissum, cap. cum tempore, vbi Abb.de arbit. Blan.de compromissis, ver. tutor, vers. facit pro hoc, & licet dicat Bart. in l. quid tamen, & in l. de rebus de arbitris, quod si compromittitur super omnibus rebus, vel cōtrouersijs, super omnibus debet ferri sententia, alias non valebit, licet sint res di-
9 uiduæ, responde † Bartolum loqui in his, quæ sunt in potestate compromittentium, in quibus possunt partes facere compromissum indiuiduum, compromitten-

mittendo super omnibus in genere, in casibus per eum ibi traditis, secus vero quãdo aliqua non possunt compromitti, & aliqua sic, nam valebit quoad vna, & non quoad alia.

11 Et quando minor, & tutor † simul, vel de per se possunt alienare bona, & quæ bona sine decreto, Ruin. dict. consil. 129. in 5. vbi dicit, quod contractus ce-

12 lebratus cum minore † non potest claudicare, & sic si non valet sententia contra minorem, non valebit etiam contra alium maiorem, cum eo contrahentem,

13 nisi pupillus ratificet compromissum †, vel contractum factus maior, vel minor cum debita solemnitate, alias non valebit obligatio, etiam quoad maiorem, (de quo multum dubito) supradicta omnia, excepta ista parenthesi, fuerunt habita pro veris, in quibusdam firmis Ioannis

14 Baptistę de Negro, † quorum aliquę fuerunt reuocatæ, aliæ denegatæ propter superiora, vide in processibus Ioannis Baptistę de negro super iurisfirma, Anno 1595. mense Iunij, seu Iulij, in Curia Iustitia Aragonum.

Quando autem tutor, aut pupillus cũ

15 eo non possunt compromittere, † tunc eo ipso cõpromissum est nullum à principio, licet ex post facto esset lucrosum pupillo, quia non consideratur ille euentus, sed principium, quod ego puto verum ex Ruin. vbi supra, Deci. consil. credo quod 19. vbi late, licet videatur contrarium, ex §. 1. de authoritat. tuto. instit. vbi spectatur euentus, quia in fauorem pupilli, in lucrosis valet, non vero in dãnis cogita.

16 Compromissum nullum, si † ratificatur, valet in vim pacti, Paris. consilio 24. Bartol. Socin consil. 39. apud quos multa de ratihabitione, vide glos. in l. 2. C. communia vtriusque iudicij.

DECISIO CLXIX.

Creditor, cui pignus traditur, qua culpa teneatur, & cuius periculo pignus pereat.

SVMMARIVM.

Creditor pro pignore ab eo accepto solum tenetur leuissima culpa, & res pignorata perit periculo debitoris, nisi interueniente leui culpa, aut lata creditoris. num. 1.

Creditor non tenetur ponere maiorem curam in custodiendo pignore, quam adhibet in alijs proprijs bonis. num. 2.

Expẽsas factas in recuperatione rei pignoratę furto substractæ creditor potest recuperare, & bene factæ fuisse censentur. num. 3.

Creditor si in custodiendo pignore, furto substracto, fecit quod quilibet diligens pater familias facit in custodia suarum rerũ, non tenetur ad restitutionem pignoris. numero 4.

Creditor de leui culpa pro custodienda re in pignus recepta non tenetur. num. 5.

Loci congruitas pro custodiẽdo pignore omnem culpam excludit. num. 6.

Bona fides omnem culpam excludit. num. 7.

Creditor excussatur à restitutione pignoris commitendo pignus receptum fideli famulo, & cui etiam omnia bona committit. num. 8.

Creditor res magnæ quantitatis in pignus acceptas tenetur committere personę graui, alias si furto substrahatur, non solum incidit in leuissimam culpam, sed etiam in latam. num. 9.

Testi

Testi vno tantum, si deponat de proprio facto, & sit probatę legalitatis, & fidei an sit credendũ, si non adsit aliquo adminiculo protessali corroboratus. num. 10.

Iuramentum suppletorium non deffertur cum agitur de magna quantitate: contrarium fuit decissum. vt num. 11.

Creditor pro recuperando pignore substracto non debet magnos sumptus facere inconsulto domino pignoris, nec possunt peti tales sumptus num. 12.

Sumptus facti in recuperatione pignoris furto substracti an peti possint in processu per venditorẽ eiusdem pignoris, vel an sint petendi in processu ordinario. nu. 13.

Actio pignoratitia expensas ipsas cõprehendit. num. 14.



IN Processu Petri Ramiro super venditionẽ pignoris in Scribania de Escartin in Regia Audientia: iste Petrus quędam bona ab Illustris. Comitissa de Morata D. Antonia de Arellano in pignus recepit, & signanter rem auream valentem plusquam 400. ducatorum, & custodiẽdo illum in optimis scriniis, ac sub fortissimis clauibus, famulus quidam rem auream furto subtraxit, & in Regnum Franciæ viam parauit, post modum in Ciuitate Tolosana industria dicti Petri fuit captus, & ibi furca suspẽsus, ac demum res fuit recuperata per dictum Petrum, & fuit ductus in hanc Ciuitatem, mortuisque dicta Comitissa, ac Don Michaele de Luna eius marito Comite de Morata. Domna Anna de Luna eorum filia, volens pignus recuperare, illum à Petro Ramiro recuperare intendebat, Petrus tamen qui quantitatem pro eo in pignore dederat 300. ducatorum, aut forsam maiorem, incepit dictũ processum super venditione pignoris, in quo petebat, non solum quantitatem sibi in pignore receptam tradi, & liberari, verum etiam illam, quam pro repertione pignoris fecerat, ac etiam illam quam in puniendo delinquentem emisserat, ac in capiendo illum, in quibus scilicet in his vltimis videtur, quod ille, qui in pignus dedit rem, non teneatur illas soluere, quia res eius non augetur, nec aliquod interesse habet, quoad alias autem est maxime considerationis punctus hic, quia si Petrus rem detinebat reconditam in optimis scriniis, certæ absq; dubio videbatur dicendum, quod teneretur non solum quantitatem sub pignore receptam, verum expensas in recuperatione rei factas recuperare, si enim rẽ detinebat vti optimus, & diligens pater familias, certè ad recuperationem earũ ius sibi videbatur competere.

Et in primis fuit dictum pro P. creditorem, rem in pignus accipientem, solum
1 † teneri de leuissima culpa, l. contractus, de regul. iur. & res pignorata periit periculo debitoris, nisi interueniente leui culpa, aut lata creditoris, l. si creditor, l. pignus, l. quæ fortuitis, l. si nulla culpa, de pignor. cum autem Petrus Ramiro rem detineret bene ac rectè custoditam, ac vbi detinebat, quam plura alia bona, margaritas, ac diuersas quantitates, auri, & argenti, certè videtur quod ipse non tenebatur maiorem curam po-
2 nere in custodiendo † dictum pignus, quam in aliis propriis eius bonis, maioris estimationis custodiendis, l. contigitur. ff. de pignor. action. Bartol. D. D. in l. si. C. locat. & conduc. Bertaz. consil. 70. in criminalibus, Bursat. in propriis terminis, consil. 196. & 197. Ex quibus deducitur
3 Petrum bene ac vtiliter † fecisse expensas prędictas pro recuperatione rei pignoratæ, ad not. per tex. ibi, in l. si necessarias. ff. de pig. ac. vbi glos. verbo pecuniã, pro cuius rei decissione considero, quod dicit Mathe. de afflict. in cap. 1. §. & bona comitentium, num. 119. cum sequen. quę sint regal. in vsi. feud. vbi dicit, q. si confiscatis bonis alicuius, prout his, quod in Regno Franciæ, Torques fuit per Curiã Tolosa-

Tolossanam, aut Regium Tolossanum
Fiscum confiscatus, cum fiscus teneatur
satisfacere creditoribus delinquentis,
querit vtrum posit ante omnia deduce-
re expensas, quas fecit in capiendo de-
linquentem, in recuperando eius bona
quasi prædictæ expense minuant dictum
debitũ?& concludit quod sic, quia dictæ
expensæ factæ fuerunt pro vtilitate cre-
ditorum, ad quod decidẽdum mouetur
ex dicto Bartò. in l. falsus, §. qui alienum.
ff. de furtis, prope fin. licet oppositum te-
nuerit Gig. de crimin. lesse Maiest. quę-
stione 12.

Vlterius considero pro intentione di-
cti Petri: quod supposito, quod ipse fecit
4 in custodia dicti pignoris † id, quod qui
libet diligens pater familias, certè non
tenebatur ad restitutionẽ pignoris fur-
to substracti, prout ad excussationem
creditoris in proprijs terminis concludit
Cephal. consil. 640. num. 36. volu. 5. & ita
in eisdem terminis concludunt Bald. Sa-
licet. Barbac. & alij relati à Cephal. dicto
5 num. 36. creditor † enim de leui culpa
pro custodienda re in pignus recepta nõ
tenetur, Cephal. vbi supra. num. 18. Hæc
6 enim congruitas † loci pro pignore cu-
stodiendo, omnem culpam excludit, vt
dicebat pulchre Anchar. consil. 149. n. 3.
Et ita videtur, quod cum Petrus rem ha-
beret, optime ac diligenter custodiam,
is enim Petrus de aliqua culpa etiam le-
uissima non tenebatur: erat enim Petrus
7 in bona fide, quę bona fides † omnem
culpam excludit, Cephal. vbi supr. nu. 19.
& 30. Mar. Iun. consil. 256 ex num. 9. cum
sequent. volum. 3. Deci. consil. 473. nu. 11.
volu. 2.

Quod etiam augetur considerando,
quod Petrus commissit dictum pignus
8 fideli famulo † .S. amitę, cui omnia eius
bona maioris stimationis commitebat,
putabat enim eam amittam seu famulã
fuisse, & esse idoneam, & tutam, l. argen-
tum ff. commod. Ange. in §. sed istę qui-
dem. num. num. 7. vbi. Gomez. num. 32.
institu. de actio. Palac. Rube. in Repet. c.
per vestras. §. 11. num. 9. & 10. Tiraq. de
pen. temp. caus. 51. nu. 58. omnino, Alex.
ad Bart. in d. l. argentũ ff. commod. tex.
& nota. in §. Item is cui. Institu. quib.
mod. re contrahitur oblig. Cagnol. in l.
contractus. num. 31. ff. de regul. iur.

Ex his ergo videbatur cõcludendum
pro intentione d. Petri Ramiro, qui cum
homo probus, & legalis existat, nõ sane
erat credendum eumdem committere
voluisse delictum, cõmittendo rem pig-
noratam eius famulæ seu amittę, quam
Cassera vulgus appellat: ea enim erat
mulier bonæ indolis, & probatę vitę, &
certè, si torques fuisset amissus, bene ex
cussarem dictum Petrum à solutione ve
ri valoris eiusdem torquis, verum á recu
perando expensas factas in eius recupe
ratione maxima versatur dubitatio. Et
sic ex his, & alijs, quæ infra dicam, fuit
conclusum in Regio Senatu prout in-
ferius continetur. Sed pro contraria par
te faciunt; quia Petrus ante dictus vide
tur deffecisse in salutari suo, commissit
enim torquem, ac alias res cuidam mu-
lieri eius amittæ seu famulæ, tenebatur
9 † enim illum commitere personę graui,
erant enim res magnæ stimationis, &
ponderis, ac quantitatis nõ sanè hęc erat
leuissima, sed lata culpa, quia rem tam
magnæ quantitatis non tenebatur cõm-
mitere; quamuis à Bald. defendatur. con
sil. 222. lib. 2. Tiraquel. de pœn. tempor.
caus. fi. numero 58. Oldrad. consilio 92.
Secundo, & si daremus culpam non ex-
titisse dicti Petri, adhuc tamen non ap-
paret legitimè dictum Petrum expen-
disse quantitatem 450. sold. pro recupe-
rando torque; dumtaxat enim adest vnus
testis, videl. Martinus Iñiguez, qui tantũ
deponit de præmissa quantitate, nam li-
10 cet deponat † de proprio facto, cui erat
credendum, Decius 342. numero 2. Spe-
culat. titulo de testibus. §. fin. Paul. & Sa-
lic. in l. si quis decurio 4. oppo. ad l. Cor-
nel. de fals. Paul. in l. quicumq. de seru.
fugit. & consilio 333. & 369. Is enim Mar- 11
tinus deponit de proprio facto, quia ipse
soluit dictam quantitatem quibusdam
Francigenis, est equidem testis probatus
legalita

legalitatis & fidei,cuius depositioni stā-
dum erat. Meno.cassu 99. Mascard.con-
clus.1356.num.51.lib.3. tamen non ex eo
tollit omnem difficultatē, vt eius dicto
sit absolute, & indistincte standum,cum
non reperiatur corroboratū aliquo ad-
miniculo processali.

Tertio,suppositio etiam(absquè veri
prçiudicio)quod suficienter esset proba-
tum saltem cum vno integro teste; ta-
11 men iuramentum † non potest nec est
deferendum dicto Petro, cum agatur
de magna quātitate, quantitas inquam
450. libras absorbet totam causam,&
Torquem; vt sic merito concludendum
sit dictam delationem iuramenti supple-
torij locum non habere.

Vlterius considero, quod tam magni
sumptus non poterant expendi per di-
12 ctum † Petrū, in consulto Domino Tor-
quis, minusquè hæc negotiorum gesto-
rum titulo possunt peti,ad not.per Bart.
in l.falsus §.qui alienum de furt. cuius
doctrina procedit,quādo quis emit mo-
dico prętio; quia tunc vtile negotium
Domini gerit,ita militat Aflict.in cap.1.
§.receptatoribus.n.18.in fin.depac.iurā-
firman; secus vero quādo in magna qua
titate sumptus fecisset, quia tūc tale ne-
gotium nō est vtile Domino rei pigno-
ratæ; & hoc quamuis verosimiliter tales
sumptus esset Dominus facturus,quia li-
cet ipse posset facere dictos sumptus,nō
tam en tertius emens rem pignoratam
iux.glos.inl.si seruos pignoratos, verbo
iam imbutos,de pignor.ac.& ibi Paul.in
num.3.& Angel. Negussan.de pignor.3.
mem. 8.par.num.18. Carrocius de Dep.
1.par.form.5. num. 6. veluti si debitor,
vel dominus rei pignoratæ affectionem
haberet ad rem, vt in occurrenti casu
Bart. in l. filius famil. §. diui num.3.& 4.
de legat.1.

Vltimo fuit dubitatum in cōs. Regio.
13 An huiusmodi sumptus peti possint † in
hoc iuditio, an in iuditio ordinario es-
sent petendi. In quo Petrus Molin.con-
cludit in sua praxi:quod in hoc processu
peti possunt; prout fit in processu su-
marissimo appellitus comandarū; ac
condemnationum censualium; & alia-
rum obligationum guarentigiarum, ex-
pense enim semper in causa principali
peti & recuperari debent. Azeued in l.1.
nu.14.tit.22. lib.4.nouæ recop.Mandos.
cōmis. 29. glos. vers.omnes l.4.cuius ra-
14 tio est;quia pignoratitia † actio expēsas
ipsas comprehendit in re pignorata fa-
ctas. l. si seruos pignoratos,depignorat.
acti.l.si necessarias,eo.tit.Motius de cō-
tract.tit.de pignor.cap. quæ actio detur
in pignore. nu. 13; Sicuti videmus in em
ptore, is enim expensas factas à vendito
re recuperat,quādo non seruat leges vē-
ditionis l.Titius,vers.desūptib⁹ de actio
emp.l.euicta re. de euictio.l.domum C.
de rei vendicat. Garcia de expens. cap.
7.nume.16.& 20.& c.6.n.14. Tandē post
lōgā disputationē fuit cōclusum † in Re
gio consilio,quod dicto Petro Ramiro
15 erat deferendum iuramētum, solum &
dūtaxat super principali prætio rei pig-
noratæ,nō tamen super sumptibus & ex
pensis ab eodem factis, & sustentis,quia
nō apparebat easdē expēsas fecisse ordi
ne & mādato dictę commitissę,nec dicti
Comitis de Morata, nec Domnæ Annæ
de Luna Modernę ac iunioris comitissę
quę domina erat dicti Torquis,& sic di-
ctus Petrus fuit admissus iuxt.Regni ob
seruātiam;quid aut quantum eidē debe
retur super re pignorata, & quoad alia
fuit dictū,supplicata per Ant. Perez Go-
dino locū non habere,quod fuit declara
tum concorditer die 8.Octobris, 1596.

DECISIO C.LXX.

Quando cedens noceat confitendo
cessionario, & an cessionario no-
ceat exceptio, quę cedenti noce-
re potest.

C*Onfessio cedentis non nocet cessiona-
rio.num.1.*

Via

Via præcluditur ei, qui non dedit propositionem, nec cedulam resseruæ, in processu 1 *apprehensionis; non solum in illo processu, sed in alio simili littis pendentiæ. nu. 2.*

Exceptio competens aduersus cedentem non competit aduersus cessionarium; & sic licet cedens non potuerit obtinere, nihilominus tamen obtinebit cessionarius, quod ita fuit sepius declaratum.



ANTONIVS Arano emit à Petro Litago quandam quantitatem pecuniæ, in qua erat obligatus quidam Ludouicus Perez mediante instrumento comandæ, & ipsius vigore & virtute fuerunt apprehensa bona dicti Ludouici Perez; ea tamen bona fuerũt alienata per dictum Ludouicum Perez, in fauorem cuiusdã Mariæ Trosfera eius sororis vterinæ, & in dicta apprehensione opposuit se inter alios quidã Andras Rebollat Maritus dictæ Mariç Troffera, & dictus Antonius de Arano; in discursu tamen causę, ac probationis tempore durante, fuit relictum Iuramento dicti Antonij de Arano, & dicti Petri Litago cedentis, quod dicta comãda fuerat facta in fide, & ad certos fines, 2 qui non dum venerant, & ad vtilitatem dicti Ludouici Perez: dictus Antonius Arano respondit, quod ignorabat prædicta, & remisit se ad instrumentum comandę, & Petrus Litago cedens dixit & respondit, quod quantitas comandæ ab eo vendita in fauorem dicti Antonij de Arano non debebatur, *pero que si acaso por ello, o por aquella confesion le podia venir algun daño, que se remitia a los actos, y carta de encomanda*; hec autem fuerunt relicta iuramento dictorum per vnum ex valitoribus, seu fictis de quibus in processu: & quamuis hec responsio duos poterat habere sensus; tamen vt rem ipsam & negotium viriliter accipiamus, fuit dicta responsio posita in fortiori sensu, videlicet, *que la dicha comanda no se debia.*

Ex quo deducitur illa notabilis in iure dubitatio; numquid confesio † facta à cedenti nocere posit cesionario; & sic, an dicta confesio emissa a dicto Petro Litago cedente nocere possit dicto Antonio de Arano cessionario & emptori dictę comandæ. Et licet in iure controuersum sit, tamen in Regno res est sine dubio, per for. fin. de vsur. ibi. *a su perjuyzio* hec etenim confesio aduersus dictũ Antonium de Arano vires aliquas porrigere minime potuit: quod etiam iuri & rationi consentaneum videtur; decisione Pedemont. 45. Mascard. conclus. 374. Bald. in l. si cum emptore. de pact. Menoch. cas. 473. Aflict. decis. 163. Corne. cons. 139. lib. 3. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. glos. 2. num. 13. & 14. decisione Tolossa. 119. vbi, in specie eius additionator, & iuxta pręmissa fuit resolutum cõcorditer in Regio cons. die 20. Nouembris 1596.

Maior tamen difficultas versatur in hoc processu, in eo; quod post latam sententiam fuit oppositum pro parte d. Andræ Rebollat, videlibet; quod hec bona in alio processu antea erant appręhensa; in qua appræhensione (iuxta decisionẽ fori dictus Petrus Litago non obtulerat propositionem, nec reseruæ cedulam intra quinquaginta dies, & consequenter videbatur, quod in † eo articulo erat ei præclussa via, non solum ad obtinẽdum, sed ad appręhendendum, prout resoluit Portol. in foro *por quanto*, de appræhensionibus ad ea verba, *antes bien en aquel articulo le sea preclusa la via*, cuius fori decisio fuit extensa in eo articulo, hoc est, non solum, in illo processu litis pendentię, sed etiam, in alio simili; itaq; nõ offerenti propositionem prçcluditur via, nõ solum, in eo processu appræhẽsionis, sed in alio simili litis pẽdẽtiæ: antiquitus tamen dicta verba fuerunt intellecta non modo quoad processum litis pendentię, sed quod ille, cuius iura nata erant tempore pręconicationum foralium, non poterat obtinere in articulo litis pendentiæ, firmarum, nec proprietatis.

Iraq;

Itaque vt ad rem redeamus,& casum huius processus decidamus, dico; quod pro parte d. Andreę Rebollat,& Marię Trossera in replicationum cedula fuit dictum;quod Antonius de Arano in hoc articulo non poterat obtinere, quia in alio processu litis pendentię P.Litago cedens non obtulerat propositionem, nec reseruæ cedulam,& tempore præconiorum foralium iam ius eidem competens erat in rerum natura, vt patet ex processu, & ex alio, de quo in pręsenti constat.

Ex quo deducitur, decidendam esse quęstionem: vtrum exceptio competēs
3 † aduersus cedentem competat etiam aduersus cessionarium, taliter, quod sicuti cedens nō potest obtinere,ita,nec habens ius, & causam ab eo, vt sic dicamus, exceptionem hanc aduersus eosdē opponi posse,& an sit personalis,an vero realis?

In qua re inuenio aliquid dixisse Portol.ad Mol.verbo apprehensio in tertio, num.27. in fin. in allegatione processus Ioan.de Lobera,fol.244.colum.1.in princip. & ipsius doctrina, & opinio poterat fundari in quadam antiqua decisione, quę iam in Anno 1530.facta fuerat in Curia Iustitiæ Aragonum,in processu Don Ioan.de Borja super apprehensione loci seu Pardinę de Frulla; vbi,Don Ioan.de Borja fecit apprehendere ad eius instantiam iurisdictionem dicti loci,.post modum lite hac pendente indecissa, dictus Don Ioan. vendidit Petro de Altarriba, (tunc Domino loci de Guerto) dictū locum de Frulla,ante quā essent facta præconia foralia,eisque factis Dominus de Guerto cessionarius obtulit propositionem nō modo super iurisdictione,quā apprehendi fecerat dictus Don Ioan.cedens,sed super ea,& dominio,& alijs Iuribus; fuit dicto Petro de Altarriba oppositum,quod ipse obtinere non poterat super alijs iuribus, nisi dum taxat super eisdemmet,super quibus apprehensio facta fuerat à Don Ioan. nam non poterat transferre Don Ioan. plus iuris quam ipse habebat; sed sic est,quod D. Ioan nō poterat offerre propositionem nisi super eisdem met iuribus, super quibus res erat apprehensa ad eius instantiam,videlicet,super iurisdictone, ergo eodem modo videbatur dicēdum respectu dicti Petri de Altarriba,qui dum taxat cęssionarius erat à d. Don Ioan. Et tandem in hoc processu post lōgas altercationes, & disputationes fuit cōclusū: Quod licet Don Ioan.cedens non poterat offerre propositionem super alijs iuribus, pręter quā in appellitu deductū, tamen, quod P. de Altarriba cæssionarius poterat offerre absq; dubio, & hoc credo quòd fundatur, quia pręconia foralia respiciunt potius personam, quam rem;itaquè,si ego habeo diuersa iura in mea persona, & respectu vnius appræhendo rem vel apprehenditur ad mei instantiam, si aliud ius vendo etiam re appræhensa; meus cęssionarius poterit offerre propositionem super illo iure;quāuis mihi licitum nec permissum esset.

Et iuxta hanc sententiam reperio iudicatum fuisse in Regia Audientia, in processu D.Marianæ de Gueuara super appræhensione in scribania Petri Ludouici Lopez,die 30. Maij 1562. Vbi,D.Mariana cum diuersa iura haberet,respectu vnius iuris, petijt appręhendi quædam loca D.Ludouici de Bardaxi,respectu iuris suę viduitatis;ante prouisionē appellitus d. D. Marianna cęsit alia iura, videlicet, quædam credita ac certas obligationes suæ dotis in faborem D.Annæ de Bardaxi eius filiæ,quę postmodum super dictis iuribus obtullit propositionē; Prętendebatur pro parte. d.D. Ludouici de Bardaxi,quod.D.Anna Maria non poterat offerre propositionem, cum cedens non potuisset obtinere. Tandem præbio examine præcedente, fuit cōclusum:quod dicta D. Anna Maria non modo offerre propositionem poterat, sed etiam obtinere; & ita reportauit victoriam in illo processu.

Ac etiam hoc ipsum reperio iudicatum fuisse die 30. Iunij 1591. in processu Ioan.

Ioan.Clauero, & Petri Arnal, supra apprehensione, in scribania Michaelis Lopez de Quinto; vbi post cæptam apprehensionem Ioan. Clauero cessit certa iura in fauorem Petri; Quærebatur, vtrum Petrus posset obtinere, cum esset apprehendens? fuit deniquè conclusum, quod respectu iurium eidem superuenientiũ poterat obtinere, quod nota. Et finaliter in hoc processu cum Antonio de Arano esset oppositum, quod ipse erat cessionarius dicti Petri Litago, & sic non poterat offerre propositionem in hoc secundo processu; ex eo, quod in anteriori nõ obtulerat propositionem, & habebat iura efficatia in sua persona, & quod eodẽ modo Antonius de Arano, non debebat obtinere, cum iura cessa, & translata in ipsum per venditionem factam in fauorem ipsius per Petrum Litago eodem morbo laborabant in persona cessionarij, sicuti in persona cedentis. Et tãdem post longas disputationes factas ab Aduocatis vtriusque partis fuit die 8. mensis Februarij 1597. concorditer conclusum; quod dicta exceptio non comprehẽdebat personam cessionarij, licet afficeret personam cedentis, & ita intelligitur forus *Por quanto*, de apprehensione⁹; ibi *Antes bien en aquel articulo le sea preclussa la via*, ad quod deciden tũ fuerunt moti. Ex eo, quod dicta verba fori, potius sunt intelligenda de actione personali, quam de reali; itaq; personam respicitunt taliter, quod personæ habenti ius efficaciter in re remanet preclussa via, non tamen ipsi rei: deniquè, hypothecæ non extinguuntur, sed solum personæ interdicitur quod postquam in primo processu intra tempus 50. dierum non obtulerit propositionem, in secundo obtinere non possit: tamen aliæ personæ quę tempore secundæ Apprehensionis ius natum fuerat, post primam, vel saltem elapsis 50. diebus præconiorum foralium, non interdicitur iudicium, & sic offerre propositionem, & obtinere in secunda apprehensione poterit, quia ius efficaciter tũc non habebat, & forus dumtaxat prȩcludit viam habentibus ius efficax in re tantum, & ita ex speciali motiuo fuit decisum in hoc processu Antonij de Arano, quod est notandum pro declaratione dicti fori *Por quanto*, & vide in processu Antonij de Arano super apprehen. in Scrib. Ioan. Scartin in Regia Audientia.

DECISIO. CLXXI.

Quando æquiparentur matrimonium carnale, & spirituale.

SVMMARIVM.

Religio Carmelitarum est capax bonorum. num. 1.

Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale validum est. num. 2.

Verba in hoc Regno non sunt extendenda, sed strictè interpretanda, num. 3.

Legatum relictum sub conditione, eo die debebitur, quo conditio adimpleta fuerit, & non antea, quod ita fuit iudicatũ. num. 4.



CIRIACVS BERDVN ingressus fuit Religionem Carmelitarum, & in ea emissit professionem: cum autem dicta Religio † capax sit bonorum in communi, Bursat. consil. 97. num. 22. Osasc. decis. Pedemõ. 116. petebat Monasterium legatum relictum dicto Ciriaco per Matheum Berdun, cuidam Petro Berdun detentori bonorum dicti Mathæi: hoc tamen legatũ fuit relictũ sub hac verborũ forma: *Si fuere de la Iglesia, siempre que fuere Missacantano, o sino, siempre que tenga edad de veynte y cinco años; o en caso que contragere matrimonio, pues contrayga aquel*

aquel con voluntad de los dichos Pedro Berdun mi hermano, y Pedro Berdun su hijo, o de el otro de ellos; y en caso que muriere antes de ser Missacantano, o tener 25.años, o sin hijos, procreados de legitimo matrimonio, en qualquiere destos casos disponga de 300.sueld. por su alma, de todo el residuo, &c.

Et hanc petitionem Monasterium fundabat in illa conditione, seu alternatiua, *o en caso que contraxere matrimonio, &c.* Nam cum per ingressum Religionis cõtraxerit matrimonium spirituale, & va-
2 lidum sit argumentum † de matrimonio carnali ad spirituale; prętendebat Monasterium illicò legatum post emissam professionem sibi deberi. §.sed, & hoc præsenti, in auth.de Sanctis.Episcop.Socin.in l.mulieri, & Titio. ff.de conditio. & demonf. Couar.lib.1.resol. cap.19.nu.10.versic.sed & si alicui, Mantic.de coniect.lib.11. titulo 18. num.26. & conditio si decesserit sine liberis, censetur adimpleta, & verificata in Monasterio; quod loco filij habetur, dict. authentico de sanctis.Episco. §.sed & hoc præsenti, cap.in pręsentia, de probat. Docto.in auth.nisi rogati.C.ad Trebel.Mantic.lib.11. tit.7. Bursat.dict.consil.97.num.23.& consi.52. num.41.

Sed quamuis de iure ita procedant præmissa, in hac dispositione dicti Mathęi multa consideranda veniunt, maximè in hoc Regno, vbi cum verba pro-
3 priè, & strictè sint † interpretanda, licet validum sit argumentum de matrimonio carnali ad spirituale; tamen vbicũq; adsunt verba denotantia, quod testator sensit de matrimonio carnali, non sanè extendenda erunt ad matrimonium spirituale, Bero. in cap. quoniam, Abbas, nu.65.de offic.delegat.obser.1. de æquo vulnerat, testator enim in supradicta dispositione non cogitauit de matrimonio spirituali, sed de carnali: ergo prædicta extensio fieri non debet.
4 Præterea certum est, quod legatum † debebitur eo die, quo Missam Ciriacus cantauerit, vel die, quo adimpleuerit 25. Annos, fratres isti pacienter obseruent testatorum voluntates, non sanè tam enixe, & ante tempus petant legatum eisdem, siue fratri Ciriaco relictum: nam supposito fundamento, quod in vim matrimonij spiritualis obtinere non possunt certe, absque dubio potest euenire casus in quo legatum non debeatur: nam si Ciriacus moriatur, antequam Missam cantauerit, vel ad impleuerit 25. Annos, absq. dubio legatum tunc, Monasterio non deberetur, cum testator illo casu alternatiuè solum, & dumtaxat de matrimonio carnali cogitauerit. His denique rationibus moti omnes domini de Regio consilio concordes relatore domino a Supremi Consilij dignissimo Consiliario Monter declararunt, dictum legatum (ex pręmisso capite matrimonij spiritualis) non sanè deberi, sed quod Monachi tenebantur implere alias conditiones dicti testatoris, videlicet, quod frater Ciriacus cantauerat Missam, vel quod adimpleuerat dictos 25.annos, quę sanè declaratio fuit iuridica, & facta die 20. Mẽsis Decembr. 1596. In processu euocationis Prioris Monachorum, & Conuent. B.Mariæ del Carmen Ciuitate Cæsaraugustæ, Scri.Losillla, & certè ex processu constabat Ciriacum fuisse ætat 24. Ann.

DECISIO CLXXII.

Delegatus Delegatio.

SVMMARIVM.

REX, *Locumtenens Generalis, & Gubernator, delegare solebant causas appellationum, ante forum, que las causas, de 1528.num.1.*

Appellatio interponitur hodie ad Gubernatorem, solum quando præsides in Regia

gia Audient. in quo solo casu poterat olim delegare.nu.2.

Fiscus ad Dominum Regē appellabat, à sententia lata contro illum in Curia Iustitia Aragonum,non tamen cognoscebat de eo Rex,sed delegabat iudici.nu.3.

Forus,sub tit. que las causas de appellacion,statuit, quod causæ appellationum non delegentur.n.4.

Forus prædictus,loquitur in appellationibus causarum particulariū,& venit correctoriè ad iura antiqua,ideoq; non extenditur ad Dominum Regem.nu.5.

Regem posse hodie delegare appellationum causas, in quibus ipse facit partem, multi censuerunt.nu.6.

Decretum Regiæ Audientiæ circa delegationem causarum.n.7.

Rex non potest delegare appellationem causarum, in quibus ipse fecit partem. numer.8.

Opinio actoris circa delegationem per Dominum Regem faciendam, refertur nu.9.

Rex in prima instantia non potest causas ciuiles,nec criminales committere, sed debent terminari coram ordinarijs.nu.10.

Opinio hęc intelligitur,parte opponente & declinante iurisdit.delegati. nu.11.

Delegati iurisd.per tacitum consensum prorrogatur.n.12.

Delegatio potest fieri per viā cācellariæ, & etiam priuatim ex propria persona per Locumtenentem Generalem.n.13.

Actus delegandi vel subdelegandi nō inducit exercitium iurisd.num.14.

Decretum Curię Iustitię Arag.quod possit fieri electio iuris firmę ad Iustitiam Arago.à sententia delegat.nu.15.

Casus specialis, in quo appellatur a Domino Rege ad Iustitiam Aragon. num.16.



ELEGARE an possit Dominus Rex causas ciuiles,& criminales? distingue inter causam appellationis, & causam principalem, seu primā instantiam modo sequenti: in causa appellationis deleganda dic; quod † ante forum 1518.& sic ante forum, *que las cau-*
1 *sas de apelacion*, &c. Tam Dominus Rex Locumtenens Generalis, Dominus Gubernator,Regens Gubernationem,delegare poterant,& solebant omnes causas appellationum,quæ ad eos interponebātur;nam etiam Regens officium Gubertionis habebat Curiam generalem separatam ab alijs, vt per Bardaxi in tit. de officio Regentis officium Gubernationis:postea vero hæc Curia fuit ei sublata,vt per Bardaxi vbi sup. ; & solū † quādo præsidet in Regia Audientia appella-
2 tur ad eum,& sic, in solo hoc casu poterat ante forum. 1518. delegare causas appellationum,à pari passu cum Locumtenente Generali,secundum Bardaxi,in dicto foro, *que las causas de apelacion*, &c. Et hoc non solum erat in appellationibus particularium personarum, & aliorū,sed etiam in appellationibus causarū Domini Regis, nam si † à sententia lata contra Regem in Curia Iustitię Ara-
3 gonum,in causa, quę non poterat alibi tractari, appellabat Fiscus ad Dominū Regem,non cognoscebat de ea Rex vti suspectus, se delegabat iudicem qui de ea cognosceret,obseruantia. Item in omnibus,de priuileg.militum,obseruantia pænult. interpret, qualiter & in quibus,Molin. Pleban. ver. appellatio. ver. appellari potest de foro,Bardaxi,in rub. de offici.Iustitiæ.Arag.n.5. ver. quędam sunt causæ, & in foro, *que las causas de apelacion*; Postea † superuenit dictus forum, *que las causas de apelacion*; qui sta-
4 tuit; quod de cætero istæ causę appel-

lationum causarum particularium per-
sonarum non delegentur seu committã
tur amplius; & licet hic forus loquatur
in huiusmodi causis, tamen debet intel-
ligi generaliter, secundum Bardaxi, ibi-
dem, & Pleban. vbi supra, sed hic forus
secundum aliquos loquitur generaliter,
& non videtur derogare, & corrigere
obseruantias supradictas, loquẽtes in cã
su speciali appellationum causarum Do
mini Regis, vt sentit Apostilla ad dictũ
5 forum; tum ex eo, quia cum † dictus fo-
rus loquatur in appellationibus causa-
rum particularium, & veniat correcto-
riè ad iura antiqua, non videtur extendi
ad Dominum Regem (Sed hoc nõ mul-
tum concludit, quia ille forus secũdum
Bardaxi, & Pleban. vbi supra, licet loqua
tur in his causis, tamẽ debet generaliter
extendi, & sic comprehendit delegatio-
nes à Gubernatore faciendas,) & ex hoc
6 dixerunt multi, etiam † hodie posse Do-
minum Regem delegare appellationũ
causas, in quibus ipse fecit partem, & sic
7 fuit determinatum † in Regia Audien-
tia, in quadã causa; verum facta electio-
ne iuris firmę, contrarium fuit determi-
natum, in Curia Iustitiæ Aragonum in
eadem causa, & alia simili: vide Bardaxi,
in locis supradictis; & Pleban. in verbo
appellatio, qui dictum forum, *qui los cau-
sas*, de appellationibus, intelligunt gene-
8 raliter, & sic ego credo, quod † hodie
Dominus Rex non poterit salua sua cle-
mentia delegare appellationem causa-
rum, in quibus ipse fecit partẽ, sicut nec
alias, & hoc siue ex eo, quod dictus fo-
rus comprehendat causas Fiscales, vt ibi
sentit Bardaxi; siue ex ea ratione, quia
scilicet dictę obseruãtiæ, quæ dant facul
tatẽ Regi delegandi suas appellationes,
& alias, factæ sunt in fauorẽ Regis & par
ticularium, & sic eis inuitis non possunt
fieri, sed sic eis tacentibus, secundum
Bardaxi, & Plebã. vbi supra; ex qualibet
9 ergo † ratione determinatũ est, nõ posse
Regem partibus cõtradicentibus in suis
causis delegare iudicem, & hoc mihi
placet, & est de mente fororum.

10 In prima † vero instantia etiam non
potest Rex causas ciuiles, nec crimina-
les committere alicui, sed debent termi
nari corã iudicibus ordinarijs, foro pri-
mo, de commissioni, & rescript. foro pri-
mo, de officio delegat. foro primo, de ad
iunct. Molin. verbo delegatus, vbi Ple-
ban. idem Pleban. in verbo Rex, num.
79. & in verbo, Primogenitus, quod in-
11 tellige † vt supra dixi, in casu præcedẽti
parte opponente, & declinante iurisdi-
ctionem delegati, & dicente velle, quod
causa prossequatur coram iudice or-
dinario, quia nemo debet extrahi à iu-
dice ordinario, per priuilegium ge-
nerale; secus autem si pars taceret, nam
12 per tacitum † cõsensum prorrogare-
tur delegati iurisdictio, & valeret iudi-
cium delegati, sic declarat Porro. in ver.
delegatus, Bardaxi in foro primo, de
commissio. & rescrip. & in verb. Rex. nu.
79.

13 Delegatio † potest fieri per viam can
cellariæ, & etiã priuatim ex propria per
sona per Locumtenẽtem generalem, in
tellige in casu, quo potest fieri, scilicet
parte tacente, vel non opponente: est ra-
14 tio; quia † actus delegãdi, vel subdelegã
di non induit exercitium iurisdictionis,
quia delegans non vtitur iurisdictione
contentiosa, sed voluntaria, & actus de-
legandi extra iudicialis dicitur, notatur
in cap. Pastoralis, de rescrip. Cardin. in c.
quamuis, de offi. delegat. in 6. Abb. in d.
c. Pastoralis §. quoniam, de rescript. Ioan
nes de Sancto Seuerino in l. more. num.
42. ff. de iurisdict. omnium iudi, & post
eum Dominus Morter, in rub. ff. de of-
fici. eius. nume. 3. & 4. & si Rex delegat
causam principalem de cõsensu partiũ,
quod potest vt dixi, an à sententia talis
delegati possit fieri electio iuris firmæ,
15 ad Iustitiam Aragonum? vide † in pro-
cessu Thomæ Fort super iuris firma die
26. Augusti. anno 1600. vbi fuit decla-
ratum, quod sic, non vero ad Regiam
Audientiam poterit appellari, nec ad
Curiam Iustitiæ Aragonum, sed so-
lum fieri electio iuris firmæ ad hanc
curiam,

curiam, quia à Domino Rege ad Iustitiam solum datur electio firmę, non appellatio, vide ad hoc for. *statuimus, & ordinamus de voluntad de la Corte*, de firm. iuram. vide tamen † casum specialem, in
16 quo appellatur à Domino Rege ad Iustitiam Aragonum, in declarat. priuileg. generalis §. *item como los Iudges, &c.* hęc omnia in supra dicto processu fuerũt discursa, & habita pro constantibus.

DECISIO C.LXXIII.
Ad exibendum.

SVMMARIVM.

Exhibitio instrumentorũ, facienda est cuilibet, & a quolibet indistincte, nisi petatur ab actore contra reum ad fundandam actionem actoris, vt nu. 1. & 2.

Exhibitio instrumentorum in causis Fiscalibus in omni casu facienda est. n. 3.

Exhiberi si petatur scriptura, de qua fuit facta mentio in iuditio, & non exhibeatur, quid requiratur ad hoc, vt iudex declaret non se posse iuuari de illa. n. 4.

Productam si quis non facit, an statim iudex habebit producta pro non productis, ob solam contumatiã procuratoris, an vero requiratur pignoratio principalis: & varie practicatũ traditur. n. 5. & 6.

Contumacia sola citati ad domum non sufficit, ad hoc vt contra eum procedatur, nisi & pignoratio subsequatur, limita, vt nu. 7. 8. & 9.

Practica tamen obseruat, quod ad maiorem cautellam, quod aduersarius petat vt pignoretur principalis, in non offerendo contradictorium, &c. nu. 10.

Pignorato principali, iudex habet producta pro non productis, & oblatum pro non oblato, & practicatur ita, licet non sit praecisse necessarium. n. 11.

Pignoratio solum desideratur in citatione inchoatiua causae, non in incidentibus; & idem seruatur in Curia Ecclesiastica, vt num. 12. & 13.

Pignoratio facta ad valuas alicuius Ecclesię, vel portę ciuitatis de consensu procuratoris, sufficit quoad omnia. nu. 14.

Exhiberi si petatur scriptura de qua est facta mentio in iudicio, quid sit tunc faciendũ; resoluitur sub distinctione, vt n. 15. & 16.

Procurator, si postquam est ei intimatum quod exhibeat, renunciat procurationi, an tunc debeat eius principalis pignorari, ad declarandum non se posse iuuare: examinatur. num. 17.

Decisio Curię Domini Iustitiae Aragonum ad propositum refertur. num. 18.

Instrumentum debet originaliter exhiberi in iudicio, si petatur. num. 19.



MATERIAM exhibendi, seu edendi instrumẽta quæcũq; in iudicio, si a parte cõtraria hoc petatur, pete à Garcia de nobilitate glos. 2. §. 1. vbi
1 late, & fac regulam, quod exhibitio † instrumentorum est facienda cuilibet, & a quolibet indistincte, probato primitus talia instrumenta fuisse saltẽ præsumptiue apud illum, à quo petuntur, hoc ex-
2 cepto, si petatur † ab actore contra reũ ad fundandam actionem ex instrumento, quod omnino reo competat, nihilq; pertineat ad actorem; nam tunc non est
3 facienda. numero. 18. nisi essemus in causis fisci, † vbi in omni casu est facienda. numero 25. Et quod hęc materia sit arbitraria. numer. 23. & numero. 30. & in sequentibus numeris, quando filius, & successor teneantur edere instrumenta,

ta, quę erant pœnes patrem.

4 Si petatur exhiberi aliqua † scriptura de qua fuit facta mentio in iudicio, & non exhibeatur, quid requiratur ad hoc vt Iudex declaret nō se posse iuuare de

5 ea, vel si quis non facit productam, † an statim Iudex habeat producta pro nō productis, vel si non dat contradictoriū, an illico Iudex habebit oblatum pro nō oblato, ob solam contumaciam Procuratoris, an vero requiratur quod pignoretur eius principalis, aduerte sequentia.

6 Circa hoc variè obseruatur † apud tribunalia, nam aliquando pignoratur principalis, aliquando non, & vix datur certus stilus: tamen ex frequentiori vsu et magis conformi iuri, & foris, eliciuntur conclusiones sequentes. Nam aut agitur de inchoanda aliqua causa, & tunc sola

7 contumacia † citati ad domum, non sufficit ad hoc, vt contra eum procedatur in causa, tanquam contra cōtumacem, nisi prius post citationem ad domum, pignoretur, & reportetur pignus in iudicio, for. 1. de in ius vocando, vbi Bardaxi; &

8 for. 1. de contumatia. Aut vero † agitur de aliquo incidenti, & est distinguendum; nam si petitur oblatum pro non oblato, in non dando contradictorium, vel producta pro non productis, in non faciendo productam, vel non publicando, vel non faciendo cum constet & fidem de allegatis; tunc, si postquam est intimatum Procuratori, non facit productam, nec det cōtradictorium, nec publicat, neque facit suum cum cōstet,

9 potest Iudex declarare illud, absque † eo, quod pignoretur eius principalis, & sic multoties practicatur, & est rationi consonum, nam sat est intimare Procuratori, vt censeatur intimatum principali, cum stet per eū, & possit perdere causam, & se separare in Regno à causa, & imputet sibi, qui talem Procuratorē elegit, qui fuit negligens, & hoc habent curiales pro verissimo, & ego etiam.

10 Verum tamen est quod ad maiorem satisfactionem † & cautelā, solet aduersarius, qui instat, petere vt pignoretur principalis in non offerendo contradictorium, vel in non publicando, aut non faciendo productam, vel cum constet, & solet mandari pignorari principalis,

11 quo pignorato Iudex habet producta † pro non productis, oblatum pro nō oblato, & hoc licet non sit præcisse necessarium, practicatur tamen de vsu, ad maiorem cautelam, vbi agitur de graui præiudicio, vt in casibus superioribus; at vbi agitur de leui prẹiudicio non solet pignorari, (hoc igitur fit absque necessitate, quia solū in citatione inchoatiua causæ

12 datur † pignoratio, nō in incidētibus, & sic post litem contestatam sufficit citatio ad domum, absque pignoratione, Bardaxi vbi supra Molin. verf. citatio ad domū obseruantia 6 de citatione) & hoc etiam

13 solet seruari in † Curia Ecclesiastica, vbi non sufficit de stilo, & consuetudine intimare Procuratori, sed pignoratur principalis, antequam habeantur producta pro non productis, oblatum pro nō oblato; bene verum est, quod in Curia Ecclesiastica, & etiam in seculari, quando petitur pignorari principalis, solet suus Procurator ad euitandas expensas asignare valuas Ecclesię, vel alicuius portę Ciuita-

14 tis, vt pignorentur † & illa pignoratio sufficit de consensu Procuratoris, & omnia ista fiunt ad maiorem satisfactionem & cautelam, quādo agitur de graui præiudicio, & in leui non solent fieri, & si omittantur vtrobiq; nihil oberit.

15 Si vero petatur exhiberi † scriptura, de qua est facta mentio in iudicio, tunc credo sic distinguendum; quod si scriptura sit pœnes principalem, vel sit verisimile, quod est penes eum, tunc non sufficit intimare Procuratori, quod exhibeat, sed est necesse, quod pignoretur ei[9] principalis, & si non exhibeat, tunc pronuntiat Iudex non se posse iuuare eū de illa scriptura, ita Molin. in verbo, exhibitio, versiculo, exhibere in casibus quibus tenetur, vbi Portol. illud sentit, dum dicit, quod vltra intimationem Procuratoris, debet pignorari ille, in cuius posse est scriptura; & hoc sentit obseruantia

seruantia fin. de fide; instrument; vbi tenetur exhibere ille, qui habet instrumentum, vel est verisimile esse penes eum, & credo quod secus esset; † quan-
16 do cessante hac præsumptione esset scriptura penes procuratorem, vel esset veri simile, esse penes eum; nam tunc credo quod absque eo, quod pignoretur eius principalis, posset iudex in cõtumatiam procuratoris pronuntiare, non se posse iuuare de illa scriptura.

Sed quid si procurator, postquã est ei
17 intimatum, † quod exhibeat, renuntiat procurationi, an tũc debet eius principalis pignorari, ad declarandum nõ se posse iuuare? videbatur quod sic; sed contra rium est tenendũ, nam solũ reputabitur cõtumax principalis absque eo, quod citetur, & eo reputato contumace procedetur cõtra eũ tãquã contra contumacẽ,
18 sic fuit iudicatum in processu † iuratorũ de Cubel super iuris firma Mense Februarij 1598. in curia Iust. Arag. me relatore existente de consilio aliorũ: vbi fuit reuocata sententia, per quã fuerat declaratum nõ se posse iuuare de certis priuilegijs, postquã procurator renũtiauerat procurationi, nã debuerunt prius iurati de Cubel reputari contumaces, & hoc facto, poterat declarari nõ se posse iuuare, ex quo illorum procurator ante renuntiationem habuit assignationem, ad exhibendum illa priuilegia, & hoc cẽsuerũt omnes aduocati vtriusque partis.

Instrumentum debet † originaliter
19 exhiberi in iudicio, si petatur, vide Molin. in verbo instrumentum, vers. instrumẽtum debet originaliter exhiberi, vbi casum de hoc.

DECISIO. CLXXIIII.
Salarium Officialium.

SVMMARIVM.

Officialis pro tẽpore, quo seruiuit, & non commisit culpã, habebit salariũ, secus pro tempore, quo delinquit. num. 1.

Salarium debetur praesidi ob delictum reprobato praeteriti temporis, quo seruiuit. num. 2.


Officialis priuatus per culpã suam perdet totũ legatum, cũ sit indiuiduum. n. 3.

Officialis delinquens circa tributa fisci, & publica, in nõ colligendo, aut ea defraudando, totum salarium perdit, etiam praeteriti temporis. num. 4.

Officialis in loco duorum positus, & vicem duorum gerens, salarium vtriusque officij sumet. num. 5.

Locumtenentes Iustitię Aragonum mortuo Iustitia eius officiũ gerunt, percipiuntque eius salarium. num. 6.

Firma quaedam prouisa locumtenentibus pro conseruanda hac quasi possessione percipiendi salariũ officio Iustitiae Aragonum vaccante, traditur. num. 7.



SALARIVM an debeatur officiali, qui remouetur propter culpã, & delictum suum? dic secundum Bartol. in l. mehia ff. de annuis legat. quod † pro tẽpore, quo seruiuit, & non cõmisit culpã, habebit salariũ, secus pro tẽpore futuro, quo deliquit; intellige secuta priuatione, nam si fuit toleratus, habebit salariũ, licet fuerit culposus, ita Iason vbi sup. Corras. in l. diẽ functo. ff.
2 de offi. Assesor. vbi dicit quod † Prǽsidi ob delictum reprobato salariũ debetur praeteriti temporis, quo seruiuit, & nõ cõmisit culpam, facta laboris & pecunię diuisione, idẽ dicit Iason in l. diẽ functo n. 45. cũ alijs pręcedẽtibus, vbi dicit, quod debet fieri diuisio salarij secũdum tẽpus seruitij, quod in legato non erit, † quia
3 cũ sit indiuiduum, perdetur totum legatũ ab officiali priuato per culpam suam; Idem Puteus de Syndicat. verbo condemnatus. fol. 364. vbi dicit; quod offi-

cialis solùm perdit salarium pro illo tẽpore, quo deliquit, & in versic. Rex con-
4 cessit, nu. 2. verum si † officialis deliquit
circa tributa Fisci, & publica tributa, in
non colligendo, vel defraudando ea, perdit totum salarium, etiam præteriti temporis; sic fuit iudicatum in processu Procuratoris Fiscalis in Curia Iustitiæ Aragonum super appositione pendonum loci de Vrrea contra Gerardum Tricas Commissarium pendonum: quia constabat, quod applicauit pœnas, & Calonias Fisco Comitis de Aranda, cum essent applicandę Fisco Regio, cuius erat tunc iurisdictio omnis per appositionem pendonum: fuerunt etiam, & alia motiua per me præstita in voce, vide in dicto processu Anno 1594.
5 Officialis† positus in loco duorum, vt
sic duorum officialium vicem gerat, cũ assueto salario, vel simpliciter, debet vtriusq. Officij salarium sumere, vt copiose scripsi in tract. de Inhibition. cap. 1. §. 8. num. 8. cum sequentibus, vide Auendan. de exequen. cap. 4. num. 36. Vbi pulchre de hac materia, quia gerit Officiũ, cui salarium est annexum, Paris. de Puteo de Syndicat, verbo salarium, & sic
6 † Locumtenentes Iustitiæ Aragonum,
qui mortuo Iustitia Aragonum gerunt illius officium, percipiunt etiam salariũ illius, vt me existente Locumtenẽte pro mea parte accepi quantitates pro vacante Iustitiatus, in qua gessi officium Iustitię; vide sententiam Diputatorum super hoc latam in suo libro Cameræ Diputationis in Anno 1594. quia id confirmarũt die duodecima Nouembris, & alij Locũtenentes tantundẽ perceperunt, de quo † fuit per me, & collegas prouissa firma die 13. Nouembris. Anni 1594. pro conseruanda hac quasipossesione percipiendi Illud salarium sede vacante, in processu Ioannis Lopez Galuan locumtenentis super iurisfirma, & postea Diputati soluerunt libenter, & sic non fuit præsentataillis, nec alij, &C de hac materia, vide latius in Tractatu meo de Inhibitionib⁹ in cap. 1.

DECISIO C.LXXV.

Regaliæ.

SVMMARIVM.

REX aut supremus Princeps in concessione Castri, Ducatus, aut Comitatus, facta etiam cum omni imperio, & cũ clausula omni iure, nullo reseruato, non censetur transferre Regalia. nu. 1.

Rex duplex ius habere dicitur in Castro, vt dominus specialis, & vtilis illius Castri, aliud tanquam Rex, & dominus directus vniuersaliter. num. 2.

Regalia sunt de iuribus Coronę, illiq; annexa, & inseparabilia, nec sunt in commertio. num. 3.

Regalia licet aliquo modo concedi possint, non tamen veniunt sub quibuscumquè verbis generalibus, nisi specialiter concedãtur. nu. 4.

Regalibus concessis cum omni imperio, & plenissimo iure, siue in proprietate, siue in officium, & administrationem, non conceditur potestas legitimandi, restituendi, faciendi indulgentiam criminis. nu. 5.

Magistratum constituere non est de Regalibus, sed effectus dominij iurisdictionis. num. 6.

Decretum Curię Iustitię Aragonum traditur. n. 7.

1 IN † concessione Castri, Du-
cat⁹, vel Comitat⁹ facta per supremum Principem, etiã cum omni imperio, etiam cum clausula omni iure, quod habeo, nullo reseruato, non veniũt nec transeunt Regalia, nec alia reseruata Regiæ Maiestati in signum supremæ potestatis; sed solum ea, quæ possunt conuenire illi, cui fit concessio, seu cuilibet
2 inferiori, & dño particulari Castri: nã du-
plex † ius habet Rex in Castro, vel re cõcessa; vnũ, vt dominus specialis, & vtilis
ipsius

ipsius Castri, quod forte emptat, & illud censetur transferre; aliud tanquam Rex qui habet dominium directum, & ius Regium vniuersaliter in toto Regno, & de isto iure Regio nihil transfertur, Albericus in l. 1. in fin. ff. de officio eius, & in l. finali, in fine. C. de iuris, omnium Iudicum, Lucas de Penna in l. 1. colu. 2. verbo, vel dicas amplius, de priuilegi schola, & l. 2. colum. 1. verbo, sed pone Rex, de vetera, lib. 12. Codi. ratio est duplex, prima; quia † huiusmodi regalia

3 sunt de iuribus Coronæ, & illi annexa, & inseparabilia, nec sunt in commercio, l. apud Iulianum, § constat. ff. delegat. 1. l. fin. ff. vt in possession. legat. ita quod nõ sunt alienabilia, etiam per ipsum Principem, ex certa scientia, vel motu proprio licero, in capite. 5. § similiter potest, colum. 2. verbo in his functionibus, de capa qui cur. vend. Lucas de Penna, in l. 2. C. de iur. Reipubl. ad finem, lib. 11. l. contra publica, colum. 5. de re milita. lib. 12. & d. a facto alienata reuocantur, Xuarez allegat. 6. & 7.

4 Secunda ratio, quia † licet aliquo modo concedi possent, tamen non veniunt sub quibuscumque verbis generalibus, nisi specialiter concedantur, DD. in cap. vni. quæ sint regal. cap. quoad translationem, de officio delegat. vbi glos. & Do-

5 ctores, & sic † in prædicta concessione Regia, cum omni Imperio, & plenissimo iure, siue in proprietate concedatur, siue in officium & administrationem, vt dignitas proconsulatus, qui sunt Locumtenentes Regis, Gubernatores prouintiarum, non venit potestas legitimandi, restituendi, faciendi indulgentiam criminis, & damnationis, Bald. in l. placet, colum. fin. verbo, secundo quæro. C. de pedan. Iudi. in Regno secus, quia tales sunt alter. nos, & cum hac clausula creantur.

6 Magistratum constituere, non est de Regalibus, sed effectus dominij iurisdictionis, dominus enim illius creat magistratus, sed secundum Roman. consilio 241. Castren. consil. 63. volum. 1. si in concessione exprimantur aliqua Regalia, deinde subiecta clausula generali, tunc veniunt reliqua Regalia equalia, & minora, sed non maiora expressis, cap. Sedes Apostolica, de rescrip. cap. qui ad agendum, de Procurat. in 6. Clement. nõ potest, co. l. fin. § cui dulcis. ff. de vi. tri. legat. contra Iasson, consil. 45. volum. 1.

7 Et hoc † intellige in concessione temporali, nam in perpetua frustra hoc quæritur, cum prorsus non possint alienari, nisi in filios masculos Regum, per modũ appanagij, vt dicemus in decis. de istis. Id omne fuit per Iudices habitum pro constanti, in processu Procuratoris Fiscalis & Iustitię Iuratorum Villarum de Alcoriza, & aliarum, super Ciuili, in Curia Iusticiæ Aragon. Anno 1603.

DECISIO. CLXXVI.

Procurator.

SVMMARIVM.

Procurator quando nomine proprio, & quando ex contractu per eum celebrato teneatur, deciditur, num. 1.

Procurator constitutus in contractu ad aliquid, non potest per constituentem reuocari, num. 2.

Procurator constitutus in contractu ad confitendum debitum, & ad laudandam sententiam arbitralem, non potest amplius facere in fraudem dñi. n. 3.

Decretum Curiæ Iustitiæ Aragonum traditur, nu. 4.

Salarij arbitri, & Notariorum, non sunt conditiones adimplendę per partes, licet illi habeant actiones cõtra partes ipsas num. 5.

Procurator, † quando nomine proprio, & quando ex contractu per eum celebrato teneatur, licet sit actũ de re principalis, Deci9 consi. 510. vbi alij, Boer. decis. 80. & 276.

Procurator † constitutus in contractu ad aliquid non potest reuocari per constituentem, Rebuf. in præfatione de lite tis obligat. num. 10.

3 Procurator † constitutus in contractu ad confitendum debitum, & ad laudandum sententiam arbitralem, vel aliud simile, non potest amplius aliquid facere in fraudem domini, nec litem ducere, vel quid aliud præiudiciale enarare, siue facere, vide Molin. verbo firma, versic. die decima Aprilis, Anno 1495. fol. 149.

4 Et hoc † fuit iudicatum in processu Petri Hieronymi Villanoua super manifestatione, in Mense Martii 1600. in Curia Iustitiæ Aragonũ, qui petebat liberari per viam priuilegiatam ex hoc capite. Ipse præsentauit Regię Audientiæ firmam (ne verificatis conditionibus cuiusdam sententiæ arbitralis) postea fuit appellitatus in Regia Audiẽtia, & captus vigore sententię arbitralis, dicebat ipse, quod non fuerant verificatæ conditiones sententiæ arbitralis, & sic, quod fuerat captus contra tenorem firmæ ex eo, quia pars, quæ appellitauerat de sententia arbitrali, tenebatur secundum eam incontinenti, habita scientia sententiæ arbitralis, facere certas separationes, & tamen fecerat eas post mensem computandum à die scientię Procuratoris immortalis cõtractus, cui fuerat intimata die, quo fuit prolata: dicebatur per Locumtenentem quod illa notitia erat intelligenda de notitia partium, quibus non fuerat sententia intimata, non vero de notitia Procuratoris, qui solum erat cõstitutus ad laudandam sententiam, non ad aliud, & sic non potuit constituere in mora partem ipsam, & per cõsequens nõ erat ille defectus conditionis, & sic non fuit liberatus per viam priuilegiatam, fuit etiam

5 ibi dictum, quod † salaria arbitri, & notariorum, non erant conditiones adimplendæ per partes, licet illi haberent actiones contra partes ad illud salarium consequendum.

DECISIO C.LXXVII.

Baiulus Generalis Aragoniæ.

SVMMARIVM.

Baiulus Generalis Aragonię an habeat iurisdictionem contra administratores, & arrendatores iurium, vulgo dictorum del peso del Rey declaratur. numero 1.

Rex solus, vel Iustitia Aragonum, debet cognoscere de istis officialibus. nu. 2.

Baiulus Generalis ex sola præscriptione prætendere potest habere iurisdictionem in hos officiales priuatiuè ad alios. numero 3.

Baiulus Generalis potest cognoscere in Criminalibus de delictis arrendatoris iurium vulgo dictorum del Peso del Rey. num. 4.

Almutaçaffus leuare potest calonias, & pœnas contra officiales, qui habent falsas stateras. nu. 5.

1 BAIVLVS Generalis † Aragonum prætendit habere iurisdictionem contra administratores, & arrendatores iurium del Peso del Rey, & contra los Pesadores, & Officiales dicti ministerij priuatiuè contra Almutacaffum Ciuitatis Cæsaraugustę ex consuetudine, & præscriptione. Ex eo primo quia isti dicuntur Officiales, Molin. verbo Inquisitio, licet contrarium prius dixerit in verbo arrendator; verum ex hoc non concludit intentum suum, quia imo

2 † solus Dominus Rex, vel Iustitia Aragonum, & primogenitus, deberent de eis cognoscere obs. Item Iurati, de foro competenti. Et ideo † ex sola præscrip-

3 tione potest hoc prętendere, probando, quod

quod exercuerit iurisdictionem in eos priuatiue ad alios. Circa quod nota, quod Petrus de Abiego obtinuit firmã & inhibitionem contra dictũ Baiulum, vt non procederet contra eum administratorem del peso Real, asserendo, quod nõ erat officialis, & sic non poterat (credo quod) inquiri secundum Molin. verbo arrendator. Tandem fuit reuocata: vide in processu Petri de Abiego super iuris firma anno 1583. in mense Augusti, & fuit reuocata per tradit à Molin. in verbo inquisitio. verum credo, quod illud solum concludit posse Dominum Regem contra omnes inquirere, non verò tangit, an Baiulus possit aliquid facere contra eos, vide per te melius.

4 Verum † postea fuit data alia firma, per quam fuit declaratum, posse Baiulũ priuatiue ad Almutaçafum & Iuratos Cæsaraugustæ, cognoscere in criminalibus de delictis arrendatoris iurium, *del peso del Rey*, in processu Procuratoris Fiscalis, necnon Francisci de Francia arrẽdatoris del peso Real super iuris firma mense Octobris 1597. Fuit etiam fundata in præscriptione: verum non negatur in firma, imò credo, quod fuit dictum in
5 ea, quod † potest Almutaçafus leuare calonias, & pœnas, contra eos officiales, si habent falsas stateras, vel committunt falsitatem in eis.

DECISIO CLXXVIII.

An Princeps possit sine assensu partis remissiones delictorum concedere.

SVMMARIVM.

PVnitio delictorum potius ad Regem, quam ad partes attinet, & similiter remissio pœna imposita Principi ei cõpetit. num. 1.

Locumtenentes generales de consuetudine huius Regni concedunt remissiones. num. 2.

Rex etiam extra Regnum existens concedere potest criminum remissionem. num. 3.

Decisio fori Vnici, de remissionibus, & guidaticis, traditur num. 4.

Rex non recognoscens superiorem remissiones potest concedere. num. 5.

Clamum de manu Domini nostri Regis in Aragonia non habemus, & omnia ad instantiam legitimæ partis fieri debent. num. 6.

Fiscalis Domini nostri Regis non potest ob publicam vtilitatem, & ne delicta remaneant impunita, aliquem accusare. num. 7.

Assensus Domini Regis in remissione criminis non est necessarius, vbi Fiscalis, vel astrictus non est pars ad accusandum, sed solum ad instantiam eius qui accusatur. num. 8.

Accusatus quis de resistentia, Dominus Rex potest tantum ei delictum, vel remissionem concedere. num. 9.

Accusatus de resistentia non potest guidari, nec qui impedit executiones literarum, & prouisionum Iustitiæ Aragonum, aut suorum Locumtenentium. numero. 10.

Pœnas officialium delinquentium incurrunt qui impediunt executiones prouisionum, & inhibitionum Curiæ Iustitiæ Aragonum, & si personæ priuatæ sint. numer. 11.

Accusati in qualitate officialium, & vt custodes domini Regis incidunt in pœnis fori primi, de iuramento præstando, eisdem-

eisdemque remissio nequit concedi, numero. 12.

Singulares vna cū cum officiali accusati, sunt de iurisdictione Iustitiæ Aragonum, ratione mixturæ, num. 13.

Principes etiam de iure non solent concedere remissiones in præiudicium partium. num. 14.

Firma non conceditur in curia Iustitiæ Aragonum in remissione criminis, absque partis assensu. num. 15.

Resistentia committitur, vbicumque quis intimidatur in executione alicuius prouisionis, vt non possit eam exequi, numer. 16.

IN facti quæstione proposita à Domino Locumtenenti generali, scilicet, Duce Alburquerq. an ipse posset concedere guidaticum, aut criminum remissiones, absque partis consensu. Accidit, quod cum plures homines loci de Ambel accusati fuissent à quibusdam Burgiensibus, atque ab alijs vicinis locorū de Aynçon, aut de Añon & à Conuentu de Beruela, & à ciuitate Burgiæ, & fuissent condemnati ad exilium 8. annorum, cum diuersis cominationibus Dictus Vicerex concessit dictæ ſa guidatica, prætendens, quod iuxt. for. vnic. de remissio. & guidat. (solutis expēsis parti damnificatæ) poterat concedere dictas remissiones, & guidatica; & quamuis eis non obstantibus contra cō demnatos fuit petitum fregisse exilium, & incidisse in pœnis cominationum; nihilominus tamen pro bono pacis & iustitiæ fuit resolutum, quod d. Vicerex reuocaret dicta guadatica, & quod partes non instarēt pronuntiationem fractionis exilij pro tunc, quod fuit ita factum.

Post modum elapsis aliquibus mensibus instantibus, ac petentibus dictis hominibus de Ambel S. C. & R. Magestas Domini nostri Regis, rescripsis dicto domino Locumtenenti generali in hoc Regno, quatenus consuleret vtrumque cōsilium ciuile, & criminale, & videret, an in partis præiudicium secuta condēnatione in dictis processibus, possint etiam partibus renuentibus ac reluctantibus concedi dicta guidatica, & remissiones ante dictæ.

Pro cuius rei dilucidatione fuerunt considerata sequentia In primis generalitas dicti fori, Dñs enim noster Rex, & eius Locumtenens generalis, fundatam habet intentionem, quod possunt concedere remissiones, & guidatica solutis expensis; & interesse partibus, puni-
1 tio † etenim delictorum ad Regem potius attinet, quam ad partes, & sic remissio pœnæ impositę Principi competit, glo. communiter recepta in l. 2. vers. concedi, C. de in ius vocando, Paris. consil. 1. numer. 1. lib. 4. Iul. Clar. quæst. 59. ex num. 1. cum seqq.

2 Secundo accedit, quod † de consuetudine, vt dicitur, consueuerunt domini Locumtenentes generales huius Regni concedere tales remissiones, Portol. in ver. accusatio, ante, num. 176.

3 Tertio consideratur pro eadem opinione, quia serenissimus † Dñs Rex etiā extra Regnum existens, potest concedere remissionem criminum, obseruan. de consuetudine Regni, de priuil. general. fol. 33. ergo, &c.

Sed pro contraria parte, quam plura sunt fundamenta nimis vrgentia. Et in
4 primis considero, quod † decisio dicti fori vnici, de remissionibus, & guidati. non fuit vsu recepta, maxim. e post annum 1510. nam cum post constitutionē Procuratoris Astricti iam Domino nostro Regi fuit quæsitum ius in causis criminalibus, cum Astrictus, qui loco fiscalis fuit assumptus, non posit se separare ab accusationibus absque Principis licētia, certe, remissiones parum, aut nihil prosunt; & quamuis hæc ratio videatur parū cōcludens, nihilominus est vrgēs.

Secun-

Secundo, quod licet receptissimum
5 sit, quod Princeps † tales remissiones potest concedere, maxime, qui non recognoscit superiorem, vt in hoc Regno, Iul. Clar. dict. quæst. 59. Paris. dict. cons. 1. num. 1. in quarto : hoc tamen procedit vbicumque publica versaretur vtilitas, aut pro bono pacis: His enim casibus potest Princeps remittere damna, & iniurias singularium personarum, absque earum consensu; quia tunc bonum commune vtilitasque publica præfertur vtilitati priuatorum, & singularum personarum; & potest poni exemplum in eo, qui fuit accusatus a Diputatis Regni, tā quam alienigena, quia vsurpauit iurisdictionem, aut intrauit contra tenorem iuris, aut fori in Regno: quia licet is accusetur, aut existat condemnatus, poterit Princeps ei concedere guidaticum, & remissionem criminum, ad hoc, quod duo Regna, aut duæ Prouinciæ in pace concordentur, aut conformatæ existāt; Decl. cons. 520. num. 5. allegatus à Claro vbi sup. num. 3. & alij ibidem.

Tertio considero, quod † in Arago-
6 nia non habemus clamum de manu Domini nostri Regis, aut domini villæ, quia omnia debent fieri ad partis legitimæ instantiam, obseru. Item per foros, de priuileg. gener. fol. 21. for. vnic. de postul. fol. 45. nec habemus interesse secundarium, sed interesse illius, cuius principaliter interest, aut illius cui illata est iniuria. Ex his colligit noster Molin.
7 verbo clamum, quod † ob publicam vtilitatem, & ne delicta remaneant impunita, Fiscalis nō potest aliquem accusare, vide obser. 4. de homicidio, fol. 26. adeo, quod si accessorie est facta iniuria domino Regi, eius Fiscalis non accusat, obseruan. sed si domino Regi, de priuileg. gener. for. vnic. quod in fact. vsur. licet præmissa regula non nullis subijciatur fallentijs, de quibus Molin. verbo clamum: Et ex hoc descendit illud; quod quotidie videmus; nam † vbicumque
8 Astrictus, vel Fiscalis non est pars ad accusandum, quando agitur de remissione criminis, non requiritur assensus domini nostri Regis, aut illius Locumtenētis generalis, Regentis officium Gubernationis, aut alterius, sed solum illius, ad cuius instantiam fuit accusatus. Accedit etiam illud, quod fuit ponderatū ad for. de remissio. & guidatic. Portol. verbo accusatio, ex num. 138.

Posito tamen (sine veri præiudicio) quod dominus Rex possit tales remissiones concedere; plures tamen sunt casus, in quibus hoc non procedit: Primus est;
9 quando † aliquis accusatur de crimine resistentiæ, for. *Como cerca la punicion*, de homicidio fol. 168. colu. antepenultima; ante med. Secundus est, quando præsentatur inhibitio Iustitiæ Aragon. aut literæ iuris firmæ, quia tunc aduersus non obtemperantes, proceditur tanquam contra officiales delinquentes contra forum, for. *Muy conuenient*, de officio Iustitiæ Aragon. fol. 23. colum. 2. sed sic est;
10 quod ille † qui de resistentia accusatur non potest guidari, nec ille, qui impedit executiones literarum, & prouisionum Iustitiæ Aragonum, aut suorum Locumtenentium, for. fin. de iuramento præstando, ergo guidaticum etiam si concedatur in his casibus, eis non prodest, Portol. vbi sup. numer. 176. Et vt clarius res elucescat, circa forum, *muy conuenient cosa es*, supra allegatum, dico; quod fo-
11 rus ibi dicit, quod † impedientes executiones prouisionum, aut inhibitionum curiæ Iustitiæ Aragon. incurrant pœnas officialium delinquentium, etiam si personæ priuatæ existant: sed sic est, quod forus fin. de iuramento præstando, dicit, quod istis non possit concedi remissio, ergo si concedatur nullius erit roboris, nec momenti. Vnde in casu occurrenti sumus extra dubium, nō enim possunt concedi remissiones nec guidatica, quia isti fuerunt accusati de duobus criminibus, scilicet tanquam fractores inhibitionum Curiæ Iustitiæ Aragonum, & quia non obtemperarunt præsentationes de Tollisortiam: Imo, non obstantibus omnibus prædictis, in præsentis officia-

officialium, & in vilipendium Iustitiæ aliquas decollationes arietum fecerût, ex quo statim fuerunt capti, & ducti ad carceres huius ciuitatis.

12 Item considero, quod † isti fuerunt accusati in qualitate officialium, quia tâ quam custodes (vt ipsi dicebant) Domini Regis faciebant prędictas pignorationes, & calonias; ergo incidunt in pœnas fori 1. de iuram. præstando, & consequẽter eisdem remissio concedi nequit, for. 2. eod. tit.

13 Vlterius considero, quod † si isti essent singulares, cum tamen vna cum officiali, scilicet cum custode, sint accusati, est absq; dubio, quod sunt de iurisdictione Iustitiæ Aragon. ratione mixturæ; ob seruan. de consuetudine Regni, de foro compet. Bart. in l. aut facta, §. fin. nu. 7. de pęn. & nu. 9. & 12. Angel. consl. 165. nu. 2. & tamen singulares, qui simul cum vniuersitate delinquint, est absq; dubio, quod eisdem pęnis subijciuntur: ergo istis tales remissiones concedi non valent.

Ac etiam est obseruatione dignũ in hac materia; quod etiam de iure, vt Clarus sup. fatetur. Principes † non solent

14 concedere tales remissiones in pręiudicium partium, & hoc in illo Ducatu Mediolani habetur & obseruatur, teste Claro sup. licet aliquando totum contrariũ fuerit obseruatum in quibusdam casibus particularibus, quos ibidem recenset; & certe illud factum fuit particulari quadam ratione, quia pars damnifica ea non erat de ditione domini Regis, nec suus vassallus; & erat casus non admodum arduus; & in nostro Regno sæpe visum est; quod † si recurratur ad cu-

15 riam Iustitiæ Aragon. cum remissione, quam, Perdon, vocant, quod nisi ducatur remissio partis, non conceditur talis firma; & ita fuit denegata in processu Laurentij Io. super iuris firma.

Quibus omnibus est addenda decisio for. verum de consultatio. ibi, *Nec valere eis posse quoad dictam captionem guidaticum, nec remissio*: Molin. in verb. resistentia, in principio, & in verb. Rex, & sententia, atque motiua aperte dicunt, quod isti de Ambel fuerunt tanquam resistentes condemnati, ergo, &c.

16 Tum etiam, quia † vbicumque quis intimidatur in executione alicuius prouisionis, vt non possit eam exequi, turbat iurisdictionem, & committit resistẽtiam, Paris. de Put. de sindic. rub. de excess. Baro. cap. 2. & Capi. decis. 130. num. 10. Carrer. in prax. fol. 26. num. 22. & sic, si quis intendit impedire præsentationes iuris firmarum, absque dubio committit resistentiam, quia impedit iurisdictionem iudicis, Menoch. cas. 381. num. 16. quod verbis, & factis committitur, Menoch. de retinend. remed. 3. num. 188. Afflict. decis. 344. Deci. cons. 304. Guid. Papa decis. 487. Vnde, cum dicti de Ambel verbis & factis resisterint, & vt tales condemnati fuerint, non possunt gaudere guidatico, vide Portol. in verb. Rex Aragonum.

Tum etiam, quia forus, *como certa*, de homicidio, abnegat hoc casu potẽtiam guidandi, ergo.

Neque obstat pręetensa consuetudo, quia de ea non constat, prout constare deberet.

Et pro hac opinione videndus Portol. in d. verb. Rex, à num. 290. vsque ad 304. & est dolendum, quod aliqui contrarium pręetendebant exiguo fundamẽto, neque fuit vocatus pro hac consultatione Martinus Mirauete de Blancas Fisci Aduocatus; cum esset proprium eius officij in his interuenire, quia crediderunt, & pro certo tenuerunt hanc nostram opinionem esse secuturum.

Neque etiam fractor apprehensionis potest guidari, for. 22. de apprehensionibus, & ibi Bardax. & vide for. 34. eod. titulo.

Hæc fuerunt tunc resoluta, sed quia ego in hac materia latius scripsi in tractatu inhibitio. cap. 1. §. 5. recurre ibi, vbi habes large.

DECISIO CLXXIX.

Ratificatio,& ratihabitio.

SVMMARIVM.

Laudum & sententia nulla, non possunt ratificari, vt valeant in vim laudi, & sententiæ, sed solum vt valeant in vim pacti. num. 1.

Ratificatio in præiudicium ratificantis trahitur retro, sed non in præiudicium creditoris. num. 2.

Ratificationis expressæ, & tacitæ differentia traditur. num. 3.

Ratificatio tacita non validat hypothecam factam per debitorem de re hæredis, nisi facta fuisset hypotheca nomine hæredis, vel defunctus pro hęrede de rato promisisset, intellige quoad producendam actionem, secus quoad exceptionem, vt nu. 4. & 5. & idem dic, quoad dandam actionem pignoratitiam contrariam ex persona defuncti in hęredem, vt num. 6.

Dominus rei obligatæ, si ratificet obligationem factam de re sua, ita quod eo casu obligatio conualescat quasi à principio, qualiter intelligatur; exponitur. numer. 7.

Ratificare bene potest quis in pręiudicium suum id, quod non fuit gestum nomine suo. num. 8.

Succedens alteri videtur habere ratũ, quod per illum gestum fuerit, & qualiter intelligatur exponitur. num. 9.

Testator rem hæredis legare potest, sicut suam, siue ignoranter, siue scienter, non tamen potest recta via transferre illius dominium in legatarium, nec constituere hypothecam, vt num. 10. & 11.

Testator non potest rem hęredis afficere hypotheca & obligatione. num. 12.

Hęredis aditio non facit reconualescere hypothecam; quę ab initio non valuit. num. 13.

Decisio Curiæ Domini Iustitiæ Aragonum, & Regię Audientię traditur. num. 14.

1 LAVDVM nullũ & † sententia nulla, non possunt ratificari, vt valeant in vim sententiæ, & laudi, sed tantum in vim pacti, Decius cons. 475. & quomodo hoc procedat, vide Barthol. Socin. cõs. 39. & an compromissum possit ante laudum ratificari in omnibus nullitatibus, vide per eos, & per Paris. cons. 224.

2 Ratificatio in præiudicium † ratificãtis solius valet, & trahitur retro, sed non in præiudicium creditoris, cui dominus ante ratificationem obligauit, nam tunc non trahitur retro, Negusan. de pignor. 4. parte principali num. 40. fol. 215.

3 Differentia est inter ratificationem expressam, & tacitam, † quia expressa validat obligationem vsque ad principium, tacita autem, quæ fit per successionem in hæreditate debitoris, non va-
4 lidat hypothecam factam † per debitorem de re hæredis, nisi facta fuisset hypotheca nomine hęredis, vel defunctus pro hęrede de rato promisisset, quod intellige quoad producendam actionem hypothecariam contra bona hæredis, secus quoad † exceptionem; veluti si hæ-
5 res ageret contra creditorem possidentem, quia tunc per successionem bene confirmata esset obligatio ad repellendum hęredem debitoris agentem, ita Bart. in l. rem alienam, vltim. colu. in 2. oppos. 2. partis, de pignor. action. & in l. cum vir, vltima colu. vers. quæro quid con-

conuerso, ff. de vsucapion. & idem dic, quoad dandam actionem pignoratitiam
6 † contrariam descendentem ex persona defuncti in hæredem contra ipsum hæredem per l. à Titio, vbi Bart. ff. de pignorib. ita Alexan. late in l. si hæredis seruus, ff. de legat. 1 Cin. Salicet. Rapha. in l. assiduis, C. qui potior. Imol. & Castrē. in l. si hæredis seruus, Bald. in l. Paulus. 1. lect. de pignor. & est verior, & communior, Negusan. de pignor. 2. membr. 2. part. principal. num. 57. 58.

Et quod dici solet, & concludi, quod
7 si dominus rei obligatæ † ratificet obligationem factam de re sua, obligatio reconualescat, vt à principio, l. si fundus, §. 1. de pignorib. Bart. in l. 1. §. 1. eo. & hoc etiam si obligatio facta fuerit proprio nomine debitoris, & non nomine domini rei: quia licet sit regula, quod quis non possit habere ratum id, quod non est gestum nomine suo, l. si pupilli, §. sed si ego, ff. de negotijs gestis. Tamen illud est verum ad commodum ratificantis, quia scilicet per ratificationem actus non gesti nomine suo quis nō trahitur ad illud negotium, nec acquirit actionem negotiorum gestorum, di-
8 cto §. sed si ego. Sed † quoad præiudicium suum bene potest quis ratificare id, quod non fuit gestum nomine suo Bart. bene in l. 1. §. sed etsi cum quis, ff. de vi, & vi armata.

Totum hoc, quod dictum est, procedit in expressa ratificatione, secus vero dicendum est in tacita, resultante ex aditione hæreditatis; nam illud, quod dicitur, quod quis succedendo alteri vide-
9 tur † habere ratum, quod per illum gestum fuerit, habet locum, & procedit solum in his, quæ defunctus gessit nomine hæredis, vel in quibus pro eo de rato promisit; nam tunc hæres succedendo defuncto videtur illa ratificare, Negusan. de pignor. 2. membro 2. part. principali. num. 54.

Secus autem in alijs casibus, ita Bart.
10 in d. l. rem alienam, nā sicut † testator legando rem hæredis, licet possit legare sicut suam, siue ignoranter, siue scienter, l. vnum ex familia, §. si rem de legat. 2. tamen non potest recta via transferre
11 illius dominium † in legatarium, & auferre hæredi, nec constituere hypothecam, vt supra, Peralta in dict. §. si rem, Negusan. vbi supra, numer. 55. Similiter
12 non potest rem hæredis † afficere hypotheca, & obligatione, pro qua opinione est tex. in l. si Titio, de pignor. & in l. rem alienam. 2. respons. de pignor. actio. vbi si debitor obligauit creditori rem alienam, & postea dominus illius rei efficiatur hæres debitoris, non reconualescit obligatio pignoris, vt ex ea creditor possit agere hypothecaria contra dictū hæredem; sed dabitur ei pignoratitia contraria descendens ex persona defuncti in hæredem secundum veram lecturam, quam sequitur Bartol. in dict. l. si Titio. Vnde non est verum, quod aditio hære-
13 dis † facit reconualescere hypothecam, quæ ab initio non valuit, quod nota contra Peralt. qui aliter sentit allegando aliquos in dict. §. si rem: Hęc fuerunt
14 discusa, & determinata † in processu Ludouici Pallon super manifestatione, in articulo proprietatis, die 10. Septembris 1604. In Regia Audientia, & etiam in curia Iustitiæ Aragon. vidi multoties hęc ita practicari ac decidi.

DECISIO C. LXXX.

Testis vnicus deponens de facto proprio, quam fidem faciat, & de testibus vniuersitatis, & quando fiat commisio ad recipiēdos testes.

SVMMARIVM.

Testi vnico deponenti in facto proprio, & de actu à se gesto, an credatur. num. 1. & 2.

Testi

Testi vnico an credatur iudicis arbitrio relinquitur, num. 1.

Testium recipiendorum commissio, an de iure fieri possit, & in criminalibus? resoluitur quod non, secus in ciuilibus, vt numer. 4. & 5.

Testes de vniuersitate licet in Aragonia non probent pro eadem, fallit tamen in Ciuitate Caesaraugustana, vbi probant pro eadem ex consuetudine, & ratio traditur num. 6. & 7. quam intellige, vt num. 8.



1 VNI testi deponenti de facto proprio, & de actu à se gesto, an credatur? multi dixerunt quod sic, multi quod non: conciliatio est; nam aut tractatur de interesse, & commodo ipsius testis, vel in eo consideratur aliqua causa affectionis, vel qualitatis, diminuens integritatem ipsius testis, vel praeiudicium tertij, & tunc non creditur tali testi; aut non
2 tractatur de interesse, † & commodo ipsius testis, vel alterius praeiudicio, neque consideratur aliqua qualitas in teste, quae diminuat eius integritatem, seu fidelitatē, & tunc tali testi (non concurrentibus alijs coniecturis, siue adminiculis) fides non praestatur, sed bene tali testi huiusmodi casu magis creditur, & eius probatio potentior est, & sic sunt intelligendi, qui dicunt, quod adhibetur ei fides, & in hoc conueniunt Do-
3 ctores, & ideo à iudicis † arbitrio pendet, an credatur tali testi, qui consideratis praedictis, & alijs discernat, an ei sit adhibenda fides, vide Benintendi in decisionibus, conclusione 63. sic vidi multoties practicari, & ideo non curo referre exemplaria.

4 Testium commissio, † an fieri possit de iure, vide Auendaño lib. 1. de exequend. cap. 17. num. 2. vbi habes, quod de iure in causa criminali non fit commissio pro recipiendis testibus, etiam extra Prouinciam, Authent. apud eloquentissimum, C. de fide instrument.
5 quod limita in † ciuilibus, & alijs duodecim modis per eum, Azebedo lib. 3. nouae recopilationis, titul. 6. lib. 28. vbi communem dicit, per Decium, quod in criminalibus committatur examinatio testium extra Prouinciam, Cacherano consil. 64. Bald. consil. 382. in tertio. Ruin. consil. 68. in quinto. Marian. consil. 38.

Testes de vniuersitate non valent in Regno, vt in decisionibus superioribus,
6 praeterquam in Ciuitate Caesaraugustę, vbi valent ex consuetudine, vide in processu Iuratorum, Concilij Ciuitatis Cęsaraugustae super apprehensione de la Mijana, in articulo quadragesimo tertio propositionis, in curia Iustitiae Aragonum, circa annum millesimum quingentesimum nonagesimum sextum, vbi hoc probatur: sed hoc non est speciali fauore Caesaraugustae, sed de iure communi, quia in vniuersitate populosa ad-
7 mittuntur † testes vniuersitatis, quia in eis cessat affectio, propter quam repellebantur in paruis vniuersitatibus, Mascardus conclusione 1416. numer. 11. Menochi. libro secundo, casu centesimo sexto: sed hoc intellige, quando non agitur de de commodo hominum vniuersitatis, quoniam tunc non sunt idonei testes, sed si agitur in causa criminali, in qua etiam testes vniuersitatis non sunt idonei in ciuitate parua, sed in magna sic, Menochi. libro secundo, casu centesimo sexto, Mascard. conclusione 1416. & idem si ciuiliter agatur de proprio, & bursa communi, nam in Ciuitate populosa debent admitti, secus in parua.



DECI-

DECISIO C.LXXXI.

Quando appellatione instrumenti veniat scriptura faciens fidem, & publica.

SVMMARIVM.

INstrumenti appellatione (ad puniendas falsitates) veniunt acta processus, & sic ea falsificans punitur, sicut falsificans instrumenta. num. 1.

Statutum si puniat falsificantem acta iudicij, non comprehendit falsificantem instrumenta. num. 2.

Instrumenti appellatione venit omnis scriptura publica, & etiam priuata faciens fidem, quando in statuto fit simpliciter mentio de instrumento: Secus si loquatur de publico. num. 3.

Scriptura priuata faciens fidem dicitur publica, appellatione tamen instrumenti publici non venit priuata scriptura. numer. 4.

Statuto requirenti probationem instrumentalem, an ei satisfiat, si fiat fides de scriptura priuata fidem faciente: nisi agatur de iure communi corrigendo, quia tunc nullo modo satisfit, nisi cum instrumento publico. num. 5. & 6.

Fori, a Iurisdictiones Adstrictum ad crimē falsi accusandum, loquuntur de falsitate instrumentorum publicorum, ad correctionē regulę foralis. per quam omnia ad instantiam partis legitimę fiunt. nu. 7.

Statutum equiparans scripturam publicam instrumentis in executione; an probet contra tertium. num. 8.

Contra instrumentum de falso redarguitum, quomodo testes de iure concludere debeant, traditur, cum duplici exemplari huius Regni Aragon. num. 9.



INSTRVMENTI appellatione quid veniat ad statuta punientia falsificantes instrumenta? dic
1 quod † instrumenti appellatione veniunt acta processus, & sic falsificans ea punietur per statutum, sicut falsificans instrumenta Molin. verb. falsitas, vbi determinatio, licet ipse, & Portel. aliter dicant. allegando aliud exemplar cōtrarium; sed iji fallentur cum suo exemplari, quia prima determinatio melior est, secundū Bart. ibi. & in l. In fraudem. §. instrumenta. de iure fisci, quem sequitur Anchar. Iunior, in qq. familiaribus, & sic pęna statuti punientis Notarium facientem falsum instrumentum, habet locum in Notario falsificante acta, quia tunc appellatione instrumenti veniunt acta, Bart. vbi supra, §. sed neq. & §. quoties Gram. decis. 27. num. 1. Campeg. in tractat. de test. regul. 436. versic. decimoquito, Montic. reg. crim. 15. numer. 167. vers. quinto nota. Crot. cons. 151. num. 21. lib. 2. Baiard. ad Clarum, §. fals. num. 95. & num. 289.
2 Si tantum punit falsificantem acta iudicij, non comprehenditur falsificans instrumenta. Bartol. vbi supra. §. quotiens, quia instrumenta non veniunt appella-
3 tione actorum. † Instrumenti appellatione de propria significatione venit apodissa, & scriptura priuata faciens fidem, & quælibet scriptura publica, Bart. in l. 1. C. de iure iuran. propter calumniam; licet de communi vsu loquēdi non veniat, ita tenet Craneta de antiquitate, part. 1. vers. 4. fol. 78. num. 83. dicens cum multis, quod venit appellatione instrumenti scriptura priuata fidem faciens. Sed ipse clare hoc sentit, quando de instrumento fit mentio simpliciter in statuto.

Sed

Sed si statutum loqueretur de instrumento publico: tunc non veniret de stri
4 cta significatione scriptura priuata,† licet faciens fidem, quæ dicitur etiam secundum Aymonem publica scriptura, ita Canar. de executione instrumentor. numer.73.& solum veniret scriptura facta per personam publicam,vt Notariũ, Aymon tamen vbi supra,cum multis dicit,quod licet appellatione instrumenti publici nõ veniat scriptura priuata fa
5 ciens fidem; † adhuc tamen secundum mentem statuti esset satisfactum statuto requirenti probationem instrumentalem,si fieret fides de scriptura priuata, faciente fidem de cõsuetudine,vel aliàs,
6 † nisi ageretur de corrigendo ius commune, secundum Curtium seniorem,& Aymonem,quia tunc nullo modo satisfieret statuto, nisi cum instrumento publico: testium autem probatio non veniret.ex ratione tradita per Aymon. vbi supra, & sic † cum fori admittentes Ad-
7 strictum ad crimen falsi loquantur de in strumentis publicis ad correctionem regulæ foralis, per quam omnia fiunt ad instantiam partis legitimæ,non erit pars contra falsificantes scripturas priuatas; sic per consilium criminale fuit resolutum, die nono Martij millesimo sexcentesimo quarto, in processu Procurator. Adstrict. contra don Ioan. de Heredia.

Sed si statutum loqueretur de instrumento publico,& alia qualibet scriptura publica, tunc veniret quælibet scriptura fidem faciens, à quocumque confecta, Socin. conf. 63.in 1.

Sed si statutum æquiparat scripturã †priuatam instrumentis,in executione;
8 an probet contra tertium, Tiraquel.tomo 2.§.1.numer.57.Surd. 1. parte, decisione 312.

Instrumentum † si redarguatur de fal
9 so, & contra eum producantur testes, quomodo de iure concludere debeant, Decius conf.36.num. 4. in fin. & consil. 101.& conf.210. num. 9. Menoch. de arbitrar.casu 105.num.3.& 9.

Verum contra superiora obstant duo exemplaria, & 1. in processu Procurat. Adstricti Cæsaraugustę, contra Doctorem Hieronymum Martinez de la Iuuera,super criminali, in Scribania de Roda,ligam.7. 22.Iunij 1599.fuit appellitatum contra Doctorem Martinez de la Iuuera, ad instantiam Adstricti Cæsaraugustani, quia falsificauit quemdam chirographum, hoc modo. Quod cum in notis Hieronymi Andres Notarij de numero Cęsaraugustæ esset quidã actus testificatus,qui nondum erat continuatus in sua nota originali, sed aderat iam firma (in albis) domini Alphonsi de Villalpando,dictus Martinez euulsit illud folium,& supra firmam D. Alphonsi fabricauit certum albaranum debitoriũ contra veritatem; appellitauit Adstrictus de falso, & latrocinio contra eum, & fuit prouisus appellitus, fuitque inuestigatus dictus Martinez, & non inuentus; quo facto in processu absentiæ fuit condemnatus ad Galeas per sex annos, & ad exilium perpetuum cum sua comminatione.

Sed nota, quod Adstrictus appellitauit in vim fororũ,& etiam vnionis, quæ tunc vigebat,& sic nõ obstat hoc exemplar,quia per vnionem erat pars Adstrictus, etiam contra falsificantes scripturas priuatas; aliàs esset dubium.

Secundum exemplar est, quod die vndecima Aprilis, anno millesimo sexcentesimo primo, Cæsaraugustæ, fuerunt capti Franciscus Martinez, & Andreas Ceruantes,in frãgrantia; quia in eorum posse fuerunt inuentę certæ prouisiones Regię falsæ, & Adstrictus Cęsaraugustæ dedit petitionem criminalem pro falsitate, prouisio erat firmata à Dño Rege suo regio (ficto tamen in star veri fabricato) sigillo sigillata, ob ꝙ fuit dictus Ceruantes ad mortem condemnatus, & absolutus dictus Martinez,vide in processu appellationis Andreæ Ceruantes sup.criminal,Scribania de Palacios.Sed adhoc respõdetur,ꝙ literę Regię sigillat. habẽt vim instrumẽti

Contractus conditionalis non requirit causam. num.25.

Contractus reciprocus conditionem semper inuisceratam habet. num.26.



CVM Ioannes Laynez esset creditor Ioannis de Doña Maria mercatoris in magna pecuniarũ summa, mediante quadam obligatione guarentigia, promisit eidem Ioanni Laynez Petrus Ruyz de Garibay soluere dictam quantitatem, si sibi dictus Laynez daret vestimentum quoddã; acceptaq; per dictum Laynez promissione, datione manus, obtulit suo tempore vestimentum Petro Ruyz de Garibay, petens ab eo quantitatem, quam soluere promisserat: Petrus recusauit vestimẽtum recipere, pecuniamq; promissam soluere, dicens, se sine causa promisisse. Fuit dubitatum in consilio Iustitię Aragonum, me ibi existente, an illa promissio esset efficax, & veniret Petrus condemnandus? Pro parte negatiua suadebant multa. Primo, quod promissio &
1 stipulatio, † quæ sine iusta causa fit, patitur exceptionem doli, adeo, vt promittens soluere non compellatur, licet de rigore iuris teneat obligatio. l.2.§.circa, ff. de doli exceptione, for. vnico. de promissione sine causa, Gutierrez de iuramento confirmatorio. 1. quæst. cap. 47. Molin. §. promissio. Portol. in §. actio. & §. promissio. num.45. Bardaxi in dict. foro. vnico. de promiss. sine causa, l.1.§.1. de pollicitationibus, cap. si cautio. de fide instrumentorum, Anton. Gom. tom.2. cap.11. numer.3. & 4. vt idem de confessione sine causa facta traditur per Mascard. conclus. 345. foro vnico, de homagijs, allegat Molinus in hoc aliquas obseruantias, in verbo, pactum, & in verbo, promissio, & ibi Portoles. In casu autem præsenti nulla iusta causa interuenit promittendi, soluere tam excessiuam quantitatem, quingentarum librarum, contemplatione & causa vnius vestimenti; nec hoc verisimile videtur,
2 cum potuisset cum dicta pecunia plura sibi, & pretiosiora vestimẽta facere, † & causa sufficiens, & proportionabilis esse debet, Gomez. vbi supra, numer.3. dicens communem, vbi asseuerat, non esse sufficientem causam, si promissor dicat, promitto soluere, quia Rex est in Francia, sed debet adduci causa, secundum eum, quæ de se inducat obligationem, vt mutui, commodati, depositi, & similium. Est tamen verum, quod Bar-
3 daxi † iustificationem causæ relinquit arbitrio iudicantis; prudens autem Iudex non arbitrabitur iustam causam esse promissionem cuiusdam vestimenti ad itinerandum, cuius valor, ad maius, attenta personarum qualitate quadraginta librarum, esse potest; vnde verisimile non est, voluisse Petrum se obligare, & velle promittere soluturum se quã-
4 titatem; & ob hanc † inuerisimilitudinem non videtur credendum testibus verisimiliter non deponentibus. l. carmen. §. fi. de testibus: Inuerisimilitudo enim falsitatis imaginem præsefert, etiam in testibus, l. in lites, §. opportuit, de quæstionibus, Roland. cons.49.n.36. vol.4. Crauet. cons.115.nu.12. Menoch. cons.98.num.45. in primo, Mascar. conclus.1365. Inuerisimilitudo autem in toto hoc negotio reperitur, maxime, cum nullam haberet Petrus spem recuperãdi quantitatem á Ioanne Doña Maria, qui tũc temporis defecerat; & sic, nõ est præsumendũ voluisse Petrũ iactare bona sua, l. cũ de indebito, vers. quis enim,
5 de probationibus; & sic, † potius debet præsumi error, quam donatio, Menoch. de arbitr. lib.2. centu.1. cas.88. Mascard. conclus.534. & sic præsumendum est potius iocose, & ludibrio promissionem fecisse, quam verè & appensate: quæ præsumptio tanquam verosimilior sequenda est, Decius in cap. licet causam, nu.9. vers. secũda qualitas, de probationibus; Rolan. cons.24. num.55. vol.1. & cons.11. num.17. & 19. vol.4. Padilla in l. sanum mente, numer.14. C. de transactionibus,

Bb 2 Mas-

Mascard.conclus.1365.& vbi summi po-
test coniectura excludens donationem,
6 nunquam † donatio est præsumenda,
Menoch.casu 88. num.2. Mascard. con-
clus.554.nu.13. Et deniq; debuerat pro-
bare Ioannes Laynez aliquam iustam
causam admixtam fuisse promissioni, vt
propter eam agere potuisset, gloss. in l.
generaliter, C. de non numerata pecu-
nia, Gutierrez vbi sup. num. 6. & quan-
do promissio illa vestimẽti fuisset iusta,
& sic reciproca obligatio in ea promis-
sione daretur; tenebatur probare dictus
Ioannes Laynez pro sui parte adimple-
uisse, & sic vestimentum dedisse, ante-
quam agere potuisset. In contractibus
7 † enim reciprocis, & vltro citroque obli-
gatorijs, adhoc vt vna pars agere posit,
debet docere prius se adimpleuisse pro
sua parte, l. Iulian⁹, §. offerri. de actioni-
bus empti: nam promissio reciproca ha-
bet inuisceratam conditionem, si sibi al-
tera pars adimpleat, cap. peruenit, de iu-
8 reiur. & exceptio † adimplemẽti non se-
cuti dicitur exceptio litis finitæ, & impe-
dit litis ingressum, Menoch. cons. 1. nu.
364. in 1. Roland. cons. 53. n. 27. in primo,
Crauet. cons. 127. n. 13. latissime Mascar.
conclus. 1378. num. 42. for. 1. de arbitris;
& hoc excipere potest quælibet pars, li-
cet ipsa pro sui parte nondum adimple-
uerit: hæc est enim differentia inter ex-
ceptionem, & actionẽ in hoc casu, quod
volens agere tenetur docere se prius ad-
impleuisse; secus tamen in excipiente,
qui potest excipere, licet ipse non adim-
pleuerit; excipere nempe contra aduer-
sarium, vt non agat, nisi prius adimpleue-
rit pro sui parte, diximus in tract. de In-
hibitionibus; & licet Ioannes Laynez,
quando requisiuit Petrum Ruyz, vt quã-
titatem solueret, obtulit se presto, & pa-
ratũ dare eidẽ vestimentum, quod reci-
pere recusauit Petrus, deducẽdo ex eo,
quod cum per se non steterit, sed per Pe-
trum, habeatur iam conditio pro adim-
pleta, & verificatũ adimplemẽtum pro
sui parte; hoc tamen parũ releuat, quia
exceptio adimplementi non secuti, con-
tra volentẽ agere, procedit, etiam quod
excipiens ex necessitate, vel impedimẽ-
to, pro sui parte non adimpleuerit; nam
licet tale impedimentum sufficiat ad ex-
cusandum a pœna, & mora, in casum ad-
implementi non secuti; non tamen † si
9 impeditus adimplere, agere poterat im-
plemento non secuto, etiã propter impe-
dimentum, Roland. cons. 68. nu. 12. in 4.
Menoch. cons. 1. nu. 567. volu. 1. Mascard.
conclus. 1378. nu. 43. & 44. vbi late, quod
procedit, maxime, quando oblatio non
est realis, sed verbalis, quæ non sufficit, l.
quidem, vers. idẽ respondit, de solutio-
nibus, Roland. cons. 53. nu. 34. Corbulus,
de causis priuationis ob nõ solut. canon.
limit. 37. Negusan. de pignoribus, 2. par.
3. membro, 5. part. per totum.
Neq; his obstat, quod Petrus Ruyz re-
cusauerit recipere vestimentũ; quia de
hoc non constat; solũ enim dixit respon-
dendo Ioanni Laynez requirenti, quod
nolebat soluere pecuniæ quantitatem,
quia existimabat eam non debere, neq;
animũ soluendi habuisse, & hæc tacitur-
10 nitas † verbalẽ obligationem efficacem
efficere non potest, Alex. in l. si for tius,
in principio de vulgar. Rip. in l. quod te,
n. 21. de rebus cred. Tiraq. de retract. cõ-
uentional. §. 4. n. 21. Rolã. cons. 53. nu. 37.
Deinde, quia firma albarani Ioan. de
Doña Maria, ad quam se retulit promis-
sor, non fuit verificata, vnus enim ex te-
stibus non stabit in posse iudicis, & te-
11 stis † non iuratus, cuiuscumq; dignitatis
sit, non probat. c. tuis, c. nuper de testib.
Roland. cons. 8. nu. 10. in 4. Menoch. casu
86. Mascar. concl. 1363. Seraphin. de pri-
uileg. iuram. priuileg. 30. cum seqq. adeo,
quod ne consuetudo in contrarium va-
leat in re tam graui, DD. in c. veritas, de
iureiur. Ex quibus resultat, promissionẽ
illam censeri factã iocose; & per verba,
quæ appellamus, de cumplimiento, & si
sic, nulla inducit obligationẽ. Hæc su-
debant iudicandum contra promissio-
nem, in ore aduocatorum vnius partis.
12 Sed pro contraria cõsiderabãt alia
fundamenta magis vrgentia, supposito,
quod

quod promissio † fuit per testes probata,
& acceptata per Io. Laynez; habet enim
vim stipulationis, ex quo est acceptata
per partem, etiam quod totum factum
probetur per testes, Afflict. decis. 120.
Mascard. conclusione 1238. numer. 11.
Viuius opinione 1036. vers. imo amplia-
tur, quod in Aragonia minus difficulta
tis habet, ex quo, promissio testibus pro
batur Molin. verbo pactum, colum. 1. &
verbo promissio. colum. 2. & sic, hæc
promissio in hoc paris potentiæ est, ac
si per instrumentum facta foret: neque
dici potest, quod dicta promissio fiat
per verba iocosa, & de cumplimiento;
sed quod imo potius sunt verba effica-
13 tia, inducentia obligationem, & longe
† distantia à verbis, quæ de iure iocosa
reputantur, & de cumplimiento, qualia
sunt, omnia bona mea tua sunt. cap. cum
venissent, & ibi Cardinal. in 3. oppositio
ne, de institutionibus, dicens; non obli-
gare, quia proferuntur per modum libe
ralitatis, vulgariter consuetæ, quem se-
quitur ibi Imol. Alexand. in l. ita stipula-
tus, *La grande*, numer. 7. de verborum
obligat. vbi cum alijs, & præcipue Iass.
agunt de hac promissione, facta per ver
ba generalia, & dicunt; continere eam
in se incertitudinem, & Doctores om-
nes loquentes. in hac materia conclu-
dunt, debere esse generalem promissio
nem, vt iocosa dicatur, & de cumpli-
miento: in casu tamen isto verba non
sunt generalia, sed specialia, indiuidua,
& limitata, correspectiua in super, &
conditionalia, quo casu, omnes nemine
dempto fatentur, esse efficacem, & spe-
cialem promissionem, validam, & nul-
lam maiorem causam inueniri posse,
quam adimplementum propriæ volun-
tatis promittentis, vt infra dicetur.

Facit pro superioribus; quia Petrus
14 Ruyz non semel, sed pluries, & in diuer
sis locis soluere promisit; † ex qua ge-
minatione, tam deliberatè reperita col-
ligitur animus, & intentio deliberata
promittentis, excludens omnem animi
ambiguitatem circa obligationem, ex
regnl. l. Ballista. ad Trebel. & ex multi-
15 plicatione † confessionum oritur vera
probatio promissionis, efficaxque eius
effectus, Paris. cons. 89. num. 10. in tertio.
Geminatio enim verborum non solum
16 ostendit magis enixam disponentis vo-
luntatem, sed etiam magis operantur †
ipsa verba geminata quam simplicia,
Iass. in l. si quis in conscribendo. C. de pa
ctis, Felin. in cap. si cautio. numer. 23. ver
sic. sed vnum nouissime, de fide instru-
mentorum, Tiraquel. in l. si vnquam, ver
bo, reuertatur. num. 50. Fanucius, de mo
mento temporis, cap. 21. num. 27. iuuat,
17 quia licet alias pactum † nudum sit nul-
lius effectus; si tamen adest promissio
geminata est efficax; communis ex Me
noch. cons. 92. num. 28. ex tali enim plu-
ralitate promissionum inducitur cla-
rior dicti, facti, & debiti probatio, Iose-
phus Ludouicus decis. Perusina. 9. nu. 15.
vbi dicit, esse communem, & receptam
opinionem: & hoc supposito, promissio
hæc tam deliberatam obligationem in-
ducit, etiam quod verba non essent tã
specialia prout sunt, sed forent illa quæ
communiter, *De cortesia, y cumplimiento,*
& quæ secundum Doctores alias obli-
gationem nõ inducunt: si enim apensa-
18 te fiat promissio, † etiam si fiat per ver-
ba generalia, valet, & tenet. Feli. in cap.
cum iuramento, vers. tamen attento. de
homicidio: in tantum, quod si quis pro-
mittit alicui, quidquid ille voluerit, va-
let promissio, si deliberate fiat, Alex. in
dict. l. ita stipulatus, numer. 8. obligant
enim, & disponunt verba, quando non
proferuntur causa iactantiæ, sed solem-
niter, & appensate, Bartol. in l. fin. de
test. & in terminis bene Paris. consil.
89. numer. 12. volum. 3. quanto magis
in casu præsenti, vbi verba sunt tam ge-
minata.

19 Deinde, cum hic dentur † verba pro
missionis, non est dubitandum de obli-
gatione: in hoc enim distinguitur di-
ctum à promissione, l. sciendum, §. di-
ctum, de ædilitio edicto, vbi Cepola no
tabili primo asserit, dictũ † nõ obligare,

promissum tamen benè obligare promitentem;ex quo Cardina.in dicto. c.cum venissent,asserit;quod vbi adest promissio, verba non sunt vrbanitatis; sequitur ibidem Imol. colum. ante penultima, vers. præterea, Paris. dict. cons. 89. num.11 verbum enim, promitto, importat stipulationem,Socin.cons.267. num. 1.in 2. Rot.decis. 489. num. 4. par. 1. in nouissimis,ex l.1.C.de contrahenda stipulatione,signanter inter præsentes,eadem Rota decis.683.num.2.d.par.1. Vnde, cum in casu præsenti dicat Petrus, quod promittit,non semel, sed pluries, non debent verba hæc referri ad vrbanitatem,ex Cardinal.& Imol.vbi supra, & quod magis rem confirmat illud est, quod dictus Petrus & Ioannes se per manus acceperunt, & qui prius manum dedit fuit Petrus, & hoc signum magis efficacem facit promissionem, & magis deliberatam arguit intentionem; atten-
21 to, † quod ad validitatem contractus venditionis summopere consideratur de foro, fuisse factam prætij conuentionem per palmatam,inter emptorem, & venditorem,for.1.de pact. inter emptorem,& vendi fol.114. colu.1. & pactum dicitur à percussione palmarum,ex glo. in verbo pactum,in fin.in. l.1. de pact.& quando partes capiunt se per manum, si postea fit aliquid incontrarium, præsumitur proditorie factum, quasi fracta per fraudem fide,Bald. in d. l.1, nu.5.de pact.plura de tactu palmarum per relatos a Mascardo. conclusi.1156 numer.8.
22 nec datur,† aliud signum ad significandum, quod quis dat fidem suam, quam datio manus dexteræ, digiti enim testes esse solēt fidei,Alciat. emblemat.39.vbi Franc. Sāchez:data enim fide ab aliquo magna est eficatia promissionis,imo ha-
23 bet vim † iuramenti,Portol. de competentia iurisdictio.q.2. per totam, & quo ad promissionis obseruātiam par est efficaciæ,quæ fit iuramento, ac quæ fit præstita fide. Vltimo facit,quia hic fuit pro-
24 missio † reciproca cum stipulatione, quæ dicitur apuesta, & inter mercatores: quo casu procedit sine dubio resolutio illa, quod promissio reciproca vallata stipulatione, qua vtuntur mercatores, quæ propriæ dicitur apuesta,in qua vnus promitit alteri, vt si aliquid eueniat, vel si quid tale fiat,vel quid simile, nam talis promissio valet & tenet, quia
25 est conditionalis, & contractus † conditionalis non requirit causam,quia ipsa condi.suficiens causa est; ita resoluit Gomez.tomo.2.cap.11.numero.4.de qualitatibus cōtractuum; vbi,quod valet hęc promissio, sine insertione alterius causæ, etiam si ex implemento conditionis nullū interesse resultet contrahentibus, quia satis suficiens causa est, quod satisfiat suæ voluptati, ita,Angel.in.l.cum ad præsens,de rebus.cred.& ibi comuniter DD.&licet in casu præsenti proprie con
26 ditio non sit, tamen contractus † reciprocus conditionem semper inuisceratam habet,vt in vtroquè eadem ratio reperiatur.Ex quibus resultat, non obstare rationes in contrarium allatę,cū hæc promissio non sit emissa vrbanitatis causa,& iocosse,seu per verba dicta de cumplimiento, sed deliberate, & appensate animo se obligādi.Minusq; obstat illud,
27 quod dictū est de oblatione † verbali,& de adimplementi effectu, qui semper se qui debet,etiam ab impedito, si agere velit,Masca. concl.1293.n 43.Quia illud non procedit, quando stat per eum cui adimplementum faciendū est, vt in casu nostro,in quo dixit Petrus,se nolle recipere vestimentum, & hoc probatur, nā tunc, per eum stat, & sua negligentia vel potius nollentia non debet esse nociua alteri, & eadem ratio excusat ab oblatione reali; est enim verum, quod volens agere, remouetur ab agendo si pro sui parte non adimplet, vere oblatione reali,Mascardus vbi supra. nu me. 52.sed hoc non procedit, quādo stat per illum cui oblatio facienda est, vt in casu nostro, vbi nolente Petro recipere vestimentū, sicq;profitente,nō est necessaria oblatio realis, qua propter Dñi iudices iudicarunt in fauorē promissionis, contra

contra Petrum Ruiz, in processu Ioannis Garcia, nec non Petri Ruyz de Garibay, super iuris firma, anno 1593. in Curia Domini Iustitiæ Aragonum, me ibi existente.

DECISIO C.LXXXIII.

De materia peytarum soluendarũ ex hæreditatibus emptis ab hominibus Burgensibus, per Infanciones, seu militares: & de iure apprehendendi hæc iura, & quomodo debeant apprehendi.

SVMMARIVM.

INfanciones habitantes in locis Varonum, & Ordinum, tenẽtur peytare pro hæreditatibus, quas emerunt, vel acquisiuerunt alio Titulo ab hominibus conditionis. num. 1.

Apprehẽdens non tenetur docere de iure suo ad prouisionem appellitus apprehensionis. num. 2.

Remedium appellitus apprehensionis competit ad hoc, ne aliquis impediatur eo iure, quo vsus est, donec de iure suo constet. num. 3.

Status præsens rei debet considerari. num. 4.

Possessionem probare tempore apprehensionis non est necesse, quia satis est probare antea, quia illa præsumitur durare. numero. 5.

Possessio per vnicum actum probatur, in actibus qui non solent fieri, nisi à possessoribus illius iuris. num. 6.

Possessio bene probatur in vim antecedentis, vel consequentis necessarij. num. 7.

Concessa ea tacite videntur, sine quibus concessum explicari non potest. nu. 8.

Possessio augendi, & diminuendi peytã pendet à stimatione fructuum, & sic cum sit quid incertum nihil probari potest. num. 9.

Probatio consistere non potest super non articulatis. num. 10.

Possessio, & consuetudo faciendi aliquid quotiescumque deducitur, & prætenditur, non sufficit probare id factum fuisse in genere, sed est necessarium, quod probetur factum fuisse in indiuiduo. numero 11.

Vniuersitas non potest indicere collectã hominibus vniuersitatis, etiam Burgensibus, donec fuerit euacuata bursa cõmunis, & quando ipsa Vniuersitas non est soluendo. num. 12. quod & idem in Principe. ibidem.

Possessio collectandi minime probari potest, nisi probetur sciẽcia, & paciencia eorum, à quibus collectę petuntur. numero. 13.

Præscriptio, & consuetudo tantum habent de potentia, quantum habent de actu, num. 14.

Scientia, & pacientia duorum non præiudicat Vniuersitati, & Collegio. numer. 15.

Iuris firmæ, & inhibitionis præsentatio magis operatur, quam contradictio præsentantis propria auctoritate. numero. 16.

Rex, si confiscat aliqua bona, tenetur soluere onera realia imposita in illis rebus confiscatis. num. 17.

Collecta dicitur onus mixtum debitum à personis ratione rerum. num. 18.

Interdictum de itinere actuque priuato, & interdictum vti possidetis, quæ sint. num. 19.

Possessio vnius semper præsumitur durare, & continuari alio non existente in possessione. num. 20.

Unico actu solo possessorij continuato iuris præsumptione obtinebitur in apprehensione. num. 21.

Possessio triginta dierum requiritur ad apprehendendum. num. 22.



D instantiam villæ de Alcanijs fuerunt apprehensi termini & hęreditates omnes dictæ villæ, & sic tota villa cum suis terminis, respectu iuris compellendi infantiones, & militares ad peytandum pro hæreditatibus emptis ab hominibus Burgensibus, seu conditionis, & signi seruitij; & etiam respectu iuris augendi, & diminuendi peytam contra eosdem militares; & articulabatur possessio quadraginta, & quinquaginta dierum vsque ad tēpus apprehensionis, & non fuit probata possessio de dicto tempore limitate, sed de tempore ante illos quadraginta dies: & cum fuisset prouisus appellitus apprehensionis, fuit petitus reuocari, ob defectum probationis, quia non fuit probata possessio per triginta dies proximos oblatę apprehensionis, & sequestri; & quia illud ius erat mixtum debitum à persona propter rem, & ob id non poterant apprehendi hæreditates, cum ab illis non deberetur peyta, sed ab ipsis Infantionibus. Pro appellitu faciebant sequentia.

1 Milites, & Infantiones † habitantes in locis Varonum, & Ordinum tenētur peytare pro hereditatib⁹, quas emerūt, vel acquisiuerunt alio titulo ab hominibus cōditionis, vt in obser. Item milites, 1. & 2. & in obseru. Item pro hereditatibus, de salua infantio. faciē. & in obser. Item homines Villarum, de emptio. & vendi. & ista obser. prohibet vendere, & d. obser. Item milites 2. prohibet emere vel alio titulo acquirere; si autem nō obstāte prohibitione milites & infātiones emunt, vel alio titulo acquirūt, tenētur pro dictis hęreditatibus peytare, prout venditores ante vēditionē peytabant, & dicit d. obser. Item milites, *La primera*, quod tenentur peytare, etiā si steterunt longo tempore, quod non peytarunt, & d. obser. Item pro hæreditatibus, dicit, q̄ prędicti milites non tenentur ad munera personalia, vel ad aliquam çofram, q̄ idem est, quod opera personalis, vt per Guido. in quæst. 472. & Neuizan. consil. 12. & Beroi. quæst. 212. & 213.

2 Item aduertendum est, quod ad prouisionē † appellitus apprehensionis non opus est docere de iure appellitātis, hoc est, an illud ius, super quo appellitat, sibi competat, quia hoc remedium † solum
3 competit ad hoc, ne aliquis impediatur vti eo iure, quo vsus est, donec de iure suo constet, vt dicit tex. elegans in l. 3. §. hoc autem, ff. de itine. actuq; priua. circa finē, ibi. *Qui enim vult ire, agere, tantisper quoad de seruitute constat, non debet de iure suo docere, qui l enim perdit, qui patitur hoc facere, quod hoc anno fecit?* & sic, satis est, q̄ doceat se hoc anno vsum, non minus trigin ta diebus, vt dicit tex. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. eo. tit. iunct. glo. verb. vsi sunt, in l. 3 §. hoc autē à superiore distat: & in isto casu satis est probare, quod isti Infātiones executati sunt pro istis peytis, ad hoc vt appellitus apprehensionis prouideri potuerit, nec est quærendum, an teneantur, vel non hanc peytam soluere, cum hęc apprehensio tantisper prouisa fuerit, donec doceatur de iure suo, &
4 solum considerari † debet, præsens status rei, vt per Panor. in 2. volum. consil. 3. & Couarr. lib. practic. quęst. cap. 17. & Menoch. de retinen. possess. remedio vltimo.

Nec

Nec opus est † probare possessionem tempore apprehensionis, quia satis est probare antea, quia semper illa præsumitur durare, vt in d. l. 1. §. hoc interdicto; non constito quod alius postea inceperit possidere, vt per Mathe. de Afflic. decis. 394. & Rebuff. in tomo. 3. tit. de materia possess. in 2. p. §. 1. num. 3. & Couar. practica. quæstio. c. 17. numer. 3. in fine, Octauia. decis. pedemontana. 43. Socin. in 4. vol. consi. 59. num. 8, Menoch. de retinen. possess. remedio. 3. q. 71. nume. 556. cum seqq.

6 Imo, cum actibus, † qui non solent fieri nisi á possessoribus illius iuris, probatur possessio per vnicum actum, vt per Rebuff. in. 3. tom. tracta. de mater. possess. in præfatione num. 188. & in c. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. & proprie. sup glos. in verbo vocem, pagi. 196. & ibi Ripa nume. 52. & Mandell. consi. 35.

Nec obstat si dicatur, quod non probatur possessio augendi & diminuendi peytam; quia eo ipso, quod iurati sunt in possessione exigendi peytā, isto casu iuxta estimationem bonorum, satis dicetur
7 probata † possessio augendi & diminuēdi in vim antecedentis, seu consequentis necessarij, vt in l. 2. ff. de iuris omni. iud. & ibi Iasson: & Felin. vbi comprobat per tex. ibi in c. preterea de officio delega. num. 4. Bar. in l. videtur, ff. de itinere actuq. priua. vbi dicit, quod ea videntur
8 † tacite cōcessa, sine quib^9 concessū explicari non potest, idem Bar. in l. ambitiosa ff. de decret. ab. ordi. facien. nu. 27. Ioā. Baptist. de Rosellis inter consilia Alexan. de neuo consi. 93. & idem Alex. de neuo. consili. 94. & Euerardus in suo centiloquio legali loco. 94.

Neq; obstat, quod nō sit probata pos-
9 sessio † augendi, & diminuendi peytā; quia cum illa incerta sit, & debeat quolibet anno fieri estimatio bonorum pro quibus debetur, secūdū Bar. in l. rescripto §. fin. ff. de mun. & honor, & secundū eam fieri distributio inter militares; inde fit, vt circa diminutionem & augmētum nihil certum deduci, nec probari possit expresse, cum hoc pendeat á valore hęreditatum quolibet anno ęstimando, & satis est probare possessionem imponendi, & leuandi peytas ab Infancionibus; nam eo ipso virtualiter remanet probata possessio, & facultas augendi, & minuendi, cum hoc ius sub alio virtualiter insit.

Pro contraria vero parte, & sic reuocandam fore apprehensionem suadent sequentia.

Primo, quoniam in articulis deducūt se esse in quasi possessione exigēdi collectas ab infantionibus d. Villę pro hereditatibus ab hominibus Burgensibus, ab eis acquisitis, & hoc á tempore triginta, quadraginta, & quinquaginta dierum vsq; ad apprehensionem: cumq; possessionem certi, & limitati temporis quinquaginta nempe dierum, vsq; ad apprehensionem deducant, illam probare in specie oportebat, adeo, vt alterius tēporis possessionem probare inutile sit; cum illa in articulis non sit deducta, &

10 super † nō articulatis probatio cōsistere non possit: l. cum actū, vbi glo. & Doctores. ff. de negotijs gestis, glo. & Bar. in l. 2. C. de petitione hereditatis, Bart. in l. celsus. num. 25. de vsucapionibus, Ioannes de Amicis consi. 127. Cor. consi. 147. num. 21. Alexand. consi. 72. num. 3. vol. 1. & consi. 100. nume. 5. eodem volu. Ias. vbi sunt concordantes, in rub. C. qui admitti. nu. 6. quem refert Mascard. conclus. 1216. nume. 20. sed in proposito prędicta possessio collectandi limitati & certi temporis, quinquaginta nempe dierum, vsquē ad apprehensionē, probata non est; quoniam duo testes producti nihil de ea deponunt, cū alter ex eis asseueret per tres Menses continuos, & proximos apprehensioni fuisse absentem à prædicta Villa, in Regno Valentię; sicq; intueri, seu videre non potuerit possessionē in articulis deductam prædicti temporis; alter vero deponit de quadam collecta facta per annum integrum, ante apprehensionem, & sic, de quasi possessione alte-

alterius temporis , quam deducti in ap-
pellitu. Ergo ex hoc solo cap. reuocan
da est præcise apprehensio.

Secundo deducitur in appellitu, pos-
sessio quedã in formis,in certa, & vaga,
collectandi (nempe) infantiones pro hæ
reditatibus a Burgẽsibus acquisitis,& te
stes deponunt de vnico actu cuiusdam
collectæ taxæ Ioanni, & Michaeli de
Moutoro fratribus , non est autem de-
ductum in articulis neque probatũ hos
fratres esse infantiones , & habuisse cer-
tas heredit.emptas, & acquisitas à Bur.
neque est deductus in articulis valor hę
reditatum: ergo ex hoc solo cap reuo-
canda est apprehensio. Quoniam ex re-
cepta omnium sententia, † quotiescun-
11 que † deducitur , et pretenditur posses-
sio,& consuetudo faciendi aliquid, ex
certa,& limitata causa, non sufficit pro-
bare,quid factũ fuisse in genere,nisi pro
betur in indibiduo , & specialiter in
casu,de quo agitur factum fuisse,& fieri
consueuisse , alioquim consuetudo &
quasi possessio probata non manet;vt do
cent Ancharra.cõs.339.col. 5. ver.ad se-
cundã rationem,Cur.Iunior.consi.26.n.
10.ver.ex premisis,Alexand.& relati ab
Aymon.consi.96. numer. 4.& consi.313.
&in alio proposito est elegancissimum
consi.Alexand.103.vol.1.

Tertio,Vniuersitates † non possunt in
12 dicere collectas hominib9 ipsius Vniuer
sitatis,etiam Burgensibus , preter quam
euacuata prius bursa communi & quan-
do ipsa Vniuersitas no est soluendo;ele-
ganter Reb.in.l.fi.C.de quibus muneri-
bus , vel præstationibus. Nata. consili.
418.nume.1.vol.2.nec mirum , quoniam
idem est in supremo Principe , qui non
potest indicere collectas subditis , nisi
prius Curmenam suam euacuet. Bal.in.
l.neminem C. de sacrosanctis Ecclesijs,
Bal. in c.conquerente , de offiti. ordina
rij,Iser. in cap. 1. verb. extraordinarie.
Quæ sint regalia;Rolan.consi. 1. numer.
67.vol.2.Nata.consi.506.nume. 13.sed in
proposito,possessio deducta in appellitu
generaliter deducta est collectãdi , neq;
dicitur inminente necessitate , vel non
inminente,vel existẽte Vniuersitate sol-
uendo , vel nõ existente;neq;deducitur,
quomodo & qua forma soliti sint colle-
ctas indicere,est autem necessarium in-
dicere eas vocatis,quorum interest.De-
niq; nihil certi deducitur in appellitũ ,
circa possessionem hanc , quam ob rem
in possibile est, cum non sit probata cer-
ta, & vniformis quasi possessio collectã-
di(qualem autem eam esse oportet,vt
alicuius momenti,& considerationis sit,
Aymo.consi 96.nume.4.& 5.& consilio.
313.num.4.) sustinere apprehensionem,
respectu quasi possessionis collectandi,
cum certus & determinatus modus , &
certa & determinata forma collectandi
articulata, & probata non sit.

Tandem. quamuis superiora non vr-
gerent , ex collecta indicta dictis fratri-
13 bus , contendi † non potest possessionẽ
fuisse quęsitã collectandi omnes infan-
tiones,non probata scientia & patientia
eorum ,Aretin.consi 44.nu.7 & cons.
131.col.penult.post Bal.consi.257.numer.
2.Alexand.consi.106.num.8.in 2.receptũ
14 est † enim , præscriptionem , & consue-
tudinem tantum habere de potentia,
quantum habent de actu ; id circo non
potest protendi, neq; de loco ad locum,
neq; de tempore ad tempus , & multo
minus de persona ad personam , vt om-
nes passim referunt ex Areti.supra. De-
nique collegio infantionum nullũ præ-
iuditium illatum fuit ex collecta in di-
cta eiusmodi fratribus , vt aduersus col-
legium, † & omnes infantiones quęsita
15 possessio esse dicatur,ex sciẽcia & paciẽ
tia horum duorum fratrum tantum mo-
do,Ful.consi.219.& Deci.cõs.437.colu.2.
& consi.642.col.2.ante medium,& con-
trariũ absurdum esse profitetur , vt ex
patientia singulariũ ius Vniuersitatis,
& collegi lædatur, Aymon. consili.643.
num.5.

Deinde ,ex testium depositione con
stat , hos fratres iuris firmam præsen-
tasse officialibus, eis collectam indicen-
tibus, & executionem facientibus , pro

ea.Ex

ea. Ex quo clarissime deprehenditur, nõ solum non fuisse probatam quasipossessionem collectandi. infanciones imo cõtrum oppositum. infanciones officialibus Villę restitisse, & contradixisse, cum pre
16 sentationę † iuris firmæ, & illa inhibitio a decreto iudicis profluens, magis operatur ius prohibitiuũ infauorem infantionum, qui iuris firmam pręsentaberunt; quam si propia auctoritate contra dixissent. Bar. Bal. & ceteri relati per Ipolitum in Rub. desideiussoribus. nu. 71. Bar. in l. prius, de noui operis nuntiatione, oppositione septima, Aym. consili. 643. nu. 1. omnino videndus.

Vltimo suadet reuocationem apprehensionis; quia hoc ius siue onus reale non est, patet; quia non debetur à quocumque possessore bonorum; nam si aliqua bona ex his venirent in posse domini Regis, nõ deberet soluere hoc onus: & tamen si esset mere reale teneretur il-
17 lud soluere, vt si aliqua † bona confiscaret dominus Rex, teneretur soluere onera realia imposita in illis rebus confiscatis, Bart. in l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor. neque etiam dici potest personale, cum debeatur ratione rerum; quã-
18 re † concludi oportet esse onus mixtum, debitum à personis ratione rerum, quod appellatur collecta, debitum à personis ratione rerum: nam vltra onera personalia, & mere patrimonialia cætera imponuntur personis ratione rerum, & hic ius dicitur collecta. Otalor. de nobilit. lib. 2. capit. 1. Thesaur. decis. 257. 164. Roland. cons. 1. volum. 2. Nos late decis. 7. tom. 1. vbi multi alij quam plurimi allegantur. Si igitur hæreditates non sunt affectæ, nec obligatę hoc onere, non potuerunt illæ apprehendi, seu sequestrari propter debitum personale, cessantibus clausulis apprehensionis, quæ hic non sunt, cum nulla scriptura intercedat, & per consequens venit reuocanda apprehensio, prout fuit reuocata, ex hoc & ex aliis rationibus supradictis, & defectu probationis: vide in processu Iustitię, Iuratorum Villę de Alcañijs super apprehensione, circa annum 1593.

Neque his obstant adducta in contra-
19 rium, † illud enim interdictum de itinere actuq; priuato non bene applicatur ad casum nostrum apprehensionis, cui magis quadrat interdictum vti possidetis: vnde, licet in illo interdicto de itinere actuq; priuato sufficiat eo anno vsum fuisse, non minus triginta diebus, licet tempore interdicti & litis cõtestatæ nõ vsus sit, l. 1. §. hoc interdicto; ibi, *licet eo tẽpore, quo interdictum redditur vsus non sit*, ff. eo. tit. & in l. 3. §. hoc autem, & ibi glos. *vsi sunt*, contentatur possessione triginta dierum in eo anno. At vero in interdicto vti possidetis, possessio requiritur tẽpore litis contest. glos. interdictum, in l. 1. ff de itin. actuque priuat. §. hodie tamen, instituta, de interd. Bardaxi, de apprehens. 2. par. quest. 3. Menoch. de retinend. vltim. remed. quæst. 1. numer. 14. Nos decisio. 55. num. 17. licet dicatur suf-
20 ficere si tempore turbationis probetur † possessio, quia præsumitur durare, & continuata, alio non existente in possessione, vsque ad litis contest. vt tenet Menoch. de retinend. poss. remed. 3. quæst. 71. num. 556. cum sequent. Ad hoc potest responderi; quod illud est ad obtinen-
21 dũ in ipso interdicto, vti possid. † quod etiam in Regno procederet, quia per solum vnum actum possessionis (continuatum iuris pręsumptione) obtineretur in apprehensione, sed hic loquimur in alio articulo, scilicet ad apprehenden-
22 dum, in quo forus expresse † requirit possessionem triginta dierum, for. 2. de apprehensionibus, Ferrer in methodo, tit. de appellit. apprehens. quod forte forus desumpsit ex interdicto de itinere actuque priuat. vt dixi, nisi quod hic illi triginta dies debent esse continui, & proximi oblatę apprehensionis, & sic ex his fuit reuocatus appellitus apprehensionis.

DECI-

DECISIO. CLXXXV.

An qui reseruat super bonis à se donantis facultatem disponendi vsquè ad certam quantitatē, possit bona ipsa hypothecare, & resolutioni possessionis subijcere.

SVMMARIVM.

Bona semel donata alicui ab eo auffer ri non possunt, & alteri donari. nu. 1.

Alienatione prohibita, hypoteca prohibita censetur. num. 2.

Reseruatio conseruat ius quod quis habet tempore quo fecit eam. num. 3.

Ius alienatum & translatum nō potest comprehendi sub reseruatione. nu. 4.

L. 1. C. de donationibus quę submodo intelligitur. num. 5.

Dominium de iure ante traditionem regulariter non transfertur. num. 6.

Dominium in nostro Regno ex solo cōtractu transfertur. num. 7.

Vsusfructus retentio operatur translationem possessionis in fauorem illius in quē alienata est proprietas. nu. 8.

Possessor bonorum si dedit alicui centū super bonis suis, non transfert in eum aliquod ius reale, cuius virtute possit ille pressferi secundo cui Dominium dedit, sed solum censetur ei dedisse actionem personalem. num. 9.

Exceptio repellit ab agendo eum quem de euictione tenet actio. num. 10.

Reseruatio idem est quod retentio facultatis disponendi. nu. 11.

Donatio conditionata non potest sortiri effectum nisi pacta & conditiones seruentur. nu. 12.

Appellatione pecunię non solum pecunia numerata sed etiā omnia corpora comprehenduntur. num. 13.

Corpora omnia ad pecuniam redduci possunt. num. 14.

Donatores, qui reseruarunt sibi certam tam quantitatem ad deducendam illam cum effectu, possunt vendere & hypothecare bona donata. n. 15.

Filia potest petere solutionem suę legitimæ debitę in pecunia numerata. num. 16.

Hæres succedens in medietate bonorum non potest impugnare obligationem testatoris. num. 17.

Scripturę necessariæ vel vtiles ad replicandum, vel coadiuuandum contenta in propositione non est necessarium, vt exhibeā tur. num. 18.

Obligatio, & laudatio licet sint in diuersis scripturis, vere & realiter vnicum est instrumentum. n. 19.

Laudatio est pars obligationis, & contra carta pars comandæ. num. 20.

Iudices tenentur attendere ad instrumē tum in processu deductum. nu. 21.

Annus redditus vel pecunia si legatur super certo fundo, vel ex certo fundo, talis fundus remanet hypothecatus. n. 22.

Dictiones taxatiuę, & demōstratiuē, in quo differant. nu. 23.

Quantitas relicta debetur licet non potuerit solui, nec fuerit soluta ex loco, vel tempore designato. nu. 24.

Clausulas apprehensionis potest ponere donator in reseruatione facta sibi de bonis donatis. nume. 25. Quod procedit in vltimis voluntatibus, secus vero in contratibus. num. 26.

Con-

Contractus, & vltimæ voluntatis patris potentię sunt in Aragonia. num. 27.

Corneus. consili. 215. intelligitur. numero. 28.

FRANCISCVS Curita in pactis doctalibus, dum matrimonio collocaret filiā suam Dominam Petronillam cum Vicecomite de Caner, dedit ei quædam loca in pactis nominata, reseruata sibi facultate disponendi in quindecim mille aureis, postea disposuit in fauorem Dominę Briandæ Curitæ etiam filiæ, & ad solutionem obligauit omnia bona, quę dederat filiæ Petronillę Vicecomitissæ, adjectis clausulis apprehensionis, per quas quasi per resolutionem possessionis obtineri potest in iudicijs. Postea verbo cum dicta bona fuissent apprehensa, & se opposuissent Petronilla, & Brianda, dubitatum fuit, an possit Brianda obtinere in hoc iudicio possessorio inferiori, an verò solum haberet actionem personalem ordinariam ad quantitatem reseruatam.

Et pro parte negatiua, quod scilicet non posset obtinere in remedio possessorio adducebantur aliqua. Primo, quod
1 non † potuit Franciscus Curita postquā bona dedit Petronillæ Vicecomitissæ, auferre ea, & alteri dare. l. perfecta donatio. C. de donatio. plenissime Couar. lib.
2 3. variarum. c. 14. in princ. & qui † nō potest alienare bona (sicut in casu præsenti Frācifcus Curita non poterat alienare bona semel donata Petronillæ) nequaquā poterit hypothecare. l. fi. C. de rebus Ecclesiæ non alienan. vbi id expresse deciditur. Anto. Gom. in l. 40. tauri, num. 83. Ex quo infertur, quod ex quo non potuit Franciscus bona hypothecare, nec clausulas possessorias apponere, non poterit obtinere in remedio possessorio: & cum hæc exceptio oriatur ex ventre instrumentorum productorum per Dominam Briandam, & sic notoria sit, debet etiam eam notorie excludere.

Facit l. fin. C. de rebus alien. non alienand. vbi reg. generalis proponitur, quod prohibita alienatione censetur prohibita hypotheca, Gomez in. l. 40. tauri numer. 81. Molin. de primog. lib. 1. cap. 19. & 20. cui regulæ standum est, donec de exceptione cōstet, Menoc. de recuper. remedio. 14. nume. 32. decisio. Pedemonta. 12. numer. 2. Ludouicus decis. 75. nume. 89. Quare, in vim reg. generalis Franciscus non potuit hypothecare cum clausulis, ex quo non potuit alienare.

Nec obstat huic parti reseruatio facultatis disponendi in quindecim mille
3 libris, & quod reseruatio † conseruat ius, quod quis habet tempore, quo fecit eam. l. si sic, vbi omnes de legat. 1. & ex consequenti, cum ante donationem potuisset Franciscus Curita, tanquam Dominus bonorum ea alienare, & hypothecare cum clausulis apprehensionum, & similibus possessorijs, ita etiam similiter in vim reseruæ conseruat hoc ius sibi illæsum remansisse, vt similiter posset respectu quantitatis reseruatę bona donata hypothecare, & clausulis afficere: Nam respondetur, quod reseruatio cōseruat semper iura cōpatibilia cum iure alienato, translato, & sic, alia iura extrinseca vltra alienata, quia si quis reseruaret idem ius, vel eandem rem, quam alienauit in tertium, non diceretur alienasse, imo actus esset inutilis, & frustratorius: quare ne hoc dicatur, resoluit communis
4 traditio, quod reseruatio † iurium nunquam reseruat iura alienata, sed alia diuersa, ius enim translatum & alienatum non potest comprehendi sub reseruatione, elegantissime Gomez reg. de non tollendo iure quęsito, in quæst. 1. in fine, facit Oldrad. cōs. 330. in finalibus verbis, Bartol. in l. cum propter, de legatis, præst. Imola. in l. si quādo, de legat. 1. ex quibus infertur, quod cum Franciscus Curita, in pactis dotalibus dederit Petronillę filiæ Vicecomitissæ bona supradicta, reserua-

seruata facultate disponendi in quindecim mille libris, non fuit visus reseruare dominium dictorum bonorum translatorum, vt ea auferre posset Vicecomitissæ,& minus hypothecare, nec ponere clausulas possessorias apprehensionis, vt sic clausula reseruatoria intelligenda sit iuxta censuram Doctorum, vt sit cōpatibilis cum re translata,& alienata;& sic cum res donata dominium sit, & possessio, reseruatio ad id referri non potest, sed ad aliud, ad quantitatē scilicet quindecim mille librarum, taliter, quod in quantitate, in qua disposuerit Frāciscus in fauorem Briādæ tenebitur Vicecomitissa eam soluere, & poterit in ea condemnari.

5 Neque his aduersatur † l. 1. C. de donationibus, quæ sub modo, ponderata in contrarium; vbi, si modus adiectus donationi non seruetur, rescinditur donatio, & dominium retransfertur in donatorem, vt sic, in presenti casu ob non seruatum modum donationi adiectum censeantur dominium & possessio re translata, & sic cum eis possit obtineri in iudicio possessorio: nam respōdemus, casum propositum versari extra terminos illius legis, nam hic Domina Vicecomitissa nō solum non contendit modum, donationi initio illius iniunctum, non esse ab ea adimplendum, cum plene profiteatur ab illa impletum extitisse; verum & si modum implere noluisset, lex illa non obstaret, ob modum enim non impletum, in donantem dominium nequaquā re trāsfertur, sed ei condictio causa data causa non secuta, quæ personalis est datur, vel condictio ex lege; & ideo profitentur omnes dictam legem procedere fauore alimentorum, & non in alijs casibus, etiā si donatarius modum in fauorem donantis appositum non impleat, Couarrub. lib. 1. Varia. cap. 14. Ripa in l. fi. C. de reuocand. donatio. quęst. 35. 36. & 37. Palacios Rubios in c. per vestras. §. 36. post, Bart. in l. 1. ff. de donatio. nu. 10. de veritate istorum vide, quę scripsimus de inhibitionibus, cap. 5. §. 3. num. 167. ex quibus infertur nō posse Vicecomitissæ auferri bona in pactis dotalibus ei donata etiā si nollet modum iniunctū donationi implere, quod esset limitandum, si modus ille fuisset causa finalis, vt dixi in loco super citato.

Deinde non obstat, quod iure in casibus, in quibus quis post alienationē rei
6 remanet Dominus, † (cum de iure regulariter ante traditionē dominium non transferatur. l. traditionibus C. de pactis) poterit in his casibus rem hypothecare, quia illud est, quando remansit dominium pęnes alienantem, vel in suo casu donantem; at in nostro Regno se-
7 cus est, quia cum † transferatur dominiū ex solo contractu, obser. de consuetudine de fide instrument. cessabit hoc argumentum, quia cum iam post contractum celebratū, & ante traditionē desinat esse Dominus, nequaquam poterit hypothecare exprçsse, Molin. in repertorio verbo dominium. Neq; refragatur, quod pacta dotalia fuerunt facta extra Regnū, in Principatu Cathaloniæ, quia vltra quod bona, de quibus agitur, sunt sita in Regno, quod sufficeret ad verificationem doctrinę Molini vbi sup. dicendum est, quod ex quo Franciscus retinuit pœnes se vsumfructum bono-
8 rum, retentio † illa vsusfructus operatur translationem possessionis in fauorem Vicecomitissæ donatarię, taliter, quod in eius præiuditium non potuit Franciscus super dictis bonis ius aliquod alteri concedere, sicut nequaquam potuisset, si tradidisset realem & actualem possessionem, Bald. cons. 199. in 4. Angel. Paulus & relati à Tiraquel. 1. part. de constitut. nomer. 25. & sic in casibus, in quibus post trāslatam veram possessionem non potuit alienas aliquid innouare, nequaquam poterit post delationem vsusfructus, quia paria sunt.

Postremo, quia doctrinæ in terminis multa placent, ex notatis per Felinum, in cap. cum ordinē, colu. 4. de rescriptis, Gomezius in reg. de non tollendo iure quæsito q. 16. in fine, Caualcan. decis. 18. 1. part.

part,num. 6. habemus in terminis Corneum conſ.215.nu.2.in 4.quem ſequetur Aymo.conſ. 187. nu. 6. vbi dicit,quod ſi quis Dominus † & poſſeſſor bonorum
9 dedit alicui centum ducatos ſuper bonis ſuis,quod non transfert in eum aliquod ius reale, cuius virtute poſſit ille præferri ſecundo,cui dominium bonorum dederit,ſed ſolum cēſetur dediſſe ei actionem perſonalem : pari ergo ratione,ſi Dominus bonorum tranſtulit dominiū eorum in aliquem , reſeruata facultate diſponendi in certa quantitate pecuniarum , ſolum cenſetur per reſeruam retinuiſſe facultatem diſponendi de pecunia, ſed non ius aliquod reale,quia ſicut in caſu Cornei nō tranſtulit ius aliquod reale in tertium , cui dedit centum ducatos in bonis ſuis,contra ſecundum cui dedit dominium bonorum , ita nequaquā potuit ſibi ipſi dari aliquod ius reale in vim reſeruæ contra illū,in quem trāſtulit dominiū bonorum ; imo debet iſte minus ius habere quam tertius , ex reg. legis,vendicātem, de euictionibus: vbi, quem † de euictione tenet actio, eundē
10 ab agendo repellit exceptio ; & ſic cum Franciſcus teneatur de euictione,ad cōſeruandum dominium Vicecomitiſſæ,ſi alius rei vendicaret bona , multo magis remanet obligatus non opponere per ſe ipſum malam vocem. Et vltimo,quia cum tranſtulerit dominium & poſſeſſionem in Vicecomitiſſam , non potuit per reſeruam retinere quod dedit in ſpecie ſcilicet dominiū, & poſſeſſionem,Pariſ ſius.conſ.16.num. 29. & ſequent. volu.1. Ruin.conſ.30. num.1.& 2.vol.5. Pulchre Aymo.conſ.702.nume.35.Simon de Prætis.lib.5.dubita.1.numer. 104.fol. 291.Et ſic quod apud ſe retinuit Frāciſcus, fuit tantum ius diſponendi in quindecim mille libris , & ex ſua diſpoſitione remāſit Vicecomitiſſa donataria obligata ad implendum modum , non tamen iure reali,neque hypothecæ.

Pro contraria tamen parte conſiderabantur aliqua. Primo , quia dicta donatio facta à Franciſco,non fuit ſimplex,& abſoluta, ſed potius modificata aliquibus pactis , vinculis , & conditionibus, & hoc modo fuit acceptata per dominam Petronillam,& ea mediante tranſiuit in eius maritum,vt in dictis pactis cōtinetur;& inter alia reſeruauit ſibi quindecim mille libras , ex quibus poſſet teſtari,vel cum eis dotare, & collocare dictam Domnam Briandam,vel alio modo de eis diſponere ad ſuam volūtatem. Ex quo ſequitur , quod dicta quantitas non fuit cōprehenſa in donatione , ſed retenta,taliter, quod potuerunt donatores vendere ex dictis bonis partem aliquam ad deducendam dictam quantita
11 tem,quia reſeruare † eam idem eſt,ac ſi dixiſſent , quod retinebant facultatem diſponendi de bonis vſq; ad eam quantitatem.l. deducta. §. non licet, ad Trebel.l. acceptis,verſiculo plene , ad l.falcidiam,l.in quartam eod.titu.l.ſi ſeruus legatus.§.qui margaritam,verſiculo,nō autē mirandum,de leg.1.l. poſt emancipationem.§.1.cum gloſ. fi. & ibi Albericus,ff.de leg.3.& in l.cū pater,in prin.ff. de leg. 2.& ibi Cumanus, in 1.& 2.lectura,vbi dicit, quod donatores poſſunt vēdere de bonis vſq; ad eam quantitatem, licet donatarius eam ſolueret; & hæc Cumani doctrina eſt ſatis punctualis ad caſum noſtrum;idē ſentit Paulus de Caſtro,in l.Neſennius, circa finem,ff.ad legem falcid. & in.l,deducta.§.accepta, verſi.prediorum,ff.ad Trebeliā.

Deinde,quia donatio † illa ſic condi-
12 ditionata non poteſt ſortiri effectum , niſi pacta illa,& conditiones ſeruentur, cum ſint pars illius contractus,imo & inſtrumenti, vt bene declarat Decianus, conſ.1.numer.25. vſque ad nume.35.in 3. Ergo vel donatio reſcindenda eſt , vel pacta illa ſeruāda. Tum,hæc reſeruatio ſupradictę quantitatis, ſecundum tenorem pactorum dotalium , nullo modo pendet ab arbitrio, & voluntate donatariæ ; aliàs enim non eſſet reſeruata ad voluntatem & arbitrium donatoris. Vnde fatēdum eſt,quod ad exactionem , & deductionē ſupradictæ quantitatis, nullum

lum factum donatariæ requiratur, & quod sic possit donator dicta bona hypothecare.

Deinde, quia reseruatio dictæ quantitatis nõ potuit intelligi de pecunia, quę reperiretur in bonis Francisci, cũ in vim precedentis clausulæ essent retenta per donatorem omnia bona mobilia, quorum appellatione venit pecunia numerata, ita Decius consi. 381. numero. 4. Tiraquel. de retractu lignagier. §. 1. glos. 7. num. 103. Ex quo resultat, quod reseruatio d. quantitatis nõ sit referenda ad pecuniã numeratã, quæ iã retenta erat, sed ad pecuniã, quę ex vẽditione vel pignoratione bonorũ deduci posset, quod est multũ cõforme cum significatione
13 verbi † pecunia, cuius appellatione nõ solum pecunia numerata, sed etiam omnia corpora comprehenduntur, l. pecuniæ verbum, l. pecuniæ nomine, l. pecuniæ appellatione, vbi Rebuffus, de verborum significatione, optima ratione;
14 quia † omnia corpora ad pecuniam reduci possunt, l. penult. C. de constituta
15 pecunia. Rursus, † quia si donatores, qui sibi reseruarunt dictam quantitatẽ, non possent vendere, & hypotheeare bona ad deducendam, & cum effectu retinendam dictam quantitatem, elusoria redderetur dicta retentio; & ne hoc inconueniens sequatur, & vt retentio intelligatur secundum subiectam materiam, dicendum est, donatores potuisse vendere, & hypothecare bona donata, vt dictam retentionem in effectu facere possent, vt dicit Rebuffus in. l. pecuniç appellatione, colu. 5. versiculo, derogatur prædictis quãdo, cum versiculo sequenti, ff. de verborum significatione.

Deinde, quia reseruata fuit dicta quãtitas, vt ex illa soluerentur legitime filiabus donatorum debitæ, vt expræsse refertur in clausula retentionis, & sic, potuerunt donatores cuilibet filiarum partem dictorum bonorum dare, in quarũ filiarum manu & potestate erat in solu-
16 tionem legitimę † petere partem bonorum sedentium, vel quantitate in pecunia numerata soluta acquiescere, vt declarat & confirmat Suarez in. l. quoniã in prioribus, in 11. ampliatione, C. de inofficioso testamento, per tex. in. l. scimus. §. repletionem, eod. tit.

Deinde, quia pro vt constat ex articulatis à parte aduersa, Franciscus Curita, & eius coniux, ex legitimo matrimonio procrearunt in filias Domnam Petronillam, & Domnam Briandam, & quod dicti coniuges decesserunt, & sic, dicta Petronilla & Brianda, cum non cõstet de testamento, successerunt ęqualiter ab intestato in bonis à dictis donatoribus reseruatis; & in omnibus alijs tempore mortis eorum inuentis, & sic dicta
17 Petronilla, † quæ successit in medietate hereditatis, non potest impugnare obligationem à Frãcisco eius patre factam, in fauorem Briandæ eius filiæ, ex reg. l. cum a matre C. de rei vendi. l. ex qua persona. ff. de regu. iur. Rursus, quia obligatio à Francisco Curita facta in fauorem d. D. Briandæ fuit laudata, & approbata per dictos donatarios, mediãte instrumento publico laudationis; ex quo donatarij remanserunt pręiudicati, iuxta reg. l. creditor. ff. de reg. iur. & iuxta ea, quæ tractat Aymon. consilio. 157.

Neq; obstat si replices, quod instrumentum laudationis non fuit exhibitũ in processu tempore, quo propositio d. D. Briandæ fuit oblata. Quia respondetur, quod quando offertur propositio, tantum requiritur, quod exhibeantur. scripturę et instrumenta ad fundandam dictam propositionem; non tamen requi-
18 ritur, † vt exhibeantur scripturæ necessariæ vel vtiles ad replicandum, vel coadiuuandum, & corroborandum contenta in propositione, vt optime declarat, Bal. in l. fin. nu. 8. C. de eden. & sic, cum pro parte d. Briandæ, tempore quo fuit oblata propositio, fuisset exhibitum instrumentum obligationis, quod erat necessarium ad fundandam eius intẽtionem, nec fuisset necessarium exhibere instrumentum laudationis, quod non erat necessa-

cessarium ad fundandam intentionem, sed solum ad coadiuuandam, & corroborandã eam, recte potuit dict. D. Brianda producere dictum instrumẽtum laudationis tempore, quo produxit eum, cum solum sit ad coadiuuandam propositionem dict. D. Briandæ, iuxta tex. & ibi tradita per omnes in dict. l. fin. C. de eden.

Secundo respondetur, quod donatarij laudarunt dictam obligationem, eodem die, quo ipsa facta fuit, & coram eodem Not. & testibus; & quamuis obli-
19 gatio † & laudatio sint in diuersis scripturis, vere & realiter vnicum est instrumentum, & vnicus contractus, vt dixit Bald. in l. petens numer. 49. C. de pact. Aymon. consil. 11. num 2. consil. 145. num. 3. consil. 246. num. 3. copiose Decian. consil. 1. num. 36. lib. 3. & sic, cum dicta lauda-
20 tio † sit pars obligationis, dici non potest, quod quando fuit producta dicta laudatio, fuit facta fides alicuius rei nouæ. Imo, tantum fuit supplere actum obligationis antea exhibitæ, quod fieri potest in quacumque parte processus, absque eo quod dici possit eo casu produci rem de nouo, vt quotidie videmus fieri in firmis, & alijs nouis prouisionibus; quæ quamuis non possint iustificari, nec iniustificari ex nouiter productis; iniustificari tamen solent, quando productæ sunt obligationes, faciendo postea fidem de contra carta, quia est pars primæ obligationis.

Tertio respondetur, quod † dictum
21 instrumẽtum laudationis fuit insertum in processu, & sic de eo iudicibus constat, & ex consequenti tenentur ad eum attendere, vt dixit Bald. in l. 1. num. 6. C. de vindic. libert. & in l. quoties, §. fin. ff. de probatio. Aymon. consil. 198. num. 11. Rolan. consil. 70. num. 16. lib. 1. Bossi. tit. de denunciat. num. 4. & 5.

Vltimo pro hac opinione adduci po-
22 test: nam de iure, si legatur annuus reditus, vel pecunia super certo fundo, vel ex certo fundo, talis fundus remanet hypothecatus, vt resoluit Ioan. Garcia, de expensis cap. 4. à nu. 30. Petrus Follerius de censibus, verbo, huiusmodi census super rebus, num. 67. quæ resolutio communis est, vt resoluit Solis de censibus lib. 2. cap. 5 num. 7. (Licet Corn. consil. 132. nu. 10. hoc temperet, ita legatarium hypothecaria agere posse ad bona, si hæres soluere recuset, non tamen antea,) Ita tamen si fundus taxatiue, & limitatiue adiectus est, non vero si demonstratiue, Garcia vbi supra, & dicetur taxatiue
23 † adiectus, cum in eadem ponitur oratione, demostratiue vero, cum in diuersa. Ex quo inferunt Doctores, quod res
24 † vel quantitas relicta debetur, licet nõ potuerit solui, nec fuerit soluta ex loco, vel tempore designato, quia fuerunt adiecta demonstratiue: & idem erit, quando tempus vel fundus designati ad solutionem non ponuntur in substantia dispositionis, sed in executione solutionis, Bart. & Alberic. in l. quidam testamẽto, de legatis 1. & in l. sed etsi certos, eodẽ tit. Bald. in l. 1. C. de falsa causa adiecta legato num. 4. & in l. ex his, numer. 1. C. quando dies leg. cedat; Bart. in l. inter stipulantem §. sacram. num. 6. de verborum obligat. Peralta in l. si quis, §. 1. nu. 14. de leg. 2. & in tempore, est elegans consilium Abbatis 93. volum. 1. Paulus & Alexand. in l. stichum qui meus erit de leg. 1. Bellapertica, Zinus, Bald. Salicetus, in l. si quis argentum, §. 1. C. de donatio. Roman. singul. 430. Rip. in d. l. stichum. Simili igitur modo dicendum vi-
25 detur in casu nostro, † quod ex quo donator reseruauit sibi facultatem disponendi super bonis, vel ex bonis (reseruatio enim super eis facta est) idque in substantia dispositionis, & in eadem oratione, censeantur bona illa nexu hypothecæ affecta, & per consequens potuerit donator clausulas apprehensionis apponere, auctoritate eorũ quæ tradit Bart. in l. si ita quis promisit, §. Seia cauit, in princ. de verborum obligatio. vbi, si is qui rẽ alienauit, reseruauit sibi aliquod ius super re alienata, poterit eo respectu hypothecam constituere.

Sed statim dices, quod hoc † procedit in vltimis voluntatibus, in quibus supradicta opinio communis est, & magis communis, Corneus consil. 215. numer. 2. in quarto; secus autem in contractibus, in quibus, si donantur, vel consignantur centum floreni in bonis, vel ex bonis donantis, nulla constituitur hypotheca, & centum floreni sunt in obligatione, bona autem sunt in facultate soluendi, non in obligatione, l. si quis stipulatus sit decem in melle, de solutionibus, & ibi Bart. & communiter Doctores, Corneus dicto consil. 215. quem sequitur Crauetta consil. 187. nu. 6. Hic autem sumus in contractibus, & sic, nulla videtur contracta hypotheca, nec ius reale retentum ex clausula reseruatiua. Nam responderi potest, quod in
27 Aragonia † æqualis potentiæ est contractus, & vltima voluntas; nam ratio propter quam in vltimis voluntatibus inducitur hypotheca est, quia per vltimas voluntates transfertur ius reale, non solum actio personalis; at in Regno etiam per instrumentum transfertur dominium, & ius reale. Deinde, quia in Regno stamus cartæ, & cum facta sit reseruatio super dictis bonis, si non remanerent bona affecta, non diceretur facta reseruatio super bonis.

28 Nec obstat consil. Cornei 215. † allegatum in contrarium; in eo enim nulla erat reseruatio iuris super bonis, sed donatio quantitatis super bonis, quo casu bona non sunt in obligatione, sed in facultate soluendi: in casu vero nostro secus est, quia reseruatur facultas disponendi super bonis vsque ad certam quantitatem, & sic, potuit vendere, & hypothecare, & ita ex his approbauit Senatus hanc vltimam opinionem, declarando in fauorem domnæ Briandæ, die septimo Augusti, millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, sub his verbis.

(?)

Sententia.

De consilio, pronunciamus, & mandamus fieri contenta in propositione domnæ Briandæ Çurita principali. D. Pilares Procurat. iuribus suis durantibus, vna cum expensis, taxandis; quibus finitis contenta in propositione D. Petri Galceran de Pinos, & domnæ Petronilæ Çurita coniugum, Vicecomitum de Canete principaliũ G. Studillo Procurat. præstitis prius cautionibus foralibus, debitè, & iuxta forum, cæteris propositionibus reiectis, & repulsis, reseruatis iuribus reseruari supplicantibus, quascumque in contrarium factas reuocando, neutram partium demptis prædictis in expensis condemnando: ex motiuo sequenti.

Motiuum, sub die 5. Aprilis 1593.

Ex eo, quia cõstat Fran. Çurita tempore concessionis, siue obligationis per eum factę in quantitate 22000. solidorum, in fauorem Briandæ eius filiæ fuisse dominum, & possessorem bonorum saltem ad finem, & effectum pignorandi, & hypothecandi d. bona, vsque ad quantitatem per eum reseruatam in capitulis matrimonialibus per Vicecomitem de Canete contractis; & etiam, quia constat, obligationem d. Fran. Çurita fuisse per eosdem Vicecomites laudatam, & approbatam, nec de foro, & obseruantia huius Regni exceptio solutionis per testes est admittenda, casu quo de ea constaret, & quia non constat de intẽtione dominę Vicecomitissę fundantis se in instrumento capitulorum matrimonialium; vide in processu domnæ Briandæ Çurita super apprehensione, oblata nono Octobr. millesimo quingentesimo nonagesimo primo, in Curia Domini Iustitiæ Aragonum.

DECI-

DECISIO. CLXXXVI.

In locationibus quando reputationis ratio respectu impedimenti fortuiti habenda sit, & quam pacientiam debeat præstare locator cõductori, quatenus possit vti frui re conducta;& quod fiscus succedit condemnato actiue,& passiue.

SVMMARIVM.

Factum proponitur. num.1.

Locator tenetur pręstare pacientiam successiuam conductori. num.2.9.14.15.18. & pręsumitur pręstitisse. num.12.

Locatio, quando dicatur vnica, licet in aliquibus annis diuisa. num.3.& 24.

Locatio, quando dicatur personalis, quando realis. num.4. & 25.

Conductor quando dicatur, quod non esset alias conducturus. num.5.& 26.

Locator in præsenti casu obtinuit. nu.6. & firma fuit reuocata. numer.7. & decretum Cur. Iust. Aragon. nu.27.

Mauri fuerunt expulsi à ciuitat. Burgię, & eius barrijs, 10. Iunij 1610. numer.8.

Inhibitio impidit litis ingressum. nu.10. ideo eam petens adstringitur exceptionem, in qua eam fundat, probare. num.11.& ita practicatur in Cur. Iust. Aragon. numer. 13.

Conductor, licet contractus rescindatur, pretium tamẽ soluere tenetur pro rata temporis, quo vsus fuit, vel per eum stetit. nu. 16. quod procedit, tam in rusticis, quam in vrbanis prędijs. num.17. & declara, vt num.20. & 21.

Inhibitio reuocari debet, si extendatur vltra exceptionem, in qua se fundat. numer.19.

Fiscus successit in bonis Maurorum cum oneribus, & honoribus actiue, & passiue. num.22. ideoque conductores fructus primiciales potuerunt ab ipso recuperare. num.23.



1 IVSTITIA & Iurati ciuitat. Burgiæ, † quibus legitimis titulis Apostolicis, & Regalibus pertinet exactio fructuum primicialium vicinorum, seu *de los barrios de Ribas, Malejan, y Albeta*, illos arrendauerunt, seu vendiderunt Augustino de Alberite, & alijs vicinis d. ciuit. tempore trium annorũ, hoc est, *tres cogidas leuantadas*, qui initium habere cęperunt in mense Maij 1609. prętio, & conditionibus in instrumentis arrendationum contentis. In barrijs dictę ciuit. habitabant Mauri, qui mandato D.N.R. publicato in dict. ciuit. 10. Iunij 1610. expulsi fuerunt per Commissarium Regium á dict. ciuit. & barrijs. Augustinus Alberite, & socij eius, (prætextu depopulationis dictę, & quod eius ratione locatio extincta remanebat,& ex consequenti conductores liberati à solutione prętij arrendationis) recursum habuerunt d. anno ad Cur. D. Iustit. Arago. & obtinuerunt inhibitionẽ, cuius vigore, inhibebantur tribunalia, & iudices, ne procederent contra firmãtes, nec alterum eorum, nec ipsos compellerent ad soluendum aliquod pręttium dictarum arrendationum, etiam respectu anni 1610. quo constabat fructus perfectos, & integros remansisse. Ciuitas Burgiæ prætendebat reuocationem dict. iuris firmæ. Quæritur, quid iuris?

In primis videbatur iuridice concessam, confirmariq; debere ex sequenti-

bus. Primo, quia ciuit. Burgiæ locatrix tenebatur † præstare pacientiam conti-
2 nuam, & successiuam toto tempore locationis durante, glos. Bart. & alij in l. corruptionem, C. de vsufr. DD. in l. si quis domum, ff. locati, Surd. qui alios refert decis. 316 num. 17. Iosephus Ludou. decis. Lucen. 2. num. 7. & ex consequenti, si firmantes vti non possunt locatione, nec ciuit. potest ad id successiuam pacietiam præstare, videtur exceptionem eorum procedere.

Secundo, arrendatio, de qua in præ-
3 senti licet in tribus † annis diuisa, vnica tamen censeri debet; ideoque prętium pro rata anni 1610. peti non potest, cum id excludat contractus indiuisibilitas, Couar. lib. 2. variar. c. 16. num. 5.

Tertio, contractus iste personalis est, † siquidem venditi fuerũt fructus primi
4 ciales, *Que cogiessen y deuiessen pagar los moriscos de dic hos barrios*, & sic contractus ex pulsionis causa ita cessauit, vt verba prędicta verificari non possint, tanquam subiecto passiuo deficiente: quo casu substantiam quoque conductionis cessasse dicitur, & sic iustissime firma prouisa videtur.

Vltimo, quia firmantes nõ essent alias empturi, nisi tribus annis integris fruct⁹
5 collecturi; quo casu, altero anno † deficiente locatio euanescit, secundum Couar. sup. ita vt, vel tantum tempus reintegrari debeat, vel quod damna, quæ proueniunt ob non continuationem contractus, soluantur. Franc. Marcus decis. 20. par. 2. Vin. de Franchis. decis. 451. quod fieri posse videtur firma sustentata: ergo confirmanda venit.

Quibus, & alijs non obstantibus sena
6 tus censuit reuocandam † esse firmam, prout fuit reuocata, vt in fine continetur, ex sequen. Primo considerando, hãc firmam solum fundari in eo, quod Mauri fuerunt expulsi, & barrij depopulati †
7 occasione bãdorum, 10. Iunij 1610. & sic arrendationem ex dicto capite extinctã remanere; cumq; inhibitio comprehendat non solum annum 1611. in quo poterant considerari effectus expulsionis, verum etiam annum 1610. in quo nullum præiudicium inferebatur firmantibus, cum tempore expulsionis fructus illius anni superessent: sequitur iuris firmam iustificari non potuisse respectu anni 1610.

Rursus aduertendum est, ciuit. Burgiæ A. de Alberite, & consortibus non teneri in terminis iuris, & fori facere, vt integre fructus conductos recuperarẽt;
8 tantum enim tenebatur dicta ciuitas pacientiam, & tollerantiam necessariam † præstare, vt adhibita diligentia a affirmãtibus vti contractu possent, exigentes, & recuperantes fructus primiciales, vt ex l. si quis domum, l. ex conducto. l. si fundus, ff. locati, considerauit Bart. in q. 4. Publicanus, num. 8. & magistraliter idẽ in l. si vno, in §. item cum quidam, nu. 4. ff. eodem. Calder. de loca. consi. 5. Osasc. decis. 51. num. 8. Surd. consi. 532. num. 8. Simon. de Prętis consi. 23. num. 15. lib. 1. & consi. 36. num. 11. lib. 2. vbi dixit, locatorẽ
9 † nõ teneri ponere rem locatam in sinu conductoris, sed præstare tantum ei frui licere, quod pacientiam DD. appellant: itaquè, licet conductor, quando actionẽ instituit, teneatur probare se pręstitisse pacientiam, ex Aret. in §. sequens. col. fi. de action. Prętis d. consi. 36. num. 2. Osasc. dict. decis. 51. num. 12. Verum item est, firmantes in præsenti teneri probare; vel quod ciuit. eis impediuit exactionem fructuum conductorum; vel quod casum prætensum contingentem per expulsionem Maurorum ipsos pribauit cõmoditate colligendorum fructuum: cũ
10 inhibitio litis ingressum impediat; & licet vice reorum fungantur, & vt tales iur. fir. obtinuerint, adstringuntur ex-
11 ceptionem dictam † probare, l. iu exceptionibus, ff. de probation. Barr. in l. in illa stipulatione, la. 1. nume 4. ff. de verbor. obligat. Corne. consil. 181. num. 2. præsertim in casu præsenti, vbi cum ciuitat. Burgiæ locatrix sit, iure pręsumi-
12 tur † pacientiã pręstitisse, l. 2. vbi gl. fi. & Bart.

Bart. in princ. C. de acquir. possessio. Socin. cons. 13. nu. 7. in 4. Osasc. dict. decis. 51. num. 1. & 2.

Accedit, quod in Curia Iustit. Arago. practicatur, vt in firmis precessis firmantes concludenter exceptionem probẽt
13 † in qua se fundant: & sic, in presenti A. Alberite, & consortes tenebantur probare ciuit. Burgię pacientiam non præstitisse, quod nequaquam fecerunt; nihil enim interest ipsos fructus non percepisse anni 1610. siquidem expulsionis impedimentum non operatur, nec causat non potuisse eos colligere, nec tenebatur
14 tur ciuitat. ponere † rem locatam in eorum sinu, vt dixit Simon. de Pretis vbi supra.

In solutione tamen dubiorum Cardo huius decisionis consistit. Quorum non obstat primum, cui sub distinctione respondendum est, vt procedat regula illius, quando scilicet ciuit. locatrix im-
15 pedimentum † poneret, aut eum mediate, vel inmediate causaret, vel quidem in sua extitisset voluntate, impedimento sublato successiuam pręstare pacientiam, vt conductores contractu fruerentur; quo casu poterat firmantibus prodesse, & eos excusare à solutione ratæ, & ad soluendum pensionẽ respectu fructus correspondentes anno 1610. At non ita, quando casu ineuitabili, facto Principis, aut tertij iusto, & necessario, in dependentique á ciuit. locatora pacientia pro vsu contractus ab ipsa pręstari non potest successiua, nec est in ipsius arbitrij obstaculum, quod incidit in cõtractum serenissimi ac potentissimi D. N. R. iustissimo facto remouere; quia tũc licet contractus in futurum rescindatur, conductores tamen tenentur pretiũ
16 pro rata † soluere temporis quo fruerũt contractu, vel quo in sua potestate frui extitit: quæ distinctio textualis, & vera est, vt dixit Iur. Cõs. in l. si merces, 25. §. 1. ff. loc. in l. si fundus 33. eod. tit. ex quibus iuribus hanc conclusionẽ sequũtur glos. in l. edem, C. de locato, Bart. in d. §. item cum quidam, nu. 2. 3. 4. Bald. ad Specul. in tit. de locat. §. 1. Alex. cons. 20. in 5. Cagnol. in l. diem functo nu. 66. de offi. Assesso. Bossi. de rem. merce. n. 101. Carrot. de locat. & cõduc. tit. de cas. fortuit. q. 7. gl. ver. claue, in c. potuit, de locato, Nar. cons. 284. nu. 10. Siluan. 12. n. 21. Alex. 97. in 3. ipse & Bart. in l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de public. Surd. decis. 316. ex nu. 57. Beroi. cons. 140. in 2. R im. iun. 92. nu. 4. & 719. nu. 13. 14. Surd. d. cons. 532. & in casibus nostro similib⁹ cõmunis DD. scola resoluit, respectu mercedis reputationis rationem habendam esse, tam in
17 locationibus prędiorum rusticorum, † quam vrbanorum, cum in vtrisque distinctio procedat, vt vltra supradictos tradit Bursatus consilo, 309. numero 10.

Omnia hęc casui nostro applicantur, vt patet ex allegatis à firmantibus, restringuntur enim ad impedimentũ causatum propter expulsionẽ Maurorum factam 20. Iunij 1610. quo casu, fuit mandatum eis quatenus exirent à Regno, & cum firma impediat litis ingressum, si ipsi pretendebant ob non prestitam paciẽtiam à ciuitate, ipsam pretium locationis amisisse, alterum ex duobus probare tenebãtur; aut quod impedimentum
18 † expulsionis pacientiam exclusit, quatenus conductores fruerentur fructib⁹, aut quod ciuitas culpam habebat in impedimento anni superantis; aut quod cũ in eius potestate esset submouere non fecit, verba sunt Becij cons. 45. ex num. 15. Et tantum abest, quod firmantes aliquid de dictis probent, vt imo potius ex eorum probatione constet ciuitatẽ omnimodam pacientiam præstitisse, vt conductores omnes fructus anni 1610. colligissent: & similiter, quod ciuit. mediate, nec immediate fuit causa non continuationis contractus, nec impedimenti, quod in ipsum incidit respectu Anni 1610. nec in sua potestate fuit eum remouere; quo casu secundum bene constitutam iuris prudentiam, & ęquitatem reputationis ratio quoad mercedem habenda est.

Accedit prædictis, in manifesto casu
reuocationis firmam existere; cum e-
nim exceptio sub qua concepta est, sub-
sistat tantum respectu anni 1611. & inhi-
bitio extendatur ad impediendam exa-
19 ctionem anni 1610. quo frui potuerunt,
latior est inhibitio, & plura comprehen
dit, quam sit exceptio in qua fundatur,
meritoque reuocari debet, vt scripsi de
inhibition. cap. 8. §. 11. nu. 32.

Nec obstat, quod supradicta intelli-
gantur in prædijs vrbanis, non autem in
rusticis: ea ratione, in illis siquidem tem
pus vniforme est, & æqualiter currit: In
istis secus, cum temporũ diuersitas adeo
notabilis sit vt toto fere anno conducto
res expendant in laborandis terris, vni-
co autem, vel dimidio mense commodi
20 tate locationis † fruantur, diebus scili-
cet messium, vel vendimiarũ: Qua pro-
pter nulla ratio permittit, vt in hoc casu
tempus & rata computetur pro tempo-
re solum quo incommoditatem attullit
conductori, priuato remanente, prop-
ter impedimentum, quod euenit fructi-
bus prædijs adhærentibus, contractus cõ
moditate, quod fieri non debet, Bart. in
dict. § item cũ quidam, ff. locati l. & ideo
licitatur, ff. de verb. oblig. quam Docto
res sequunt, cum l. si ita stipulatus essem,
eodem titul. tradit Socin. sen. consl. 88. nu.
34. in f. Surd. decis. 316. nu. 19. 20.

Respondetur enim, veram esse theo-
ricam, non tamen applicari casui præsen
ti, locum enim habuisset, si & vbi, prop-
ter expulsionem conductores priuati re
mansissent colligendi fructus primicia-
les anni 1610. quo casu, cum tota com-
moditas illius anni esset collata in tem-
pus colligendarũ messium, † forsam im-
21 pedimentum excusationem conductori
bus prestitisset ab integra, & totali solu
tione mercedis: totum tamen contrariũ
euenit in hoc casu, cum tempore expul-
sionis fructus remansissent, perfecti, inte
gri, & absq; alia necessitate, nisi vt tan-
quã maturi colligi fere potuissent, impe
dimentum sane solum influxit in anno
1611.

Accedit, quod prætensio A. Alberite,
& aliorum firmantium forsam locum ha-
bere poterat casu, quo hæreditates su-
bijcerentur ærario, aut fructus debastati
fuissent, aut depopulati; cum vero per
confiscationem in Regem transierint
hæreditates cum suis oneribus, quis du-
bitauit fructus primiciales Ecclesijs de-
bitis sua origine, & ciuit. Burgiæ cum
onere sub veniendi eas, impedimentum
subesse posse aliquod in eorum exactio-
ne? De quo firmantes tanquam impos-
sibilis probationis nullam fecerunt men
tionem: Imo potius in totum cessat, si
quidem Regius Fiscus cum hoc onere
22 successit, & tanquam hæres † in bonis
Maurorum qui hos fructus primiciales
debebant, eorumq; personas repræsen-
tabat, & iure eorum vtitur, l. fiscus ff. de
iur. fisc. l. si sub pignore, C. de fisc. a. vsur.
ideoq; tenetur creditoribus satisfacere
sicut hæres, cum huiusmodi bona publi-
cata in ipsum fuerint translata cum one
ribus, & onoribus actiue, & passiue, l. si
marito. 31. l. si maritus, 36. solut. matrim.
l. inter eos. §. vltim. de fideiussor. l. 2. §. 1.
de alim. leg. l. in facto, § fin. de condit. &
demonst. Alber. in l. actione, §. publica-
tione, ff. pro socio, Rebuf. in l. Princeps,
de verb. sign. Crauet. cons. 261. numer. 7.
Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 66.
Menoch. cons. 137. ex nu. 3. Heringi. de fi
deiussor. cap. 26. § 14. num. 4. Itaque, tan
23 tum abest, quod firmantes † fuerint im-
pediti circa recollectionem fructuum
conductorum, quod imo potius illos po
tuerunt à fisco recuperare, vt dictum
est.

Secundo argumento respondetur, to
tum oppositum in præsenti casu occur-
risse, saltem quoad effectum, de quo agi
tur; non enim fuit vnica arrendatio, sed
24 tot quot fuerunt anni, † cum pretio cor-
respõdenti quilibet anno, licet eiusdem
quantitatis, quo casu tres esse locatio-
nes distinctas, nõ vnam, tradunt Franc.
Marc. decis. 2. num. 34. par. 2 Bossius, de
rem. merce. numer. 23. Decius cons. 92.
par. 1.

Ter-

Tertio argumento respondetur; imo
25 ex multis † clausulis arrendamenti con
stare esse realem respectu fructuum, qui
fuerunt arrendati, licet demonstratiue
additum fuerit, de his hæreditatibus
quas Mauri possedissent; & quando fo-
ret contractus personalis, similiter fis-
cus in personalibus successit, vt sup. nu.
22. & ex consequenti in iure soluendi
hos fructus, à quo inuito exigi potue-
runt.

Vltimum non obstat, quia firmantes
nihil de illo dixerũt (an videlicet essent,
vel non aliàs conducturi) & casu quo di
xissent non potest talis theorica casui
26 nostro applicari; si quidem † cum de ta-
li voluntate constaret, iuridicum esset
prætendere per viam non continuatio-
nis contractus etiam si facto tertij eue-
nisset impedimentum, & non locatoris,
vt consequeretur reintegrationem tan-
tundem temporis, quo vti non potuit,
aut æstimationis damni, quod sustinuit
interesse, videlicet, quod oriebatur ex
non continuatione contractus: & in his
terminis loquuntur Fran. Marcus, & de
Franchis, qui multum à nostris distant,
vt recte intuenti apparebit: ex quibus,
27 & alijs fuit in fauorem † huius partis iu-
dicatum, die 16. Iulij 1611. vide in pro-
cessu Augustini Alberite, & aliorum
super iur. firm. in 1.

DECISIO C.LXXXVII.

De materia dismembrandi, & diuidendi iurisdictiones, & territoria.

SVMMARIVM.

Reges, & supremi Principes astricti sunt seruare contractus suos. nu. 1.

Rex, neq; de plenitudine potestatis potest à contractu suo recedere. nu. 2. & 24.

Clausula (de plenitudine potestatis) in contractibus nulla est. num. 3.

Regis successor tenetur lege contractus sui predecessoris. nu. 4. quod procedit etiam, vt num. 7.

Iuramentum præstitũ in contractu prę decessoris magis obligat successorem. nu. 5.

Regia corona lædi nunquam dicitur nimiam, quando sub nomine dotis alienatur pars Regni, etiam si alienetur Comitatus, vel Ducatus cum iurisdictione. nu. 6.

Fiscus non est verus thesaurus Regius, sed subditi opulenti. num. 7.

Rex, si concedit terminos alicui vniuersitati, non potest eos eidem auferri, quia esset contra suum contractum venire. n. 8.

Diuisio partis magis odiosa est, quam ablatio totius. num. 9.

Exemplaria supremi senatus multum valere solent apud iudices. num. 10.

Iurisdictionẽ cõcessa à Principe per cõtractum, nec ipse, nec eius successores auferre põssũt, quando est translata quoad dominium vtile, vel directum. num. 11.

Princeps quemadmodum ius cõcessum per contractum suum tollere non potest, nec illud limitare, aut modificare. nu. 12.

Contractus est de iure gentium, & sic obligatio naturalis, quæ inde oritur obligat præcise Principem. num. 13.

Ius aliquod si cõpetat nobis à lege, vel statuto sub nomine collectiuo, & vniuersitatis, quãuis directè tolli nõ possit destruẽdo contractũ, potest tamen indirectè contractu subsistente, & sine læsione illius. n. 14.

Ius conuentionale nec per indirectum tolli potest. num. 15.

Ius legale facilius tollitur, quam ius ex præscriptione, vel ex hominis pacto. n. 16.

Rex potest vnire territoria, separare, & illa diuidere. num. 17.

Rex quando per viam alicuius contractus trāsfert aliquod ius in aliquē, cum contrahit quoad dominium; tunc, licet expresse non se priuet facultate auferendi tale ius, remanet tamen priuatus tali facultate. num.18.

Contractus non subiacent resolubilitati Principis.num.19.

Rex, obligando se non contrauenire de iure, nec de facto, ita obligatur, vt non possit contrauenire, etiam in casibus, in quibus alias de iure poterat contrauenire.nu.20.

Ius quæsitū si aliquis habet per contractū Regiū, & factus est dñs illius iuris, ex eo solo potest prohibere dnm Regē, & quoscūq̃ alios, ne impediāt eū vti iure illo.n.21.

Aldeæ veniūt in dispositione loquēte de villa, tanquam res accessoriæ, nō per consequentiam, sed ex tenore contractus. n.22.

Dispositiones intelliguntur (rebus sic stantibus) quod in contractibus non procedit. num.23.

Dominus Rex ex causa publicæ vtilitatis potest venire contra contractum à se factum, quod procedit, vt ibi dicitur. num.24.

Regimenta & iurisdictiones ab initio nascētis Regni sūt apud Principē.n.25.

Iurisdictionem exercentes in locis Regalibus censentur exercere sub nomine Regio.num.26.& 33.

Iura incorporalia, quæ de se poßideri non possunt nisi cum titulo, vel precario, præsumendum est; quod poßidentur precario, & nō aliter.n.27. quod limita, vt n.28.

Creatio officialium pertinet Dno Regi tanquam domino iurisdictionis.num.29.

Rex facultatem, quam habet diuidendi territoria, & erigendi tribunalia, habet eam ab initio nascentis Regni.num.30.

Facultas diuidendi, & separandi territoria & iurisdictionem, non renuntiatur per primam vnionem.num.31.& 34.

Iurisdictio respectu Regis semper est eadē, & idem territoriū nunquam diuiditur licet respectu iudicum, & territorij diuidatur.num.32.

Latifundus aliquis si à domino diuidatur in plures partes, censetur diuidi gratia facilioris culturæ.num.33.

Rex aldeam alicuius villę, ea remanente aldea, non potest eam eximere, nec vicinos eius à iurisdictione villę, cuius est aldea, nisi per viam euocationis perhorrescentiæ.num.35.

Ius aliquod prętendi minime potest ex concessione Regis, quando eius reuocatio, & alteratio pendet ab eius voluntate, & nutu.num.36.

Immemoriale tēpus allegans, dicit quid infinitum.num.37.

Instrumentum trāssumptum à transumpto non probat.num.38.

Curia Iustitię Aragonum habet hanc præeminentiam, quod eius transumptis datur plena fides ex consuetudine immemoriali.num.39.

Terminorum conceßio nihil infert ad iurisdictionem.num.40.

Proprietas fundorum nihil habet commune cum proprietate iurisdictionis, nec contractus circa dominium terminorum extenditur ad iurisdictionem, quæ est res separata.num.41.

Dispositio vna, & eadem non censetur diuersō iure. num.42.

Vniti quoad quędam, quoad omnia alia censentur non vniti.num.43.

Con_

Concordia non est priuilegium sed contractus.nu.44.

Fundans se in aliqua scriptura, in dubio semper est de ea facienda interpretatio contra eum, qui in ea se fundat.nu.45.

Omissum in contractibus habetur pro omisso.num.46.

Voluntas derogatoria ita declarari debet, vt intellectus non laboret in intelligendo mentem testatoris, sed ex ipsis verbis pateat specificata.num.47.

Adimplementis non probatis pro sui parte iuuans se ex contractu, non potest obtinere.num.48.

Exceptio adimplementi no secuti est exceptio litis finitę.nu.49

Contractus celebratus sub nomine vniuersitatis, si contractus ipse postulat, est ratificandus, & approbandus ab ea, aliàs annullatur ex deffectu illius cōsensus.nu.50.

Mandatum non pręsumitur etiam per mille años.n.51.

Regalię potissimæ Domini Regis quæ sint.num.52.

Conciliū nullam habet iurisdictionem nec actiuam, nec pasiuam, quia in eis exercetur, tanquam in subditos.54.

Iura duo separata habens remittendo vnum, non censetur aliud remitere.nu.55.

Donatio non est præsumenda.n.56.

Interpretatio stricta facienda est, & non debet extendi vltra expræssa, ad euitandam donationem & renunciationē pro [illegible] iuris.num.57.

Possessio semper præsumitur habita in vim tituli præcedentis.numer.58.

Possessio & præscriptio non extenduntur de vna re ad aliā, nec de vno iure ad aliud ius.n.59.quod intellige, vt num.60.

Genus generalissimum & genus subalternum, in quo distinguantur. nu.60.

Rex habet fundatam intentionē quoad diuisionem terminorum & iurisdictionem num.61.

Possessio fundata in contractu respectu alicuius iuris, intelligenda est strictè, & maxime contra Dnm Regem.nu.62.

Statutum inferioris non potest tollere appellationes, quæ defferri debent ad superiorem.num.63.& 71.

Appellari non potest à sententia arbitri.num.64.

Iurisdictionem non potest quis exercere extra territorium.num.65.

Accedens secundario & minus principaliter non venit in consideratione.nu.66.& 74.

L.si vero.§. Item quod quis, ff. solut. matrim.declaratur.n.67.

Causa remota, quæ non est immediata, non debet attendi.nu.68.

Iustitia exercet iurisdictionem in toto suo territorio.num.69.

Bald.in.l.1.§.quibus, C.de iustiniano Codice componendo, traditur, & declaratur.nu.70.& 71.

Appellatio non datur ab arbitris iuris. num.72.

Ius dicenti extra territorium impunè non paretur.num.73.

Connexa duo diuidi nec separari possunt num.75.& quæ dicantur.num.78.

Præscripta causa primordiali, censetur præscriptum accessorium, quādo accessoria substantiantur in causa primordiali: num.76.

Ea quæ differunt in plus vel minus quantitate, nō dicuntur differre substantia.n.77.

Excep-

Exceptio litis pendentiæ tunc obstat, quando sententia lata in vno iudicio parat præiudicium in alio.num.79.

Exceptio rei iudicatę vt obstet, necesse est, quod in 2. processu agatur inter easdem partes, super eadem re, & causa agendi. num.80. & quid amplius requiratur. numer.81.

Accessorium non sequitur principale, quando est maius ipso principali.nu.82.

Verba contractus, & promißionis ita sunt intelligenda, vt minus obligent promittentem.num.83.

Ciuitas & Regnum potest eximi ab imperio pręscriptione, & priuilegio.nu.84.

Ius concessum villæ, vel vniuersitati non moritur, semper est idem.nu.85.

Ancharranus, in regula accessorium, de regul.iur.in 6.intelligitur, & declaratur. num.86. & 85.

Territorium cohartare, & coangustare leue præiudicium est.num.87.

Præiudicium leue non est in considera tione. num.88.

Craueta consil.592.intelligitur. nu.89.

Verbum (perpetuamente) intelligitur. num.90.

Perpetuum vt aliquid censeatur sufficit, quod poßit esse perpetuum.num.91.

Officialis creatus ad beneplacitum Regis censetur creatus.num.92.

Menoch. cons. 264. intelligitur. numer.93.

Seruitus, vel aliquod ius quando expreße constituitur, tunc non potest tolli ius illud, aut illa seruitus, nec directe, nec indirecte.num.94.

Rex, loquens in contractu per verba quę recipiunt augmentum, & diminutionem, potest separare & diuidere illud, de quo loquitur. num.95.

Expreßio quæ aliàs tacite inest nihil operatur.num.96. & 99.

Pascua, maior pars vniuersitatis non potest tollere alijs vicinis.num.97.

Concessum per viam contractus, non potest tolli, nec auferri, etiam indirecte.numer.98.

Concessum aliquid cum aliqua qualitate, ceßante qualitate cessat conceßum. numer.100. & 101.

Persona statu mutato, statum rei conuenit mutari.num.101.

Ceßante causa, quando ceßet effectus. num.102.

Contractus forma perpetuo debet seruari.num.103.

Potestas eligendi Canonicos pertinet ad capitulum de iure; tamen ex eo bene potest Pontifex Diœcesim diuidere. numero 104.

Vnire, & diuidere est res maxima. num.105.

Dominus Rex Aragonum non recognoscit superiorem, & potest omnia illa facere, quæ potest alius Rex non recognoscens superiorem, nisi per foros appareat diminutam potestatem.num.106.

Intereße, quod per accidens venit non consideratur.nu.107.

Molendinum licet quis non poßit facere in parte superiori in pręiudicium molendini inferioris, bene tamen potest [illegible] ferre commodum molentium. numero 108.

Verbum, dicta, est relatum ad praecedentia.num.109.

Relatio solum facienda est ad ea quæ princi-

principaliter posita fuit in dispositione, nõ autem ad ea quæ incidenter sunt dicta. num.110.

Obseruantia subsequuta probat intentionem contrahentium.nu.111.

Recognoscens tenere castrum in feudũ, non videtur recognoscere terretorium. nu. 112.quod limita, vt ibidem.

Interpretatio faciẽda est strictè in contractibus.num.113.

Priuilegij, & beneficij differentia traditur.num.114.

Interpretatio in dubio strictè facienda est.num.115.



SERENISSMVS Rex Ioannes. Anno 1458. per viam cõtractus, celebrati inter se & Villam de Sariñena, obligauit se & successores suos in perpetuũ precio interueniẽte, ad dãdũ officium iusticiatus, & iurisdictionis Villæ de Sariñena, & eius aldearum, vni ex tribus personis nominandis à dicta Villa, quolibet anno, & eidem personæ ex tribus à Villa nominatis in iustitiam Villæ & Aldearum, daturum omnem iurisdictionem prouentus, emolumenta, & honores, quæ vsq; tunc habuerant iustitiç dictæ Villæ & Aldearum, & eandem fecit promisionẽ respectu officij Baiulij & etiã iustitiatus, nisi quod in hoc solũ erãt nominãdæ duç personæ a Villa, promisitq; Rex Ioannes sub fide Regia, & iurauit per se & successoores suos obseruare dictum contractum, & omnia in eo contenta, eõ meliori modo quo possit, & non contrauenire illis de iure nec de facto aliquo modo, nec ex aliqua causa, & ratione, obligãdo se de euictione: & hoc omne fecit motus ex multis iustisimis causis, & vtilibus Regiæ coronæ, vt in contractu concordiç continetur; Villa autem loco vnius florenni, quẽ soluebat quolibet anno Domino Regi pro prouisione dictorum officiorum, obligauit se in perpetuũ dare quolibet anno.70. solidos prout huiusq; semper solui sunt, & recepti à Serenissimis Regibus.

Hoc supposito, Serenissimus Rex Philippus Secundus, prudentissimus omnium & maximus iustitiç cultor (à quo in anno 1592. assumptus fuit licet indignus in Locumtenens Iustitiç Aragonum in Curijs celebratis eo anno Tirasonæ) ex iustis causis eius animum mouentibus, & de plenitudine potestatis dessmembrauit, seu dessmembrauit à iurisdictione & territorio dictæ Villæ de Sariñena locum de Castejõ, Aldeam tunc temporis eiusdem Villæ, & de eius territorio, situmq; in eius terminis, ob quod fuit orta magna dubitatio an potuerit Dominus Rex illam diuisionem & separationem facere; dicebant enim aliqui quod non ex eo, quia cum Dominus Rex promisisset pro se & successoribus suis sub iuramento & fide Regia electurum se vnum ex tribus nominandis à dicta Villa, eiq; daturum iurisdictionem exercendam super dictam Villã, & eius Aldeas, de quarum numero vna erat Castejon; subsequitur inde nihil magis esse contra dictum & promisionem, quã illa separatio & diuisio facta de Castejon, nominando in eo nouum iusticiam distinctum, & separatum ab illis tribus personis, ex quibus electurus erat vnam in vim contractus, de tribus nominandis per dictam Villam, vt illa sit electa ex tribus, iurisdictionem exerceret: non solum in Villa, sed etiam in Aldeis, & sic in loco de Castejon.

Et pro hac opinione faciebant sequentia.
1 Quia Reges † & supræmi Principes astricti sunt seruare suos contractus, quia cum contractus duorum consensu firmetur, vnius penitẽtia minime resoluitur. l. sicut. C. de actionibus & obligationibus, aliter enim si diceremus, nullus contractus esset cum Rege, si eius substantia & resolutio ab eius nuda voluntate penderet, l. in ementis C. de cõtrahẽda emptione

ne & sic neq; de potestatis plenitudine
2 † potest Rex à suo contractu recede re,Paulus in.l. digna vox, C.de legibus, Aymon.consi.241.num. 20. Cephal.cōs. 58.Roland.late. cons.45.in.3.numero.15. Osas.decis.139. numer.25. Menoch.264. numer.89. Et sic dicit Crauet.cons.592. num.56.& numer.107.Quod in contra-
3 ctibus † clausula de plenitudine potesta tis,habetur pro non scripta, aliàs nullus auderet contractus celebrare cum ipsis Regibus, si ipsi vel eorum successores possent in toto vel in parte contra contractus suos venire: imo hæc esset totalis ruina Regiæ coronę, quia fierent Reges in comunicabiles: & ob hanc ratio-
4 nem procedit hoc non solū in Rege † celebrante contractum, verum & in eius successore, quia similiter obligatur lege contractus sui prędecessoris, aliàs nullus cum Regibus cōtraheret, si timeret per successorem posse contractum irritari. Et sic,cōmunis resolutio est, quod contractus prędecessoris Principis obligat eius successores Bald.in.l.1. de constitutionibus principū, Bossius de Principe. n.29.Cephal.cons.23.n.50.& consi.153.n. 18.Roland.cons.3.num.36.in. 3. Gabriel de iure quæsito conclus. 5.num.2.Osasc. decis.139.nnme.11.Aymon.consi.41. nu. 17.& cons.593.nume.59. precipuè, si Rex in contractu obligat se & suos successores, prout fecit Rex Ioannes hic, quia tūc successores omnes siuè hereditarij, siuè dignitatis, siuè electiui sunt obligati Menoch.cons.264. numer.15.cum.seqq. Decian.cons.25. numero.42. precipue si
5 adsit iuramentum, † quia obligatio ex eo orta magis obligat successores, Menoch.cons.5.nume.16.& 17.Ex quo videtur, quod Dominus noster Rex teneatur seruare concordiam Ioannis sui prędecessoris, quæ resolutio certissima est, quando non leditur nimium Regia corona, neque eius iurisdictio, vt diximus nos latè decis. 79.1.tomo. Bart. in l.prohibere. §.plane, quod vi aut, clam. Roland.cons.1.in 2.decisio.Pedemontana. 139.nume.21.Aymon.241.nume.17.&
6 nunquam dicitur † ledi nimium corona Regia, quando sub nomine dotis alienatur pars Regni, Nata, consil.636.& nos vbi supra late, etiam si alienatur Comitatus vel Ducatus cum sua iurisdictione, Bal.in l. suma.C. de legibus, Baldus, cons.328.& 228.in 1. vbi de Ducatu Mediolani, Ripa respons.1.lib.1. in Comitatu Bigorræ, Abb.cons.3.in in.2.& in Rege Aragonum, Iass.consil.45.vol. Ratio est, quia non de primitur status Regius per has alienationes sed magis timendus, & honorabilis redditur dignitate
7 subiectorum, quoniam verus † thesaurus Regius non est fiscus, sed subditi opulenti, Decianus, d.cons.25. nume.62. volu.1. Et procedit sup. dicta resolutio in contractibus Principum factis super regalijs, qui obligant etiam successores quando notabiliter non damnificant coronam Regiam, Nata.122.nu.3.Roland. 36.nume.38.in 2.& cons.45. numer.13.in 3. Gabriel in d. conclus.5.nu.4. vbi citat Ruinum & Bertrand.Rip.d.respons.1.n. 56.Pulchre.Osasc.d.decis.136. nume.22. Decian.cons.25.nume. 46. in 1.vide nos late sup.

Ex quo infertur secundum sup. dictos Doctores,
8 † quod si Dominus Rex dat terminos alicui vniuersitati, nō poterunt, ipse, nequè eius successores eos auferre ei, quia non possunt venire contra contractum suum, quia & dominium translatum per illum contractum fuit de iure gentium, & sic per Principē inferiorem illo iure non potest tolli, & sic in terminis concesis per Regē, quod non possit ab eis Princeps auferre tenet Abend.lib.1.cap.12.num. 20. & sicut non potest auferre terminos semel datos, neque etiam partem illorum diui-
9 dendo eos, quia est magis † odiosa diuisio partis, quam ablatio totius, quia per diuisionem deformatur status rei, non sic per ablationem totius, Aymon, cons. 592.num.87.& 89.Menoch.cons.264.nu.
10 37.& 38.Et quia † exemplaria supremi Senatus solent multum valere apud iudices, Menoch.cons.264.nume.46.dico quod

quod Grationopoli fuit determinatum, quod non poterat separari Aldea de Borilleta a Dominio & iurisdictione Ciuitatis de Aste, Neuizan. inter conf. Bruni consilio. 12. Aymon. 592. Menoch. conf.264. qui referunt interminis exemplaria, in quibus fuit iudicatum, non potuisse huiusmodi Aldeas dismembrari a suis territorijs, quibus erant affixæ, & id quod doctores dicunt in concessione terminorum & sic in dominio, dicent idem de concessione iurisdictionis, quia iurisdictionem, † quam Princeps con-
11 cessit per contractum, nec ipse nec eius successores auferre possunt, quando est translata quoad dominium vtile vel directum, iuxta doctrinam Bald. in l. qui se patris C. vnde liberi: falsum enim est dicere, quod sit precaria, vt interminis Bald. conf. 300. in 5. & in l. 1. de constitutio Princip. nume. 7. & in d. l. qui se patris, qui male intellectus allegatur in cõtrarium, vt bene declarat Afflict. in constit. rub. 47. num. 4. cum sequent, Grab. d. conclus. 5. numer. 5 de iur. quæsito non tollend. Gram. voto. 28. num. 13. & 14. & conf. ciuili. 100. sequuntur multi vt Roland. consi. 1. num. 168. in 2. Pelaez de maiorat. lib. 1. quæst. 20. numer. 2. Abendaños lib. 1. pac. 1. nume. 25. Natta, consilio. 636. nume. 54. elegantissime pro declaratione Bal. Bellug. rub. 7. nume. 31. & rub. 9. nu. 27. Ex quibus resultat, quod Maiestas Domini Regis tenetur obseruare concordiam initam per Regem Ioannem, qui obligauit se, & successores suos sub iuramento & fide Regia, & quod sic non possit nec terminos conexos & donatos, nec itidem iurisdictionem cõcessam & donatam reuocare in totum, nec in partem, iuxta obseruantiam contractus, cui subditus est, tanquam iuri gentium. In facto autem negari non potest, Regem Ioannem talem contractum & concordiam fecisse, quia in ea cauetur, quod Serenissimus Rex Ioãnes ex vna, & saluator Banso & Bartholomeus Castanet nomine Villæ de Sariñena ex alia, scienter, expræsse & ad inuicem confitentur se facere concordiam, pacta, & capitula infra scripta, &c. Et dicsit, quod attento quod Ioannes de Bardaxi, & Philippus de Vrrias, Bartholomeus de la Cueua, pretendunt gratias perpetuas iustitiatus dictæ Villæ, & Aldearum, & quod alij prætẽdebãt idẽ de officio baiuliæ, & notariatus dictæ curię Villę & Aldearum, & sic consideratis multis causis contentis in concordia, presertim paruo emolumẽto, quod inde percipiebat corona Regia, quæ nõ percipiebat nisi vnum florenum, & ab hinc promitit dicta Villa soluere septuaginta solidos; & attento, quod iustitia melius administrabitur iuxta tenorem concordię, ad euitanda multa damna, quæ ex alio modo gubernationis sequerentur, ideo Serenissimus Rex concedit supra dictas gratias, de quibus sup & quæ infra latius continẽtur in suis originalibus gratijs, aduertendo, ꝙ dicta concordia fit irreuocabiliter, & eo meliori modo quo fieri possit, cum maximis & pregnãtibus clausulis, vt ibi apparet. Et licet solum dicatur, quod quolibet anno nominentur per Villam tres personæ, vt Dominus Rex eligat vnum ex eis ad dictũ officium iustitiatus, & in tota concordia semper nominetur iustitia Villæ & Aldearum, sequitur inde in vim relationis, quod electio facienda a Domino Rege de vno ex illis tribus, & suo casu duobus in Iustitiam, Baiulum, & notarium, quod sit intelligenda per necesse de Iustitia, Baiulo, & nota. Villę & Aldearum, & obligauit se Rex Ioannes non contrauenire; ad quam clausulam vidẽdi sunt Vincentius de Franchis decisio ne 1. nume. 43. Menoch. conf. 264. nume. 23. Ex quibus cõcludẽdo resultat, quod eo modo, quod non potest Princeps in totum auferre hominibus de Sariñena facultatẽ nominandi tres personas ad officium iustitiatus, & eius Aldearum, quarum vna erat Villa de Castellon, tẽpore concordiæ, † nequaquam poterat
12 in parte ius illud limitare, & seu modificare, veluti nominando aliã personam extra

extra dictas tres nominatas ad vnam Aldeam, vel ad dictã Villã, vel ex nominatis assumere vnam ad Villam, & assumere alias ad Aldeas, vel aliam similem nominationem facere, per quam vel in toto vel in parte præiudicium fiat facultati, quam habet Villa nominandi tres personas Domino Regi, vt ex eis, & non aliunde eligat vnam Dominus Rex, vt sit iustitia non solum Villę, sed etiam & Aldearũ, iuxta terminos. l. si cum optio de opti. legata, quę disponit, quod si alicui fiat legatum de aliquo seruo, cum facultate eligendi ex pluribus testatoris, quod sicut nõ potest ei tolli facultas eligendi, sic non potest limitari, nec modificari illa facultas in aliquo, veluti si dicatur, quod eligat ex omnibus, vno dempto, quia qui nõ potest tollere facultatẽ eligendi in totum, non potest subducere à facultate eligendi vnum ex eligibilibus, Bald. in quæst. de scismate. nu. 12. Aymon. consil. 592. nume. 71. & cons. 803. nume. 7. Decian. consil. 25. numero. 49. in 1. Nata. consil. 554. num. 17. Vnde, cum Dominus Rex non posset in totum tollere Villæ de Sariñena facultatem, quam habet nominandi tres personas, ex quibus vnam eligat Dominus Rex, eodem modo neque poterit (salua sua clementia) hanc facultatem in parte deteriorare, ita vt ad vnam Aldeam eligat vnum ex tribus, & ad aliam Aldeã alium ex eodẽ numero, vel si extraneam personã extra dictũ numerũ ex se eligat ad solam Villam, vel Aldeas solas; totum enim hoc erit alterare contractum & conuentionem, quæ ipsum Principem ligatum tenet.

Facit etiam pro hac ipsa parte vrgentissime: Quia si Rex Alfonsus dedit terminos Villę de Sariñena, vt supra diximus, quos non potest reuocare, seu adimere, vt supra, & dicta Aldea de Castejon, (nunc erecta in Villã) erat de terminis tempore concessionis, nequaquam poterit nunc Rex Ioannes eam dismembrare á terminis, & territorio de Sariñena, obstãtibus pactionibus cõtractus, quę Principem ligant.

Vltimo corroboratur hęc opinio. Quoniam eum hoc ius, quod habet Villa de Sariñena, competat ei ex lege contractus, mediante pretio inito, quo ligatur Princeps irreuocabiliter, etiã si cum subdito fiat, cũ cõtractus sit de iure gẽ-
13 tium, † quod est supra Regem, & obligatio naturalis, quæ inde oritur, obligat precisè Principem, Abb. Felin. & alij in cap. 1. de probationibus, Nos late decis. 79. in 2. conclus. cum seqq. Cum igitur competat hoc ius per viam contractus, nõ potuit tolli indirectè, erigendo Aldeã de Castejon in Villam, sicut neq; directè poterat reuocare contractum: est enim notabilis & vera conclu. quod
14 quando aliquod † ius competit nobis á lege vel statuto sub nomine collectiuo, & vniuersitatis; tunc, licet directè tolli non possit destruendo contractum, potest tamen indirectè, contractu subsistẽte & sine lesione illius; eccè, de foro Regni cõpetit ius pastus vicinis in terminis loci cõuicini, quẽ nos ius alerę foralis appellamus, de sole ad solẽ, & de area ad areã, vt in decis. 156. dictũ est, ius hoc à lege cõcessum, licèt nõ possit tolli directe & aufferri vicinis per vniuersitatem, vel Regem aliquo modo, vt dixi in decis. 74. to. 1. potest tamen tolli per indirectum plantando vineas, olibeta, & hortos in illis montibus albis, in quibus competebat ius pastus, ita probatur in obseruantia 1. de pascuis, vbi per constitutionem boalaris & deffesię tollitur et diminuitur hoc ius legale à lege et foro proueniens, secus autem est, quã do ius hoc competit ex pacto, et conuentione hominũ expræssa: tunc enim neq; per indirectum potest tale ius tolli; vnde si ex contractu habeo ius pascendi mea pecora in montibus tuis, non poteris reducendo ad culturam mõtes illos, tollere ius pastus, vel diminuere hoc vel similia iura, quia ius hoc competit ex conuentione, ita resoluunt Conar, practicarum quęst. cap. 37. nume. 4. et. 7. et lib. 1. variarum cap. 17. numer. 11. ver. sed

sed et quoties. Cepol. in tracta. de seruitut. rusticor. prediorum. cap. de ser uitute iuris de pascend. num. 4. & 14. Aymon. consil. 292. in fin, vbi secus dixit in iure quæsito præscriptione vt ibi: ius enim
15 hoc † conuentionale nec per indirectũ tolli potest. Aymon Publici, in consuet. albermæ tit. 28. art. 6. numero. 3. (vbi ita concludit in seruitute depascendi præscriptione quæsita, sed in hoc cõtrarium tenet Aymon vbi supra) diximus nos decisiõ. 74. nume. 47. 1. tho. quidquid dicat Ioan. la cupin. Riminald. senior. cõs. 350. nume. 20. Ratio differentiæ ellegan
16 tissima est: quia ius legale † facilius tollitur quàm ius ex præscriptione, vel ex hominis pact. competens; nam si statutum concedat facultatem tollendi ius alicui quæsitum, intelligitur de tollẽdo iure quęsito per legem, non autem vt possit tollere ius ex facto hominis quæsitũ, glos. in §. fuerat verbo, creditoribus & ibi Ias. num. 71. Gomez. numer. 27. de actio. Socin. in. l. 1. in fin. solut. matrimo. Corne. cons. 172. col. 3. in. 1. Dec. consili. 208. numero. 12. Bald. nouel. de dot. p. 10. per totam, latè Portol. in verbo ganatũ à nume. 69. & nos d. decis. 74. a numero. 47. cum seq. Ex his sequitur, non obstare rationes duuitandi quę in cõtrarium adduci solent. Et 1. non obstat, id quod adducitur, quod scilicet Dominus Rex
17 potest † vnire territoria, separare, & diuidere illa l. si eadem, de Assessoribus. l. 1. de Metropoli verito cum vulgatis, & quod in casu præsenti per illam concordiam non se pribauit Dominus Rex facultate diuidendi territorium, & per cõsequens potuit diuidere & separare Aldeam de Castejon: ius enim prohibendi ne Dominus Rex possit separare, Villa de Sariñena nõ acquisiuit, necessè enim erat ad hoc quod Dominum Regem vulentem diuidere prohibuisset Villa cum effectu, quod cum non adsit hic, minime potest impedire dicta Villa quominus Rex diuidat de territorio Villam de Castejõ. Hęc ratio fragillissima est,
18 quia quando † Dominus Rex per viã alicuius contractus trãsfert aliquod ius in aliquem, cum contrahit quòad dominium; tunc licet expresse non se priuet facultati adimendi illud, certissimũ est, quod remanet priuatus tali facultati auferendi rem, hæc enim est vis contractus, ita eleganter Bald. in. l. qui se patris ver. in translatis C. vnde liberi, quod & fatentur Bossius in titu. de Principe. nu. 382. Afflictis in constitution. Neapol. in preludijs. quæst. 14. nos late, decisio. 79. to. 1. est enim adstrictus Dominus Rex ad obseruantiam contractus à se gesti, & etiam sui successores, nec ei possunt in toto vel imparte cõtrauenire. Ex quo sequitur, quod licet ad Dominũ Regem pertineat dare territoria & iurisdictiones, & illa diuidere, tamen postquã semel dedit terminos & iurisdictionem, non potest diuidere nec moderare illã, ita Auendañus lib. 1. cap. 11. numero. 10. Bald. in. l. 1. nume. 7. de constitu. Principum, & cons. 300. volu. 1. Afflict. d. rub. 47. à numer. 4. cum sequæn. Gabriel d.
19 conclus. 5. nume. 5 Natt. cons. 636. num. 54. Pulchrè Belluga, rub. 7. numer. 31. & contractus † nõ subiacent resolubilitati Principis, qui non potest illos reuocare nec in aliquo alterare, & iurauit Rex Ioannes, & in fide Regi promissit per se & sucessores suos, non solum concordiã sed & omnia in ea contenta, & non contrauenire aliqua causa, & ratione de iure nec facto, & sic videtur, quod Dominus Rex non potuit contra dictum contractum erigere in Villam locum de Castejon, cum teneatur obseruare contractum tanquam successor Regis Ioannis, & non contrauenire aliquã causa & ratione, Vnicentius de Franchis decis. 1. nume. nume. 47. Menoch. consili. 264. nume. 15. in fin. dicitur enim contrauenire concordiæ & eam non seruate ille, qui in totum nõ obseruat eam. & in parte destruit, iuxta communem resolutionem infra tradditam, qua tenentur Reges & sui successores non contrauenire suis contractibus in toto, nec in parte dicta l. si optio de optione legata Aymõ consi.

conf.592.nume. 71.& conf 803. numero. 3.Nata 564.num.17. Decian.conf.25.nu. 49.in 1. & est tantę efficatiæ † obligare
20 se non contrauenire de iure nec facto, vt tunc nec possit contrauenire, etiã in casibus, in quibus aliàs de iure poterat, elegãter Corn.cõs.fin.1.part.hoc enim operatur verbum, de iure, veluti si incontractu corrispectiuo ponatur clausula de non contraueniendo de iure, nec facto; nam licet promissa mihi ibi non seruentur, non potero contrauenire, vt ibi Corneus, vnde, licet aliàs de iure possent Ioannes Rex & sui successores diuidere territorium & per indirectum moderare contractum: tamẽ ex quo appossuerunt illam clausulam, videtur quod iam non possunt, & vix reperiri possent verba aptiora ad prohibendum Dominum Regem, quominus ei liceret dictã diuissionem facere, quam supra dicta; & sic, argumentum, quod incontrarium fit nõ videtur subsistere interueniẽte pacto de eligendo vnum, ex tribus, quos Villa nominasset in iustitiã Villæ & Aldearum, vt respondet in terminis Aymon consil. 592.n.131.Menoch. cõnf.264.numer.63. & 64. & maxime, quia contra pactum non potuit aliquid fieri etiã indirectè, vnde concludit Aymon, consi. 963.licet satis confussè, quod semel constituto tribunali per Principem, in aliquo loco super aliquot oppida, maximè intercedẽte pecunia, non poterit Princeps aliqua loca ab eo comitatu aufferre & dismẽbrare; & facit, quia ius quęsitum alicui per contractũ Principis vel alterius non potest ab eo aufferri sine voluntate sua, in terminis tenent Pleban. in verbo ganatum, & nos latissimè decis. 74. & 79. Aymon d.cõs.592.n.27.Ex quo subsequitur, quod ille † qui habet ius quęsitum
21 per contractum Regium, & factus est Dominus alicuius iuris, ex hoc solo potest prohibere Dominum Regem, & quoscumq; alios, ne impediant eum vti iure illo, ex Bart. deduxit Nata consilio 69.num.5.& 6.in 1. Nec ad hoc necessaria est interpellatio & prohibitio facta ab ipso Domino, cum ex natura contractus hoc possit; quidquod, hic non agimus de acquisitione alicuius iuris prohibitiui, sed de deffendendo iure affirmatiuo, quod nascitur ex cõtractu, quod habet dicta Villa, nominando tres personas, vt ex eis elligatur vna per Dominũ Regem in iustitiam Villæ de Sariñena, & Aldearum, quod ius cum sit conuentionatum, nõ potuit Dominus Rex illud aufferre, tollere, & diminuere erigendo Castejon in nouam Villam, & dando ei nouum iustitiam, & illos omnes prouentus & emolumenta, quæ percipere debuerat Iustitia de Sariñena tanquam iustitia Villæ & Aldearum, vt in his terminis non potuisse separare quandam Aldeã à territorio Sabillani tenet Aymon consil.592.numer.101. 102.103. Menoch. 264.qui sunt in terminis.

Neq; obstat dicere, quod dicta concordia non loquitur de Iustitia Villæ & Aldearum sed solum de Iustitia Villæ, cum hoc falsissimum sit, quia expressè loquitur contractus de iustitia Villæ & Aldearum, & quando solum loqueretur
22 de iustitia Villæ idem esset, quia † tanquam res accessoria venient Aldeæ in dispositione loquente de Villa, & hoc non per consequentiam, sed ex tenore contractus, ex Bart. in l.1.§.cum vrbem, de officio Preffecti vrbis, Baldus in l.de benefficio.ff.de constitu.Principum, Couarru.practica 1.numer.10.Xuarez allegat.7.numer.11.ver.sed considera, Abendaños. lib.1. cap. 4.n.13. Sed veritas est, quod loquitur instrumentum de iustitia Villæ & Aldearum expresse & per relationem.

Neq; obst. etiam, quod dicitur, quod concordia loquitur per verba vniuersalia, indefinita, & collectiua, et verba iuris scilicet Aldearũ, quę recipiũt augmẽtum et diminutionẽ, vt in superioribus diximus; vnde, sicut auctis numero Aldeis extẽderetur ad omnes eas de nouo constitutas iurisdictio Iustitię Villæ de Sariñena, ita et eodem modo illis diminutis, veluti si aliquæ erectę sint in Villã

et sic

& sic separatæ à territorio villæ de Sariñena debet diminui iurisdictio villę, & ad eas non extendi. Hoc fundamentum nequaquam vrget, quia etiam si dispositio loquens de ganato, de territorio villarum, de seruis, de Canonicis, & similibus recipiat augmentum, & diminutionem, quia si augeantur, ganatum Canonici, & serui, & aldeę, augetur etiam dispositio, & etiam diminuitur ad diminutionem illorum; sed nullus affirmauit, quod qui vendi sit ganatum posit illud diminuere, auferendo medietatem, vel extinguēdo illud, & quod obligatus ad alimentandum Canonicos alicuius Ecclesiæ possit ipse idem obligationem minuere, non præstando omnibus alimenta. Sic etiam in casu nostro, licet augmētaretur, & diminueretur ius, quod habet villa de Sariñena nominandi Iustitiam aldearum, aucto, vel diminuto numero ipsarum aldearum, non tamen potest dici, quod Dñs noster Rex, qui est vnus ex contrahentibus, & successor Ioannis possit diminuere ius ipsius villę de Sariñena, quodq; ipse tenetur obseruare, & non infringere, separādo aldeas in præiudicium villæ, & contractus: hoc probatur in dict. l. cum optio, de optione legata, vbi si legatur alicui seruus, quem elegerit ex seruis testatoris, legatum hoc augmentum recipit, & diminutionem, quia potuit testator acquirere plures seruos, & de acquisitis aliquos perdere, & sic legatarius posset habere electionem in plures, & etiam in minores, in hoc igitur text. & legato, quod in se recipit augmētum, & diminutionem quoad facultatem eligendi determinat Iurisconsultus, quod non potest hæres testatoris vnum ex seruis liberum facere, quia sicut nō potuit in totum legatario facultatē, nec legatum adimere, ita nec potuit in parte, eximendo ab illa facultate vnum seruum ei libertatem dando, & ad hunc tex. vide Bald. in quest. de scismate, num. 12. Aymon, Decian. Nata vbi supra. Vnde videtur ad nostrum casum dicendum, quod nec in totum, nec in parte potuit Dominus Rex limitare facultatem quam habet villa nominandi Iustitiam super omnes aldeas, quia si Dominus Rex posset separare aldeam de Castejon à territorio villæ de Sariñena, iam limitaret facultatem, quam illa habet ad villam, & eius aldeas, contra priuilegium concessum à Ioanne prædecessore suo, per quod datur facultas villæ de Sariñena nominandi tres personas, in Iustitias villæ, & aldearum. Et cū his respondetur ad aliud fundamentum

23 in quo dicitur, quod † dispositiones intelliguntur, rebus sic stantibus, & quod sic facultas concessa villæ de Sariñena nominādi Iustitiam in villam, & aldeas, intelligatur de omnibus aldeis existentibus, eis autē diminutis in eis solum verificetur dispositio. Respōdetur enim; quod hoc non procedit in contractibus, præcipue, quando vnus ex contrahentibus vellet alterare statum rei in contractum deductæ, ad eximendum se ab obigatione sua, Alciat. regul. 2. pag. 16. num. 5. lib. 3. de verborum significatione. Vnde, cùm Dominus Rex sit vnus ex contrahentibus per repræsentationē Ioannis Regis, non potest statum alterare, & se eximere ab obligatione, qua tenetur.

Neque obstat vltimum. Quod scilicet, ex causa publicę vtilitatis potuit dominus Rex contra tenorem concordiæ erigere aldeam de Castejon in villam; quia vltra quod hæc propositio in Regno nōn est vera, vbi Dñs † Rex, nec de

24 plenitudine potestatis potest contractus à se factos rescindere; quando tamen ea vera foret quatuor requirerētur ad eius verificationē. Primum, quod adsit causa publicę vtilitatis. Secundū, quod dñs Rex antequā aldeā erigeret in villā cognosceret de subsistentia causę citando villā de Sariñena, quæ erat pars interessata. Tertiū, quod hęc causa publicę vtilitatis non posset alio modo separari; ni si erigendo dictā villam. Quartum, debuerat Dominus Rex condignā satisfactionē facere villę de Sariñena damni,

quod ei resultabat per dictam erectionem villæ, tam in æstimatione iurisdictionis, quam emolumentis, & honoribus quæ percipiebant antea Iustitia, Baiulus, & Notarius villæ de Sariñena, & omnium aldearum; & nullum ex his quatuor requisitis interuenit in præsenti creatione villæ, propter quę videtur Dominum nostrum Regem, salua sua clementia, non potuisse dictam villam erigere.

Pro contraria vero opinione fuerunt multa pulchre considerata, quæ præter antiquum meum morem, qui breuitatē, & resolutionem amaui semper, recensebo, vt vnusquisque rationes sibi magis concludentes eligat, dum occasio rem iterum examinandi venerit; res enim hæc iterum atque iterum examen petit, vt in Romana Curia, in rebus sic grauibus fieri solet. Considerabatur primo, quod ab initijs nascentis Regni, transla-
25 tis † in Principem regimentis Reipublicæ, iuxt. l. 2. de officio præfecti Pretorij, l. 1. §. sed & hoc, de veter. iur. enuclean. assecutus fuit Princeps, quoad vniuersale dominium, & iurisdictionem, omnia illa, quæ antea penes Rempublicā existebant, in cuius locum fuit subrrogatus, Bald. in c. 1. de feud. Marchiæ, Abendan. de exequend. lib. 1. cap. 1. num. 2. & sic præsumptiue pęnes Principem est, nisi contrarium probetur, vel tit. Regio, vel immemoriali, vt diximus latissime in decisione 74. à num. 3. cum sequentibus, tom. 1. vbi vide & sic in Domino Rege, tanquam in capite, & fonte residet omnis iurisdictio, à quo tanquam a mari fluunt, & refluunt iurisdictiones omnes in inferiores ministros, vt per eos exerceantur, cum per ipsum Regem circumscriptum loco, & tempore, & trina mentione meritum, non possint exerceri vbique; ita Bald. in cap. 1. de allodijs, Couar. in practic. cap. 1. Abendaño de exequend. cap. 1. & nos latissime vbi supra,
26 taliter, † quod omnes qui in Regno iurisdictionem exercent in locis regalibus eam præsumuntur exercere nomine Regio, & precario, adeo, quod in dubio tales non possunt præte[illegible] aliqu[illegible] titulum, contra Dominum [illegible] proprio iure, nisi illud doceat priui[illegible] regio, vel immemoriali, vt diximus [illegible] supra, dict. decis. 74. & tenet B[illegible] l. 2. C. de seruitut. & aqua. nu. 18. dicens, quod
27 in iuribus † incorporalibus [illegible] possideri nō possunt, nisi cum titulo, vel precario est præsumendum [illegible] dentur precario, & non [illegible] vt [illegible] uit Puteus decis. 284. lib [illegible] sil. 307. numer. 61. & [illegible] quod procedit, etiam si D[illegible] creasset in Iustitiam [illegible] to tam vitam illius, [illegible] ario nominatus, & [illegible] care; ex eo, [illegible] ia censetur, A[illegible] a lia, in v[illegible] tel ige[illegible] C. v[illegible]
28 † declara[illegible] quod no[illegible] s concessisset [illegible] m velut infeudando, ve[illegible] diante prętio tran[illegible] risdictionis in alie[illegible] in vers. in transl[illegible] flict. & Bossius, [illegible] cis. 79. num. 4[illegible] uatum, in o[illegible] alijs villæ [illegible] dita Iustitiæ Arag[illegible] gratia, & pacto re[illegible] paucis huc v[illegible] F[illegible] demit, & recu[illegible] la Nuza Iustitia [illegible] quo casu pr[illegible] stitiæ, etia[illegible] nomin[illegible] iurisdictio, pro[illegible] tit. de reg[illegible] stitut. vtri[illegible] sequen[illegible]. Mari[illegible] feud. pag. 34[illegible]. R[illegible] quæst. [illegible] n. nu[illegible] patris, vers. in tr[illegible] Nos [illegible] hac: & [illegible]

officium, vel iurisdictionem, non dicitur eam tenere precario, sed in titulum & patrimonium, Afflict.nu. 10.Bald. in l.Barbarius,17.colum.Bossius vbi supra, & nos dict.decis. quæ omnino videnda, quia ibi declaratur doctrina Baldi,quæ multos titubare fecit,aliàs vero non cōstando de titulo,vel immemoriali, præsumptio erit, quod possidebit precario à Domino Rege,Bart.in l.hostes.de captiuis,& post limi.reuers.numer.4. Naia cons. 511. & 512. ex hoc principio, quod pœnes Principem est,fluant, & nascuntur aliqua iura,& regaliæ interse diuersæ,& separatæ nullam interse connexionem habentes.

Secunda est,quod potest Dñs Rex in omnibus suis locis nominare Iustitias,& Iudices ordinarios, personas quaslibet sibi bene visas,absq; eo, quod teneatur nominare precisse vnam,vel aliam,dum modo Regnicolæ sint;quæ conclusio de

29 iure certissima est,quia creatio † officialium pertinet Domino Regi, tanquam domino iurisdictionis,dict. cap.1. verbo potestas,quæ sint regaliæ,l.fiu. C.de officio magist.offic. quem ad hoc expēdit Io.de Terraruuia,in tract.contra rebelles,tract.2.art.2.in 8.effectu,concl.3. fol. 43.colu.4.& idem est de foro, vt in priuilegio generali, & declaratione illius, §.*Item que en cada vno de los lugares*, &c. & in foris,sub tit.quod extraneus à Regno, & de alienigenis ad officium non admittendis.

30 Secundū,quod nascitur ex dicto principio Regio est,facultas, † quam habet Rex diuidendi, & constituendi territoria,erigendi Tribunalia in suis locis tempore,loco & forma sibi bene visis,& illa mutandi,& de nouo cōstituendi, c.cum Episcopus.de offic. Ordinarij in 6.& ibi DD.absq; eo,quod loca in quibus tribunalia fuerunt prius cōstituta possint prætendere aliquod interesse, nec conqueri,nisi quis ostenderet per priuilegium, vel contractum a Dño Rege celebratū debere tribunal in tali territorio remanere,nec ab eo loco amoueri posse,vt in casu de quo loquitur Crauet. cons. 592. num.53.& 62.facit l.si eadem,ff.de Assessoribus, l.1.de metro.versio.& ibi DD.

31 Anchar.in cap.1.de constitu. vbi † quod per primam vnionem non renunciatur facultas separandi,& diuidendi.

Ratio istius est, quia tota iurisdictio pœnes Principem residet, absque eo, quod loca,in quibus tribunalia cōstituta sunt, & territoria diuisa,habeant aliquod interesse, nec ius aliquod quoad exercitium iurisdictionis:hinc fit, quod quando Rex facit diuisionem territorij,præsumeudum sit fieri ob faciliorem,& meliorem modum exercicij, & ad beneficium subditorum,& non gratia solius diuisionis,quia respectu Regis non diuiditur,quia semper †est eadem iurisdictio,

32 licet respectu iudicum,& territorij diuidatur,diuersa enim est iurisdictio ciuitatis Cæsaraugustæ, & ciuitatis Calataiubij,& territoria diuera,sed respectu Domini Regis idem est territorium, quod est totum Regnum,iuxt.tex. & ibi notata in dict.c.cum Episcopus, & in Rege, Boer.q.227.nu.5.Et sicut quando domi-

33 nus † alicuius latifundi illum diuidit in plures partes,cēsetur diuidere gratia facilioris culturæ,l.Caius, §.fin. de legat. 2.taliter,quod partes diuisæ nō sunt fundus,sed solum partes illius,& potest dominus illam diuisionem destruere,& de nouo facere; sic etiam Dominus Rex, non obstāte diuisione territoriorum, & constitutione tribunalium, potest illa destruere,& aliam de nouo facere,quia per primam constitutionem tribunalis, & territorij,non est visus velle aliquod ius dare locis, vbi ea constituit, sed id fecisse gratia commodioris, & facilioris exercicij, & sic eam de nouo facere potest,d.§.fin.facit for.vnic.tit.*que la Audiēcia Real no pueda ser continuada*, &c. Vbi post quam dixit,quod Regia Audientia non potest continuari extra ciuitatem Cæsaraugustæ, subdit postea; quod Dominus Rex reseruat sibi facultatem, quam habet, continuandi eam in alio loco sibi bene viso in Regno

Aragonum, quod inde emanat, quia non dato priuilegio, vel contractu in contrarium, potest tanquam Dominus iurisdictionis, eam alibi constituere, erigendo tribunal, quia per primam constitutionem non fuit acquisitum ciuitati ius aliquod prohibitiuum, quominus Dominus Rex eam alibi continuare non possit, vt eleganter tenet Ancharran. in cap. 1. de consti. vbi, quod
34 † per primam vnionem, & constitutionem tribunalis, non censetur remissa facultas separandi, & diuidendi, vt dicemus in inferioribus.

Ex his infertur, quod licet in villa de Sariñena fuerit constitutum, & erectũ tribunal, super omnes eius aldeas, inter quas erat aldea de Castejon à longissimo tempore, & etiam, quod ea remanẽte aldea, non potuerit † Dominus Rex
35 eam eximere (salua sua clementia) nec vicinos eius à iurisdictione villæ de Sariñena, nisi per viam euocationis perhorrescentiæ, iuxta for. potuit tamen eadem Regia magestas de numero aldearum extrahere locum de Castejon, eum in villam erigendo, & constituendo in eo tribunal, designando territorium, & hoc modo eum iam sit extra territoriũ, & iurisdictionem villę de Sariñena, non potuit Iustitia illius in nouam villam, olim aldeam, & eius vicinos iurisdictionem exercere, sicut nec in alia parte extra suum territorium; & licet longissimo tempore dicta aldea de Castejon, nouiter villa, extiterit in territorio, & iurisdictione villæ de Sariñena; hoc ta-
36 men † totum fuit fundatum in mera Regis voluntate, ab eius nutu, & precario dependens, & sic, non potest villa de Sariñena aliquod ius prohibitiuũ ex hoc prætendere, iuxta l. viam publicam, ff. de via publica, Doctores in cap. significantur, de appellationibus: quo fit, vt debeat dicta villa de Sariñena exhibere titulum ad fundandam intẽtionem suam; & sic adducit duos titulos, vnus est priuilegium terminorum, concessum per Regem Alphonsum apud Fragam, mense Octobris era 1208. quod fuit confirmatum per Regem Alphonsum V. in eadem villa, die vigesimo Octobris anni 1418. Ex quibus prætendit Sariñena, quod aldea de Castejon, nunc villa, fuit fundata intra eius terminos, ita & taliter, quod ante fundationem aldearum ipsa villa habebat dominium dictorum terminorum, & per consequens, non potuit Dominus Rex eam separare: quod tamen non concludit ad casum nostrũ. Primo, quia dicit villa, quod à tempore immemoriali intra terminos suos est fundatus locus de Castejon, non villa,
37 & qui allegat tempus † immemoriale, dicit, quid infinitum, & ideo si villa dicit, quod est fundata ante quingentos annos, dicit locus de Castejon, quod ipse est fundatus ante sexcentos, Oldrad. cons. 254. num. 18. Molin. lib. 2. de primogen. cap. 6. numer. 47. Ergo impossibile est constare de prioritate, aut posterioritate, & ad villam pertinet probare hanc prioritatem, glos. in Clem. literas, de rescript. in vers. creatum, Alciat. cons. 444. Dec. cons. 73. num. 9. & consil. 649. num. 10.

Deinde, quia prædictum sumptum Regis Alphonsi Primi non probat, quia
38 est † transumptum transumpti, l. sancimus, C. de diuersis rescriptis, & ibi Zinus, Bald. & Iass. Iacobinus in Authent. si quis in aliquo documento, C. de edẽdo, num. 43. & deficiunt in eo solemnitates requisitæ, secundum Couar. in pract. cap. 21. num. 4. Quod in Aragonia secus
39 est † Curia enim Iustitiæ Aragon. habet pręheminentiam, quod ab immemoriali tempore in ea instrumenta registrantur, seu vt vulgus dicit, transumptantur, parte non citata, nec audita, & sumptũ inde per Notarium Curię, ita perpetuã fidem quoad omnes effectus iuris, & fori facit, vt non sit amplius necesse originale ostendere nec in iudicio exhibere, nisi tantum illud transumptum, Portol. §. exhibitio. numer. 8. Monter decis. 44. numer. 13. Cancer tom. 3. variar. cap. 3. num. 236. quod intraducere

potuit

potuit consuetudo, secundum Bald. in Authent. si quis in aliquo, C. de edend. num.21. de cuius transumpti natura, vide infra in alia decisione. Titulus igitur villæ de Sariñena fundatus est in confirmatione Regis Alphonsi Quinti in anno 1418. quæ cum sit facta inserto tenore priuilegij inducit nouam concessionem, Decius in rubr. de confirmat. vtil. vel inutil. num.2. & in cap.2. num. 6. & in cap. venerabilis, eod. tit. & sic, tempore prædicto iam dominium terminorum erat commune ipsius villæ, & aldearum.

40 Tum etiam, quia ex dicta † concessione terminorum nihil inferri potest ad iurisdictionem, vbi solum concessa fuit vniuersitas prædiorum, Roman. consil. 444. num.6. Bart. in l.1. col. fin. de iurisdictione omnium iudic. de qua proprie intelligitur hoc verbum territorium, licet improprie capiatur pro iurisdictione, Couar. in pract. cap.37. numer.7. Est enim communis conclusio, † quod nihil habet commune proprietas fundo-
41 rum cum proprietate iurisdictionis, neque contractus circa dominium terminorum extenditur ad iurisdictionē, quæ est res separata, Bald. in l. à procura. C. mandat. & conf. 238. lib.4. Iass. conf.146. in 2. Socin. iunior. conf.15. & 139. num.6. in 3. Couar. vbi supra. Cōfirmatur hoc; quia si ex concessione terminorum censeretur concessa iurisdictio, cum illi sint dati in proprietate, & dominium, idem esset dicendum de iurisdictione: cum
42 vna † met dispositio non censeatur diuerso iure, l. eum qui ædes, ff. de vsucapio. & debeat vna dispositio pariformiter determinari, l. iam hoc iure, de vulgari, quod tamen dicere esset absurdissimum, neque aliquis vnquam dixit. Et sic cum communio villę, & aldearū fuerit solum facta per Regem Alphonsum, quoad dominium terminorum, & communionem illorum, non censebitur in vim illius concessionis terminorum facta, etiam quoad iurisdictionem; & vnionem præsidatus, & iurisdictionis; nam

43 vniti † quoad quædam, quoad omnia alia remanent non vniti, glos. & Doctores in cap.1. ne sede vacante, Angel. cōsil.247. Borgninus decis.4. num.4. par.2. Couartu. vbi supra, Socin. conf. 39. Ex quo infertur, quod cum ex priuilegio Regis Alphonsi nihil inferatur quoad iurisdictionem, & præsidatum, sed solum quoad dominium terminorum, & nullus alius titulus ostēdatur ante tempus Regis Ioannis, sequitur inde quod licet vsq; ad dictum tempus Regis Ioannis, Iustitia de Sariñena exerceret iurisdictionem super aldeas, vnio hæc iurisdictionalis non ex conuentione aliqua pendebat, sed solum ex erectione tribunalis facta per Dominū Regem; reuocabiliter tamen, & pendebat ab eius voluntate, & precario, quia cum non obstaret Regi conuentio aliqua, & contractus, quominus territorium diuidere posset, sed solum daretur erectio tribunalis sola Principis voluntate facta, locum haberet suprema regalia diuidendi, & separandi territoria vnita; prout fatentur omnes in l. 1. C. de Metropol. verito, cū vulgatis, sup. adductis.

Cum alia pars nō foueat validum ius ex dicta concessione Alphonsi, adducit secundo concordiam serenissimi Regis Ioannis, circa nominationē Iustitiæ, Baiulij, & Notarij dictę villę, & aldearū; fundando potissimum in ea prętensionē suam, vt in principio latè diximus, deducendo conuentionem ex ea, & contractum creandi Iustitiam villę de Sariñena, qui iurisdictionem exerceret etiam in eius aldeas, inter quas erat Castejon; & hoc seclusa, & abdicata Domino Regi omni facultate diuidendi, & separandi territorium, etiam per viam erectionis villarum, quia illud esset indirectè contrauenire conuentioni, & eam destruere. Sed contra hoc fundamentum ex hac concordia desumptum ponderantur aliqua. Et primo, quia † dicta
44 concordia non est priuilegium; sed contractus; quod probatur, quia sic nominatur concordiā, conuentio, & pactū;

& interueniunt duæ partes, ergo non est aliud inuestigandum, Oldrad. consil.5. & 159. num.3. Socin. cons.295.num. 9. in secundo. Dec.cons.32. & cons. 305. 413. 498 nu.10. Bald.in cons. Scismatis, vers.sed in contrarium,num.6. Aymon. consil.20.numer.4. Hieronymus Gabriel consil.61.in primo, Alexan.in l.5. num.5. & ibi Iass.num. 6. de verborum obligat. Et hoc supposito, quod scilicet, in concordia non cótineatur priuilegium, sed contractus, sequuntur aliqua. Primũ, q in dubio est facienda † interpretatio có
45 tra partem aduersam, ex quo fundatur in hac scriptura. l. veteribus,de pactis, quia secundum Bart.ibi, fundans se in illa adducit eam ad probandam suam intentionem,& nisi probatio concludat non prodest, Doctores omnes ibi,Bald. cons. 410.in primo,& cons. 413.in quinto, Iass.consil.99. in primo. Burg. de paz cons.2. numer.52. & probatio dubia est interpretanda contra fundantem se in ea, cap.in præsentia,de probationibus, & ibi Decius notabili 13. Glos. & Doctores in cap.cum clamor, de testibus:
46 in † contractibus enim omissum habetur pro omisso.l.quidquid astringendę, de verborum obligationibus, quod probatur in ea concordia, ibi, *super rebus subscriptis*: & sic solum continentur illa quæ oculis corporeis legi possunt, glos. in Clem.dispendiosam, de iudic. in verbo subscriptis, vbi dicitur, quod dispositio illius tex. non procedit in alijs casibus, vbi non est prouisum à lege, quod procedatur summariè,vel nisi per Principem concedatur expressè, & specialiter; expressum autem quomodo accipiatur in hoc casu,declarat Bald.in Authentica hoc inter liberos, in principio, C.de testamen. dicens, quod ita debet
47 declarari voluntas † derogatoria,vt intellectus non laboret in intelligendo mentem testatoris,sed ex ipsis verbis pateat specificata, & quod nulla sit dubitatio; sequitur Naia cons. 209.numer.5. Hyppolitus Riminald. consil. 670. numer. 125. Cum igitur in contractu expresse Rex Ioannes non abdicauerit á se facultatem diuidendi, & separandi, & omissum habeatur pro omisso,nec illud veniat in consequentiam necessariam, dicendum est, ius illud supremæ regaliç remanere illęsum, & saluum, vt latius in discursu.

48 Infertur secundo ex contractu,quod ad hoc vt Sariñena possit † se iuuare ex contractu,debet probare se adimpleuisse,quæ pro sui parte erant adimplenda, aliàs autem non probatis adimplementis pro sui parte non potest obtinere. l. Iulianus, §.offerri,de actionibus empti. Bald. in l.1. C. de hìs quæ sub modo, in fin. Alexan.cons.222. num. 18. in primo, & cons.39.n. 2.in quinto, glos.in l.Ædiles.in prima,§.fin.de ędilitio edict.Dec. consil.261. numer.3. Aymon consil.299. Menoch. cons.221. numero nonagesimo octauo. Crauet. consilio.248. columna pęnultima,dicens, quod exceptio adim
49 plementi † non sequuti est exceptio litis finitæ,& qui nititur ex contractu,debet probare adimpleuisse, in tantum, quod post litem inchoatam, & oppositam exceptionem non potest quis adimplere, Aymon consil.554.& cons.299. numer. 3. dicens, quod vbi vnus ex contrahentibus non adimplet, contractus resoluitur, & clausulæ præcarij, & aliæ tanquam accessoriç, & vbi reperiatur a qua possessio actualis illius,qui non adimpleuit,erit viciosa, & iniusta, quæ nemini prodest, & in consilio 553. & 554. numer. 4.
50 Cum igitur † hic contractus sit celebratus ab aliquibus personis sub nomine vniuersitatis, erat approbandus, & ratificandus ab ipsa vniuersitate, vt ipsa concordia postulat, & cum hoc factum non sit, annullatur concordia ex defectu huius consensus, Paris. consil. trigesimo primo, numero decimoseptimo, in quarto. Item,ex quo est contractus, & non constat de mandato villæ de Sariñena, nec Kalendatur,instrumentum est nullum ob defectum solem nitatis

nitatis, iuxta foro. Item statuimus, de tabellioni, ibi. *Talis nota, & talis contractus valorem aliquem non obtineat in iudicio nec extra*, quæ verba inducunt nullitatem instrumenti, & etiam contractus in instrumento dnducti, ob defectum solemnitatis, quæ cum sit probatoria non potest ei renunciari, Bart. in l. si quis pro eo, num. 13. de fideiussor. Couar. in cap. quamuis pactum, de pact. in sexto, in 2. par. §. 6. & Bald. in tertio volumine, cousilio 382. numero quarto, & mandatum † non præsumitur etiam
51 per mille annos, Bald. in l. 2. C. si ex falს. instrum. numer. 2. Alexand. consil. 19. num. 4. in 6. volum. Cagnol. in l. velle non creditur de regul. iur. num. 11. Bertaz. consil. 1. num. 119. in ciuilibus, nos late decis. Et in casu de quo loquimur nulla est dubitatio, quia non versamur in dubio, sed sumus certi, qnod non adest mandatum, & sic sumus extra limitationes ad dictum Bald. quas tradit Cagnol. vbi supra dict. numer. 11. in terminis Cepola, cons. 26. in ciuilibus, quia si vt ipse dicit, sindici contrahentes habuissent mandatum, non tenebantur se obligare curaturos, quod vniuersitas approbaret concordiam; sed quia proximæ illationes licet in se verissimę sint nō in totum ad casum nostrum applicantur, siquidem adimplementa taliter qualiter probata sunt, ideo ad fortiora quæ tetigimus recurrendum est: quod scilicet Dñs Rex inter alias regalias duas habet potissimas. Prima, est nominandi †
52 Iustitias ac Iudices Ordinarios in locis regalibus. Secunda est constituendi, & diuidendi territoria, constituendo tribunalia in eis, in ea parte loco, & tempore sibi benè visis, & hæc duæ regaliæ sunt in se distinctę & separatę, & sine connexione aliqua, & sic ante dictam concordiam poterat Dñs Rex Iustitias nominare in dicta villa, & aldeis quos vellet, etiam extraneos à dictis locis, poterat etiam ex vi secundę regaliæ constituere tribunal in villa, & aldeis vbi vellet, diuidendo territoria, & constituendo tribunal in vna ex aldeis, & etiā in quolibet loco vnum iustitiam nominando sicut modo fecit Philippus noster Rex, erigēdo locum de Castejon in aldeam, nominando in eo particularem Iustitiā, & tribunal constituendo, constituto certo territorio, & hoc non poterat impugnare Iustitia villæ de Sariñena, & eius
53 Concilium, quia † Iustitia respectu Domini Regis non habet ius aliquod in iurisdictione, nec eā exercet nomine proprio, sed Regio, Bald. in l. 2. C. de serui tutibus, & aqua, numer. 28. vt supr. late.
54 Concilium † autem nullam habet iurisdictionem, nec actiuam, nec passiuam, quia imo in eos exercetur tanquam in subditos, Nat. consil. 636. numer. 37. Ex his duobus iuribus quos habebat Dominus Rex amisit tantum primum per cōcordiam, quia antea poterat nominare in Iustitiam villę, & aldearum quemlibet etiam exterum à dictis locis, & sic vnum vicinum Cæsaraugustę, vel alterius ciuitatis, modo autem per concordiam non potest, quia tenetur nominare in iustitiam Baiulum, & Notarium vnū de tribus personis nominandis per villam, & in hoc sibi præiudicauit Dominus Rex, alio iure diuidendi, & separandi territoria, sibi remanente illeso, & saluo: nam habens duo iura † separa-
55 ta remittendo vnum nō censetur aliud remittere, l. si domus, de seruitutibus vrbanorum, & ibi Bart. Paulus, & Florianus, Aymon. consil. 290. numer. 5. in fin. Alciat. de præsumptionibus lib. tertio, præsumptione 45. numer. 4. Tiraquel. libr. secundo de retract. in fin. numer. 89. vbi alios refert, facit l. si non lex, Elsa sentia, de hæred. institu. cap. cum pro causa, de sententia excommunicationis. Neque enim est præsumendum, quod voluerit Dominus Rex
56 alio iure se priuare, non enim † est præsumenda donatio, l. cum de indebito, §. fin. de probation. Baldus. in l. generaliter, C. de non numerata pecunia, numero quinto, Iasson in l. iuris gentium, §. sed cum nuda, ff. de

pact. numero.28. Bart. in l. si quis delegauerit, de nouationibus, Moedā. decis. 59. Aymon. consl.86.num.2.& 142.nu.26.
53 & ita ad cunctandam † renuntiationem & donationem proprij iuris est facienda stricta interpretatio. & non debet extendi vltra expressa, Dec. consil. 379. colum. 2.& cons.419.numero.9. Cephal. 417. num.9. Hieronymus Gabriel cons. 60.& cons.90.num.39.in 1. vbi, quod est facienda strictissima interpretatio, & restringenda, iam respectu iurium, quam rerum & personarum, & sic, cum in contractu concordiæ nulla fiat mentio de facultate diuidendi territoria, sed solum de facultate nominandi quoslibet iustitiæ, tam vicinos, quam exteros, non debet fieri extensio de vno iure ad aliud, sed potius stricta interpretatio fieri debet, tanquam in cōtractu, vt minus obliget Dominum Regem, l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus, de verborum obligationibus, Hippolytus Riminal. cons. 292. numer. 74.& consil. 601.num.91.

Possessionem autem nullam habet Villa de Sariñena, nisi quoad nominatio nem trium personarum, ex quibus eligere debet Dominus Rex vnum in iustitiam, & hoc habet in vim tituli præcedentis, scilicet cōcordiæ: semper † enim
58 possessio præsumitur habita in vim tituli præcedentis l. quedā mulier, de rei vē di. Socin. cons.15.num. 7.in 4. Alexand. cons. 8. num.15. in 3. Bartol. in l.Celsus num.16. & in l.cum solus, numer. finali de vsucapionibus, Alexander. cons. 171. num.3. in 6. Alciatus de præsumpt.2. regula præsumpt. 13. Aymon. consl. 8. numer.19 & cons. 747. num. 13. Mascard. de probationib. 3. part. conclusi. 1596. l. 2. C.de acquiren posessione, Angelus in d. l. quædam mulier. Quod procedit etiam si ille, à quo haberetur titulus, non possederit: quia eo ipso, quo concedit titulum videtur concessisse, quod à quocumquè possessionem acquirat; ita Bartolus vbi supra, nisi constaret de alio titulo antiquiori, & magis vtili: quia in vim eius præsumitur quis possidere Alexander d.cons.8.numer.19. Cravetta cons.747.num.13. Vnde cum hæc possessio sit regulanda ad limites tituli præcedentis, scilicet concordiæ, nihil ex ea inferri potest ad aliud ius regium, facultatem scilicet erigendi in Villam locum de Castejō, & assignandi ei territorium: & sic respectu huius iuris quod Dominus Rex habet erigendi in Villā dictum locum & diminuendi territorium Villæ de Sariñena, nullam possessionē habet,
59 quia † possessio & præscriptio nō extenditur de vna re ad aliā, nec de vno iure ad aliud ius, vt per Bart. in. l. 1. §. si quis hoc interdicto ff. de itinere actuquē priuato. Abb. & DD. in c. 1. de religiosis. domi. Cumma. cōs. 145. Feli. in cap. auditis de præscriptio. n. 10. Bald. de præscriptio. in 2. part. principali. q. 2. Rebuff. de decimis. q. 14. numer 9. Anto. Gabriel. lib. 5. titu. de præscriptio. conclusione. 2. maxime contra Dominum nostrum Regem, qui possidet hoc Regnū cum omnibus iuribus & regalijs, præsertim cum ius comune resistat villæ, vt per Gabrielem vbi supra, nu. 22 vbi dicit, quod isto casu non extenditur possessio de vno iure ad aliud, etiam alio non existente in possessione, vt sic conclusimus in tract. de inhibitio. c. 5. §. 10. a n. 2. vbi late. Ex quibus colligitur, declarādo communem conclusionē, quod tantum præscriptum quātum possessum, & quod possessio non extenditur de vno iure ad aliud, quod genus capitur diuersimode, quia aliud est
60 genus generalissimū, & aliud est genus subalternū; nā † genus generalissimū est, quod cōprehendit sub se plures species diuersas, vt hoc nomen animal, nām cōprehendit hominē & leonē, & alia; genus autē subalternū est, quod nō habet, nec obtinet sub se plures species diuersas, sed plura indiuidua eiusdem tamen speciei, vt nomen hominis, quod apud iuristas vocatur genus, & indiuidua vocantur species. Cum ergo quæritur, an possessio seu præscriptio extendatur de vno ad aliud dicimus, quod præscriptio, & pos-

& possessio extenditur de vna specie ad aliam, sed non ad diuersam, pone exemplum: præscripsit quis, vel possedit iurisdictionem, hæc præscriptio, seu possessio extendetur ad aliam speciem iurisdictionis, sed non ad merum & mixtum imperium, quia est species diuersa iurisdictionis: præscripsit quis bona vacantia, quod est vnum de Regalibus, videtur præscripsisse quomodocumq. bona vacauerint, sed non extendetur ad alia iura regalia, vt sunt flumina, vectigalia, mulctarum cõpendia, argentariæ, &c. quę ponuntur in cap. 1. quæ sint regalia, quia prædictæ sunt diuersæ speciei á bonis vacantibus. Ita ergo in casu pręsenti, dominus Rex habet omnia prædicta iura, quæ supra considerauimus, quæ sunt diuersæ speciei, & ideo, licet Villa de Sariñena ratione contractus & concordiæ adquisiuerit aliquod ius contra dominum Regem, respectu iuris nominandi tres personas, & ex quibus dominus Rex eligat vnã in iustitiam, prout in dicta asserta concordia exhibita continetur, & sic ex hoc, ius liberum domino Regi competens nominandi iustitiam pro libito voluntatis, sit coarctatum, & aliquo modo restrictum, vt ex dictis tribus eligat vnum, non tamen ex eo inferri poteit ad alia iura diuersa & separata, videlicet, quod non possit erigere in villam regiam locum de Castejon de Monegros cum assignatione territorij, respectu iurisdictionis tantum, cum hoc ius sit separatum ab illo, taliter, quod ex vno ad aliud inferri nullo modo potest, nec possessio respectu vnius adquisita potest suffragari respectu alterius, nisi aliàs constet de adquisitione possessionis respectu alterius, de qua in processu præsenti non constat: *Et hic est punctus principalis & scopus totius cõtrouersiæ, de qua in præsenti negotio agitur.*

Et secundum hæc intelligenda sunt, quæ dici solent, possessionem & præscriptionem non extendi de vno iure ad aliud, iuxta Bartol. in l. 1. in §. si quis hoc interdicto, ff. de itinere actuque priuato, Abbas & Doctores in c. 1. de religiosis domibus, Felin. in cap. auditis de præscriptio. num. 10. Balb. de præscriptionibus, in 2. p. principali, q. 2. Rebufus de decimis, q. 14. n. 9. Anton. Gabri. lib. 5. tit. de præscriptio. conclus. 2. Maxime contra dominum Regem, qui possidet Regnũ cũ omnibus iuribus regis, DD. vbi sup. & Nos late de inhibitionib. c. 6. §. 2. a numero. 56. Præsertim cum ius commune resistat prędictę villæ de Sariñena; quia competit prędictum ius de iure communi domino Regi, Gabri. vbi supr. num. 21. dicens: quod hoc casu nõ extẽditur possessio de vno iure ad aliud, etiam alio non existente in possessione. Vnde quamuis iustitia de Sariñena exercuerit iurisdictionẽ in Villa & Aldeis, ex hoc nihil infertur ad aliud ius, quia aliud est, quod villa habeat ius nominandi tres personas, & aliud diuersum ius est, quod dictus Iustitia exerceat iurisdictionem in toto territorio in vim iuris connexi & inseparabilis ab ipso iure nominandi tres personas, quia non sequitur necessario & inseparabiliter taliter, quod vnum non possit separari ab alio, quod in vim dictæ concordiæ competat Iustitiæ ius exercendi iurisdictionẽ in toto territorio, licèt eam semper exercuerit. Hoc enim non prouenit immediate ab ipso iure nominandi tres personas (ad quod dũtaxat pertinet quã si possessio si quam habet dicta villa) & non ad ius, de quo agitur, diuersum & separatum vt diximus, quod probatur ex sequentibus.

Primo, quia, vt supra diximus, iura ista sunt diuersa, videlicet, quod dominus rex possit diuidere territoria respectu iurisdictionis, & quod possit in locis suis eligere iudices ordinarios pro libito voluntatis; licet enim hoc ius liberè eligendi sit restrictum, remanet tamen aliud diuidendi territoria quoad iurisdictionem illęsum, iuxtą tex. in l si domus, ff. de seruitu. vrbano. prędio. vbi Bart. Bal. Pau. & Florian. ibi hoc notant Aymon Crauet. consl. 190. num. 5. in fin.

si n. Alciat. de præsump. lib. 3. præsumpt. 45. num. 4. Tiraq. lib. 2. de retractu, in fi. num. 89.

61 Secundo, quia dominus Rex habet † fundatam intentionem suam de iure & de foro in omnibus supradictis iuribus, & dicta villa de Sariñena solum fundare potest intentionem suam, respectu iuris nominandi tres personas, & in

62 vim, vt dicitur supradicti contractus & concordiæ & sic possessio † sua, si aliquam habet, intelligenda erit stricte respectu illius iuris quo vsa est, & non respectu alterius, maxime contra dominũ Regem, iuxta tradita per Bar. in d. l. 1. §. si quis hoc interdicto, ff. de itinere actuque priuato, vt sup. & vt diximus nihil infertur, nec inferri potest ex dicto iure nominandi, ad exercitiũ iurisdictionis, quia iustitia sic creatus, statim quo creatus est consequitur exercitium iurisdictionis, non ab ipsa nominatione, sed a lege, seu ab ipso Domino Rege, cuius nomine & pro quo illam respectiue exercet, argumento l. vnum ex familia, §. si de Falcidia, ff. de leg. 2. traddit eleganter Beroius, in cap. quę in Ecclesiarum de constitutionibus, nu. 75. Hinc Bal. in l. 1. §. quibus, C. de Iustiniano, cod. componendo, num. 9. dicit, in quæstione quam ibi proponit; an si per statutum ciuitatis data sit prioribus potestas statuẽdi super bono & pacifico statu ciuitatis, an possint statuere in vim prædictæ potestatis, quod causæ inter agnatos & cõsanguineos vertentes compromittãtur?

63 & dicit, videtur quod non, quia inferior non potest tollere per statutum † appellationes, quę deferri debent ad superiorem, vt in cap. venientes de iure iurando, sed si tale statutum valeret, non

64 posset interponi appellatio ad superiorem, cum a sententia arbitri † non possit appellari, vt in l. diem proferre, §. stari, ff. de arbitris, ergo, &c. Contrarium tamen decidit, quia per illud statutum non tollitur appellatio in vim statuti; sed in vim iuris communis, quia supposito statuto, quod causę compromittantur, de iure communi prouenit, quod nõ appelletur; ita hic dicendum videtur, nã ex diuisione territorij respectu iurisdictionis, principaliter & immediate ex ipsa diuisione nullum præiuditium prouenit villę de Sariñena, & licet diminuatur eius territorium ex prædicta diuisione, illud prouenit ab ipso foro, quia data diuisione territorij, & per consequens diuersitate territorij, de foro est,

65 quod iustitia villæ de Sariñena non exerceat ibi iurisdictionem, quia † extra territorium, &c. vt in l. fi. ff. de iurisdic. omni. iudi. & licet si non facta fuisset diuisio ipse iustitia haberet iurisdictionem, seu exercitium iurisdictionis in villa de Castejon, tanquam in aldea dictæ villę de Sariñena. & facta diuisione desinat habere prędictum exercitium; tamen, quia dicta diuisio non fuit facta principaliter ad diminuendum territorium villæ de Sariñena, quamuis ex ea

66 sequatur diminutio territorij, hoc non † attenditur cum procedat secundario & minus principaliter, quod considerari non debet, prout etiam in statuto, prædicto, quod omnes causæ compromittãtur, non attenditur, quod tollantur appellationes ad superiorem, quia illud procedit secundario & non principaliter, vt in l. si quis nec causam, ff. si certũ petatur, Rolan. in 3. vol. cons. 11. num. 61. Gomez, in regula de non tollendo iure quæsito, q. 3. Riminal. cons. 601. num. 123. Confirmari hoc potest ex tradditis per Bar. in l. per diuersas, C. mandati, n. 23. & Ioannem Petrum Bimium, cons. 57. n. 8. & Petrum Gammam, tractatu de potestate legati, lib. 7. num. 368.

67 Facit in confirmationem, tex. † optimus, in l. si vero, §. item quod quid, ff. soluto matrimo. vbi, si maritus constante matrimonio manumisit seruos vxoris dotales, dicit tex. quod soluto matrimonio maritus tenetur restituere vxori illud, quod ad eum peruenit, vt patronum, & ex iure patronatus; non tamen tenetur restituere, quod a liberto fuit consecutus alio iure, quam ex dicto iure

re

re patronatus, licet secundario & minus principaliter ex eo, quia patronus, & sic occasione iuris patronatus, & ibi glos. in verbo, quasi ad patronum, & Bart. inferunt ad quæstionem de ambasiatoribus Mediolãensium, quibus fuit factum donum ab Imperatore, quia non tenentur restituere cõmuni Mediolani, quia illud donum censetur factum contemplatione personæ, & non contemplatione cõmunis Mediolani, quamuis legatio fuerit causa remota, seu occasio faciẽdi prędictum donum, quia nisi fuissent Legati, Imperator non cognouisset illos, & sic nõ fecisset donum, & ibi Bald. & Imol. & Pau. num. 6. quam legunt sub lege do talem, idem Bal. in 1. vol. consi. 194. nu. 2. Anch. & Dominicus in cap. a collatione, de appellatio. in 6. ad idem est elegans tex. in. l. socium qui in eo §. 1. pro socio, vbi Bart. optime hoc explicat & concludit, socium teneri conferre alijs socijs, quidquid adquisiuit cõtemplatione societatis, sed nõ illud quod adquisiuit occasione societatis, ita quod societas fuerit occasio seu causa remota adquisitionis faciendæ, prout ibi declarat per bona exempla, & traddit Nicol. Euerar. consi. 191. colu. 1. & Palatios Rubios in repet. rubricæ de donatio. inter. virum & vxorem. §. 65. numer. 65. & Oldrad. consi. 129. & Bart. in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupilla. n. 3. vbi loquitur de causa proxima &
68 remota, & dicit, quod causa † remota, quæ non est immediata, non debet attẽdi, & ibi ponit pulchrum exemplum, Tiraq. tractatu cessante causa limitatione 20. Itaq; in casu pręsenti videtur dicendum, quia, quod facta diuisione territorij, Iustitia de Sariñena non exerceat iurisdictionem in territorio diuisso, nun prouenit principaliter & immediate ex ipsa diuisione, sed facta diuisione forus ipse impedit, ne dictus Iustitia in parte diuissa iurisdictionem exerceat, quia sic exerceret illam extra suum territorium; & facit etiam quod Molinus traddit in ver. miles, folio. 224. con. 3. vbi loquitur de Magistro Calatraue, qui assumendo aliquem in militem dictæ Religionis videtur cum creare militem, & consequitur priuilegia militum, quãuis de foro ius creandi milites ad solum Dominum Regem & suos cõmissarios dicto tempore pertinebat.

Et quãtumuis Iustitia d. Villæ de Sariñena tempore supradictę concordiæ, ante & post, exercuerit iurisdictionem in toto territorio villæ, & sic, in omnibus Aldeis, inter quas erat locus de Castejon; illud tamen non proueniebat ex vi concordiæ, quę solum loquebatur de iure nominandi tres personas non vero de alio iure, quod habet dominus Rex diuidendi & separandi territoria, de illo enim nullum verbum, nullaq. mentio fit in concordia, nec est annexum inseparabiliter iuri nominandi tres personas, taliter, quod ab eo separari nõ possit, ita vt, posito iure nominãdi aliud ius sequatur; imo sunt iura separata & distincta, nec ad positionem vnius aliud sequitur, nec fit de vno ad aliud illatio, & sic concludendum est, quod si Iustitia exercuit iurisdictionem in toto illo territorio, non id prouenit ab ipso primo iure nominandi, sed ab ipso iure & foro disponentibus, quod iustitia villæ de Sa
69 riñena, eo ipso, quo est Iustitia † villæ, exerceat iurisdictionem in toto eius territorio, & eo durante, iuxta tex. in l. 1. §. cum vrbẽ. ff. de officio Præfec. vrbi, &
70 ibi † declarãt Alberi. & Bal. Hinc dicit Bal. in l. 1. §. quib⁹, Cod. de Iustinianeo, Cod. componendo, num. 9. in quæstione quam ibi proponit. Quod si per statutũ ciuitatis, data est prioribus potestas statuendi super bono & pacifico statu Ciuitatis, an possint statuere in vim supradictæ potestatis, quod causę inter cognatos & consanguineos vertentes compromittantur? Et dicitur videri quod non,
71 quia † inferior non potest tollere appellationes, quæ deferri debent ad superiorem, vt in cap. venientes de iur. iuran. sed si tale statutum valeret, non posset inter-

interponi appellatio ad superiorem, vt
in l.diem proferre.§.stari.ff. de receptis
arbi.ergo,&c.Contrarium tamen deter
minat,quia per illud statutum non tolli
tur appellatio in vim statuti,sed in vim
iuris communis; quia supposito statuto
quod causæ compromittantur, de iure
communi prouenit, quod non appelle-
72 tur,quia ab arbitris † iuris non appella-
tur c.ab arbitris,de arbitr.Ita hic dicen-
dum videtur:nam ex diuisione territo-
rij respectu iurisdictionis specialiter &
immediate nullum præiuditium proue-
nit villæ de Sariñena;& licet ex prædic-
ta diuisione diminuatur eius territoriũ,
hoc prouenit ab ipso foro, quia data di-
uisione territorij de iure, & foro est,
quod Iustitia de Sariñena non exerceat
in territorio diuiso iurisdictionem,quia
73 extra † territorium ius dicenti impune
non paretur, vt in l. fi. ff. de iurisdictio.
omni.iudic. Et licet si non fuisset facta
diuisio territorij, & locus de Castejon
creatus in villam Regiam cum constitu
tione tribunalis.& assignatione territo
rij respectu iurisdictionis, ipse Iustitia
de Sariñena habuisset exercitium iuris-
dictionis in dicto loco, tanquam in pro-
prio territorio,& facta diuisio & erecto
dicto loco in villam, dictus Iustitia de-
sinat habere dictum exercitium:tamen,
quia dicta diuisio non fuit facta principa
liter ad diminuendum territorium villę
de Sariñena,quamuis ex ea sequatur di-
minutio territorij, non est in considera-
74 tione,nec debet † attendi illud quod se-
quitur secundario, & minus principali-
ter.l.si quis nec causam.ff. si certum pe-
tatur, Bart.in l.per diuersas nume.22.C.
mandati,Roland.cons.11.numer. 61.in 3.
Gomez in regula de non tollendo iure
quæsito.q. 3.Hippol.Riminal.cons.601.
num.123.Petrus Andreas Gama de po-
testate legati lib.7.nu.368. Bimius cons.
75 57.n.8.Confirmantur superiora, † quod
si taliter connexa essent hæc duo iura,
scilicet,ius nominãdi,quod habet villa,
& ius diuidendi, quod habet Dominus
Rex,taliter, quod sicut non potuit Do-
minus Rex concessionem reuocare re-
spectu iuris nominandi,ita non potuerit
diuidere territorium; illud esset ex eo,
quia dictum ius diuidendi territorium
esset connexum inseparabiliter cum di-
cto iure nominandi,Bald.in l.plures,nu.
3.C.de fide instrumentorũ;dicens,quod
76 tunc † præscripta causa primordiali cẽ-
setur præscriptum accessorium,quando
accessoria substantiantur in causa pri-
mordiali, Anton.Gabriel.in suis comu-
nibus tit.de præscriptione conclus.2.nu.
28.Sed sic est,quod ius diuidendi territo
rium non cohęret ita inseparabiliter cũ
dicto iure nominandi, nec substantiatur
in ipso,nec cum ipso oritur, nec cũ ipso
conseruatur,Bald.in l.humanitatis C.de
impuberum.numer.18.Ergo non sequi-
tur ad dictum ius nominandi. Probatur
quia ius nominandi esse, & conseruari
potest,etiam data erectione loci de Ca-
stejon in Villam regiam, quia ad esse &
quidditatem officij Iustitiæ nihil refert,
quod territorium sit amplum vel minus
77 amplum, cũ ea quæ † differunt in plus
vel minus quantitate non dicuntur dif-
ferre substantia l.fin.ff.de fund.instruct.
Iass.l.1.num.67.de acquir.possess. Confir-
matur ex traditis per Bart.in l.Aurelius
§.idem quæsijt, deliberatione legata.n.
3. Menoch.de arbitrar.lib.2 cap. 95. di-
78 cens illa † esse connexa, quorum vnum
non potest stare sine altero, vel quando
vnum pendet ab alio in necessarium an
tecedens,vel consequens,Petrus Andr.
Gama de potest.legati a latere lib.10.n.
239.vel vt dicit Lancelotus de attent. in
2.par.cap.12.in 2. limitat.num.28.illa di-
cuntur connexa, quando taliter se ha-
bent,quod sententia lata in vno parit ex
ceptionem rei iudicatę in alio,aliàs non
potest considerari connexitas, Decius
cons.33.num.3.& 4. Bald. in cap. 1. in fi.
de controuersia inuestituræ apud pares
79 terminanda; dicens, quod † exceptio
litis pendentię tunc obstat,quando sen-
tentia lata in vno iuditio pareret excep
tionem rei iudicatę in alio.At qui,si sen
tentia esset lata contra Dominum Re-
gem

gem, super primo iure nominandi tres personas, & eligendi ex eis taliter, quod per sententiam condemnetur Dominus Rex ad sic eligendum ex nominatis, talis sententia non præiudicaret Domino Regi, prętendenti in alio processu & causa facultatem diuidendi territoriũ, & erigendi in Villam dictum locum de Castejon. Ergo de vno iure ad aliud inferri non potest, nec datur aliqua connexitas; minor probatur, quia vt obstet
80 exceptio † rei iudicate necesse est, quod in 2. processu agatur inter easdem partes, super eadem re, & super eadem causa agendi. l. cum quęritur, cum sequẽtibus, de exceptione rei iudicatæ. l. si quis cum totum, §. generaliter. ff. eod. vbi dicit tex, *Exceptio rei iudicatæ obstat quoties inter easdem personas, eadem quæstio reuocatur*. Corn. consi. 126. numero. 5. in 4. Euerar. consi. 7. col. 2. Alexand. consf. 61. nume. 7. in 2. Decius consf. 475. nume. 43. & 44. & consi. 96. Abb. consf. 50. nume. 2.
81 & 3. in 1. Ad hæc, vt obstet † exceptio rei iudicatę amplius requiritur, vt in primo processu cognitum sit plenarie, & principaliter & non incidenter de eadem re, de qua in 2. processu est tractãdum plenarie, Paul. consf. 308. nume. 2. in 1. & quod sententia ferenda in 2. processu veniat ad euacuandam primam, taliter, quod data secunda, prima nõ possit subsistere, tanquam in compatibiles, Cuman. in d. l. cum quæritur Ang. in §. si in iudicio. n. 23. inst. de exceptio. Bertrand. cosi. 1. nu. 104. in 1. imprę sione in 1. volumine Iass. in. l. qui Rome §. duo fratres de verborum obligat. n. 50. & ibi Ripa. n. 23. Rubeus Alexandrinus in l. naturaliter §. nihil comune de acquir. poss. num. 131. Socin. consf. 264. numer. 15. in 2. Ruin. consf. 71. in 5. Cardin. consf. 72. numero 29. Anchar. in clem. 1. de probationibus nu. 1. Paul. consf. 311. colum. fin. 2. vol. In casu autem pręsenti lata sententia in 2. processu super iure diuidendi territoria in fauorem Fisci, non reuocaretur prima sententia lata in primo processu super iure nominãdi, quia compatibiles sunt, quia bene stat quod electio & nominatio fiant modo supra dicto, & quod Dominus Rex diuidat territoria, & sic, connexitas nulla consideratur inter hæc iura. Cum igitur exceptio rei iudicatæ super iure nominandi non obstet sententię ferendæ super iure diuidendi territoria, neque hęc primam sententiã reuocet; sequitur inde, quod non datur inter hęc iura connexitas, sed quod sunt iura diuersa, & si sunt diuersa, necessario sequitur, quod ex acquisitione vnius iuris scilicet nominandi, non sequitur acquisitio iuris prohibitiui, respectu iuris diuidendi, ergo ius de quo agitur non comprehenditur sub prędicta cõcordia, nec eius respectu villa de Sariñena aliquod ius dominij prætendere potest. Faciunt notata per Bart. in l. 2. §. 1. de vi bonorum raptorum, num. 3. & in l. Iulianus verum debitorem num. 8. & ibi Iass. num. 22. de condict. indebiti, Bart. in d. §. duo fratres in 5. opposit. num. 7. in l. qui Romæ de verborum oblig. & ibi, Alex. num. 5. Iass. 14. Ripa 13. Bart. in l. ex diuerso. §. vbi autem de rei vendic. num. 3. Ioan. Baptist. Asin. in sua practica. §. 16. cap. fin.

Redeundo ergo ad ęquiparationem illam dicimus, quod tunc capitula dicũtur connexa inseparabiliter, ad hoc vt exceptio litis pendentiæ obstaret, quando obstaret exceptio rei iudicatæ vt diximus supra ex Bal. & Lancellot. Ergo in casu præsenti dicendum videtur, prędicta iura omnino esse inter se diuersa, & separata, taliter, quod nec exceptio rei iudicatæ, nec exceptio litis pendentię, super vno, posset impedire procedi ad vlteriora super alio.

83 Item, quia accessoriũ † non sequitur principale, quando est maius ipso principali, vt per Bart. in l. 2. ff. de iurisdic. omni iudi. numer. 2. & probatur per tex. in l. fin. §. illo Cod. de necessa. seruis hered. instit. quem ad hoc allegat Nicol. Euerar. in sua centuria in loco. 95. sed quod Dominus Rex non possit diuidere territorium respectu exercicij iurisdictionis, maius & fortius ius est quam, quod

non

non possit eligere Iustitiam nisi ex tribus personis nominatis, quod probatur; quia isto secundo casu non extinguitur omnino potestas pertinens Domino Regi, nominandi nec eligendi, quamuis restringatur potestas, quia tenetur eligere ex personis nominatis, sed ex nominatis poterit eligere quem vellet; in casu autē de quo agimus, extingueretur omnino ius sibi competens diuidendi territoria respectu iurisdictionis, quod non est verisimile Dominum Regem concessurum fuisse, in tā graue præiudiciū ipsius, & suorum successorū; verba † enim contractus & promissionis ita debent intelligi, vt minus obligent promittentem
83 iuxta tex. in l. stipulatio ista habere licere §. in stipulationibus ff. de verbo. obligat. traddit Hyppo. Riminal. consi. 392. nume. 74. & consi. 601. num. 91. Hinc dicit, Bal. in l. 2. Cod. de seruituti, & aqua in 9. q. num. 28. quod in incorporalibus, quę non possunt possideri nisi ex causa donationis, vel præcarij, magis pręsumitur possidere quis ex causa præcarij, quam ex causa donationis.

Et ne deficiamus in hoc proposito, de quo agimus autoritatibus, videlicet, quod villa de Satiñena, quamuis habeat ius, quod Dominus Rex non eligat nisi ex personis nominatis quod ex hoc non possit pręten dere, quod non possit territorium diuidere respectu iurisdictionum, erigendo per priuilegium locum de Castejon in villam regiam, probatur autoritate Bart. in l. intamen, de publicis iudi. in fin, & in l. hostes ff. de capti. & postli. reuersis. num. 6. vbi dicit.
84 quod † Ciuitas vel Regnum potest eximi ab Imperio pręscriptione, & priuilegio, & Felin. in cap. cum non liceat, de præscriptio. nu. 10. cum seq. vbi allegat plures Doctores pro hac opinione & Balb. de præscriptio, in secūda parte, secundæ partis principalis, quęst. 1. num. 5. & Couar. in reg. possessor, in secūda parte. §. 2. numer. 8. Aymon. Crauet. de antiqui. temp. in 4. part. cap. materia ista numero. 72. folio. 178. vbi attestatur de magis communi, & Anto. Nata consili. 671. nume. 10. cum seq. vbi etiam dicunt idem esse quoad Papam, a quo potest quis per priuilegium aut præscriptionē in temporalibus eximi, non autem in spiritualibus.

Et probatur, quia si pręscriptione potest eximi, ergo & priuilegio, quia qui non potest alienare, non potest pati vt pra scribatur, quia eo ipso quod patitur præscribi, alienat, vt in l. alienationis verbum ff. de verbo sig. Tiraq. lib. 1 de retractu. §. 1. glos. 10. num. 57. cum. seq. & glos. 9. numer. 246. cum seq. Decian. in 2. vol. consi. 76. numer. 3. Molina. lib. 4. de primog Hispano. cap. 1. n. 13. & 14. & cap. 10. numer. 7. & Couar. in reg. peccatum, §. 9. nume. fin. vbi dicit, quod licet Principes Germanię habeant ius eligendi Imperatorem taliter, quod electus ab illis est Imperator totius Romani Imperij, nihilominus tamen potest eximere, ergo quod Principes Germaniæ habeāt ius eligendi Imperatorē, & Imperator ab illis electus sit Imperator totius Imperij, non tamen eo prætextu prætendere possunt, quod Imperator non possit eximere aliquod Regnum ab Imperio, ex eo, quia ex tali exemptione diminuitur ius, quod ipsi habent eligendi Imperatorem, & idem in Papa, nam Reuerendissimi Cardinales, quibus competit ius eligendi Papam, non possunt prætendere, quod Papa non possit eximere aliquam Ciuitatem in temporalibus ab eius iurisdictione, & potestate, quasi quod minuatur eorum potestas, cum supposita prædicta exemptione remaneat illis illæsum ius eligendi Papam & Imperatorem, vt antea habebant, & credi potest, quod ius villæ de Satiñena, circa nominationem personarū pro Iustitia, non sit fortius, nec pinguius, quā ius quod habent Principes Germaniæ, & Reuerendissimi Cardinales, imò debilius, quia ipsa villa non habet ius eligendi Iustitiam, prout habent Principes Germanię, & Reuerendissimi Cardinales ius eligendi Imperatorē & Papam.

Com-

Comprobatur etiam autoritate Ioan.
Calderin. in quadam quæstione relata
per [illegible], in reg. accessoriuin de reg.
iuris, numero. 17. quem ipse sequitur,
& quæstio talis est. Archiepiscopus Ra-
uennatensis habebat ius prouidendi be
nefficium in Dioceff. Imolæ, postea con
tingit, quod Dioceffis Imolę fuit diuiffa
in duas, creato nouo Episcopo, conceffa
& affignata fuit noua Dioc. pręsciffa &
separata a Dioceffi Imolæ: de inde eue-
nit, quod in illa noua Diocesi afsignata
nouo Episcopo vacauit quoddã benefi
cium: orta fuit quæstio inter Archiepis-
copum, & nouum Episcopum; quia Ar-
chiepiscopus volebat dictum beneffició
conferre: Episcopus autem nouę Dio-
cesis prætendebat collationẽ ad se per-
tinere, & concludit quod si priuillegiũ,
vel indultum Archiepiscopi erat perso-
nale, quia cum eius persona extinguebã
tur, & tunc collatio beneffcij pertinet
ad Archiepiscopũ; quia alias ex erectio-
ne nouæ Diocesis paratur sibi magnum
præiudicium, quia forte in eius vita non
contingeret aliud beneficium vacare, &
ideo erectio nouæ Diocesis non debet
intelligi facta cũ magno præiuditio Ar-
chiepiscopi: si autẽ ius vel priuilegium,
quod Archiepiscopus habebat erat rea-
le, quia annexum suæ dignitati; & tunc
non pertinebit Archiepiscopo collatio
prædicti beneffcij, sed nouo Episcopo;
quia Archiepiscopo remanet ius saluũ
in alia parte Diœcesis, quæ remanet Epi
scopo Imolæ, & *sic non multum leditur. si nõ*
totaliter competat sibi ius prouidendi, hæc An-
charr. post Calder. Nam sicut in casu
Calderini, & Ancharr. priuilegiũ quod
habebat Archiepiscopus prouidendi be
nefficium in Diœcesi Imolensi erat rea-
le, concessum ipsi dignitati, ita hoc ius
85 nominandi † tres personas est reale; cõ-
petit enim concilio dictę villæ, quod nõ
moritur, imo semper est idem, vt in l pro
ponebatur, de iudicijs, Anania. cons. 26.
numer. 9. Rebuff. in 1. tom. tracta. de sen-
tentijs exequuto. arti. 7. glos. 16. nume. 8.
Cagnol. in. l. 1. C. de pactis inter empto-
rem & vendito, numer. 127. ita [illegible]
Archiepiscopalis in abstracto [illegible]
ta semper est eadem, & nunquam mori
tur, vt in cap. quoniam Abbas de offi. de
86 legati. In casu † Ancharrani & Calderi-
ni Summus Pontifex diuisit Diocesim
Imolensem in duas, vt in isto casu Domi
nus Rex diuisit territorium villæ de Sa
riñena respectu iurisdictionis, erigendo
locum de Castejon de Monegros in vil-
lam regiam, afsignato sibi territorio res-
pectu iurisdictionis, in casu Ancharr. no
ua Diocesis. fuit præscissa ex Diocesi
Imol. in casu isto territoriũ concessum
villę de Castejon respectu iurisdictionis
fuit a territorio villæ de Sariñena pręs-
cissum, in casu Ancharrani Archiepis-
copus Rauennatensis habebat ius con-
ferendi beneficiũ in tota Diocesi Imo-
lensi, in casu isto villa de Sariñena habe-
bat ius nominandi tres personas, vt ex
illis eligeretur vna per Dominum Re-
gem in Iustitiam Sariñenæ, qui habebit
potestatem exercendi iurisdictionem in
toto territorio, in casu Ancharr. ex diuis
sione Diocesis, licet coartetur potes-
tas Archiepiscopi conferendi beneffi-
cium; quam anteà habebat in tota Dio
cesi Imolensi, solum ad eam partẽ quæ
remansit Imolensis, & in parte Diocesis
sis nouiter creatæ remanebat extincta,
non cẽsetur Archiepiscopus habere pręiudi-
iudicium considerabile, ex quo ius sibi
cõpetens erat reale, & remanebat in
Diocesi Imolensi, licet non ita lata pro
vt antea: ita hic licet ex diuisione terri
torij villæ de Sariñena respectu iurisdi-
ctionis, coangustetur territorium, ità
quod, Iustitia Sariñenę non habebit ter
ritorium tam latum, nihilominus va-
let diuisio, & ex eo non infertur pręiu-
ditium considerabile ipsi villę de Sariñe
na, cum ius nominandi prædictas tres
personas, quod ante diuisionem terri-
torij habebat, remaneat sibi saluum. Et
sic ex dicto Calderini & Ancharr. resul-
87 tat, quod † est leue præiuditium coar-
tare, seu coangustare territorium in
quo quis habet aliquod ius, quod nõ est
in con-

nutionem à iure, vt supra dictum est, & hoc casu non prohibetur Princeps diuisionem facere territorij, & cum in concordia nulla fiat mentio de diuisione territorij, de illa curandum non est, l. si seruum, §. non dixit Prætor, de acquirend. hæredi. Barba. inter consil. Alexand. in 4. volumine, consil. 51. numer. 12. l. fideiussores magistratum, §. 1. ff. de fideiussoribus, ibi: *Lecta subscriptione fideiussoris*, Tiraquel. in l. si vnquam, verbo, libertis, numero primo, cum sequentibus, Cod. de reuocandis donatio.

90 Neque etiam obstat verbum † illud, *Perpetuament*, positum in concordia; quia illud intelligitur perpetuo dum tribunal respectu aldearum existat in villa de Sariñena; quia licet potuerit Dominus Rex mutare tribunal respectu aldearum, & non mutare; tamen interim dum non mutat verificatur illud verbum, Perpetuament, Bart. in l. iuris peritos, de excusation. tutorum, Doctores post glos. in l. sufficit, ff. de condictione indebiti, & ibi Iasson, l. 1. ff. pro socio, & ibi glos. 1. quæ exponit verbum, perpetuo, idest, donec viuunt, Cephal. consil. 447. numer. 24. vbi exponit verba, perpetuis temporibus, posita in fideicommisso, idest, donec viuunt, Bald. in dicta. l. 1. dicens, quod hoc verbum intelligitur secundum subiectam materiam, Alciat. consilio. 203. nume. 25. Cum ergo materia subiecta in casu nostro sit, quod Dominus Rex potest mutare tribunal, sequitur, quod verbum perpetuament, intelligatur interim dum Dominus Rex non diuidit territorium, erigendo aldeam aliquam in villam: sufficit enim, quod

91 aliquid † possit esse perpetuum ad hoc vt censeatur perpetuum, glos. in cap. fin. de rescript. in sexto, in verbo perpetuas, & in Clementi. 2. eodem tit. in verbo, per electionem. Hinc dicit Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori, de noui. oper. nuncia. numer. 12.

92 quæst. 3. Quod officialis † creatus ad beneplacitum Regis, censetur creatus perpetuo, & habere officium perpetuum, propter dubium, Alexand. ibi, numero decimoquarto, Iasson 5. & sic officiales quos nominat ad sui beneplacitum, vel meram voluntatem, perpetui dicuntur.

93 Neque etiam obstat Menoch. † consil. 264. Quia ibi fuit pactum expressum; quod ipsi Principes non possent directè, nec indirectè, dare, vendere, transferre, & alienare, sed perpetuo dominium ipsius ciuitatis apud se retinere, nec inter se diuidere, & statim subdijt; *Quod ciues montis Regalis essent sub illis franchitijs, & libertatibus, quæ obtinebant tempore Roberti Regis*, & statim dicit, *Et cum promisserunt prædicti Principes conseruare ciuitatem, & eius villas, & iurisdictionem integram sine diminutione*, & in secunda columna addit, quod expresso pacto, & transactione Carolus Dux Sabaudiæ concessit eis, *Quod nec sibi, nec hæredibus successoribusq; suis liceret vnquam, quouis tempore, in alium transferre dictam ciuitatem montis Regalis, eiusque districtum in totum, vel in partem, nec diuidere*, & in his terminis loquitur Menoch. sicut Aymon, & Cephal. vbi supra, loquuti sunt, & si hoc modo serenissimus Rex Ioan. promisisset non diuidere territorium, quod tunc erat dictæ villæ, essemus in terminis illorum consiliorum, & cum difficultate potuisset diuidere territorium; sed cum de diuisione vllũ verbum adsit, & casus præsens diuersissimus sit à casu illorum Consiliorum, non benè applicantur ad rem nostram: & idem fortè dicendum foret, quando Dominus Rex in prædicta concordia loqueretur per verba facti, veluti, quia dixisset, quod Iustitia de Sariñena nominandus forma ibi stabilita, exerceret iurisdictionem in loco de Castejon de Monegros, Balfarta, & Pallaruelo: tunc enim, cum Princeps loqueretur per verba facti, haberet res magnam difficultatem, & forte procederet altera

94 opinio; nã quando expresse † constituitur

Ee tur

tur seruitus, vel aliquod ius, veluti de-
pascendi in pascuo alterius, tunc illud
pascuum tolli non potest, non solum di-
recte, sed nec indirecte, veluti per redu
ctionem ad culturam: ita elegantissimè
resoluit Crauetta consil. 292. circa fin. &
diximus late in fundamentis alterius
opinionis, licet aliqui etiam in hoc ca-
su dicant reseruatum esse Domino Re-
gi ius diuidendi territorium. At vero
quando Dominus Rex non loquitur
per verba facti, sed per verba iuris, &
verba quæ † recipiunt augmentum, &
95 diminutionem, veluti si diceretur in cō-
cordia, quod ex tribus nominatis elige-
ret Dominus Rex vnum in Iustitiam vil
læ, & aldearum; in hoc casu sine dubio
potest Dominus Rex diuidere, & sepa-
rare territorium; nam sicuti in hoc casu
multiplicatis aldeis ad eas extenderetur
tur iurisdictio Iustitiæ, quia territorium
potuit recipere augmentum, & sic iu-
risdictio crescere; ita etiam dicendum
est, vt diminuto territorio minuatur
etiam iurisdictio Iustitiæ quoad aldeas
separatas, attento, quod illud verbum
aldeas, recipit augmentum, & diminu-
tionem, & sicut se habet ad vnum de-
bet se habere ad aliud, Brunus de aug-
mento, conclus. 16. num. 5. Natta consil.
636. num. 87. Mandos. regul. 12. cancel-
lariæ, quæst. 13. Bald. in l. humanitatis,
numer. 28. C. de impuber. Facit vltimo
pro his, quia si Dominus Rex dixisset,
Iustitia sic electus sit Iustitia de Sariñe-
na, non posset inde inferri, quod om-
nes aldeæ sint vnitæ inseparabiliter cū
ipsa villa, ita neque idem inferri posset,
licet dixisset sit Iustitia villę, & aldea-
rum, quia adiectio aldearum iam à iure
inerat, quia ille quoad iurisdictionem
96 sunt sub eodem Præsidatu, & sic illa †
expressio nihil operaretur, Doctores in
l. 3. de legat. 1. cum vulgat. Et sicut dici-
97 mus, quod licet vniuersitatis † maior
pars non possit tollere pascua alijs vici-
nis, vt resoluimus nos in decis. 74. po-
test tamen vendere terminos, & tunc
perditur pascuum, sed dum termini nō
alienantur, non possunt pascua tolli. Ita
in casu nostro, licet existentibus aldeis
non possit Dominus Rex (quando de
aldeis actum esset) prohibere quominus
Iustitia villæ exerceret iurisdictionem
in aldeas, potest tamen illas separare,
& per separationem diminuere iurisdi-
ctionem Iustitiæ.

98 Finaliter non obstat, id quod dictum
est pro contraria parte; † quod quan-
do aliquid conceditur per viam contra-
ctus non potest illud tolli, & auferri
etiam indirecte, vt ex Cepola, Couar-
ruuias Crauetta, & alijs conclusum est
in fundamentis primæ opinionis. Nam
illud fatemur, esse verum: negamus ta-
men, quod hic etiam per indirectum
tollatur gratia concessa: nam si de fa-
cultate diuidendi actum non est in con-
cordia, nihil detrahitur etiam per indi-
rectum facultati nominandi, de qua so-
la actum fuit, hæc enim semper illęsa,
& illibata remanet. Deinde contra-
rium procedit, quando dispositio loqui
tur per verba facti, veluti concedis mi-
hi seruitutem in tali fundo, vel tali
monte, vel talibus aldeis; secus autem
quando per verba iuris collectiua, tunc
enim secus dicendum videtur, ex natu-
ra ipsius dispositionis, quæ recipit au-
gmentum, & diminutionem, vt dictum
est supra.

Item etiam est aduertendum, quod
etiam si dictum fuisset in concordia,
quod Dominus Rex deberet creare
in Iustitiam vnum ex nominatis per
dictam villam, & quod dictus Iusti-
99 tia exerceret iurisdictionem in dicta
villa, & eius territorio, † illa expres-
sio territorij nihil operaretur, nec ex
illa aliquod ius ipsi villæ acquisitum
fuisset, respectu iuris prohibendi, nec
Dominus Rex creationem in villam
Regiam, de aliqua ex aldeis faceret,
de qua nunc agimus: quia illa ex-
pressio territorij nihil operaretur, quia
exprimitur, quod tacite inerat, quia
etiam si de hoc territorio nihil fuisset
dictum

dictum, etiam Iustitia Sariñenæ haberet exercitium iurisdictionis in territorio, eo, quia est Iustitia Sariñenæ, iuxta tex. in l. 3. C. de fideiussor. & in l. 3. de legat. 1. & ibi Bart. & Iasson. num. 3. cum sequentibus, & Bart. in l. re coniun cti, de legat. 3. numer. 5. & Abbas in capit. cum dilecta, de rescriptis, num. 12. & eleganter Rippa lib. 2. responsorum, cap. 32. & Socinus in 3. volumine, consil. 102. numer. 11. & Cephalus consil. 158. numer. 37. & cons. 267. & Bursat. consil. 40. numer. 42. cum sequen. & notabiliter Ferdinãdus Vasquius lib. 1. controuersia. illustrium, cap. 39. num. 18. & 19.

Item considerandum est, quod si, & vbi constaret, quod in prædicta concordia, & contractu actum fuisset etiam

100 de territorio, videlicet, † quod Iustitia dictæ villæ haberet ius exercendi iurisdictionem in territorio, & sic in aldeis, hoc autem verum esset durante prædicta qualitate, quod sint aldeę, cessante autem dicta qualitate, quia aliqua ex aldeis desinat esse aldea prædictæ villæ, iam dictus Iustitia de Sariñena desinet esse Iustitia, & iudex Ordinarius prędicti loci, qui desinit esse aldea prędictæ villæ, argumento text. optimi in capit. 1. de iure patronat. in sexto, vbi ius patro. Ecclesiasticum cessat, si desinat esse Ecclesiasticum, & efficiatur seculare, & è contra, quia assummit naturam iuris patronatus secularis, vt tradit Felinus in capit. licet ex suscepto, de foro compet. num. 2. & facit tex. in l. Paulus, aliàs, Per procuratorem, ff. de adqui ren. hæreditate, & confirmat Xuarez in quęst. vtrum in bonis maioricatus pater habeat vsumfructum, num. 13. & tex. in l. cum patronus, ff. de legat. 2. vbi Peral. num. 31. cum sequen. ex pluribus confir mat; probatur etiam in l. fin. Cod. de inoffic. testamen. & ibi notat Bald. num. 4. vbi dicit, † quod mutato statu personæ,

101 statum rei conuenit mutari, tradit Aymon Crauetta cons. 293. num. 10. Bursat. consil. 375. in primo dubio. Hinc dicit Bald. in l. humanitatis, Cod. de impub. & alijs substitutionibus, nume. 28. quod quando qualitas requirit perseuerantiam, non sufficit inesse à principio, & quando habetur loco finalis causæ, quia tunc cessante causa cessat effectus, & quando requiritur loco fundamenti, & existentiæ, & quando qualitas dat esse rei, & conseruat rem in esse, & idem quando qualitas non se refert solum ad principium, sed ad processum, & tunc consideratur processus temporis: & idem si qualitas adijciatur rei cum perseuerantia, quia istis casibus cessante qualitate, cessat dispositio, quę facta censetur sub qualitate permanente, & prosequitur Menoch. consil. 106. num. 89. cum sequen. & facit tex. in l. tutelas, §. 1. ff. de capitis diminutione, vbi cessante agnatione cessat tutella legitima, & Bald. in l. 3. Cod. de relatio. nu-

102 mer. 3. dicit, quod duplex † est qualitas, vna demonstratiua, alia substantialis; prima cessante non cessat effectus; secunda vero cessante cessat effectus. In isto casu Iustitia de Sariñena exercebat iurisdictionem in loco de Castejon; eo, quia erat eius aldea, cessante ergo ista qualitate, quod non sit aldea, cessauit iurisdictio, & vt dicit Bart. in dict. l. tutellas, in principio, quod alicui sub nomine appellatiuo conceditur, eo cessante cessat concessio; & facit etiam; quod Molinus tradit, in verbo, Dominii locorum, fol. 108. colum. 3. & 4. & in verbo, vassallus, vers. fin.

Cum ergo per erectionem loci de Castejon de Monegro in villam Regiam, desierit esse aldea dictę villę de Sariñena, consequens est, quod Iustitia villę de Sariñena nullum exercitium iurisdictionis habebit in prędicto loco, nunc villa.

Nec obstat si dicatur, ꝙ iuxta tenorē

103 prędictę cõcordię forma illa perpetuo † est obseruanda, quia hoc non negamus,

quia citra veri præiudicium, Dominus Rex, & sui successores perpetuo creabunt in Iustitiam villæ de Sariñena ex dictis personis nominatis: ex hoc autem nihil ad erectionem in villã Regiam, de qua agimus, vt supra plene probatum fuit, & perpetuo etiam obseruabitur, quamdiu dicta villa manebit in dominio Domini Regis, vt per Bart. Paul. & Iasson in l. sufficit, ff. de condictio. indebiti, idem Bart. in l. Iurisperitos, ff. de excusatio. tuto. per tex. ibi.

Insuper est aduertendum, quod Concilium villæ de Sariñena, nullum interesse principale in hoc iure, de quo agimus, habet, ad summum enim haberet interesse, quod Iustitia dictæ villæ esset ex personis nominatis, quia illorum posset interesse, quia forte illis expediret, quod illorum causæ tractarentur coram Iustitia illis beneuolo, & ita procedit, quod Auendaños tradit, lib. 1. de exequen. manda. reg. capit. 19. num. 21. sed quod dictus Iustitia debeat exercere iurisdictionem in aldeis, & quod ex eo non possit Dominus Rex erigere, & diuidere territorium, hoc non pertinet ad ipsos, nec circa hoc interesse habent considerabile. Hoc videmus, quia de
104 iure, potestas † eligendi Prælatum pertinet Capitulo Ecclesiæ Cathedralis; tamen si Summus Pontifex vellet diuidere Diœcesim, & ex vna facere duas, quod potest, vt in can. temporis qualitas, in can. postquam, 16. quæstio. 1. & in capit. sicut vnire, de excessibus Prælatorum, & in l. si eadem, ff. de officio Assessoris, non poterit Capitulum impedire ratione alicuius interesse considerabilis. Idem etiam si Princeps vellet diuidere Prouinciam, quod potest, vt in l. 1. C. de Metropoli. Verito, libro vndecimo, tradunt Doctores in dicta. l. si eadem, non possunt Prouinciales impedire ratione alicuius interesse principalis, quia nullum in hoc habent.

Nec obstat si dicatur, quod prædictam diuisionem facit Princeps non recognoscens superiorem, de plenitudine potestatis, quæ est supra legem, & hac plenitudine potestatis Dominus noster Rex videtur carere in hoc Regno. Hoc enim falsum est, quia licet prædictam diuisionem solum possit facere Princeps summus, id procedit propter grauitatem causæ, quia vnire, vel † diuidere est res maxima, vt tra- 105
dunt Doctores in dict. cap. sicut vnire.

Et ideo potestas prædicta faciendi, fuit solum reseruata ipsi Principi, & alijs inferioribus denegata, sed facere vnionem, vel diuisionem ad potestatem ordinariam pertinet, maxime in isto casu, in quo Dominus noster Rex solum agit de re sua propria, & peculiari, vbi non agitur de præiudicio alicuius, vt supra fuit probatum: prout etiam videmus in hoc Reno, quia Domino nostro Regi sunt reseruatę aliquę causæ, quæ propter earum grauitatem, alijs omnibus inferioribus non conceditur de his cognoscere, vt in obseruia. Item nota, quod tres causæ, de foro competen.

Item, quia Dominus noster Rex est Princeps † non recognoscens superio- 106
rem, & potest in hoc Regno omnia illa, quæ potest quilibet alius Rex non recognoscens superiorem, facere in suo Regno, nisi per foros huius Regni, vel ex principijs foralibus appareat, in casu de quo agitur, diminutam eius potestatem: & ideo ante concessionem prædictæ concordiæ expeditissimum erat, Dominum nostrum Regem potuisse facere erectionem in villam Regiam, de quolibet loco illi bene visso, ergo, nisi per dictam concordiam prohibeatur, remanebit sibi prædictum ius intactum, & illæsum.

Nec obstat si dicatur, quod dicta villa de Sariñena habet interesse; quia ex eo, quod Iustitia illius habeat latius, & maius territorium, plures gentes,

tes, & plura negotia confluent in dictam villam, ex quo plura lucra, & plures vtilitates haberi poterunt. Quia
107 hoc interesse, † quod potest per accidens peruenire, non consideratur, vt per Bart. in l. quominus, ff. de fluminibus, num. 11. quæst. 11. & ibi Iass. numer. 83. & Rippa numer. 82. & Bald. in l. vnica, C. sentent. quæ pro eo, quod inte. proff. numer. 58. vbi dicit, quod licet quis non possit † facere molendinum
108 in parte superiori in præiudicium molendini inferioris, bene tamen potest auferre commodum molentium, quia istud lucrum non est de iuribus naturalibus molendini, idem Bald. in 4. volu. consil. 463. numer. 5. & Curtius senior, consil. 33. & Ruinus in 4. volum. consil. 93. num. 11.

Item, quia attento tenore prædictæ assertæ concordiæ, & contractus, in parte dispositiua non fit mentio de aldeis.
109 Nec obstat si dicatur, quod virtute relationis inductę per verbũ, † dicta, quod est relatum ad praecedentia, vt per Bart. in l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupillari, & in l. 1. §. hoc edicto, ff. de postul. dicetur facta mentio de aldeis.
100 Quia † relatio solum facienda est ad ea, quæ principaliter posita sunt in dispositione, non autem ad ea quę incidenter sunt dicta, vt per Bart. in l. fin. §. Titia, ff. de liberatione legata, & Iasson in l. talis scriptura, ff. de lega. 1. numer. 40. & in l. 1. Cod. de lib. præteri. vel ex hæreda. num. 9. Felin. in cap. causam quę, de rescriptis, numer. 4. versic. 4. limita, Decius in cap. secundo requiris, de appellation. columna fin. versic. 7. Decius consil. 593. numer. 4. Ruinus consil. 181. numer. 3. volum. 2. Paris. in 2. volumine consil. 86. numer. 39. & 49. Cephal. consil. 107. numer. 7. tradit Medices in 2. tomo, tractatu de regu. iuris. regula 10. colum. antepenultima, nec ad id, quod non est verisimile fuisse deductum in dispositione, vt ibi per eundem numer. 63. nec est verosimile, Dominum Regem voluisse se, & successores in Regno priuare iure Regio, diuidendi territorium villæ de Sariñena, nisi hoc expresse, & clare ex verbis colligatur.

Item hoc probatur ex diuersis, & pluribus prouisionibus exhibitis in isto processu pro parte villæ de Sariñena, creationum Iustitiarum dictę villæ, Baiuli, & regentis scribaniam, in quibus nulla fit mentio de aldeis expresse, nec per relationem ad aliud, sed solum dicitur, quod creantur Iustitiæ dictę villę, & Baiuli, nulla facta mentione de aldeis; & sic declaratur voluntas, & mens contrahentium, quod de aldeis non curarunt, nec circa illas aliquem cõtractum inire voluerunt.

111 Et sic ex obseruantia subsequta, † & modo creandi Iustitias probatur intentio contrahentium, vt per Bald. in rubrica, Cod. de fide instrument. numer. 44. versic. sextum supplementum, Aymon Craueta de antiquitate temporũ, in prima parte, versiculo, quarto limitatur, numero 17. folio 53. vbi ante illũ numerum dicit, quod ista obseruantia videtur habere vim testium deponentium super veritate facti, & licet ibi loquatur, quando scriptura non est solemnis, idem etiam eadem ratione videtur dicendum, quando scriptura est dubia, vt in isto casu, quia ex ipso contractu, siue concordia non apparet clare, an actum fuerit de aldeis, vel non; quod autem actum non fuerit de aldeis, probatur ex pluribus creationibus Iustitiarum ex personis nominatis, ab aduerso exhibitis, in quibus nulla fit mentio de aldeis, sed solum creatur Iustitia dictæ villæ, & sic perinde videtur, ac si in isto processu adessent testes, qui deponerent se interfuisse tempore initæ concordiæ, & contractus, & quod de aldeis nihil fuit dictum, nec conuentum: facit glos. in capit. duobus, verbo, si non appareat, de rescript. in sexto, quam Felinus in cap. olim, de rescrip. numer. 10. colum. fin. commendat.

Et hoc confirmatur ex traditis per Oldrad.in consi.121. vbi dicit, quod ille
112 qui † recognouit tenere castrum in feudo, non videtur recognoscere territorium,& Bald.in cap.1.de Capitaneo qui curiam vendidit, num.6. & Alberic. in l.fin.Cod.de iuris.omni.iudi.& Iacobin. in inuestitura feudali, in verbo, dictiqi vasalli promisserũt recognoscere nu.2. sequuntur dictum Oldradi. Quod limitatur, nisi constaret, quod territorium possedisset ex eodem tit.& causa,ex qua possidebat castrum; in dubio autem omnes sequuntur dictum Oldra. idem tenet Anchar.in reg. accessorium, nu. 18. & hoc applicatur multum ad propositũ, nam,vt supra dicitur,dominus feudalis castri habet exercitium iurisdictionis in territorio,prout in ipso castro,& tamen exercitiũ iurisdictionis in territorio nõ pendet necessario, nec immediate,nec inseparabiliter ab ipso castro,in quo cõsistit feudum, & sic bene stat, quod castrum sit feudale, & quod Dominus castri vtilis habeat exercitium iurisdictionis in territorio eiusdem castri; & tamẽ in dubio territorium non est feudale, & maxime in isto casu,† cum simus in con
113 tractibus,in quibus interpretatio facienda est stricte, & quidquid est ommissũ, habetur pro ommisso, vt in l.quidquid adstringẽdę, ff. de verbo. oblig.& trad. dic Bart.in l.2.ff.de verbo.significatione vbi dicit, quod in contractibus appellatione Ciuitatis non venit territoriũ,sed solum, quod muris clauditur, & etiam suburbia, secundum distinctionem ibi tradditam,& Couar.in c.alma mater de sententia,excom.in 6.in 2. part.§.1.num. 8. Crauet. consil. 297. hinc Ancharr. in capit. Canonum statuta de constitutio, num.357. vbi refert quandam quæstionem disputatam per Iacobum de Bellouisso, quia Rex concessit priuilegium ciuitatibus, vel ciuibus Regni sui,quęrit ibi,an appellatione ciuitatum contineantur commitatenses? & dicit, quod si priuilegium principaliter sit concessum ad ornatum ciuitatum,vel ciuium, quod dicto casu ciuitates proprie, & stricte intelligendæ sunt pro his, quæ eodem nomine appellatæ sunt, & ciues accipiendi sunt proprie, & stricte, scilicet pro his, qui nati sunt in ciuitate, vel in continentibus ędificijs: si vero priuilegium concessum sit ad ornatum, & vtilitatem omnium personarum; tũc in dubio intelligere debemus proprie, & stricte, & non improprie, & large,& sic non comprehenduntur commitatenses; & sic Ancharran. ponit differentiam † inter priuilegium, quod est
114 contra ius, & beneficium: quia beneficium,vbi non agitur de pręiudicio tertij,latissime est interpretandum; secus tamen, si ageretur de præiudicio tertij, vt declarat Iasson. in l. beneficium, ff. de constitutio. Princip. num. 10. in isto casu agitur de præiudicio tertij, si prætensio partis aduersæ procederet, quia nullo tempore possent eximi à iurisdictione de Sariñena respectu iurisdictionis, quod tendit in maximum præiudicium dictarum aldearum, cum quibus non fuit inita prædicta concordia; &
115 ideo in dubio † stricta est facienda interpretatio. Idem etiam videtur dicendum de foro, etiam si non ageretur de præiudicio tertij, quod probatur per for. in §. Item que en cada vno de los lugares, sub titulo declaratio priuileg. general. iuncto §. Item que en cada vno de los lugares huuiesse juezes de aquel mismo Reyno, a saber es, en Aragon de Aragon, en Valencia de Valencia, en Ribagorça de Ribagorça, post modum in declaratione eiusdem priuilegij fuit item supplicatum hoc addito, Que aquellos que son de fuero de Aragon en el Reyno de Valencia, que ayan judges de Aragon: & respondit Dominus Rex negatiue,dicendo; A lo que dizen, que ayan judges de Aragon aquellos que son de fuero de Aragon en el Reyno de Valencia, no lo dize el priuilegio; & sic videmus quam stricte de foro est facienda interpretatio in hac materia.

Ex

Ex his Senatus approbauit hanc vltimam opinionem, & pronunciauit in fauorem loci de Castejon, nouiter in villam erecti, die vigesimo tertio mẽsis Octobris anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, in processu, seu in causa Iuratorum, Concilij, & Vniuersitatis villæ de Sariñena super apprehensione iurisdictionis de Castejon, in articulo proprietatis, Actuario Infausti, in modum sequentem.

Sententia.

DE Consilio pronunciamus maiestatem Domini nostri Regis in vim suæ Regiæ dignitatis, habere plenam potestatem intra præsens Regnum Aragonum erigendi, seu faciendi villas, separandi ac diuidendi territoria, & iurisdictiones, de nouoquè concedendi, ac potuisse optimo iure oppidum de Castejon in villam erigere, villæque dignitate decorare, & eidem iurisdictionem ac districtum ad exercitium iurisdictionis ciuilis ac criminalis designare, Iustitiam, Iudices, ac alios ministros ad prædicta facultatem creandi, concedere, iuxta seriem ac tenorem Regij priuilegij dictis de Castejon per Dominum nostrum Regem concessi, ac in præsenti processu exhibiti, & res, & bona apprehensa respectu iurisdictionis ciuilis ac criminalis, & respectu aliorum iurium in dicto priuilegio contentorum competere, & pertinere pleno iure principal. A. Miraueté, Procurat. & mandamus eisdem prædicta bona apprehensa restitui, respectu dictorum iurium apprehensorum, vna cum fructibus durante apprehensione, ac lite perceptis, silentium perpetuum principalibus M. de la Naja imponendo, non obstantibus per eos in contrarium allegatis, & cætera supplicata locum non habere, neutram partium in expensis condemnando.

Motiuum.

DOminus noster Rex nulli in temporalibus subditus, intra sui Regni Aragonorum limites, quoad iurisdictionem fundatam habet intentionem, adeo, vt nullus priuatus, nullavè vniuersitas infra Regni limites contendere possit partem aliquam, etiam minimam iurisdictionis, nisi ostendat sibi à Principe concessam esse in titulum, & proprietatem, aut immemoriali (quæ vim tituli habet,) demonstret esse quęsitã; est enim iurisdictio in bonis Principis iuris præsumptione, estquè tam vehemens hæc præsumptio pro ipsô Rege, vt succumbere debeat eam contendens contra Regem, non solum in lite pendente, sed & etiam in interdicto retinendæ possess. quod nos firmaтum articulum appellamus, nisi titulũ, aut immemorialem ostendat, & multò magis in proprietate, cuius probatio difficilior est. Et hinc est, quod exercentes iurisdictionem in Regno in locis regalibus, nisi aliud exactissime probent, præsumuntur eã exercere nomine Regio, & pro eo, precario titulo, ad libitum Regiæ voluntatis illius, etiam si per multos annos possideant, cum semper dicantur possidere precario, & reuocabiliter nisi de supradictis ad fundandam suam intentionem edoceant.

Hæc autem pro intentione Regij Fisci, & villę de Castejon abundanter sufficiunt, & contrarium petens ostendat titulum, & ius aliquod contra hanc legalem probationem, quod facere conatur villa de Sariñena. Nam primo adducit priuilegium illud terminorum, quibus

Alphonsus Rex apud Fragam, Mense Octob. era 1208. dotauit villam de Sariñena, quod postea fuit confirmatū per d. Regē Alphonsūm Quintū in eadē vil la die 20. Octob. anni 1418. Dicit ergo, quod cū dicta Villa de Castejon sit fundata intra suos limites, post concessionem illorum, quod ex hoc debeat esse de sua iurisdictione, & dominio. Hęc ratio parum vrget, primo ex hoc solum sequitur concessam fuisse latitudinem prędiorū in dominio ipsi villæ de Sariñena, non autem iurisdictionem, quia non sequitur hoc ex illo, cum iurisdictio non cohereat territorio actiuè, sed passiuè, & sic potest vnus habere territorium & terminos, alius autem iurisdictionem, vt est notissimū: quidquod, de hac prioritate non apparet, quia à tempore immemoriali fuit fundata villa de Castejon, intra limites villæ de Sariñena, vt villa de Sariñena dicit, ergo non est reperire prioritatem, cum vtraq; villa alleget infinitum, & si hęc illacio fieret ex concessione terminorum, cum illi improprietatem transeant, idem diceremus de iurisdictione; ex vulgata reg. quod vna determinatio respiciens plura determinabilia, &c. quod esset absurdum.

Adducit denicum villa de Sariñena aliud priuilegium, siue contractus, & cō cordiā factam inter d. Regem Ioan. ex vna, & villam de Sariñena ex alia, vbi circa electionē iustitię Baiuli, & notarij datur certa forma, vt scilicet villa nominet certum numerum personarum, Dominus autem Rex eligat tres in Iustit. Baiulum, & notarium, & cum in pręfactione fiat loqutio de officijs villę & aldearum, præterdit, quod dispositio subsequta debet intelligi de villa & aldeis: præsertim cum fiat repetitio dicti officij Iust. & Baiuli, & notarij; dictū autem officiū est ville & aldearū, ergo conuentum est de villa & aldeis. Hęc ratio nequaquam vrget, & quia hęc loqutio videtur nimium subtilis, & captiosa, cum velit ex generali locutione, ad alium finem facta, arguere ad rem, de qua nec cogitatū fuit, ideo sunt prudenter cōsideranda verba dictæ concordiæ ad inuestigandam veritatem, & repellendas cautelas, & fraudes, potius quam in hęrere apicibus. Et primo, patet ex tenore dictæ concordię inter alias causas, has præcipuè Regem mouisse: primo ne exteri à villa de Sariñena Regerent dicta officia, quos præsumendum est non ita aptos esse ad regimen illorum, vt sunt naturales, sicut con siderat ipsa concordia.

Secūdo ad euitandā alienationem dictorū in officiorū seu exercicij illorum, quorum cōncessionem & gratiam sibi factam aliqui exteri cōtendebant in titulum. Ex quibus patet scopum pactantium fuisse, ne exteri regimina possiderent, & in titulum, iuxta illud, venerunt gentes in hæreditatem tuam, et tandem concludit in pręfactione, propter has & alias causas esse vtile, & expediens fieri prouisiones dictorum officiorum certa forma, ibi pactata, & stabilita, de qua supra. Et tandem in parte dispositiua non recedendo ab his, pollicetur se iuxta d. formam, d. officia concessurum, de alia re, siue iure principaliter, neque minus principaliter nihil actū fuit, per d. Don Io. Re. an à se abdicaret facultatē diuidēdi territoria, nisi per apices, & tacitos in tellectus generalesq; sermones id colligas, quod in Regno, vbi stamus cartæ, & in materia reseruatorum, & regaliarum, quibus non nisi expresse renūciatur, & in iuribus, tā separatis, & distinctis, qualia sunt eligere in magistratus, Petrum, aut Ioannē, & diuidere territoria, quæ inter se cōnexitatē aliquam non habēt, vix defendi, aut asseuerari potest: hoc certissimū est, attenta carta, solū fuisse actū, de restringenda facultate eligendi in Iustitiā d. loci, & aldeatū, quemlibet, quem Princeps vellet, vt in posterum id non posset, sed quod eligeret vnū de tribus in Iust. & Baiulū, & vnū de duobus in Not. De restringenda autem facultate diuidendi, nec verbū vllum habetur in carta, quo iure ergo illud veniet? Nec

minus

minus certum est Regem de hoc nõ cogitasse, quippe cum agatur de abdicanda regalia supréma, & re maxima, quas Principes non facile à se abdicant, nisi consulto, & deliberatione præmissa, de hoc autem nihil visum, nihil quę con fultum apparet in carta, nec est præsumenda alienatio, & si Princeps voluit alienationes iurisdictionis fugere, vt expresse dicit in præfatione, quid magis contrarium huic, quam alia manu alienare easdẽ in parte? Nec obst. quod dispositiue reiterẽtur illa verba d. ius. d. Baiulus, villæ, & aldearum, & sic sicut debet Rex eligere vnum in Iustitiam villę de Sariñena, debeat etiam necessario is eligi in Iust. aldearum, & sicut illud necessarium est, ita & hoc aliud. Nã respondeo primo, quod forsan posset Princeps diuidere iurisdictionem villę de Sariñena in duos magistratus, quia hoc à se non abdicauit, sed hoc concesso, & non denegato, non idem dicendum est de alder. Primo, quia illud fuit dictum demonstrationis gratia, quia de dictis officijs illuc vsq; fuerat loquutum: quid quod non in omni parte dispositiua fit repetitio d. officij, sed solũ Iustitiæ, Baiuli, Not. in illis verbis: *Sean dichas, vna de las tres personas en Iustitia, otra en Bayle, otra en Notario*. Tum quia in tota cõcordia mentio habita de aldeis fuit facta per relationem ad ius, quo attento ipsi loci subsint iurisdictioni illius villæ, vel ciuitatis, intra cuius limites sint situati, & sic principalis conuentio fuit super villa de Sariñena. Iam ergo respectu loci de Castejon non datur conuentio, & licet daretur nihilominus posset diuidi territorium, quia illud est ius distinctũ, & nullam habẽs connexitatem cum eo iure nominandi, de quo actum fuit, nec per indirectum Princeps dicitur contra uenire contractui, quia licet diuidar territoriũ, forma tamẽ circa electionẽ semper stat illæsa, cum semper possit nominare secũdũ eã. & ipse teneatur eligere, & licet territoriũ per diuisionẽ ad breuiores terminos reducatur, ipsum tamẽ ius nominandi non reducitur, cum semper possint nominari 8. homines; & licet sic nominati non habeant amplam iurisdictionem illud non obst. quia non fuit facta diuisio principaliter gratia diminuendi territoriũ, sed secundario, & minus principaliter, quod non debet attendi. Nec obstat illud: *Dandoles todas las prerrogatiuas, priuilegios, &c* quia illa clausula fuit apposita post perfectam dispositionem, & venit accessoria priuilegiando, ad instar clausulæ executiuæ in fine dispositionis appositæ, & sic non debet ampliare, nec alterare dispositionẽ præcedentem. Saluo semper rectiori iudicio.

Priuilegiũ Regis Alphonsi.

NOS ALPHONSVS, DEI *gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Maioricæ, Sardinæ, & Corsicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatrię, ac etiam Comes Rosilionis & Ceritaniç. Viso quoddam transflato authentico cuiusdam priuilegij per serenißimum dominum Illephonsum Regem Aragonum prædecessorem nostrum memorię laude dignæ conceßi hominibus de Sariñena, sub forma sequenti. Nouerint vniuersi, quod anno millesimo tercentesimo, videlicet die Lune tertio Idus Februarij, coram venerabili domino Roderico Sanctij Iustitia Sariñenæ, comparuit Iacobus Fenos Procurator hominum vniuersitatis villę Sariñenæ, cum instrumento procurationis, confecto nona Octobris, era M. CCC. LXVIII. per Ioannem de Pedrux Notarium dictæ villę, & ostẽdit quoddam priuilegium authenticum domini Regis Alphonsi milite recordationis dictæ villæ, & populato ribui eiusdẽ conces-*

concessum, non viciatum non abolitum, nec in aliqua sui parte suspectum, & proposuit, quod homines dictæ vniuersitatis, se volebant iuuare de dicto priuilegio in iudicio, & extra, & quod esset periculosum dictis hominibus ducere ipsum priuilegiũ, eo, quia posset amiti, quod esset maximum damnũ dictæ vniuersitatis: ideo requisiuit dictum Iustitiam, quod de dicto priuilegio faceret fieri transumptum in formam publicam, cum quo ipsi homines possent se iuuare in iudicijs, & extra quoties eis esset necessarium. Et dictus Iustitia visa dicta requisitione, attendens periculum, & dammum, quod posset euenire dictę vniuersitati, si dictum priuilegium amitteret, quod de facili posset amiti; mandauit fieri de eodem priuilegio transumptum in formam publicam, nihilo ad dito, nihilloq; remoto, cuiusquidem priuilegij tenor talis est. In Christi nomine, notum sit omnibus, quod ego Ildefonsus Dei Gratia Rex Aragonum, Comes Barchinonę & Marchio Prouincia facio hanc cartam donationis, & confirmationis, vobis omnibus hominibus de Sariñena, qui modo ibi estis, vel in antea vbi vellitis populare, placuit mihi libenti animo spontanea voluntate, & pro parte amorem, quod populetis, & habitetis ibi: dono & concedo vobis omnes terminos de Sariñena, heremos & populatos eum montibus, & pascuis, & aquis, siluis, & sotis, & cũ omnibus introitibus, & exhibitis suis integriter, & cum omnibus pertinentijs, quæ ei pertinẽt, vel pertinere debent, sicut vnquam melius habuit in tempore sarracenorum vel Christianorum, vel aliquo modo habere debet totũ integriter habeatis, & laboretis, espleytetis eos, vos & posteritas vestra, ad vestram propriam hereditatem pro facere inde totam vestram voluntatem imperpetuum: & dono vobis, quod habeatis totos illos foros de Cęsaraugusta, bonos, & non malos & non donetis neq; faciatis vllo homini vllam causam nisi decimas, & promicias Deo, & non detis lezdam, ni pedaje in totam meam terrã: similiter dono vobis terminos, in primis Alberola cũ omnibus suis terminis, & sicut vadit ad illa pena talla ta, quæ est supe. sodeto, & sicut vadit per dictum ad illa torre de Cabañas, cum tota valle putrito, & deinde sicut vadit ad caput de ipsa serra de Sella maestra, & de ipsa terra intus, sicut aquas currũt cõtra Sariñenã, et sicut vadit per directũ ipsa serra de Sella maestra, vsq; a las almolas, et deinde sicut vadit ad almoella, totũ intus sicut vadit per directũ ad ipsũ caminũ qui transit per Burjalaroz, sicut aquas currunt cõtra Sariñenã, et sicut vadit ipsum caminũ per directũ vsq; Burialaroz, et sicut vadit et exit ipsum caminũ vsq; ad penalla, et sicut vadit ad valle trasban, & exit ad ipsos geminallos qui sunt ante Xixena, & sicut exit ad ipsã torremia, & vadit & exit ad ipsã foratata, et sicut vadit ad ipsa torre de ipsa vẽtosa, & sicut vadit ad alpicõ de vallara, et sicut vadit per directũ, vsq; ad flumen de alcanadre & sicut vadit a podio meler, et sicut vadit et exit ad illa voltera, et sicut istæ prędictę afrontationes, et terminos includunt, et diuidunt, dono; et concedo vobis et vestris totum integriter quantum ego ibi habeo et habere debeo, vel ad mea voce regale pertinet, vel pertinere debet, sicut superius scriptum est, ad vestram propriam hereditatem pro facere

facere inde totas vestras volantates; in perpetuũ similiter dono, et concedo vobis, quod faciatis acequias, quantum plus potueritis in Alcanadre, et in Holla et totam ipsam terram quam potueritis rigare dictas acequias infra praedictos terminos, qui unquam non fuerint rigatos de acequia, et vos potueritis rigare habeatis, et possideatis eas in perpetuũ ad vestrã propriam haereditatem pro facere totas vestras volũtates. Similiter dono et cõcedo vobis vt talle tis frustam in omnibus terminis, siluis, ad opus vestris, et uestrum: supra scriptum vero donum et populationem dono laudo, et concedo vobis et vestris, vt habeatis & possideatis cum totum integriter sicut superius scriptum est, francum, liberum, & ingenuũ, ad vestram propriã hęreditatem, pro facere totam vestram voluntatem, vos & filij vestri, & omnis generatio vel posteritas vestra per secula cũcta, salua mea fideliter & de omni mea posteritate in perpetuum. Signum Ildefonsi Regis Aragonũ Comitis Barchinonę, et Marchionis Prouincię, facta carta Misse Octobris, apud Fragam, era millesima ducentesima octaua, Regnante Dei gratia Aragonum Barchinona, & in Prouincia Episcopo Stephano, in Hosca Episcopo Petro, in Cęsaraugustę Episcopo Guillermo patri, in Illerda Comite Arnaldus minoris Pallariensis, in Fraga Raymundo de Heril, in casad peregrini de Castella cuebo in Vntiñena, & in Barbastro Petro de Alcala, in Sancto Stephano de litera Fortunio destada, in Estateila Sãtio Dixto, in Rotellar, Galindo de Naya, in Labata, Petro Aracuri, in Hosce Arpa, in Lobarre, Lop Ferrencho, in Luna, Bertrandi Sãcte Crucę, in Luesia, Sancio Mierras, in Daroca, Deus Sacuda, in Sos, Blasco Romeo mayordomo Dimini Regis, in Caesaraugusta Eximinio de Artussella Alferez Domini Regis Galindo Ximenez, in Belchit, Petro de Castellacuelo. in Calatayud Petro Ortiz, in Aranda Eximeno de Vrrea, in Epila. Artal, in Alagon, Blasco Maça, in Borja, Fortunio Aznarez, in Taraçona, Ego Ioannes Scriba Domini Regis precepto suo hanc cartã scripti, & propria manu mea hoc signum feci. Actum fuit hoc loco, die & anno preffixo, praesentibus testibus, ad hac specialiter vocatis, Bartholomeo de Burendia Notarius, vt testis infrascripti, ego Ioannes de Pidodux Notarius, vt testis me supscripsi, ego Santius de Azlor auctoritate Domini Regis Notarius publicus, per totam terram, & dominationem eius, sueq; iurisdictionem sub iustam, nec non curia dictę villae Sariñene, qui mandato dicti Domini Iustitiae, hoc transumptum ab originali priuilegio de verbo ad verbum nihilo à dito nihiloq; remoto bene, & fideliter translataui scripsi, & examinaui cum supra posita in xj. linea vbi legitur terminos & in xx. Vbi legitur & possidetis, & in testimonium premissorum assuetum appositi sig†num, supplicatoq; nobis humiliter per parte vestri fidelium nostrorum, proborum hominum villę Sariñenae praedicta, vt priuilegium siue cartam donationis, & cõfirmationis, in eodẽ translato contenta confirmare de nostra solita clemẽtia dignaremur. Nos eidẽ supplicationi inclinati benigne priuilegium sibe cartam iam dictam, & omnia & singula in eis contẽta, de certa sciencia laudamus approbamus ratif-

ratifficamus, & confirmamus, sic & pro ut melius eo, huc, usq; usi fuistis, mandantes Gubernatori nostro generali, eiusq; vices gerentibus, Iustitijs, Calmetinis, Merinis, ceterisq; uniuersis, & singulis Officialibus, & subditis nostris, dictorumq; Officialium Locatenentibus, praessentibus, & futuris; quatenus laudationem, approbationem, ratifficationem, et confirmationē nostrā, huiusmodi, firmas habeant, teneant & obserbent, teneriq. et obseruari faciant, inuiolabiliter, per quoscumq. et non contra ueniant, seu aliquem contrauenire permitant, aliqua ratione: in cuius rei testimoniū praeßentem fieri iusimus, nostro sigillo pendenti munitam, Dat. Fragę, uiscesimo die Octobris, anno à Natiuitate Domini, millesimo, quadracentesimo, decimo Octauo, Regniq. nostri tertio. Sig†num Alfonsi Dei gratia Regis Aragonum, Siciliç, Valentiæ, Mayorich, Sardiniæ, Corsich. Comitis Barchinonæ, Dux Atthenarum, et Neopatriæ, ac etiam Comitis Rosilionis, et Ceritaniç, Rex Alfonsus: testes sunt Alfonsus Episcopus Sagunticien. Federicus Comes de Luna, Bernardus de Antiles, et Raymundus de Berilumbus milites. Sig†num mei Pauli Nicolai, dicti Domini Regis Secretarij, supradicta de ipsius mandato scribi, feci, et clausi, corrigitur autē in lineis III. Ostendit quod dā. IIII. inclite recorditionis, & xxvij. appossium in gratiarum, Paulus Nocolai mandato Regis, in consilio Protonot. Procēser. D. August. R. ta. Quibus omnibus et singulis ante dictis, tāquā rite, recte, ac legitime factis, prædictus Dominus Locūtenens suam & dictæ curiæ auctoritatem pariter, & decretum interposuit, præsentis per tenorem, quę fuerūt acta die, loco, mense, & anno in principio recitatis, & calendatis, præsentibus ibidem pro testibus, ad pręmissa uocatis, & rogatis, magnificis Michaelle de la Era, & Ioanne Morellon Notarijs Regijs, & dictæ curiæ Cęsaraugustæ hauitatoribus. Si†num mei Ioannis de Aro hauitatoris Ciuitatis Cęsaraugustæ, auctoritateq; Regia per totum Regnum Aragonum publici Notarij, substitutiq; in Regentem quandam ex scribanijs curiæ Domini iustitię Aragonum, pro magnifico Bartholomeo Garate Notario, eādem scribaniam pro Domino Iustitia Aragonum principalis Regentis, qui huiusmodi instrumentū publicum tran sumpti, à suo originali libro seu regestro dictę curiæ actuum comunium eiusdem, de anno millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, vbi continuatum existit, extraxi, & per alium scribi feci, & cum dicto suo originali libro, siue regestro bene, & fideliter comprobaui, & in fidem pręmißorum meo solito signo signaui, mandatoq; dicti Domini Locumte. Sigilloq; dictę curiæ in pendenti sigillaui, constat de supra positis ubi legitur non rasim totum, tiempo, & de duplicato, vbi legitur Ioannis de Luna, & asimili constat in præsenti mea signatura de Rasso vbi legitur, seu Regentis.

Priuilegium Regis Ioannis.

Pateat uniuersis, quod nos Ioannes Dei gratia Rex Aragonum, Nauarræ, Siciliç, Valentiæ, Mayorcarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barchinonæ, Dux Attenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes

mes Rosilionis, & Ceritaniç, ex vna, et Iurati cōciliū, & vniuersitas hominū, & signi seruitij Villç Sariñena, & seu nos Saluator Bango, vt Iuratus dictæ Villæ, Bartholomeus de Castaneta habitatores Cæsaraugustæ, vt proc. prædicti concilij villae iam dictae, vice & nomine Iuratorum et hominum signi seruitij concilij, siue vniuersitatis villç ipsius ex altera, partibus, scienter, & expresse confitemur, & in veritate recognouimus, scilicet, nos Rex praedictus ex vna, & nos dicti Saluator Bango Iuratus, & Bartholomeus de Castaneta, quibus supra nominibus ex altera, partibus vna pars nostrum, alteri, & altera, alteri, ad inuicem, et vicissim, quod inter nos partes praedictas fuerunt et sunt innita conuenta, et concordata, super rebus subscriptis capitula siue pacta sequentia. Capitoles fechos, inhidos, et cōcordados entre el muy alto, et muy excellēte Principe, el Señor Dō Ioan por la gracia de Dios, Rey de Aragon, de Nauarra, de Valencia, de Sicilia, de Mallorca, de la vna parte: Et los Iurados Concello, et vniuersidad de hombres de signo seruicio de la villa de Sariñena, o su Procurador de la otra parte. Et primerament. Attendient, que Ioā de Bardaxi, Mossen Felipe de Vrries menor, Bartholomeu de la Cueua, et algunos otros pretienden, tener gracias del Iusticiado de la dicta villa et sus aldeas, en que Grabiel Almella, et Miguel de Palomar, et algunos otros pretienden auer gracias del oficio de Baylio, et en cara de la scribania del oficio del dito Iusticiado de la dita villa, et de sus aldeas; attendient en cara, que al dito Señor Rey claramene consta, que el exercicio de aquellos, regiendose por las ditas gracias, que se pretiende seyer de los ditos oficios feytos, o por otra forma, por la infrascripta, seria alienacion, por la qual las gracias, que de los ditos oficios de Iusticiado, Baylio, escribania, que pretiende seyer feytas alos sobredichos, et a qualesquiere otros, todas aquellas son nullas, et de ninguna efficacia et valor: Attendiēte, en cara la poca valuia de los emolumentos de los ditos oficios, et porque por la via infrascripta se aura millor noticia de las personas disputadas al regimiento de los ditos oficios, como aquellos de necessidad auiā de seyer de los vezinos, et hauitadores de la dita villa, como el proueyr, que de los ditos oficios han fecho, assi el Señor Rey Don Alonso de gloriosa memoria, como otros Reyes de Aragon predecessores suyos, en Caualleros, escuderos, et personas otras estrangeras, et no de la continuacion de los hombres de signo seruicio de la villa de sus dicha, aya traydo grandissimos daños, et in conuenientes en la dicha villa, et sus aldeas, et singulares de aquellas, por esguart de las affectiones que los dichos Caualleros, escuderos, estrangeros Regentes los ditos oficios, han tuuido en las parcialidades, en vandosidades del dito Reyno, & por muytas otras causas & razones, es vtil & expedient a la Magestad del Señor Rey, & de su patrimonio real, que los ditos oficios de Iusticiado, Baylio, & escribania, sean regidos en la forma inffrascripta, de lo qual en cara resulta, que de lo que no auia el Señor Rey sino vn florin en cada vn año, por razon de la dita escribania, agora aura en cada vn año el dito Señor Rey cinquenta sueldos de trehudo, por razon de los ditos oficios de Iusticiado, Baylio, & escribania, & mas

mas el dreyto del sello de la prouision de los ditos oficios, en cada vn año, segun que de la par de sus se contiene, de lo qual es au ment al dito patrimonio real. Por tanto es concordado, & plaze al dito Señor Rey, & en toda aquella millor forma, via, & manera, que mas validamente puede otor gar, por si & por sus successores; que en cada vn año de aqui adelante, perpetuamente, por el concello, o consello de los Iurados, & hombres de condicion de la dita villa de Sariñena, o por la major parte dellos, que se trobaran en el dito concello, o consello, en el mes de Iunio, sian nombradas tres personas, para el dito oficio de Iusticiado, et otras tres personas, para el dito oficio de Baylio, & dos otras personas, para el oficio de Regent la escribania del Iusticiado, et la letra de la dita nominacion sea presentada al dicho Señor Rey, & a sus sucessores en el dito Reyno en su caso, su Lugartiniente General, si sera, o seran personalmente dentro el Reyno de Aragon, o si no sera, o no seran dentro del dito Reyno, sea pressentada al Regente el oficio de la Gouernation del dito Reyno, o en absencia de todos ellos al Bayle General del dito Reyno, o a su Lugarte. & que por el dito Señor Rey, & en sus casos por sus successores, o Lugartenientes, Regien oficio de la gouernacion, & Bayle General, o su Lugart. de las ditas gueyto personas, sean electas vna de las otras tres nombradas, para Iusticia, o en Iusticia & otra de las otras tres nõbradas para Bayle, en Bayle, et otra de las dos nõbradas para Rigiẽt la escribania, en Regẽt la dita escribania, por el año seguient, que començara el dia y fiesta de Sant Iayme del mes de Iulio, & de alli adelant continuament: Las quales personas el dito Señor Rey los crea por Iusticia, Bayle, & Rigent la escribania, en la forma, et manera de suso ditas, dãdoles toda aquella jurisdiction, poder, fruytos, dreytos, emolumentos, perrogatiuas, & honores, que entro al dia de huy han acostumbrado de auer; empero por los presentes capitoles, si quiere priuilegio, ni por ninguna causa de las contenidas en aquel, o aquellos, el dito Señor Rey no se entiende a desexir, ni en res exhimer al dito Bayle, que oy es, o por tiempo seran, de no dar conto, & de no substener todos aquellos cargos, & facer todas aquellas cosas, que ante de la concessión de los presentes capitoles era tenido, & deuia facer, por razon del dito su oficio; antes en todas aquellas romanga, e este obligado, & por semblãte lo sia qualquiere Notario Rigent la dicha escribania, por razon del dito oficio, el qual aya, & sia tenido de dar francas de salartos, todas las escribanias facientes por el interes del dito Señor Rey; que las ditas tres personas, que en cada vn año seran electas a los ditos oficios, sean tenidas de pagar por aquellos al dito señor Rey, & a sus sucessores los ditos cinquenta sueldos, pagaderos por el dia de Sãt Miguel del mes de Setiembre, o quinze dias apres, por los ditos Iusticias, Bayle, Escribano, Iurados, & todo el Concello, & Vniuersidad de la dita villa, & por el dreyto del sello de la prouision de los ditos oficios, la qual aya de seyr vna tan solamẽte, veint sueldos quatro dineros; & que la publicacion de los ditos oficiales, & la jura de aquellos en cada vn año, se faga perpetuament en la dita fiesta de Sant Iayme: empero place al dito señor Rey, que si por alguna manera,

manera, o razon, la nominacion no se podra facer alguno, o algunos años en el mes de Iunio, & la publicacion, & iura en la fiesta de Sant Iayme, que por dita razon no sia feyto preiudicio, o derogacion, a los presentes capitoles, & cosas en aquellos contenidas, ante romagan en su firmeça y valor. Item mas es concordado, y plaze al dito Señor Rey, que si por los ditos Ioan de Bardaxi, Mossen Felipe de Vrries, Bartholomeu de la Cueua, o algunos dellos, o algunos otros, sera puesto deuat, o contrauer sia, o quistion a los ditos Iurados, concello et Vniuersidad, o a los que en virtud de los presentes capitoles de aqui adelant seran electos, o alguno dellos, en & cerca las cosas en los presentes capitoles contenidas, o en, et cerca las electiones que en virtud de aquellos se faran, que el dito Señor Rey, & sus sucessores en el dito Reyno, por su procurador Fiscal se emparara de los ditos pleytos, & proseguiran aquellos, fins a sentencia diffiniua inclusiue passada en cosa juzgada, de la qual no se pueda appellar, ni de nullidap opponer, ni contra aquella por firma de contrafuero, feyto, o fazedero firmar. Item es cōcordado entre los ditos, que el dito Señor Rey iure a nuestro Señor Dios sobre la Cruz, & santos quatro Euangelios, por sus manos corporalmente tocados, en poder del Secretario los presentes capitoles testificante, tener, seruar, & con effecto cumplir, todas, & cada vnas cosas en los presentes capitoles contenidas, & contra aquellas no fazer, ni venir, ni permitir seyer venido, por alguna razon; antes quiere, & manda el dito Señor Rey, que aquellos seā auidos por perpetuo firme, & valido, priuilegio, & establimiento, a la dita villa, & hombres de signo seruicio de aquella. Item es concordado, que attendido, que los presentes capitoles son feytos, interuinientes por parte de la dita villa, Saluador Banço Iurado de la dita villa, & Bartholomeu de Castaneta, como procurador del dito concello, de la dita villa, con el dito señor Rey, que porque los ditos Capitoles sian siempre firmes & validos: los ditos Saluador Banço Iurado, & Bartholomeu de Castaneta procurador, en nombres suyos proprios, & de ius obligacion de sus personas, & bienes se obligaran facer loar, & aprobar, & que con effecto los Iurados, Concello y Vniuersidad de la dita villa, cumpliran lo contenido en los presentes capitoles; & mediante acto publico se obligaran cumplir lo contenido en aquellos, con las obligaciones necessarias, & c. Vnde Nos Rex praedictus, nosq; Saluator Banço, & Bartholomeus de Castaneta, quibus supra nominibus, partes praedicte & vtraq; nostrum dictarum partiū, concedimus, & firmamus, praeinserta capitula, & vnumquodq. ipsorum, & omnia, & singula in eis & quodlibet eorum contenta, & iusta ipsorum & cuiuslibet eorū series, & tenores, prout superius continetur, & promittimus, conuenimus & obligamus nos, dictus Rex in nostri bona fidei Regia, nosq. dicti Saluator Banço & Bartholomeus de Castaneta, quibus supra nominibus partes praedicta, & vtraq. nostrum, scilicet, vna pars nostrum alteri, & altera alteri, ad inuicem, & vicissim, ac iuramus etiam in animam nostram, Nos dictus Rex, per Nos & successores nostros Reges Aragonum, & nos dicti Saluator Banço, vt Iuratus, et Bartholomeus de Castancta vt procurator superius dicti, ac nomine

mine & vice prædictorum Iuratorum, hominum signi seruitij, Concilij & vniuersitatis villæ prædictæ Sariñenę, & singularium eorum, & in eorum animæ, per Deum & Crucem Domini nostri Iesu Christi, ac eius Sacrosancta quatuor Euangelia, coram nobis dicto Regi vobisque dictis Saluatore Banço Iurato, & Bartholomeo de Castaneta procuratore, & nostrum quolibet posita, & per Nos, & quemlibet nostrum manibus nostris dexteris corporaliter tacta, in posse Secretarij nostri dicti Regis, & Notarij infrascripti, vt publicæ & autenticæ personę, & prædicta, & subscripta, omnia & singula à nobis dicto Rege, & à nobis dictis Saluatore Banço Iurato, & Bartholomeo de Castaneta procuratore, nomine & vice prędictis, partibus supra dictis, & à nostrum quolibet, pro nobis dictis partibus, & pro omnibus alijs, etiam quorum interest, & intererit, ac interesse poterit, quomodolibet in futurum, recipientis, paciscentis, & legitime stipulantis capitula præinserta, & omnia, & singula in eis contenta, iuxta illorum series, & tenores, prout ad nos dictas ambas partes, & ad vtranque nostrum pertinent, et spectant, seruare, tenere, firmiter, et complere, et contra ea, aut aliquod præmissorum nullatenus facere, vel venire, modo aliquo, siue causa, de iure, vel de facto, aut aliàs, sub bonorum iurium, et redditnum nostri dicti Regis, bonorum omnium, et iurium dictorum mei, dicti Saluatoris Banço Iurati, et aliorum Iuratorum, officialium, et hominum Concilij, siue vniuersitatis, signi seruitij villæ prædictę de Sariñena, et cuiuslibet eorum, mobilium, et immobilium, habitorum, et habendorum, vbiquê; volentes nos dicti partes, quod ex prædictis fiant duo consimilia publica instrumenta, vnum vtriusquê nostrum dictarum partium tradenda. Est datum, et actum, in Ciuitate Cæsaraugustę, tertio decimo die Augusti, anno à Natiuitate Domini millesimo quadrigentesimo quinquagesimo octauo, Regni nostri dicti Regis Nauarrę, anno tricesimo tertio, aliorum vero Regnorum nostrorum, anno primo. Signum. † Ioannis Dei gratia, Regis Aragonum, Nauarræ, Siciliæ, Valentiæ, Mayoricarum, Sardiniæ, Corsicę, Comitis Barchinonę, Ducis Attenarum, & Neopatrię, ac etiam Comitis Rosilionis, & Ceritaniæ, qui prædicta laudamus, concedimus, & firmamus, atque iuramus, huicquè publico instrumento sigillum generalis Locumtenentis, quo fungimur, antequam titulo horum nostrorum Regnorum Aragonum insigniti eramus tri. alia sigilla, nondum facta habeamus in pendenti iussimus apponendum. Sig † na nostrum Saluatoris Banço Iurati, Bartholomei de Castaneta procuratoris, prædictorum, qui prædicta quibus supra nominibus laudamus, concedimus, & firmamus, atquè taxamus: Testes sunt, qui ad prędicta pręsentes fuerunt, nobilis Ioannis de Ixar Mayordomus mayor, Petrus Torrellas Conseruator Regij Patrimonij, Regni Aragonum Consiliarij, & Petrus de Samel Secretarius Domini Regis prædicti. Sig † num mei Dominici Decho, serenissimi Domini Regis prædicti notarij, Regiaq.

giaquè auctoritate Notarij publici per totam ipsius terram, & dominationem, qui prædictis, vna cum prænominatis testibus interfui, eaque mandato dicti Domini Regis scribi feci, corrigentur autem in lineis iiij. senor, xxij. tam, xxxiiij. supradicta, xxxvj. capitula, estque etiam rasum, lineatum, in lineis iij. inter illas dictiones, nos, partes, xxiiij. inter illas, partes, dellos, o, & clausi. Dominus Rex mandauit mihi Dominico Decho, in cuius posse atque Saluator Banço Iuratus, & Bartholomeus de Castañeta Procurator, concesserunt, firmarunt, atque iurarunt, & viderunt eum Ludouicus de la Caualleria generalis Thesaurarius, Petrus Carreras Conseruator Regij patrimonij in Regno Aragonum, & Ludouicus de Sant Angel Procurator Fiscalis, fuit commissa: Vidit Ludouicus de la Caualleria generalis Thesaurarius: Vidit Petrus Torrellas Conseruator Aragonum: Vidit Ludouicus de Santangel Procurator Fiscalis. De mandato dicti Domini Regis, in diuersorum primo, folio xxvij. Registrata.



DECISIO CLXXXVIII.

An Procurator ad lites possit se separare absquè speciali mandato, & an si nòn constat de procuratorio censeatur actus factus illius vigore; & quid si Procurator ad lites habeat aliud speciale mandatum, in quo datur sibi certa forma limitata, si postea faciat separationem aliquam, vel alium actum, an illud censeatur facere virtute specialis mãdati, vel mandati ad lites, & quid in dubio, & multa de hac materia.

SVMMARIVM.

Commissarius curiæ, qui obtinuit in lite pendente, debet esse commissarius in omnibus alijs apprehensionibus. nu. 1.

Possessor lite pendente debet manuteneri in sua possessione. num. 2.

Commissarius curiæ in secunda apprehensione debet iterum dare fideiussores. num. 3.

Fideiussores dati in prima apprehensione, non sunt obligati in secunda, quia fideiussio non extenditur. num. 4. Sed contrarium fuit iudicatum. ibidem.

Commissarij forales, & commissarius curiæ, in quo differant. num. 5.

Mandatum si non sit exhibitum in processu, an enantamenta in eo facta sint nulla. num. 6.

Instrumenti thenor nõ est de actis processus, sed solum eius exhibitio. num. 7.

Procurator debet esse cercioratus de mandato. num. 8.

Contractus procurationis, vel mandati contrahitur consensu, interueniente nuncio, vel epistola inter absentes. num. 9.

Potestas exercendi officium procuratio nis incipit à tempore intimatæ constitutionis per dominum, & officij suscepti, non vero tempore constitutionis. num. 10.

Mandatum debet exhiberi in processu ante sententiam. num. 11.

Procuratoris separatio in processu facta non valet in præiudiciũ tertij oppositi in processu. num. 12.

Iudici placere debet, quod partibus placet. num. 13.

Non entis nullæ sunt qualitates, & potentia. num. 14. & 24.

Plus iuris nemo transferre potest in alium, quam ipse habet. num. 15. & 23.

Verba, iuxta consensum partium, non inducunt clausulam de per se, & separatam, sed certam qualitatem, & modificationem, & sic referenda sunt ad proximiora, & non ad præcedentia omnia. nu. 16. & intellige. num. 22.

Clausula, tolli signa Regia, habet sensum perfectum, & perfectam determinationem. num. 17.

Apprehensionis prouisio indiuidua est. num. 18.

Procurator debet exhibere in processu mandatum generale ad omnia enantata in processu, aliâs non subsistit sententia. numer. 19.

Procuratoris gesta intelliguntur facta in vim mandati validi. num. 20.

Mohedanus decisione 204. declaratur. numer. 21.

Verba generalia, siue sententiæ, siue statuti nunquam referuntur ad impossibilia. num. 25.

Sententia continens aliquid impossibile, siue impossibilitate facti, siue impossibilitate iuris, est nulla, nec est necesse ab ea appellari. num. 26.

Chartæ standum est in Aragonia, nisi charta contineat aliquid impossibile. numer. 27.

Repositio semper intelligitur facta in eo, in quo locum habere potest. numero. 28.

Repositio nepotis in locũ aui commissarij curiæ, & noua commissio habet tacitã conditionem, si bona, & dum bona pœnes curiam sunt. num. 29.

Iudex qui in sententijs vult necessarium antecedens, videtur velle consequens necessarium. num. 30.

Resoluto iure dantis resoluitur ius accipientis. num. 31.

Sententia de tollendis signis Regijs est irreuocabilis. num. 32.

Sententia diffinitiua non est reuocabilis. num. 33.

Extinctionem extinctionis non habemus. num. 34.



FACTUM ad præsentem decisionem sic se habet: ad instantiam D. Ludouici de Funes in curia Iustitiæ Aragonum fuit apprehensa Baronia de Quinto, & quædam domus dictæ Baroniæ, quæ sitæ sunt in eadem ciuitate, in parrochia Sanctæ Crucis. In hoc processu se opposuit Don Garsia de Villalpando auus alterius D. Garsiæ vltimo defuncti, partes obtulerunt suas propositiones, & facto legitimo processu fuit recepta propositio don Garsiæ de Villalpando respectu totius Baroniæ, & propositio D. Ludouici de Funes fuit etiam

etiam recepta respectu dictarum domorum tantum: vtraq; pars se appellauit, & appellatione pendente mortuus fuit D. Garsia, successitque ei D. Antonius de Villalpando, & similiter decessit D. Ludouicus de Funes, & successit ei Rodericus de Funes filius suus, qui ambo scilicet Rodericus, & D. Antonius se concordarunt, & se separarunt ab appellatione parte tum, & lite per pactum composita voluerunt, quod sui procuratores se separarent à prouisione, executione, & commissione appellitus apprehensionis, & quod etiam consentirent in processu, quod tollerentur signa Regia, & in vim istorum die 7. Maij anni 1577. G. Bayle Procurator D. Roderici comparuit in dicta curia, dicens in ea, quod se separabat ab oblatione appellitus apprehensionis, prouisionis, executione, & commissione illius, presentibus G. Villanoeua, & Ioan. de Busal procuratoribus D. Antonij de Villalpando, qui accepta runt dictam separationem, & ad maiorem cautelam omnes procuratores ambarum partium respectiue, petierunt tolli signa Regia, ex locis, & bonis apprehensis, & quod responderetur de fructibus bonorum apprehensorum iuxta consensum factum per dictos procuratores: & in vim istorum fuit subsequuta sententia tenoris sequentis. *De consilio pronunciamus, & mandamus tolli signa Regia á locis domibus, bonis, & rebus apprehensis & responderi de fructibus illi, vel illis, quibus ante apprehensionem respondebatur, iuxta consensum partium respectiue.* Lata fuit sententia, die 4. Septemb. anno 1577. & ab eo tempore vsque ad nouam, & præsentem apprehensionem dictus Antonius dum vixit, & eo mortuo D. Garsia eius filius gauisi sunt suis proprijs nominibus vsu, & possessione totius Baroniæ, absque aliquo titulo commissionis curiæ, & similiter D. Rodericus de Funes dum vixit, & eo mortuo D. Albarus, & D. Christophorus de Funes gauisi sunt, vsu & possessione dictarum domorum nomine suo proprio, absq; aliquo titulo commissionis curiæ.

His sic præcedentibus nunc de nouo ad instantiam D. Christophori de Funes, tanquam successoris iure vinculorum D. Roderici de Funes, qui vinculauit dictam Baroniam, fuit apprehe sa dicta Baronia per Regiam Audientiã, cum omnibus bonis, & iuribus ad eam pertinentibus; & executata, & reportata apprehensione comparuit in d. processu don Garsia de Villalpando, petens, se declarari commissarium curiæ in hac noua apprehensione, & ad hoc obtinendum allegabat sententiam litis pendentiæ, per quam fuit recepta propositio Don Garsiæ aui eius, cuius legitimus successor erat, mediante persona Antonij patris, exponens ipse, & quod tanquam talis fuerat repositus per curiam Iustitiæ Aragonum in eo processu antiquo, in iure instantia, & actione, in quibus erat eius auus, mediante quadam sententia tenoris sequentis. *Pronunciamus, & reponimus D. Garsiam de Funes, & Villalpando principalem P. Ipsasprocura, in iure instantia, & actione, in quibus erat D. Garsia de Funes & Villalpando eius auus tempore eius mortis, in huiusmodi processu, & causa sui et rebus, & bonis apprehensis, & super quibus propositio eius aui fuerat recepta, &c.* In vim igitur istorum petebat D. Garsia se declarari cõmissariũ curię in noua apprehensione, reuocata cõmisione forali: attento, quod illa antiqua, & prima apprehensio iam erat per separationem extincta, & per consequens commissio similiter erat extincta, & sic non poterat aliqua comisio allegari ad nouam apprehensionem. Ex aduerso vero totum contrarium dicebatur. Sed quia in hac decisione agitur de comissario curię primę apprehensionis, qui solet declarari etiam cõmissarius in secunda apprehensione, & circa hoc multoties fuerit dubitatũ, an ad talẽ declarationẽ requiratur, ꝙ det nouos fideiussores in 2. apprehensione? Ideo ad instructionẽ iuuenum, aliqua breuiter dicẽda sunt, ad declarationẽ materię, ac ignotis terminis præcipue noui practicãtes in discursu decisionis.

1 Commissarius curiæ, qui obtinuit in lite pendente, debet esse commissarius in omnibus alijs apprehẽsionibus, ratio huius est, quia curia, siue Iudex dum apprehendit rem ad manus suas, cum sit res inanimata, & non possit per se rem conseruare, detinere, & administrare, committit eam alicui sequestratori, seu tertio, quem sequestrum dicimus, vt eã detineat, quousq; curia iudicet per merita processus, quis sit verus possessor, vt ei lite pendente tradatur, quia possessor
2 lite † pendẽte debet manuteneri in sua possessione, ff. toto. tit. vti possid. §. retinendæ, de interd. insti. & ita committũtur bona Iuratis, veluti Commissarijs foralibus, quousq; iudicatur, quis est possessor, & cui bona sint traddẽda lite pendente tanquã possessori, & postquã hoc iudicatum est, traditur illi, idest, vincẽti, quem commissarium curiæ appellamus, quia ei curia cõmittit bona lite pẽdente, sicuti Iuratis forus committit, & iste talis dat cautionem fideiussoriã, de restituendo bona illi, qui obtinebit in artic. iurisfir. seu proprie. Modo dic, quod iste talis in omnibus processibus apprehensionũ, postea inchoatis, erit cõmissarius curiæ loco commissariorum foralium: ratio est, quia cũ iudex prouidens 2.3.4. & aliam apprehensionem, reperiat eum possidere nomine curiæ, & videat possessorem, sine dubio debet declarare eum commissarium curiæ in sua apprehensione, & committere ei bona.
3 Sed dubitatur, an iterũ debeat dare † fideiussores in noua apprehensione? est dubius art. In processu Iacobi de Vrgel super apprehensione, die 5. Iunij 1590. fuit in curia Iust. Aragon. indicatum, quod sic, ex eo, quia curia quælibet debet esse guarnita ad effectum, vt possit curia compellere commissarium curiæ, vt restituat bona, casu quo recipiatur propositio alicuius, qui in articulo litis pendentis [illegible] bona restituẽda [illegible] remaneret curia frustrata. Deinde, quia fideiussores [illegible] dati in prima apprehensione [illegible] sunt obligati in
4 secunda, quia † non extenditur fideiussio. Hyppolit. in rubric. de fideiussor. Et quod plus est, fideiussor datus in lite pendente secundę apprehensionis, non est obligatus in articulo firmarum, nec proprietatis illius secundæ apprehensionis, intellige sic, quod commissarius curiæ, qui dat fideiussores in secunda apprehensione, & secunda lit. penden. non censetur eos dare, nec obligantur nisi in illo art. litis pendentię secundæ apprehẽsionis, non autem erunt obligati in art. firm. proprietatis, secundę apprehẽsionis, quia solum assecurauit articulum litis pendent. in qua fuit declaratus commissarius curiæ. Facit, quia qui se obligauit in prima apprehensione propter iustitiam illius, pro quo fideiussit, non se obligasset in secunda, & sic opus est, quod iterum det fideiussores commissarius curię in secunda apprehensione, in qua vult esse cõmissarius curiæ. Sed cõtrarium fuit iudicatum in processu don Caroli Ferdinandez de Heredia Comitis de Fuentes super iuris firma; anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, vbi de hoc fuit altercatum, & dictum, quod non tenetur commissarius curiæ dare nouam fideiussionem instar commissarij foralis, qui non dat eam, & tamen in eo etiam militãt omnia suprадicta inconuenientia: tamẽ mihi potius
5 placet prima opinio, nec debet † argui de commissario forali ad commissarium curiæ; ratio est, quia commissarius foralis nũquam moritur, & remanet vniuersitas obligata, & sic curia est bene guarnita, quod secus est in commissario curię, qui potest mori, & fieri non soluendo. Et certe antiquitus non dabat fideiussores commissarius curiæ in secunda apprehensione, sed faciebat fructus suos, quousque alius sententia litis pendentiæ contra eum reportaret, nam ex tunc alius fructus percipiebat. Verum hodie contrarium seruatur, vt in eum euentum, quo al'quis vincat eum, sint fructus securi. Pro quo facit, quia si ex veriori sententia potest dari nouus, & secun-

secunda apprehensio in vim noui iuris, & in ea obtinere qui in prima non se opposuit, certe illud debet fieri cum effectu, & secus esset si nō consequeretur fructus, & essent securi, vt hic deciditur in fine, & bene placet, & ideo si petit firmam commissari⁹ curię ad hoc ne impediatur in sua cōmisione per omnes alias apprehensiones debet dicere in inhibitione sic, quod non turbetur in sua commissione donec sua commissio fuerit reuocata per sententiā litis pend. iurisfir. propriet. vel alio simili modo, præstitis prius fideiussoribus: non autē debet restringi ad illos 3. artic. cum sint alij modi finiendi commissionem curiæ veluti non sequuti adimplementi renunciationis illius, &c. Quidquid fuerit censitum in d. firmā, dicti Comitis: vide in processu Ioannis Montesinos sup. iur. firm. oblata die 14. Augusti 1598. fuit data firma commissario curiæ Domini Iustitiæ Aragonum, ne compelleretur restituere in secunda apprehensione Regiæ Audientię fructus, quos perceperat in vim primæ commissionis curiæ, postea fuit declaratum, quod ea non obstante posset compelli ad restituendum in secundā apprehensione fructus perceptos à die secundę apprehensionis, attento, quod illi percipiuntur virtute secundæ commissionis secundę apprehensionis.

His præmisis redeundo ad materiā pro parte D. Garsię de Villalpando fuit pręensum, quod debebat declarari cōmissarius curiæ, in noua & secunda apprehensione in vim antiquę, & quod cōmissarij forales non debebant vti sua cōmissione forali, iux. for. ex rationib⁹ seq.

Primo, quia mandatum † D. Antonij
6 fuit limitatū respectu domorū, vt sic procurator consentiret tolli signa Regia à dictis domibus tantum, non autē à locis Baroniæ, & de alio mandato nō constar, nec extitit facta fides in processu, quod sufficit non constare ex rimatione processus, vt negatiua, q; scilicet nō sit facta fides de eo censeatur probata; taliter, quod si quis pretendat se fecisse aliqua enantamenta, vt procurator Ioannis, ad uersario asserenti non esse facta, sufficit exhibere processum, in quo non reperiatur mandatum, vt omnia enantata nulla sint, l. vltima, C. de rebus cred. Doctores in l. lege, de contrahend. emptio. Vantius de nullitate ex defectu mandati, nu. 63. Osas. Cacheran. decis. 273. nu. 13. præsertim, si non solum non sit insertum mandatum in processu, sed neque adsint verba, quod fecit fidem de sua potestate, Felin. in cap. sicut, nu. 33. de re iudicata, Bursat. cons. 24. num. 24. Mascar. conclus. 1004. nu. 15. Quod adeo verum est, vt etiam si esset insertum in processu mandatū, si tamen non esset de eo fides facta in processu non sufficeret, cū tenor
7 † instrumenti non sit de actis, sed solum eius exhibitio, Innocen. in c. cum in iure peritus, de offi. de legati, Maranta de instrumentorū editione, nu. 2. Vnde cū in casu presenti mandatum exhibitum sit insufficiens, & de alio non appareat, nō potuit procurator consentire, vt tollantur signa Regia respectu Baronię, & factum in contrarium erit nullum, & sic subsistēte prima commissione curię debet declarari in hac noua apprehensione commissarius D. Garsia.

8 Deinde ad hoc vt valeant gesta † per aliquem tanquam per procuratorem alterius debet esse certioratus de mandato, & non sufficit habere notitiam aliunde nisi fuerit sibi notificatum à domino, aliás gesta erunt nulla, Speculat. in tit. de procuratoribus, §. 1. vers. sed quid; vbi dicit, quod si procurator antequam suscipiat mandatum faciat aliquid tanquā procurator, etiam si sciat se procuratorem constitutū, dummodo non succeperit mandatum, non valebit gestum, c. is qui, de procurator. c. vt super, de appel-
9 lationib⁹ in 6. Quia cōtractus † procurationis, vel mādati cōtrahitur consensu, interueniente, nuncio, vel epistola inter absentes. l. 1. & 2. de procurator, & sic
10 nō sufficit procuratorē esse constitutū, nisi sibi intimetur, & ideo potestas † exercendi officium procurationis incipit à

Ff 3 tem-

tempore intimatę constitutionis per dominum, & officij suscepti, non vero tempore constitutionis. Imol. in l. qui in dominij, de testam. & in Clement. 1. post glos. verbo. receptis, de procuratoribus, vbi glosa expresse affirmat, quod post hanc receptionem competit ei exercitium officij, & dicit hanc esse communem opinionem, & ab ea in iudicando & consulendo non recedendum, Curt. Iun. cons. 63. numer. 1. Boer. decis. 274. num. 1. dicit etiam communem Dec. in l. qui testamentum de testam. Menoch. ca controuersiarum vsufrequent. cap. 15. num. 1. cum sequentibus, Mandos. regul. 31. Cancellariæ, num. 31. cum sequentibus.

11 Tandem considerabatur † pro hac parte, quod ad hoc vt mandatum operetur, debebat exhiberi post enarramenta facta, ad ratificandum ea, & hoc ante sententiam, & cum non fuerit exhibitum, nisi post sublationem signorum Regiorum, quæ reputabatur pro diffinitiua, non potest deinde exhiberi, quia fidem ante sententiam fides de eo fieri non potest, hęc Rota decis. 7. de procurator. in nouis. Menoch. consil. 100. num 38. Portol. in verbo procuratorum num. 8. 15. & 19. Imo, & ante conclusionem in causa debet exhiberi, etiam in summarijs, Alex. cons. 101. nu. 8. lib. 5. allegati per Vantium d. num. 118. Portius cons. 134. num. 16. Simon de Pretis cons. 177. nu. 11. & sic, quę facta fuerunt ante pręsentationem mandati non valent, si pręsentatio ante sententiam non fiat, Quessada diuersarum quæstion. capit. 31. numer. 11 & ideo Molin. in verbo procurator, fol. 170. colum. 1. vers. & practicatur asserit in causa principali posse fieri fidem de procuratione vsque ad sententiam, etiam post renuntiationem & conclusionem in causa nisi in casu speciali obseruantię, item si aliquis de procuratione de quo per Molin. in verbo firma. fol. 244. Portol. verbo procurator num. 15. Bardax. in rub. de procurator. num. 6. ex hoc colligebatur, quod separatio facta ab apprehensione, & sublatio signorum Regiorum erant nulla, & per consequens instantia primę & antiquæ apprehensionis adhuc subsistebat, & cõmissio etiam Curię: vnde sequebatur, quod D. Garsia de Villalpando debebat declarari Commissarius in noua apprehensione. His tamen non obstantibus cõtrarium fuit iudicatum in d. processu D. Christophori de Funes, super apprehensione in Regia Audientia 3 anno 1595. & maxime sub die 6. Septembris, seu sub alio veriori die, & pronunciatum fuit non fore Commissarium Curię dict. D. Garciã de Villalpando attento quod Commissio Curię apprehensionis antiquę fuerat iam extincta per cõsensum, & separationem partium & fuerant sublata signa Regia ex rationibus sequentibus.

12 Primo, quia cum prouissa fuisset † apprehensio antiqua ad instantiam D. Ludouici de Funes, & in eius locum successisset D. Rodericus de Funes, Hieronymus Bayle vt procur. D. Roderici se separauit ab oblatione, prouisione, & commissione appellitus dictę apprehensionis cum omnibus, & singulis memorialibus, & enarramentis in dicto processu factis: & quamuis dictam separationem non potuit facere in præiudicium Don Garsiæ oppositi in processu, nec eius successorũ, iuxta tex. in l. cũ vnus, ff. de bonis autho. iud. possid. & quod notat Bar. per illũ tex. in l. post mortem, §. fin. ff. de bonor. poss. contra tab. Bald. in l. si arrogator, in fin. ff. de adoptio. Bart. Bald. & alij in l. petendæ, C. de tempor. in integrum restit. Tiraq. de retract. lign. in fin. nu. 14. & in proprijs terminis Molin. in verb. apprehensio, fol. 13. col. 1. Consentiente tamẽ procuratore legitimo dict. D. Antonij de Villalpando dicta separatio fuit valida, & produxit effectum. Sic enim quotidie practicatur, & declarat Bardaxi in tract. de apprehensio. 1. p. q. 6. n. 4. & in 2. p. q. fin. n. 4. quia q; placet parti-

13 b⁹, debet sic dici placere, vt notauit Rota mã. cõsil. 76. quę refert, & sequit. Menoc. de arbitrar. casu 31. num. 8. Et cum in casu

presenti

præsenti procurator D. Roderici se separauerit ab apprehensione, sub die 7. mensis Maij, & dictam separationem acceptauerit procurator D. Antonij de Villalpando simpliciter, & absq; aliqua reseruatione; resultat, quod dicta apprehensio cessauit, & fuit omnino sublata, ac si nunquam fuisset prouisa, nec executata, nec in dicto processu se opposuisset dict. D. Garsia, argum. tex. in l. 4. §. si in venditione, & in l. sicut, §. si in voluntate, ff. quibus modis pignus soluitur. l. 2. C. de remissione pignoris, l. creditor, ff. de reg. iur. declarat Negusancius de pignor. 6. part. 3. membro; num. 12. & sic, cum sublata fuisset omnino dicta antiqua apprehensio; cum consensu, & voluntate expressa dicti D. Antonij Villalpando, non potest Don Garsia hodie declarari commissarius curiæ

14 Domini Iustitiæ Aragonum,† quia non entium nullę sunt potentiæ, nec qualitates.

Secundo, dictus D. Garsia de Villalpãdo, non potest declarari commissarius curię in hac noua apprehensione, quia procuratores ambarum partiũ, scilicet Hieronymus Bayle procurator D. Roderici de Funes, Ioannes de Busal vt procurator D. Antonij de Villalpando, sub die 13. mensis Augusti anni 1577. petierunt, quod tollerentur signa Regia à bonis apprehẽsis, & quod ex fructibus collectis respectu domorum, responderetur D. Roderico de Funes, & respectu bonorum, & locorũ Baronię de Quinto; responderetur D. Antonio de Villalpando; & ad supplicationem partium iudex mediante sua sentẽtia superius inserta, iussit tolli signa Regia ab omnibus bonis apprehẽsis, & sic totaliter extincta fuit dicta apprehẽsio antiqua, ita vt nulla remanserunt bona in posse curiæ Iustitiæ Aragonum; & cum bona non essent apud curiam, non potuit, nec potest illa cõmendare, nec potest considerari com-

15 missio curię, quia nemo plus iuris in aliũ transferre potest, quam ipse habet.

Neq; obstat, quod sententia & pronũciatio iudicis per quam iussit tolli signa Regia à bonis apprehensis, fuit limitata iuxta consensum partiũ, & quod consensus Ioan. Busal procuratoris D. Antonij de Villalpando fuit limitatus, respectu scilicet, domorũ apprehẽsarum tãtum, quia eius mandatum erat limitatum ad petendum, & consentiendum tolli signa Regia à domibus tantũ apprehensis, & quod non habuit mandatum ad petendum, & consentiendũ, vt tollerentur signa Regia respectu bonorum, & locorũ Baroniæ de Quinto. Quia superiori difficultati diuersimode respondetur. Primo, quod verba illa, *iuxta consensum partium*, non referuntur ad clausulã de tollendo signa Regia, quę remota est, sed ad clausulam proximã de respondendo de fructibus illi, vel illis, &c. ex multis causis, & primo. Quia verba illa, iuxta cõ-

16 sensum partium, non † inducunt clausulam separatam, & de per se, certam qualitatem, & modificationẽ; & sic referenda sunt ad proximiora, & non ad omnia pręcedentia, vt tradit Bald. in l. 1. in fin. C. de legit. hæred. Bart. in l. fin. ff. de rebus dubijs, & ibi Socin. nu. 3. Socin. iun. conf. 128. num. 100. lib. 1. & alij relati per Anton. Gabr. de clausulis, concl. 9. n. 11.

17 Secundo, quod illa clausula,† *tolli signa Regia*, iam habet sensum perfectum; & perfectam determinationẽ, & absque relatione prædicta verificatur, & habet locum prouisio iudicis, & ex consequenti non debet fieri dicta relatio ad dictam clausulam, *tolli signa Regia*, iuxta dicta à Bald. in d. l. 1. C. de legitim. hæred. Alex. conf. 48 nu. 7. cum seqq. lib. 1. Socin. iun. conf. 98. nu. 31. & 32. lib. 1. glos. in cap. cũ singula, in verbo, Prioratibus, de præbẽdis, lib. 6. Socin. in l. fin. nu. 3. ff. de rebus dub. & Ant. Gabr. d. concl. 9. nu. 8. & 18.

Tertio, dicta clausula, *iuxta consensum partium*, non potest referri ad illã, scilicet, tolli signa Regia, quia dicta verba, *iuxta consensum partium*, ex iuris necessitate referri debent ad clausulam, *respondere de fructibus*, & ex iuris impossibilitate non possũt referri ad clausulã, *tolli signa Regia*:

Primum probatur, quia si verba illa, *iuxta consensum partium*, non habuissent relationem ad clausulam, *responderi de fructibus*, sententia esset iniustissima, quia Iudex prouisit, quod respõderetur de fructibus illi, vel illis, quibus ante apprehẽsionem respondebatur; & est certissimũ, quod ante apprehensionem de omnibus fructibus, tam Baroniæ, quam domorum respondebatur Don Garsiæ de Villalpando: sed quia procuratores ambarum partium consenserant, quod de fructibus domorum responderetur D. Roderico de Funes, non potuit Iudex prouidere, & pronunciare, quod de omnibus fructibus respõderetur, *illi vel illis*, quibus ante apprehensionem respondebatur, ex quo fuit necessarium addere, *iuxta consensum partium*, quibus verbis se limitauit, & restrinxit, modificauitq; dictam particulam, & clausulam, quæ agit de responsione, & restitutione fructuũ: & sic recte diximus, quod illa verba, *iuxta consensum partium*, ex iuris necessitate habeat relationem ad clausulam, *responderi de fructibus*. Secundũ vero scilicet, q̃ ex iuris impossibilitate dicta verba non possint referri ad clausulam, *tolli signa Re-*
18 *gia*, probatur. Quia quemadmodũ † prouisio apprehensionis est indiuidua, vt dixit Molin. verb. apprehensio, fol. 35. col. 4. & multis doctrinis confirmat Pleban. in verb. apprehẽsio, el 3. nu. 5. ita eodem modo extinctio apprehensionis est indiuiduaita quod eadem bona nõ possunt esse apprehensa respectu alicuius, & nõ apprehensa respectu alterius, nec potest apprehensio extingui quoad aliquos, & suis pedibus subsistere quoad alios. Ex quo infertur, quod signa Regia respectu eorundem bonorum, vel debebant tolli in totum, vel remanere in totum, absq; eo, quod consensus partiũ posset aliquid operari contra indiuiduitatem apprehẽsionis: Et sic verba illa, *iuxta consensum partium*, non possunt facere relationem ad clausulam, *tolli signa Regia*, quæ vt iam diximus non potest subiacere consensui partium.

Secundo respondetur superiori difficultati. Quod quamuis prædicta verba, *iuxta consensum partium* (citra veritatis prę iudicium) relationẽ fecissent ad omnia præcedentia, & sic ad clausulam, *tolli signa Regia*, adhuc eo casu non obstaret intentioni huius partis; quia procuratores ambarum partium, die 13. mensis Augusti petierunt, & consentierunt, quod tollerentur signa Regia à locis, rebus & bonis apprehensis; & sic constat de legitimo consensu ambarum partium.

Neq; obstat, quod ex aduerso dicitur, scilicet Io. de Busal procuratorem dicti D. Antonij de Villalpando, habuisse mãdatũ limitatum, ad enantandum, & consentiendũ respectu domorũ apprehensarum tantũ, & non respectu locorũ, & bonorum Baroniæ; & quod sic per consequens, non reperitur consensus d. procuratoris, vt tollerentur signa Regia à locis, & bonis Baroniæ; & quod quamuis in rei veritate dict. Busal procurator habuisset aliud mãdatũ generale, illud nõ est in consideratione; attẽtõ, quod in dicto processu non fecit fidem de mãdato generali, vel de instrumento procurationis generali, quod habebat, & erat sufficiens, sed de eo mandato limitato, & sic
19 quod per consequens nõ potest verificari dictus consensus, nec poterat sustineri dicta † sententia, in vim mandati generalis, in processu nunquã producti, nec exhibi: iuxta decis. Mohedani. 201. & 204. Non inquam obstat, quia respondetur huic difficultati: dictũ mandatum limitatum fuisse concessum per D. Antonium de Villalpando, in fauorem Ioannis de Busal, die 28. Augusti anni 1577. & dictũ Ioannẽ de Busal, sub diebus 7. & 13 mensis Maij 1577. & die 15. mẽsis Iulij eiusdẽ anni, & sic ante concessionẽ mandati limitati, & antequã tale mandatũ esset in rerũ natura, fecisse enantamenta vt pro-
20 curator D. Antonij de Villalpando, † & sic fecisse creditur in vim mandati generalis, validi, & efficacis, quod habebat, iuxta regul. legis 3. ff. de militari restam. c. insistẽt viri prouidi, extra de præben. & dig-

& dignitatibus, & prædictæ decisiones Mohedani loquuntur in casibus à nostro diuersissimis: nam decisio 201. loquitur de quoddam vocato Frācisco de Firmio, qui duplex habebat mandatum cuiusdam conuentus; alterum per viam cōstitutionis principalis & validæ (quod mandatum nunquam acceptauit, nec de eo procurator notitiam habebat); alterū per viam substitutionis inualidę, de quo fecit fidem in processu, & rebus sic stantibus dubitatum fuit, vtrum gesta per dictum Franciscum de Firmo, in vim dictę substitutionis inualidæ, ab eo exhibitæ in processu, possent sustineri in vim alterius mandati validi, quod erat in rerum natura (quamuis non exhibitum in processu)? Et fuit resolutum quod nō potuerunt sustineri, & merito, quia dictus Frāciscus de Frmio, nullam habebat notitiam dicti mandati validi & eficacis, & sic non fuit vissus aliquid facere in vim dicti mandati, cuius nullam habebat notitiā, sed tātū in vim alterius substitutionis, scilicet, inualidę cuius notitiā habebat; & quā exhibuit in processu, qui casus diuersissimus est ac nostro: quia Ioā. Busal procurator D. Antonij Villalpando ante quam concederetur ei mandatum limitatum, iam habebat notitiam mandati generalis, & in vim eius enantamenta fecit in processu, cum alium eo tempore non haberet, & licet postea fecisset fidem de mandato speciali, nō ex eo se separauit à mandato generali, imo videtur fecisse fidē de mandato speciali ad hunc effectum, scilicet, quod cū actus consentiendi separationi apprahensionis à procuratore D. Roderici de Funes faciendæ, & actus petendi tolli signa Regia ab omnibus bonis apprehensis, erant res magni præiuditij, non fuit ausus ea facere in vim mandati generalis tantum, sed voluit speciale mandatū etiam habere, & eum exhibere in processu.

21 Alia etiam dicisio † Mohedani 204. loquitur in casu diuersissimo: quia ibi Petrus Sebil habebat etiam duo mandatā cuiusdam Petri Ruiz, alterum suficiens & alterū insuficiens, & substituit in vim mandati insuficientis, & procurator sub stitutus litigauit in vim dictę substitutionis, cuius fecit fidem in processu, & obtinuit sentētiam; & cum ageretur de nullitate sententiæ ex capite insuficientis substitutionis, dubitabatur; an talis sententia sustineri posset in vim alterius mandati suficientis, in vim cuius nō fuit facta substitutio? Et fuit resolutum non posse sustineri, quia procurator principalis quando substituit, se restrinxit ad mādatum insuficiens, dicens vigore illius substituere, & sic, vissus fuit illo tantum vti, & non altero. In nostro tamen casu Ioannes Busal quamuis fecit fidem de mandato limitato, non restrinxit se ad illum, nec dixit, quod vt procurator D. Anthonij constitutus mādato facto tali die, eum calēdando pretebat tolli signa Regia; imo, sine vlla restrictione ad mādatum speciale enantauit; & petijt tolli signa Regia; & sic fuit vissus petere in vim melioris, & suficientioris mandati, quamuis nō esset exhibitum in processu, vt declarat eadē decisio Mohedani, 204. circa finem, quæ multum facit pro intentione huius partis.

22 Tertio principaliter † respondetur primę dificultati, & obiectioni propositę respectum illorum verborum, *Iuxta consensum partium*. Quod quamuis prędicta verba habuisset ratione ad omnia pręcedentia, & non constasset de mandato generali Ioannis Busal, sed solum de mandato limitato in processu exhibito; adhuc eo casu dicta sententia mediante manerent sublata signa Regia, ab omnibus bonis apprehensis, quia iudex dixit, quod mādabat tolli, *Iuxta consensum partium respectiue*, Consideiādo verbum illud *respectiue*, quod verbum hunc sensum facit: quod cum procurator D. Antonij cōsentiret vt tollerentur signa Regia respectu domorum, & procurator D. Roderici de Funes consentiebat vt tollerentur signa Regia a locis & bonis pertinentibus ad Baroniam; ideo iudex

dex iuxta cõsensum partium respectiue mãdabat tolli signa Regia ab omnibus bonis apprehensis, quia respectu omniũ aderat consensus vtriusque partis, respectiuè loquendo, & singula singulis referẽdo; & quamuis casu quo Ioan. Busal non haberet mandatũ generale (quod tamen habebat) videretur iudicem ex rigore Iustitiæ non potuisse solo consensu Hieronimi Bayle procuratoris D. Roderici de Funes mandare tolli signa Regia, & sic eius sententia aliquo modo vt iniusta notari posset, & de eius iniustitia conqueri; pustquã verbo iam transijt in rem iudicatam, cum ea non sit retractata, imo suis pedibus subsistat, nullam videtur posse oriri dificultatem; sed absolute est affirmandum, signa Regia in totum fuisse sublata ab omnibus bonis apprehensis; taliter, vt nulla bona ex apprehensis apud curiam remanerent; & cum per consensum partium esset
23 comissio curiæ, & curia non possit considerari comissaria, cum † nemo plus iuris in alium transferre possit quam ipse habet, curia quę bona non habet non potest comissarium eorum bonorum creare, iuxta supradicta.

Nec magis obstat si dicas, D. Garsiã de Villalpando in antiquo processu curiæ Iust. Arago. fuisse repositum in iure, actione, & instantia in qua fuit D. Garsia de Villalpando eius auus, mediante pronuntiatione repositionis superius inserta; quod cum D. Garsia de Villalpando auus esset comissarius curiæ, ita eodem modo debet esse comissarius curiæ D. Garsia nepos, repositus, & subrrogatus in locum aui sui. Non enim obstat, quia respondetur, quod sublatis signis Regijs, & existentibus bonis extra posse curiæ, impossibile est, quod possit dari cõ
24 missarius curię, quia non † entis nullæ sunt potentię & qualitates, vt in l. eius qui in prouincia §. quod si stipulatus & Decius.num.5.ff. si cert peta. & sic curia Iustitiæ Aragonum quę nun potuit nominare cõmissarium curię, quia non habebat bona apud se, non potuit nec cẽse tur facere voluisse dictam cõmisionem mediante dicta sententia repositionis.
25 Verba † enim generalia siue sententiæ, siuæ statuti, nunquam comprehendunt, nec referuntur ad impossibilia, vt probat tex. in cap. tua, el 1. extra de decimus, & in cap. nouit, el 1. extra de sententia excommunicationis, & tradunt Bald. in l. fin. §. in computatione, in fin. C. de iure deliberandi, & Alex. conf. 123. colu. 2.
26 lib. 4. Imo sententia † quæ continet aliquid impossibile, siue impossibilitate facti, siue iuris est nulla, neq. est opus ab ea appellari, vt in l. fi. ff. quæ sententiæ sine appellatione rescidantur. Et sic, quã
27 tis † in Aragonum Regno standum sit cartæ, hoc tamen non habet locum, quãdo in carta continetur aliquid compossibile, vt in obser. Item Iudex debet, de fide instrument. & per Alciat. conf. 96. num. 17. & sic, Iudicis sententia, quę reposuit Domnum Garsiã de Villalpando nepotem in iure, actione & instantia in qua erat D. Garsia eius auus, debet in
28 telligi † in eo in quo locum habere potest dicta repositio, & in tantum quantũ haberi posit, & non amplius, vt probat eleganter tex. in l. 1. §. lex falcidia, in versic. quæ tamen possunt locum habere, & ibi Bart. ff. ad legem falcid. Alex. conf. 81. num 13. lib. 6. Aymon. conf. 271. numer. 5.
29 Quia † repositio nepotis in locum aui Commissarij Curiæ, & Commisio Curię noua hanc habent tacitam conditionem, si bona, & dum bona remanent penes Curiam, iuxta tex. & ibi tradita in l. interdum. ff. de verborum oblig. & cessante dicta tacita conditione, & sic non existentibus bonis penes curiam, cessare quoq. debet repositio, & prętensa comisio: signanter, quod quando consistorium Iustitię Aragonum iussit tolli signa Regia à bonis apprehensis, ex necessãrio cõsequenti, & ex vi attractiua ipsius sententiæ, sublata fuit etiam commisio
30 Curię: quia † in sententijs Iudex, qui vult antecedens, videtur etiam velle cõsequens necessarium, vt declarant & confirmant Angel. conf. 157. col. penult. vers.

vers. superest autem videre, & Aymon. cons. 79. num. 4. per tex. in l. fin. §. fin. C. de vsuris rei iudicat. Et sic cum Iudex, vel Consistorium Iustitiæ Aragon. tollere per sententiam signa Regia; quod erat antecedens, videtur etiam tollere commissionem curiæ, quod erat necessarium consequens, & accessorium appositioni signorum Regiorum: Resoluto
31 † enim iure dantis resoluitur ius accipientis, vt notissimum est, ex l. lex vectigali, de pignor.

Deniq; non obstat, quod in dicta sententia repositionis fuit dictum, qualcunque in contrarium factas (si quæ sunt) reuocando, quia dicta verba non possunt habere relationem ad pronuntiationē, qua mandabātur tolli signa Regia. Tum quia explicite non est contraria sententiæ repositionis. Tum etiam, quia sententia
32 † de tollendis signis Regijs est diffinitiua, & per eam extinguitur, & cessat
33 totaliter apprehensio: & vltra, † quod sententia diffinitiua non est reuocabilis, & secunda sententia contra primam lata esset nulla, vt in l. 1. C. quando prouocare non est necesse, certissimum est, quod sententia reuocatoria, seu extinguens apprehensionem non potest reuocari, nec sententia extinguens potest ex
34 tingui, quia non † habemus extinctionē extinctionis, secundum Bald. in l. vbi pactum. C. de transactio, nec reuocationē reuocationis, secundum eundem Bald. in l. 1. num. 24. C. de furtis & ex consequenti semper remansit, & suis pedibus stetit sententia diffinitiua curiæ Iustitiæ Aragonum, qua fuit mandatum, tolli signa Regia à locis, rebus, & bonis apprehensis, & sic videtur impossibile, quod detur, nec considerari possit commissio curiæ, illa sententia subsistente.

Vltra prædicta non est paruæ considerationis, quod procuratores D. Antonij de Villalpando, sub die 18. mensis Maij 1577. & sic antequam fuisset concessum mandatum speciale & limitatum, cum haberet iam Ioann. Busal mandatum generale ad lites (de quo supra late egimus) se separarunt ab omnibus memorialibus, & enantamētis, & oppositionibus factis in d. processu, ex qua separatione mansit d. D. Antonius de Villalpando totaliter exclusus à dicto processu apprehensionis.

DECISIO C.LXXXIX.

An vēditio, seu cessio facta alicui absenti, valeat, vel possit reuocari antequam sit acceptata per cessionarium, vel emptorem.

SVMMARIVM.

Partis legitimę ad instantiā omnia fieri debēt de iure, & foro. nu. 1.

Experiri sine actione nemo potest, n. 2.

Datio insolutum non acceptata nullum producit effectum, num. 3. & 5.

Acceptatio insolutum dationis operatur liberationem debiti, & abdicationem iuris in solutum dati, num. 4.

Datio insolutum non intimata, nec acceptata, nec renuntiata, facit esse in pendenti ius datum insolutum, num. 6.

Actio non debet pendere a voluntate debitoris, num. 7. Licet possit à voluntate creditoris, & personæ, cui adquirenda est, num. 8.

Actione pendenti per insolutum dationem, non acceptatā, vti non potest dans insolutum, num. 9.

Ignoranti adquiritur commodum ex insolutum datione, num. 10.

Legati commodum legatario ignoranti adquiritur reuocabiliter, num. 11.

Renuntiatio actus vtilis operatur, vt. tensea-

censeatur nunquam factus, num. 12.

Venditio, & donatio, fauorabiles sunt emptori, & donatario. num. 13.

Venditio, donatio, & in solutum datio ante acceptationem, nec nocent, nec prosunt. num. 14.

Iniuria non fit scienti, & volenti, numer. 15.

Renunciatio in solutum dationis operatur, vt in solutum dans possit vti iure in solutum dato. num. 16.

Renunciatione, vel acceptatione non sequuta, non potest dominus in solutum dans vti iure in solutum dato in praeiudicium eius cui in solutum datum est. nume. 17.

Actio inanis est, quam inopia debitoris excludit. num. 18.

Stipulatio alteri facta non valet de iure. num. 19.

Donatio facta absenti de iure non valet, donec absens ratam habeat. nu. 20.

Chartae standum est in Regno, nisi quid impossibile contineat. num. 21.

Donationem absenti factam maxime interueniente stipulatione Notarij reuocare non potest donans ante acceptationem. num. 22.



DON Melchior Henriquez de la Carra debebat dominae Eleonorae Gaztelu viginti mille aureos, in cuius quantitatis satisfactionem fecit ei in solutum dationem, sine in solutum dedit fructus loci de Bierlas, quos ipse in vim cuiusdam sententiae potest liquidare, & recuperare ab haeredibus D. Petri Coloma iam defuncti, & eius fideiussoribus, taliter, quod actio, quae antea competebat dicto don Melchiori ad recuperandos dictos fructus, nunc in vim dictae in solutum dationis pertinet ad dictam D. Eleonoram, quod cum ita sit, D. Franciscus Coloma, qui praetendit se esse haeredem D. Petri eius patris, & vt talis tenetur ad restitutionem dictorum fructuum, recurrit ad curiam Iustitiae Aragonum, & obtinuit firmam, vt ad instantiam Don Melchioris non procedatur ad liquidationem, & recuperationem dictorum fructuum, quae iustissimè fuit prouisa, quia tam in terminis iuris, quam secundum foros nostri Aragonum Regni, om-
1 nia debent † fieri ad instantiam partis legitimę cuius principaliter interfit, vt in foro primo, quod in factis vsurarum diximus late de inhibitionibus, capite quinto, §. quarto, à nu. decimoquarto.

2 Et sine actione nemo † experitur, & sic, cum dictus D. Melchior se spoliauerit actione sibi competenti, & illã transtullisset in dictã domnam Eleonoram Gaztelu, merito potuit dicere dictus D. Franciscus, quoad te liberas aedes habeo, vt in l. loci corpus, §. competit, ff. si seruitus vendicetur, & sic legitimae fuit prouisa dicta firma.

Neque obstat, quod dicta in solutum datio non fuit acceptata per dictam D. Eleonoram Gaztelu, & quod non acce-
3 ptata † nullum producit effectum, quia aliud pro alio inuito creditore solui nõ potest, & esset magnum inconueniens, quod cum sit liquida, & clara obligatio viginti millium aureorũ, sit in manu dicti D. Melchioris in solutum dare pro dicto debito dictae Eleonorę dictos fruct⁹ liquidandos loci de Bierlas, vel aliquid aliud multo minoris valoris, & aestimationis. Ad cuius faciliorem solutionem tres casus considerari possunt. Primus casus est, quando dicta D. Eleonora acceptasset praedictam in solutum dationem, & hic casus omnino caret dubitatione, & cessat superior regula, quę tenet, inuito creditore aliud pro alio solui non posse. & in hoc casu dictus D. Melchior omnino, & totaliter remanet priuatus

4 priuatus † omni iure,& actione, quæ ei
in dictis fructibus loci de Bierlas antea
competebat; & similiter remanet liber
ab illa obligatione viginti millium au-
reorum, qua tenebatur Domnæ Eleo-
noræ.

Secundus casus est,quando dicta Do
mna Eleonora non acceptasset dictam
in solutum dationem;imo potius ei ex-
presse renunciasset, declarando se non
esse,nec haberi pro satisfacta, cùm dicta
in solutum datione pro solutione sui de-
biti, & quod nolebat eam admitere in
solutum:& in hoc casu dicta in solutum
5 datio † remanet sine effectu,& sic ius,&
actio remanebit pœnes ipsum D. Mel-
chiorem dantē in solutum, & esset pars
legitima ad petendos dictos fructus, ac
si nunquam dictam in solutum dationē
fecisset.

Tertius casus(& qui magis ad nostrū
pertinet propositum) est, quando dicta
in solutum datio non fuisset intimata
dictæ Domnæ Eleonorę, & sic nec fuis-
set acceptata, nec renunciata; & in hoc
casu dubitatur, vtrum dictus D. Mel-
chior,cum dicta in solutum datio,nec sit
acceptata, nec renunciata, possit vti di-
cto iure & actione,quæ ante in solutum
dationem ei competebat, ad recupera-
tionem dictorum fructuum? Et quantū
ad hunc casum vera resolutio est; quod
ius & actio, quę ante competebant di-
6 cto D. Melchiori,est in pendenti †,&
pendet a futuro euentu,quia acceptan-
do D. Eleonora dictam in solutum da-
tionem, actio pertinebit ad ipsam,& re-
nuntiando,pertinebit ad dictum Dom-
num Melchiorem,quod non est incon-
7 ueniens: quia quamuis actio † non de-
beat pendere à voluntate debitoris, po-
test tamen pendere à voluntate credito
ris,& à voluntate personæ,cui adquiren
8 da est actio, † vt declarat Bart. in l. Pom
ponius num.3.ff.de negot.gestis, Angel.
in l.fi.col.fin.C.de sententiam passis,De-
cianus cons.fin. col.fin. lib.1. Alexandr.
Raudens.de Analogis cap.34. num.330.
& interim quod dicta actio est in pendē-

9 ti,non potest † dictus D. Melchior vti
ea,vt euidenter probatur in l.1.§. si pen-
deat, ff. ad Senatusconsult. Macedon.
nec potest vendere tale ius alteri,in prę
iudicium dictæ Domnæ Eleonoræ, cui
iam fuit adquisitum ius acceptandi di-
ctam in solutum dationem,& ea vtendi,
& merito;quia dicta in solutum datio,ta
lis qualis est,potest esse vtilis dictæ Do-
10 mnæ Eleonoræ,& sic ei adquiritur † li-
cet ignoranti, quemadmodū legatario
adquiritur cōmodū legati,etiam inscio,
11 & ignoranti,† vt in l.a Titio 66.ff.de fur
tis l.cum pater.§. Surdo & muto. ff. de
leg.2. Adquiritur tamē ei reuocabiliter,
taliter, quod si renuntiaret legatarius
legatum,perinde erit, ac si nunquam in
testamento fuisset relictum. l. si tibi ho-
mo §.cū seruus.ff.de legatis. 1. declarat
Bart. in d.l. Pomponius, numer.3. versi:
exemplum in legato,& sic,dicta in solu-
tum datio adquisita est dictæ Domnę
Eleonardæ insciæ,& ignoranti,reuoca-
12 biliter tamē,quia si renuntiauerit,† erit
perinde,ac si nunquam facta fuisset dicta
insolutū datio, & interim, quo non fue-
rit renuntiata, idem iudicandum est de
dicta insolutum datione, quod iudicare
tur de venditione, vel donatione, quę
similiter adquiruntur ignorantibus re-
uocabiliter. Neque obstat,quod inter in-
solutum dationem,ex vna parte, & do-
nationem, seu venditionem, cum con-
fessione receptionis pretij ex alia, est ali
qua differentia:quia venditio, & dona-
13 tio, † sunt fauorabiles, & non possunt
præiudicare donatarium, & emptorem:
insolutum datio autem potest esse preiu
dicialis,soluēdo creditori in rebus inu-
tilibus, vel non æquiualentibus pretio
& quantitati debiti,& sic videtur, quod
non potest inferri ex venditiune,& do-
natione ad insolutum dationem. Non
inquam obstat hæc difficultas, quia res-
pondetur, nullam versari differentiam in
ter insolutum dationem,& venditionē,
& donationem; quia † non subsequuta
14 acceptatione factis,aut verbis, dicta in-
solutum datio, venditio,& donatio,nec
prof-

prosunt, nec nocent ei in cuius fauorem sunt concessa dicta iura, & subsequuta acceptatione, quamuis in solutū datio non esset rei æquiualentis debito, nō oriretur damnū ex in solutum datione, sed ex acceptatione, quæ fuit voluntaria, &
15 scienti † & volenti nō fit fraus, neq. iniuria, & ex consequenti, magnū interesse D. Eleonoræ versatur (in cuius fauorem facta fuit in solutum datio, in hoc, quod interim, quod ipsa non renunciat, sit valida & efficax dicta in solutū datio, & sit in manu eius acceptare eam, & ea vti, & eadem ratione interim, quod nō renunciauit d. D. Eleonora non habet ius dictus D. Melchior, neq. actionē aliquam ad petendos fructus, quia eo iure est spoliatus mediante in solutū datione, & per consequens, ex tribus casibus superius propositis, in secundo, hoc est, quan
16 do subsequuta fuit † renunciatio dictæ in solutū dationis, poterit D. Melchior vti iure, & actione sibi ante in solutū dationem competenti ad recuperādos fructus, ac si nunquam fecisset dictam in solutum dationem. In aliis vero casibus, non poterit D. Melchior vti dicta actione, à qua se spoliauit, mediante in solutum datione, quia eo medio tempo
17 re quo dicta D. Eleonor non † renūciat, magnum eius interesse versatur, in hoc, quod sit valida & efficax dicta in solutū datio: posset enim accidere, vt D. Melchior non haberet alia bona quibus posset soluere dictum debitum viginti mille aureorum, præter dictos fructus loci de Bierlas: & quamuis illi fructus non essent æquiualentes debitæ quātitati, imo eorum valor minimus esset, vtilius foret eo casu dictæ D. Eleonoræ vti in solutum datione, ad quantitatē licet minimā fructuum recuperandā, quā totum debitum amittere, propter defectū bonorum dicti D. Melchioris; quia inanis
18 est actio, † quam inopia debitoris excludit: vt in l. nam is. ff. de compensationibus, si tamen ab hoc conflictu liberari vellet dictus D. Melchior faci e posset, insinuata in solutum datione d. D. Eleonore, requirendo ei, vt, vel acceptet, vel renunciet, & si acceptauerit liberatus erit à debito, si renunciauerit poterit ipse fructus apud se remanentes liquidare, & petere. Vltimo facit, quia licet de
19 iure † alter alteri stipulari non possit. l. stipulatio ista habere licere. §. alteri, de verborum oblig. & ibi DD. & dubitatio sit maxima per scribentes, & ibi Bart. Alex. Castr. Ias. & alios: an si quis donat Petro bona, vt post mortem suam perueniant in Titium, possit illud ius quæsitum tertio reuocare, de quo Couarr. lib. 1. variarum cap. 14. Et licet etiam de
20 iure, si quis donet † absenti non valeat donatio, donec absens eam ratam habeat, l. absenti. ff. de donatio. Deci. cōs. 464. num. 3. taliter, quod interim potest donans eam reuocare, Gratus cons. 21. numero. 27. in primo. Totum hoc non
21 procedit in Regno, vbi stamus † cartæ, nisi quid impossibile contineat, & sic, necessaria nō est acceptatio absentis, vt ei ius acquiratur, quia statim acquiritur;
22 nec posset † donans reuocare donationem ante acceptationem, maxime si notarij stipulatio adsit, Portol. verb. instrumentum, num. 84. vbi late.

Et sic hæc iurisfirma data in fauorē D. Francisci Coloma fuit iustificata, & confirmata, in processu D. Francisci Coloma super iurisfirma circa annum 1594.

DECISIO C. XC.

De materia obtinendi in iudicio possessorio in vim commissi, & resolutionis possessionis, & de erronea solutione facta per dominum vtilem, qui in locū alterius successit.

SVMMARIVM.

Possessio vincit in iudicio possessorio. num. 1.

Dominus

Dominus præsumitur illius rei, pro qua pensio soluitur, recipiens pensionem. nume. 2. quod falsum est, vt. nu. 11. & procedit vt nu. 22.

Cōmissandi ius potius profluit à dominio directo, à quo vis resolutionis pendet, non à possessione ciuili; ius enim directi dominij semper est in actu permanenti, ex vi atractiua. num. 3.

Commissum producit effectus resolutionis, & consolidationis, etiam quoad possessionem naturalem, & obtinebit Dominus per commissum in lite pendente & tenuta, licet non constet de possessione naturali dātis, constet autem de possessione naturali recipientis, & probetur solutio, & acceptio cannonis. num. 4.

Dominium locatoris non probat instrumentum locationis, probat tamen eius possessio. num. 5. quod procedit, vt. nu. 17.

Possessio probatur ex solo instrumento locationis inter locantem, & conducentem. num. 6. quod intellige, vt numer. 7. & 26.

Conductor nō potest suo nomine possidere, nec potest rem suam conducere. nu. 7.

Dominium non censetur probatum per locationem inter contrahentes, etiam si ad sit solutio pensionum, possessio tamen sic, etiā quoad tertios. num. 8. intellige, vt. n. 12. & 28.

Quasi possessio locationis resultat, non solum aduersus conductorē & habentes causam ab eo: sed etiam aduersus tertios respectu conductoris & ab eo causam habentium, quando vltra instrumentum locationis sunt factæ solutiones pensionum. num. 9. intellige, vt num. 27.

Possessio locationis censetur probata, quando vltra locationem datur laboratio, & cultura conductoris. num. 10.

Pensiones recipere, & terram colere à pari procedunt. nume. 11.

Conductor conducendo rem ab alio censetur fateri alienam esse, scilicet, illius à quo conducit. nu. 13. intellige, vt. nu. 29.

Possessionem suam melius probans obtinet in iudicio possessorio summario. n. 14.

Locator vel concedens in emphitheosim, vt obtineat in iudicio petitorio, debet aliàs probare dominium. num. 16.

Ignorantia in dubio potius præsumitur, quam scientia. nume. 18.

Scientiam & contrarium animum allegans, tenetur probare. n. 19.

Emphitheotica qualitas est species seruitutis, & seruitutem prætendens tenetur eam probare. nume. 20.

Dominium tenetur probare, qui concessit in emphitheosim, non obstante, quod doceat desolutionibus, si agat rei vendicatione, aliàs succumbet; nisi esset longo tempore facta solutio pensionum, quo casu præsumptiue censetur probatum dominium. nume. 21.

Dominium debet præsuponi & dari in recipiente ad tributum, aliàs nō resoluet, num. 23.

Dominus directus seu proprietarius dicitur habere possessionem imaginariā, quæ ciuilis est. num. 24.

Possessio naturalis finita concessione temporali ipso iure consolidatur ciuili possessione. num. 25.

Reus, qui non habet causam à rei vendicante, potest refutare de dominio alieno, & nisi agens probauerit dominium, reus absoluetur, quod amplia, vt ibi late. n. 30.

Recognoscere expresse, & in emphitheosi

teosim, vel feudum recipere, paria sunt, numer. 31.

Dans ad tributum per recognitionem accipientis satis probat suam intentionem. num. 32.

Recognitio operatur, quod recognitus releuatur ab onere probandi dominium, numer. 33.

Dominium Ecclesiæ non probatur etiã inter easdem partes, ex concessione rei in emphyteosim, num. 34. Quod declara, vt num. 35.

Locatio sola non probat dominium aduersus conductorem, num. 36.

Recognoscens rem esse in dominio Ecclesiæ probat dominium, donec contrarium doceatur, numer. 37. & 48. Intellige, vt num. 47.

Recognitio facta in contractu emphyteosis, vel locationis, non probat dominium, & traditur ratio, num. 38.

Verba enunciatiua probant inter easdem partes, quando sunt necessaria ad validitatem actus, qui principaliter geritur, num. 39.

Dominium enunciatum non est necessarium ad validitatem contractus locationis, vel emphyteosis, numer. 40.

Dominium non probatur per verba enunciatiua, num. 41.

Recognitio de dominio facta in contractu locationis, vel emphyteosis quando probat dominium? numer. 42. 43. & 44.

Dominium non transfertur ex sola voluntate sine traditione, numero. 44.

Recognitio & confessio de dominio, facta cum mixtura alicuius contractus, nunquam per eum transfertur dominium, numero. 45. Quod intellige, vt numero, 48.

Traditio ficta, & titulus fictus, non transferunt dominium. num. 46.

Confessio & recognitio facta de dominio in contractu, si non fiat cũ scientia præsumitur error, & non præsumeretur donatio, num. 47.

Præsumptus animus collectus ex scientia vtriusque partis, præsumptam & validam donationem inducit, num. 49.

Dominium non transfertur per recognitionem dominij scienter factam in contractu locationis, vel emphyteosis, & traditur ratio latissime. num. 50.

Dominium an transferatur per præsumptam donationem, & titulum, cum ficta traditione, num. 51. 52. & 53.

Expressum dicitur, quod ex consequentia verborum necessario colligitur, numero. 52.

Dominium transfertur in fauorem Ecclesię, ex recognitione scienter facta, numer. 54.

Solum dominium non sufficit ad obtinendum in iudicijs possessorijs, numero. 55.

Possessio an censeatur probata contra tertium per recognitionem, num. 56.

Possessione nulla probata, quomodo quis obtinere possit contra recognoscentem, numer. 57.

Possessio dantis ad tributum debet probari, quando agitur in vim commissi remedio possessorio, siue agatur contra recipientem, siue contra tertium, latissime traditur, num. 58.

IN


IN Processu Ioan. de Allue super apprehensione in Regia Audientia, de mense Iulij millesimo quingētesimo septuagesimo octauo fuit determinatum dubium sequēs. B. Villacampa dedit ad tributum Ioanni Faxarnes domum, vel rem aliam; Ioānes, item & filius eius, & nepos Ioannis soluerunt canonem, & pensionem per multos annos, postea nepos Ioannis Faxarnes renuit soluere; ob quod dominus directus Ioan. Allue, qui successit B. Villacampa commissauit, & fecit apprehendi, seu sequestrari dictam rem: fuerunt datæ propositiones; nepos in sua dicebat, quod illa bona tempore tributationis non erant Petri concedentis, sed cuiusdam tertij, scilicet auiæ nepotis; & sic quod erat recipienda sua propositio: obijciebat autem Ioan. Allue, quod ex quo nepos, pater, & auus illius soluerant canonem, & recognouerant Beltrandum, tanquam dominum directum sibi præiudicauerant, saltem in artic. litis pendentiæ, & tenutę, vbi solū agitur de possessione illa, quæ ex solutione canonum resultat; cui tamen replicabat nepos, quod solutio illa fuit erronea, quia putabant rem fuisse Beltrandi dantis, maxime; quia successit nepos in locum patris, qui etiam soluerat canonem, & sic habuit iustam erroris causam. Fuit resolutum, quod illa possessio erat erronea, & sic non valebat; attento, quod nepos probauit rem fuisse non Beltrandi dantis, sed auiæ suæ; & cum nepos esset in possessione rei, fuit ei recepta propositio, propositio autem Ioan. de Allue domini directi exclusa.

Resolutio hæc prima fronte rigida videtur; cum simus in possessorio, † in
1 quo possessio vincit, & ex solutione canonis quæsita fuit possessio, vt dicam, licet non dominium, & sic videbatur, quod in possessorio debuisset obtinere Beltrand. vt videbis in discursu, quare ab initio res tractanda est, & pro Beltrand. vrgentissime faciunt sequentia. Primo, facit Bald. in l. indicia, ad finem, numer. 2. C. de rei vindicatione, dicens, quod per † receptionem pensio-
2 nis præsumitur accipiens esse dominus illius rei, pro qua soluitur pensio. Mascard. conclusione 545. numero primo, & tertio, Romanus consil. 127. numero primo, Felin. in capit. cum Bertoldus, numero vigesimo octauo, in fi. de re iudica. Bald. in l. Celsus, numer. 130. in fin. de vsucapionibus. Si igitur per solutionem pensionis præsumitur recipiens fuisse dominus tempore dationis ad tributum, in vim illius potuit commissare, & possessionem resoluere, & obtinere per eam in tenuta; quia ad effectum resolutionis, & consolidationis dominij vtilis, & possessionis naturalis, non requiritur in concedente emphyteosim, vel locationem posses-
3 sio ciuilis à principio, nam † commissandi ius potius profluit à dominio directo, à quo vis resolutionis pendet, non à possessione ciuili. Ius enim directi dominij semper est in actu permanenti, ex vi attractiua, Bald. consil. 9. in tertio, Socinus, & Iass. in l. possideri nerua, de acquirenda possessione, licet facilius resolueret naturalem possessionem, si dominium esset adiutum possessione ciuili, secundum Boer. decisione 211. numero quinto. Quod probatur, quia licet non constet de posses-
4 sione naturali dantis, constat tamen de possessione naturali recipientis, & probatur solutio; & acceptio canonis, hoc casu commissum producit effectus resolutionis; & consolidationis, etiam quoad possessionem naturalem, & obtinebit dominus per commissum in lite pendente, & tenuta. Bartol. & omnes in l. qui vniuersas, §. quod per colonum, ff. locati, Valascus de iure emphyteoti. quæstione nona, numero decimosexto, Barbosa in l. si alienam,

numer.82. solut. matrimon. & tamen in hoc casu non supponimus possessionem in dante, quod procedit, etiam si loco solutionum adsit antipoca, nam idem erit, & non solum his casibus probatur possessio contra accipientem, & eius successores, sed etiam contra tertios, cap.cum venissent de restitutione spoliatorum, & ibi Abbas numer.11.Barbosa sup. numer. 80. & 82. Et quando hæc ratio fundata in dominio non astringeret, est & alia fortissima ratio fundata in possessione, quæ sequitur.

5 Secundo, dato, quod per instrumentum † locationis non censeatur probatum dominium locatoris, censetur tamen probata eius possessio inter partes contrahentes, & eorum successores: nam qui locat per conductorem possidet, & conductor solum detinet, l. interdum, §. fin. & l. quod meo, de acquirẽda possessione, sicut dominus possidet per colonum, l. qui vniuersas, §. quod per colonum, de acquirenda possessione. Ergo per locationem dicitur constare de possessione locatoris, Angel. in l. quædam mulier, numer. 2. de rei vindicatione, Roman. consil. 127. post principium, Socin. cons. 106. numer.2. in tertio, Gozadin. cons. 90. ad fin. Menoch. de recuperat. possessiono remedio 11. numer. 33. Petra de fideicommiss. quæstione decimatertia, à numer. 330. Rota decis. 1. aliàs 87. de fide instrumentorum, in antiquis, Felin. in cap. inter dilectos, columna sexta, numero octauo, de fide instrumentorum; Socin. senior cons. 11. numer. 5. in tertio, & cons. 89. in 1. dicens: ita fore intelligendum, tex. in cap. cum venerabilis, de Religiosis domibus, Bald. in l. quidam in suo, in fin. de conditio. instit. Rebuf. Abb. Tiraquel. Ruinus, Hieron. Gabriel. & alij multi quos allegat Mascar. conclus. 1186. numer. 17. dicens, sic intelligendam decisionem, Bellameræ 300. incipientem, per locationem, vers. non probatur possessio per simplicem locationem, quia intelligi debet quantum ad extraneos, non autem quantum ad ipsos contrahentes, inter quos probat instrumentum simplicis locationis, Anton. Gabriel, libro tertio, commun. opinion. tit. de locatione, conclusione quarta, numero decimoquarto, versic. quod † inter

6 locantem, & conducentem probatur possessio, ex solo instrumento locationis; ratio est, siue, quia conductor non potest referre quæstionem dominij, l. si quis conductionis, C. locati, Imol. in l. qui vniuersas, §. quod per colonum, ff. de acquirenda possessione, siue quia conductor † non potest

7 suo nomine possidere, nec potest rem suam conducere, l. non solum, in fin. de vsucapion. l. suæ rei, l. si in emptione, §. rei suæ, ff. de contrahen. emptione. Ergo censendus est possidere homine illius, ab eo conducendo, Angel. in dict. l. quod meo, & si aliqui Doctores in contrarium allegantur cuiusmodi sunt, Natta consil. 429. numer. 16. in secundo, Ruin. consil. 161. in primo, Alexand. consil. 118. numer. 10. & 19. in secundo, Afflict. decisione 325. numer.2. Valasc. de iure emphyteo. quæstio.9. numer.17. & alij multi, qui in distincte tenent, non probari possessionem per solum instrumentum locationis, nisi adsint solutiones pensionum, prout vidi in hunc modum allegari multos sine delectu materiam confundendo, inuoluendo diuersas conclusiones: hæc est calamitas hodierni temporis, in quo solent aliqui aduocati, vt, vel docti videantur, vel vt clientuli marsupium cum magno Doctorum, & rationum exercitu facilius depredentur, paginas repetentium, & consulentium euacuare sine discrimine, quo fit vt, & iudices non multum cautos in præcipitia deferãt, & se ipsos tanquam præuaricatores, & calumniosos in æternos cruciatus iudicent; & mihi crede, & nunquam te fal-

te fallet hoc consilium, quod extra rem multa, intra rem vero pauca dici possunt. Isti (vt ad materiam reuertamur) sunt intelligendi, vt procedant respectu tertij extranei; secus autem quantum ad ipsos contrahentes, vt declarando Bellamer. dicit Mascard. vbi supra, numer.17. & in specie ita declarat Barbosa in l. si alienam, numer. 81. & 82. solut. matrimon. & ita explicatur Alexand. in l. si colonus, §. si conductor, num. 6. de acquir. possessione, dicens, quod locatio cum solutione pensionis probat possessionem aduersus conductorem, qui nō potest refricari de dominio, l. si quis conductionis, C. locati, Felin. in d. cap. cum Bertoldus, num. 25. ad fin. quia in predicto casu, imo erit probata possessio aduersus omnes, cum adsit solutio pensionis, & si agatur condictione, ex dicta l. si quis conductionis, non poterit coudu&tor refricari quęstionem dominij.

Vnde applicando, licet per locationē
8 non † censeatur probatū dominium inter contrahentes, etiā si adsit pensionū solutio, vt bene resoluit Barbos. vbi supra, nu. 79. tamen censetur probata possessio, quoad contrahētes per solam locationem, quoad tertios per locationē cum solutione pensionum; vnde merito dixit Paulus, in l. sicuti, §. sed si quęratur num. 9. ff. si seruit. vendicetur, quod si agatur petitorio iudicio, parum prodest constare de locatione facta, & perceptione pensionis; sed si agatur iudicio possessorio, predicta multum operantur, quia cēsetur probata possessio in omniū prǽiudicium, in vim solutionis, & quoad contrahentes in vim solius locationis, & in ea possessor debet conseruari, donec per sententiā ab eo euincatur, l. penultima, de aqua quotidia. & estiua, capit. quærelam de electione, Felin. in cap. cum Bertoldus, num. 28. de re iudicat. Imo si possessione expolietur, habebit interdictum restitutorium, Valasc. de emphyteos. quæstio. 9. numer. 13. ad medium, & idem est respectū habentium causam à conductore, vt sola locatio inducat possessionem, Barbos. numer. 80. vbi multi, Socin. consil. 50. in quarto, Alexand. consil. 12. numer. 6. in quarto, Rippa in l. si aliquam rem, numer. 4. de acquirenda possessione, Aymon de antiquit. pag. 32. nu. 22. Aretin. cons. 36. num. 3.

Tertio, quia hic tam recipiens, quā eius filius, item & nepos soluerunt in vim tributationis pensiones, vsque ad tempus apprehensionis, vt supponitur; & in hoc casu nulla videtur dubitatio;
9 quia quando † vltra instrumentum locationis sunt factę solutiones pensionū, tunc resultat quasipossessio locatoris, non solum aduersus conductorem, & habentes causam ab eo, sed etiam aduersus tertios, respectu conductoris, & ab eo causam habentium, probatur per omnes Doctores, qui hoc idem confitentur de tertio non habente causam à conductore; quia si locatio cum solutione pensionum inducit quasipossessionem quoad omnes, multo magis quoad conductorem, & eius successores, quorum respectu sufficit sola locatio, vt dixi supra, secundum Barbosa numer. 80. vbi multos allegat, & quoad tertios non habentes causam à conductore, quod inducatur possessio, ex locatione cum solutione pensionum, probatur in cap. cum venissent, de restitut. spoliato. & ibi Abbas numer. 11. l. qui vniuersas, §. quod per colonum, & ibi glos. Bart. numer. 1. de acquirenda possessione, Anton. Gabriel. lib. 3. com mu. tit. de locato, conclusione 4. num. 2. & 3. Mascard. conclusione 1585. numer. 1. & 5. & 1586. numer. 3. & 10. Socinus iunior consil. 135. numer. 24. in secundo, Barbos. dict. numer. 80. Bald. in authen. quas actiones, numer. 17. C. de sacrosan. Eccles. Roman. cons. 79. nu. 11. Socin. senior cons. 203. nu. 3. in secundo, & quam plures alij quos allegāt Mascar. & Gabr. vbi supra, quod verissimum est: si ergo his

hic vltra instrumentum locationis dantur etiam solutiones pensionum, fatendum videtur, quod ex hac possessione debeat obtinere in hoc iudicio possessorio Ioannes de Allue, qui habet ius à domino directo Beltrando Villacampa, qui ad emphyteosim, & in tributum rem dederat, maxime cum agatur contra nepotem recipientis.

10 Et idem esset, si vltra † locationem non daretur solutio pensionum, sed loco solutionis daretur laboratio, & cultura conductoris; nam ex hoc censetur probata possessio locatoris, Alexand. cons. 12. numer. 3. in quarto, Mascard. conclus. 1187. Decius consil. 146. numer. 2. Socinus cons. 187. numer. 2. in secundo, Felin. in capit. inter dilectos, numer. 8. de fide instrument. Barbosa numer. 81. & hoc in praeiudicium omnium, Ruin. consil. 46. numero. 12. in
11 quarto: à pari enim procedunt † recipere pensiones, & terram colere, l. arboribus, §. nam & si, & ibi Bald. in principio, ff. de vsufructu. quid quid dicat Ruin. consil. 161. & Valasc. quaestio. 9. num. 17. nam veritas est contra eos, secundum Barbos. num. 84.

12 Quarto facit optima † ratio desumpta ex praecedenti, quia quando confiteamur ex locatione simul cum solutione pensionum non induci probationem dominij in locante, & concedente, vt videtur tenere communis, & vera opinio; adhuc tamen illud fateri oportet, quod si dicta praestatio pensionum sit facta per longum tempus, veluti decem annorum, tunc praesumtiue censetur probatum dominium directum pensiones recipientis, l. litibus, C. de agricol. & censitis, lib. 11. Dec. consil. 146. numer. 14. Mascard. conclu. 542. numer. 11. Felin. in cap. cum Bertoldus numer. 28. de re iudicat, & alij quos allegat Barbosa, in l. si alienam, numer. 79. & 84. versic. denique, & numer. 85. versic. nisi receptio, Iass. in l. si certis annis, C. de pact. Quod tamen intelligendum puto in praeiudicium soluentis, qui recepit in emphyteosim, vel successorum, non autem in praeiudicium tertij, Mascard. conclusione 545. numer. 2. quia is se habet per modum pacientis, & aduersus pacientem non praesumitur titulus, si de magno praeiudicio agatur, Bartol. in l. cum de in rem verso, numer. 7. de vsur. l. diutina, C. de praescriptio. long. temp. & l. nullo, C. de rei vendicat. Ita Barbosa dict. num. 85. versic. quod ego intelligo: sed si haec praestatio sit facta per triginta, vel quadraginta annos, censebitur probatum dominium per praescriptionem, quoad omnes, absque dubio, Mascard. vbi supra, numer. 2. vbi alij, Gamma decis. 222. num. 1. Roman. consil. 127. post principium, Ruin. cons. 161. numer. 2. in primo. Anton. à Petra de fideicommiss. quaestione decimatertia, numer. 258. Alexand. consil. 8. numer. 2. in septimo. Bursat. consilio vigesimosexto, in primo. Si igitur per haec tempora praestatio solutionis fieret cum locatione, & taliter recipiens obtineret in petitorio; ergo si idem ageret ante completam praescriptionem, cum possessionem haberet; quia nemo sine possessione praescribit, fatendum est, eum debere obtinere in iudicio possessorio, & sic in hoc litis pendentiae, seu tenutę: & quae dicta sunt de locatione intellige de emphyteosi, quia aequiparantur Barbosa num. 82. Fulgos. cons. 5. colum. 3.

13 Quinto, quia conductor conducendo rem ab alio censetur † fateri alienam esse, scilicet illius à quo conducit, & sic succedit regula, quod qui recognoscit rem esse illius à quo causam habet, non potest opponere, quod non sit dominus, nam per recognitionē recipientis, satis probat concedens intentionem suam, l. generaliter, C. de non numerata pecunia, l. Publia, §. fin. ff. de positi

positi; vnde non obstante prædicta ex-
ceptione obtinebit in dominio aduer-
sus recognoscentem, Bart. in l. cum fal-
sa, numer. 8. C. de iuris, & fact. ignor.
Guid. decis. 272. in fin. Decius in l. tra-
ditionibus, num. 6. C. de pact. Alciatus
respons. 9. numer. 9. latissime Menoch.
consil. 1. numer. 90. in primo, & libr. 6.
præsumptionum, præsumptione 63. nu-
mer. 6. Quare videtur dicendum, quod
cum ille, à quo recipitur, censeatur do-
minus per confessionem recipientis, &
recognitionem, non possit ei opponi de
exceptione dominij; sed quod in vim
illius debeat obtinere, attrahendo pos-
sessionem naturalem in vim domi-
nij.

Sed his non obstantibus contrarium
est dicendum, & quod iure fuit pro-
nuntiatum pro Ioan. Faxarnes, agenti
in hoc iudicio, ex multis. Et primo, quia
in hoc † iudicio summario, summaris-
14 simo tenutæ, nouitatis, & recreden-
tiæ, interim, & litis pendentiæ (his enim
nominibus nominatur) obtinet ille tan-
tum, qui melius probat se tempore mo-
tæ litis esse, & fuisse in possessione, etiã
contra ciuiliter posidentem, non dico
posidere, sed rem detinere; status enim
facti cõsideratur, potius quam ius, Bart.
in l. 3. §. hoc interdicto, ff. de itinere
actuque priuat, numer. 10. Paul. 2. volu-
mine, cons. 3. l. 2. §. fin. ff. si seruitus ven-
dicetur, foro item por dar forma, foro
ad nostrum, foro ajustando, de appre-
hensionibus, Molin. super dictis foris,
& in varijs locis de apprehẽsionibus,
Bardaxi de apprehensionibus, 2. parte
princip. quæstione 3, ad similitudinem
detẽtatoris, cui de iure datur etiam hic
articulus, vt dicit Menoch. de retinen-
da possessione, vltimo remed. prima
quæstione, numero decimo octauo. Sed
hic probatum est dictum Ioannem fuis-
se in possessione rei apprehensæ, tem-
pore apprehensionis, & non alium; er-
go merito obtinuit. Tota difficultas con-
sistit in respondendo contrarijs addu-
ctis, quæ videntur prima facie obstare, &c.

Primũ igitur non obstat, quia falsum
in primis est, † quod per instrumentum
15 solum locationis probetur dominium
locantis, etiam contra conductorem,
& sic, si locans velit rei vendicare rem
locatam, vel datam in emphyteosim
cum solo instrumento locationis in vim
dominij, succumbet, si aliter non pro-
bet dominium, Bart. in l. legata inuti-
liter, numer. 2. ff. de adimendis legat.
Alexand. consil. 12. numer. 4. in quar-
to, dicens communem; quod verum
est, vt nec præsumptiue censeatur pro-
batum dominium, Bart. in dict. l. lega-
ta inutiliter, ff. de adim. legat. Alexan.
in l. si alienam, num. 3. solut. matrim. So-
cin. consil. 166. num. 11. in secundo, nec
etiam respectu ipsius emphyteotæ cen-
sebitur probatum, Afflictis decis. 14. nu-
mer. 8. Roman. cons. 161. numer. 12. in
primo, Valasc. de emphyt. quæst. 9. nu-
mer. 3. Barbos. in dict. l. si alienam, nu. 78.
latissime Mascard. conclus. 542. num. 1.
Bart. in d. l. legata inutiliter, Ruinus
cons. 161. num. 18. in primo; dicens, quod
licet per instrumenta antiqua probetur
dominium, Doctores in l. cum aliquis,
C. de iure delib. tamen in nostro casu,
licet instrumenta sint antiqua, per illa
non censebitur probatũ dominium, Va-
lasc. dict. quæst. 9. numer. 5. probatur ista
conclus. per l. ad probationem, C. loca-
ti, cap. inter dilectos. circa fin. de fide in-
strum. quod tandem tenet tota Schola
consulentium, & scribentium, secundũ
Mascardum vbi supra. Itaque, vt loca-
16 tor, vel concedens emphyteosim obti-
neat in iudicio petitorio, debet aliàs
probare dominium, Curtius iun. cons.
41. nu. 8. in primo, aliàs potest quæst. do-
minij referri contra locatorem, Alexan.
cons. 54. nu. 7. in quarto, Afflict. decis. 12.
numer. 8. & decis. 14. Decius consil. 28.
num. 3. & cons. 46. post num. 4. est com-
munis, vt per Villalob. in suis com. ver-
bo dominium non probatur, & verã, &
cõmunẽ dicit Mascar. d. concl. 542. n. 7.

 & hoc

& hoc non obstante, quod iste colonus, & emphyteota habeat causam à dante etiam Ecclesia, Barbosa vbi supr. numer. 58. & 71. Vbi sicut quando rei vendicatio intenditur aduersus eum, qui à vindicante causam non habet, si vendicanti opponatur exceptio de dominio alieno, debet probare se dominum esse, iuxta l. 2. de probatio, aliàs absoluetur reus, etiam si nihil præstiterit, l. fin. C. de rei vindicatione: sic etiam si rei vendicatio intentetur aduersus eum, qui causam tantum habet à vindicante, absque confessione, & recognitione expressa dominij, idem erit: quia poterit refricari de dominio per supradicta; sicut & emptor potest refricari de dominio contra venditorem, & contra alium agentem hypothecaria ad rem venditam antea sibi obligatam à venditore; non enim ille causam habens, ex eo solo fatetur dominum esse; quia potuit vendi res aliena: licet è conuerso ille, à quo causam habeo, vel qui mihi rem suam obligauit, vel titulum concessit, non possint refricari de dominio, & se dominos esse negare, quia allegarent turpitudinem suam, & committerent mendacium per l. si inter, §. 1. de pignor. Negusantius de pignoribus, 3. membro 8. par. principalis, numero nono, & decimo.

Hoc autem, quod per † contractum locationis, & emphyteosis non probe-
7 tur dominium; sed imo conductor, & emphyteota possint refricari quæstionem dominij, procedit, quando locator, & concedens agunt actione reali, & sic rei vendicatione; secus autem, quando locator ageret actione personali contra conductorem ex contractu locationis, vel dominus directus contra emphyteotam ex vi contractus: tunc enim probatur dominium dantis per solum instrumentum; imo recipiens non potest refricare quæstionem dominij contra dantem, & locantem, l. si quis conductionis, C. locati Paul. in l. comodare, numer. 3. ff. cõmodat, Mascardus vbi supra, numer. 8. Hoc verum, si opponat de dominio alieno, secus si de proprio opponentis dominio, nam potest opponere contra locatorem: quia concludit locationem non valuisse, l. neque pignus, de pigno. non tamen opponet de dominio alieno; quia ea exceptio non concludit actionem ex locatione actori non competere, quia res aliena valide potest locari, l. rem alienam de contrah. emp. l. nemo, C. de locato, Felin. in dict. cap. inter dilectos, num. 8. Barbosa alios allegans, num. 74. & 77. Si tamen ageret locator ex conductione, l. si quis conductionis, tunc ex priuilegio illius, l. nullo modo opponeret, secundum Barbos. vbi supra. Vnde si ego pupillus ago contra te, non rei vindicatione, sed actione personali ad rescindendum contractum, per quem pater meus alienauit in te, sub prætextu, quod ille contractus est nullus, vel ago contra te ad recuperandum prætium domus per patrem meum tibi locatæ, vel venditæ, non poteris obijcere de defectu dominij; quia ego non ago actione reali propter dominium, sed solum actione personali, ad supradicta.

Et hinc fit, quod quando quis se fundat in fideicommisso, vel in aliquo alio vinculo non potest refricare quæstionem dominij contra vinculantem; quia acceptando vinculum remansit obligatus.

Sed dices, quod hæc non satisfaciũt, licet in se verissima sint: quia argumentum loquitur, quando vltra instrumentum locationis datur solutio, & receptio pensionum; quo casu Doctores in contrario allegati tenent, præsumptiue probatum esse dominium locantis, vt apparet ex allegatis per Mascardum, conclusione 545. numer. 1. & 3. Ad id respondendum est idem, quod supra

supra, scilicet, neque per hanc solutionem simul cum instrumento locationis, vel emphyteosis censeri probatum dominium, etiam aduersus conductorem, vel emphyteotam: ita Barbosa dict. l. si alienam, numer. 78. in fine, & numer. 85. vbi expresse id tenet. Ea ratione ductus, quia soluens potuit errare, putans rem esse dantis; cum re vera non esset, sed vel sua, vel alterius, l. cum falsa, C. de iuris & facti ignoran. qui error in dubio præsumitur, quandiu aduersarius non probat dominium, nisi per solum instrumentum concessionis, l. ad probationem, C. de locato, & ibi Baldus numer. 7. Quo casu per errorem dicitur soluisse existimans rem esse dantis,
18 quia in dubio præsumitur, † ignorantia potius, quam scientia, l. quod adhibitus, C. de his qui sibi adscribunt, Bald. in l. 1. in fin. de legibus, & in l. obseruare, §. proficisci, quæstione trigesimanona, de officio Proconsulis, & Legati, Bart. in l. quoties, §. 1. de hæred. institu. Iasson. in l. si per errorem, numer. 10. de iurisdictione omnium iudic. Alexand. consil. 65 numero 11. in principio, & consil. 27. in principio, volumine secundo, Decius consil. 175. num. 5. Thomas Grammaticus decisione 60.
19 numer. 6. & ideo † qui scientiam, & contrarium animum allegat probare tenetur, l. quoties, §. qui dolum, l. dolus, ff. mandat. l. dolum, C. de dolo, capite final. de renunciatione in sexto, quod maxime in delictis procedit, vt latissime Ioan. à Rojas in tractat. de hæretic. prima part. à numer. 192. cum se-
20 quentibus, & cum sit † species seruitutis emphiteotica qualitas, & non allodialis, l. si tibi homo, §. fin de legat. 1. & prætendens seruitutē adstringatur onere probandi talem seruitutem, l. sicuti, §. sed si quæratur, ff. si seruitus vēdicetur, & ibi Paul. numer. 8. simili modo dicendum est, † quod teneatur probare,
21 qui concessit emphiteosim, vel locationem, dominium si agat rei vendicatione, aliàs succumbet, non obstante, quod doceat de solutionibus: in terminis, Alciat. respons. 9. numer. 9. Valasc. de emphyteos. quæstione nona, numero vndecimo, nisi esset longo tempore facta illa solutio pensionum; quo casu præsumptiue probatur dominium, vt dicemus, aliàs autem non censetur probatum per solutionem pensionum, licet probetur possessio: vnde Bald. & alij allegati in prima ratione dubitandi deuiant à veritate, vel intelligendi sunt vt saluentur, quod ex præstatione pēsionis colligatur solum præsumptio, quod ille, qui soluit pensiones, existimabat illum cui soluit esse dominum illius rei, non autem, quod colligatur confessio dominij accipientis pensionem, quæ credulitas non inducit ius probationis, quæ conciliatio colligitur ex traditis per eundem Bald. in l. si certis annis, num. 10. C. de pact.

22 Alio modo respondetur ad primum argumentum, † quod dato, & non concesso, quod per locationem, & emphyteosim cum perceptione pensionū inducatur præsumptiua probatio dominij, verum hoc procedet contra conductorem, & emphyteotam; secus contra tertium, contra quem nulla probatio dominij insurgit, etiam præsumptiua; quia sola solutio census, & pensionum non probat dominium contra tertium, nisi probetur de possessione triginta, vel quadraginta annor. Alexan. consil. 8. numer. 2. in secundo, Boerius decisione 105. numer. 13. Bursat. consil. 26. numer. 31. versic. secundo dicit, lib. 1. Mascard. dicta conclus. 545. numer. 2. quod etiam probatur, quia similiter licet per instrumentum locationis, & emphyteosis probetur possessio dantis, vt dixi in 2. ratione dubitandi, non tamen in præiudicium tertij, vt ibi dixi, & infra dicetur latius; sic etiam, licet ex locatione cum solutione pensionū probetur possessio contra tertium non possessorē, non tamē cōtra tertiū possessorem, Barbos. num. 80. in fin. Gabriel di-

cta concluf. 4. num. 5. sic in casu nostro contra tertium non censebitur probatum dominium, hic autem sumus in casu isto, quoniam tertius omnino est iste Ioan. Faxarnes obtinens; quia respectu bonorum apprehensorum non est successor Ioannis Faxarnes recipientis, sed vxoris suæ auiæ dicti Ioannis, veræ dominæ dictorum bonorum, & sic non potuit, neque auiæ vxoris, neque sibi nocere ille contractus tributationis; cum nec dans, nec recipiens essent domini, sed tertia persona, scilicet vxor recipiẽtis, à qua descendit Ioannes nepos, qui hic obtinuit, vt apparet per motiuum, quod ponitur in fine.

23 Ex hoc resultat, quod † si non datur, & præsuponitur dominium hic in dante ad tributum, non potuit ipse, nec etiã sui successores resoluere dominium vtile, nec possessionem naturalem per cõmissum; quia defecit illud principium attractiuum dominij directi, in vim cuius asserit pars fieri resolutionem, vt in contrario; sed quia neque id etiam con cedendũ est, scilicet, quod dominium resoluat possessionem, cum sit à veritate alienum, ideo opportet aduertere, quod tota vis consolidationis, & resolutionis, non pendet à solo dominio directo dantis, sed etiam à possessione ciuili illius: vnde principia attractiua dominium vtile, & possessionem resoluentia, non in solo dominio, sed in dominio, & possessione simul dominij directi tempore tributationis consistunt, taliter, quod ad resoluendum dominium vtile principium attractiuum sit dominium directum, quasi dominium directum per commissum trahat ad se, & resoluat dominium vtile, & cum eo consolidetur. Ad resoluendum vero, & consolidandum possessionem naturalẽ principium attractiuum consistit in possessione ciuili domini directi; quasi possessio ciuilis attrahat ad se, & resoluat possessionem naturalem, & cum ea consolidetur, & sic dominium directum sit principium attractiuum dominij vtilis, possessio vero ciuilis sit causa attractiua possessionis naturalis, Bald. in l. 1. numero 38. quæstione 46.

24 ff. de rerum diuisio. vbi dicit † proprietarium habere possessionem imaginariam, quæ ciuilis est, corporalem autem, siue naturalem esse pœnes vassallum, & ita finito feudo ciuilem attrahere ad se naturalem; iam ergo secundum Bald. possessio possessionem attrahit, idem Bald. in capit. cum venisset, numero quinto, de restitutione spoliatorum, dicens proprietatem, & ciuilem possessionem esse pœnes dominum, naturalem vero pœnes emphi-

25 teotam, & subdit † naturalem possessionem finita concessione temporali ipso iure consolidari ciuili possessioni, sequitur Abb. in cap. cum venisset, numero septimo, vbi supra. Vbi si habens possessionem ciuilem ingreditur naturalem vacantem, non dicitur de nouo adquirere possessionem, sed potius con tinuare suam possessionem ciuilem, nam naturalis possessio est accessoria ad ciuilem, & dicit, quod licet ex noua possessione soluatur gabella, iste sic ingrediens non tenetur soluere; quia non adquirit de nouo, sed conseruat antiquam possessionem: Nos late decisione vigesimaquinta, numer. 78. in primo, & decisione sexagesimatertia, à numer. 16. cum sequentibus: vide Iassonẽ in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, numer. 73. ff. de adquirenda possessione. Vbi quod finito feudo, & emphiteosi, ciuilis possessio trahit ad se naturalẽ, Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum, colũna 7. de constitutionibus, & idem in re concessa ad censum vitalicium, tradit idem Bald. in dict. cap. cum venisset, colum. 2. & in cap. ex parte, de feudis, Franchis. in 4. part. feudorum, col. 57. Sucin. Iass. in l. possideri Nerua, ff. de adquir. possess. Bald. consl. 9. in 3. & nos dicta decis. 25. n. 96. & hæc cõsolidatio fit, nõ per viã transmissionis alicuius iuris, sed per modũ priuationis, & anihilationis ipsius cõcessionis: Nos decis. 63. n. 31. Ex quib⁹ sequi-

sequitur, quod si pœnes concedentem non reperitur possessio ciuilis de tempore concessionis, non poterit attrahere naturalem, neq. ex emphyteosi, feudo, & similibus, sicut etiam si non fuit dominium directum, nec resoluetur vtile; cessante enim principio attractiuo & causa influente, non potest produci causatum resolutionis & consolidationis; quia non plus iuris esse potest in causato, quam in influenti potentia causæ, Bald. in l. 1. quæst. 6. ff. de Senat. quem refert. Molin. de Primogen. lib. 3. capit. 5. num. 46. & hæc sunt principia attractiua, de quibus Doctores loquuntur in pacto legis commissoriæ, & de retrouendendo, feudo, emphyteosi, adiectionis in diem, manus adiectionis. Ex quo infertur quod resolutionis & consolidationis vnica est causa, vnicum principiũ, nisi quod resolutio consideratur respectu vassalli, emphyteotę, feudatarij & similium; quorum iura per commissum resoluuntur, moriuntur, anihilantur, & extinguntur; consolidatio vero consideratur respectu domini, & possessoris cõmissantis, in quo illud ius, extinctum in vassallo & emphyteota, reintegratur, vel verius loquendo, ius directi dominij, & ciuilis possessionis reassumit vires vtriusq. dominij & possessionis, quæ ligatæ erant, & suspensæ per concessionem feudalem, vel emphyteoticariam, sicut lumen Solis à nube impeditum per illius resolutionem reintegratur; & tamen Sol nihil de nouo adquirit, sed quod impedimentum tollitur; sic dominium directum & possessio ciuilis, sublato impedimento concessionis plenarie operantur, dominium directum in vtile, possessio ciuilis in naturalem; & hoc est, quod dici solet, quod hæc resolutio fit, nõ per viam transmissionis, sed resolutionis; sunt autem resolutio, & consolidatio correlatiua, nam tantum quantum resoluitur in vno, consolidatur in alio, & è contra, ad formam agentis naturę, per quod non plus generatur, quam quod prius corruptum sit. Iam igitur applicando, quando diceremus probari dominium in dante, in aliquo casu (vt supra in casu nostro, quod tamen negamus) tamen non data possessione ciuili in eo, non potuit resoluere possessionem naturalem, quia dominium non est quod resoluit possessionem, & sine possessio ne impossibile est obtinere in iudicio possessorio, & quia in hac materia resolutionis, & consolidationis dominij & possessionis reperiuntur quædam motiua pulchra, & multum bene elaborata præstita in Processu Iuratorum Cęsarauguste, super apprehens. in artic. iurisfirmarum, sub diebus 5. & 8. Februarij anni 1601. in Curia Iustitiæ Aragonũ, ideò inseruntur, prout sunt infra in litera A.

26 Neque obst. secunda ratio † dubit. quia ex eadem met ratione resultat manifesta solutio, quod scilicet contra contrahentes, & eorum hæredes, & successores probetur possessio per solũ instrumentum locationis; Gabr. vbi sup. n. 14. Mascard. d. concl. 1186. num. 17. secus autem quoad tertios extraneos, quorum respectu non probatur possessio per solum instrumentum locationis, ita declarat Barbos. d. num. 80. Mascard. vbi sup. num. 1. iuncto nu. 17. Gabriel etiam n. 1. iuncto num. 14. vt apparet in motiuo infra posito sub litera B. In nostro autem casu, iste Ioannes Faxarnes, non est recipiens, neque successor recipientis in re cõducta, licet sit illius nepos, habet nãq. rem ab auia vxore recipientis, & probauit tempore tributationis non fuisse aui recipientis, neq. concedentis, sed potius auiæ suæ, a qua ius & causam habet, & in hoc casu, quando scilicet tertius probat rem tempore concessionis non fuisse dantis, nec recipientis, sed tertij, à quo causam habet, tunc cessant omnes probationes præsumptiuę dominij, & possessionis, quæ per concessionem emphyteosis & locationis, & per solutionem pensionum à Doctoribus colliguntur, & hæc de secunda ratione dubitandi.

27 Nec obstat tertia ratio, † quæ in se verss-

verissima est,quod scilicet ex solutione pensionum cum instrumento locationis & emphyteosis probetur possessio etiã contra tertios:nam illud intelligendum est aduersus tertios non possessores, secus autem,si ille tertius eo tempore esset in possessione;nam tunc neq. per locationem & emphyteosim coniunctam cum receptione pensionis censebitur probata possessio illius, cui soluitur,in præiudicium tertij possidentis, vt in fracgmento motiui sub litera B.Nam eo casu licet mihi soluatur pensio, non ob id probatur,quod ego posideam,neque tertius posidens priuatur sua possessione,l.quamuis.§.si conductor,& ibi Bart. num.1.de acquiren.possess. l.Pomponius & ibi Bart. ff. quibus modis vsusfructus amittatur, Corneus cons. 6. nu. 4. in 3. Menoch.de retinend. remed 3.nu. 567. Beroius,Xuarez, Boher. & alij allegati per Barbos.num.81.Mascard.concl.1185. num.14.Vbi allegat quam plures, & in num.16. bona limitatio ad materiam:idẽ Mascard.concl.1186.num.10.& num.15. Gabriel tit.de locat.conclus.3. numer.5. Vbi in præiudicium tertij posidentis,nõ probatur possessio per locationem & solutionem pensionum.Bal.in d.l.qui vniuersas.§.qui per colonum allegat Gabriel multos alios.Sed in casu nostro(vt dictum est)iste tertius posidet,ergo solutiones,etiam ab eo factæ non probant possessionem aduersus eum posidẽtem; & licet idem ipse nepos & possessor soluerit pensiones, nequaquam ei obstat, licet videatur astringere,quia sicut emphyteota soluente, non probatur dominium domini directi,quia potuit, & præsumitur errasse; sic etiam hic; maximè ex quo probauit errorem, probãdo rem esse alterius,quam dantis & recipientis: quo casu,nec solutiones,nec recognitiones nocent,vt dicetur in responsione ad vltimum argumentum,& in expresso Aymon cons.157.num.15.vers. tertio respondeo, vbi probato de tempore tributi quod res erat alterius,quam dantis, non nocent solutiones pensionum, nec probatur possessio, nec dominium.

28 Nec obstat quarta ratio;quia † etiam si confiteremur probari dominiũ per solutionem 10. annorum in hoc casu (sicut per 30. annos, & 40. sine dubio probatur)adhuc non obesset; quia dominium non est principium attractiuum possessionis, sed possessio ciuilis; & sic dominium non resolueret naturalem possessionem, & deficiente possess. non potest obtinere.Secundo respondetur hoc esse intelligendum in præiudicium soluentis & successorum,non autem in præiudicium tertij, vbi de graui præiudicio agitur,& licet iste lo.sic soluerit; tamen quia probauit rem non esse donantis, nec recipientis emphyteosim: ideo non præiudicauit,sibi hęc longa solutio, cũ nõ posit dici successor recipiẽtis in re litigiosa, & quia docendo prout docuit rem non fuisse locantis,resultat solutionem ab eo factam fuisse erroneam,& sic non nocet sibi vt infra.

29 Quinta & vltima ratio † dubitandi, non obstat scilicet, quod recipiens in emphyteosim, vel locationem,censetur fateri dantem esse dominum, & per hãc recognitionem dominium transferri; hæc enim ratio & falsa est, & non concludit etiam si diceremus, quod recipiens fatetur dantem esse dominũ,quod falsum est.Sed quia hic inuoluuntur variæ quæstiones, in materia recognitionum dominij,opportet dilucidare materiam hanc,non minus necessariam quã subtilem.Et 1. quando † reus non habet

30 causam à rem vendicante potest refricare de dominio alieno,& nisi agens probauerit dominium absoluetur reus, l. fin.C.de rei vindicatione, & idem erit, etiam si reus habeat causam solam à vindicante per locationem, emphyteosim,vel aliàs,vt diximus in responsione ad primum argumentum, vbi quod per solum contractum non probatur dominium,quando nihil aliud interuenit,quã habere causam à vindicante per contractũ.Si vero amplius processum sit,veluti quia conuentus tempore contractus expresse

presse agnouit rem esse illius, à quo cau
sam habet (si ille à quo accipit,sit parti-
cularis, & non Ecclesia) veluti,vel quia
id expresse recognouit,vel quia accepit
31 in emphiteosim,nam paria † sunt in em-
phiteosim, vel feudum recipere,vel ex-
presse recognoscere, Valasc. quæst. 9.
numero. 18. vers.sed confestim; & tunc,
in his terminis distinguendum est: aut
enim quærimus, an ex sola hac recog-
nitione obtinere debeat,qui dedit ad tri
butũ vel locationẽ,taliter quod ei nõ pos
sit reffricari de dominio ad effectum vt
teneatur probare se dominum, & di-
cendum est,quod vendicanti,& agenti
rei vendicatione nõ possit opponi,quòd
non sit dominus,transferẽdo in eũ onus
32 probandi;nam per † recognitionem ac-
cipientis satis probat suam intentionẽ,
& obtinebit,l.generaliter, C.de non nu
mer.pecun.l.Publia.§.fin.ff.de pos.&
non obstante tali exceptione obtinebit
se dominum declarari aduersus illum
qui recognouit, Guido Papæ,decis.272.
Bart.in l.cum falsa,num.8.C.de iur.&
fact.ignor.Menoch.consil.1. num.90. in
prim. Petra, de fideicommis.quęst.13.n.
301. & 317. Barbos. vbi supra, num. 72.
Aut vero quærimus,an contra rẽ vindi-
cantem possit opponi de dominio alie-
no,& dicendum est quod sic,& hoc ope
33 ratur recognitio, quod recognitus † re-
lebatur ab onere probandi dominium,
& onus probandi transit in recognoscẽ-
tem,qui si hoc probauerit resultabit re-
cognitionem esse falsam, & erroneam,
& sic ei non pręiudicabit, ita procedit
l.cum falsa.C.de iur.& fact.ignoran. Ia-
cobin.in tract.de feud.verbo dictiq.vas-
salli.num.21. pag.93. Aymon.consil.157.
num.8. Menoch. consil. 1. num. 91. in 1.
Phanuc. de inuentar. 7. par. num. 243.
Siluan.consil.57.num.39.& sic sunt acci-
piendi Aymon cons.157.num.7. & alle-
gati per eum,& per Petram de fideicom
mis.quæst.13.num.304.Ruinus.consil.13.
num.7.in 4. Vnde confessio, seu recog-
nitio nocet confitenti donec doceat de
errore,cap.fin.de confes.Aymon consil.
411.nu.58. Phanuc.de inuentar. 7.p. nu.
243.Ruin.consil.14.num.9. in 4.Barbos.
latius, num.73. semota tamen recogni-
tione vindicanti incumberet onus pro-
bandi dominium. Neque his obstabit
Speculator.in titu.de locato. §.nunc ali-
qua, versic. 52. & ibi Ioan. Andre.vbi;
34 quod recipiens † rem in emphyteosim
ab Ecclesia, tanquam domina illius rei,
ex tali concessione non probatur domi-
nium Ecclesiæ, etiam inter easdem par
tes,Ruin.dict. cons.14. num.2. cui acce-
dit tex.in l.ad probationem. C.de loca-
to, & cap. inter dilectos de fide instru-
mentorum, in quibus per hanc conces-
sionem emphyteosis,& locationem non
probatur dominium locatoris. Respon-
35 deo enim † quod procedunt illa, quan-
do conceditur res in emphyteosim ab
Ecclesia,vel ab alio tãquam propria, nõ
data ex parte recipientis expressa reco-
gnitione; tunc enim sola datio non pro-
bat dominium, etiam Ecclesiæ, Bart. in
l.legata inutiliter, num. 2. de adimend.
36 legat. & per solam † locationem nõ pro
batur dominium,etiam aduersus condu
ctorem,quia potuit locari res aliena va-
lide.l.rem alienam,de contrahend. em-
ptio.Felin.in dict.cap.inter dilectos,nu-
mero 8. Afflict. decis. 14. num.8. Socin.
consil.166.num.9.in 2.Alexan. consil.12.
num.4.in 4. & licet conductor videatur
recipere rem locatam tanquam à domi
no,l.à quo 20. de vsucap. tamen non ob
id fatetur illum esse dominum, sed tan-
tum,quod tãquam talis locauit,& quod
accepit ab eo quasi asserente rem esse
suam, vt diximus supra late in respon-
sione ad primum argumentum. At si re-
37 cipiens † expresse recognouisset rem
esse in dominio Ecclesię,vel alterius,per
eam recognitionem censetur probatum
dominium in eo sensu,vt standum sit re-
cognitioni tanquam verę,donec contra
rium doceatur,Aymon, cons.411. num.
58.Ruin.cons.14.num.9.in 4. vt supra la
tius,quidquid dicant relati per Petram;
vbi sup.num.309: dictat alia ratio, † per
38 hanc recognitionem non censetur probã

tum

tum dominium; quia in locatione, & emphyteosi, & similibus agitur principaliter de locatione, emphyteosi, feudo, venditione, & mentio dominij venit incidenter per verba enuntiatiua; & tunc confessio dominij per verba enuntiatiua non probat, etiam inter partes; quia non sunt verba dispositiua principaliter, & propter se prolata, sed sunt enũtiatiua incidenter, & propter aliud prolata, & sic non probant, etiam inter easdem partes, si de enũtiato postea principaliter agatur, nisi aliquid extrinsecus accedat, quod confessionem confirmet, cap. illud, de præsumptionibus, & ibi Butri. Iasson in l. iuris gentium. §. quod fere, numero 3. de pact. Decius consilio 389. numero 9. Aymon, de antiquitate tempor. 1. part. section. 4. l. non nudis, l. non epistolis, C. de probat. l. ex his verbis, vbi omnes, C. de testamen. Decius, consil. 213. num. 12. Crauet. vbi sup. par. 1. sectio. 1. num. 7. Et solùm prædicta verba

39 † enunciatiua probant inter easdem partes, quando sunt necessaria ad validitatẽ actus, qui principaliter geritur, l. optimã C. de contrah. & cõmiten. stipul. & hoc ad eius validitatem tantum, aliàs autem non probabunt, si de enuntiato postea in alio processu principaliter agatur, ita vltra prædictos Mathesillan. Singul. 80.

40 in locatione † autem, vel emphyteosi, & similibus ad validitatem actus, nõ est necessarium dominium enunciatum in confessione, & recognitione; nam potuit locator rem alienam locare, l. rem alienam de contrah. empt. ergo confes-

41 sio dominij per verba enunciatiua † non probat dominium enunciatum, etiam inter easdem partes in alio processu; nisi aliud accedat vt supra. Imo, quando cõfessio dominij fieret principaliter, assertiue, & per verba dispositiua; vt quia accipiens in locationem, vel emphyteosim fateretur verum esse, quod ea res esset locantis, & tanquam talem eam recipiebat, tunc talis confessio probaret contra confitentem, quandiu contrarium non ostenderetur, cap. fin. de confess. vt supra dixi, ita distinguendo materiam declarant Bald. in dict. l. ad probationem, numero 7. C. locati, & l. si certis annis, nu. 10. C. de pact. Iasson, in l. 2. num. 177. C. de iure emphit. Aymon consil. 411. num. 57. & consil. 157. num. 15. versic. tertio respondeo. Ex quibus colligo ego differentiam, an hæc recognitio Dominij fiat incidenter, per verba enunciatiua, veluti accipio in locationem talem rem à Petro, vel Ecclesia domino, & domina illius rei; vel quod principaliter fiat confessio dominij per verba dispositiua, & assertiua, vt si accipiens in locationem dicat, & confiteor rem esse locatoris, & tanquam suam accipio: nam primo casu nullum probatur dominium vere, nec præsumptiuè per dictam locationem, & confessionem dominij; nam cum non obstante confessione per verba enuntiatiua teneatur locans probare dominium in rei vindicatione, l. ad probationem, C. de locato, cap. inter dilectos, de fide instrumentorum, resultat non præsumi dominum; cum alias contraria præsumptio liberaret ab onere probandi, l. si adulterium. §. idem Pollioni, de adulter. Riminal. consil. 410. nu. 4. in 3. Quod procedit, non solum quoad tertium, sed & quoad conductorem, Valascus de emphyteosi, q. 9. nu. 3. Ruin, cons. 161. nu. 17. in 1. & sic cauendum est ab Alciat. responsi. 9. num. 10. Gozad. cons. 94. num. 57. & à Bart. in l. non ab re. num. 3. C. vnde ui, Paris. consil. 104. num. 84. in primo asserentibus, probari in hoc casu dominium præsumptiuè, quod falsum, nisi eos intelligas, quando de dominio incidenter ageretur ad causam principalẽ: quia tunc ad probationem præsumptiuam dominij sufficit sola possessio, Bartol. in l. quidam in suo, de conditionibus institutio. & Menoch. lib. 6. præsump. 63. n. 13. & locator per conductorem possidet; l. quod meo, de acquir. pos. & ex consequenti, per locationem censetur præsumptiuè probatum dominium, ita declarat Alex. consil. 10. num. 4. in 4. Menoch. de recuper. possess. 11. remed. num. 31. Sicut

quando

quando quis agit Hypothecaria contra debitorem principalem, tenetur probare dominium directum, vtile, vel quasi, Bartol. in l. rem alienam, de pignoratitia actione, hoc autem probabitur probata possess. & allegato dominio, seu quasi; quia hic probatur dominium per possessionem, de quo Nos, decis. 42. in primo. Secus autem esset, si de dominio principaliter ageretur; tunc enim, nec per locationem, nec per confessionem enuntiatiuè emissam censetur probatum dominium, etiam præsumptiuè. In secundo vero casu supradicto, quando confessio dominij fieret principaliter, & assertiuè, tunc talis confessio probaret contra conductorem, quousque contrarium
43 probaretur, vt supradixi. Superiora † autem, quod censeatur probatum dominium quousque contrarium probetur, ita intelligẽda sunt, ne decipiaris, vt per talem cõfessionem extraiudicialem principaliter, & assertiuè factam in cõtractu locationis, vel emphyteosis, vel si sola fiat expresse, de per se, censeatur probatum dominium locantis ex antiqua causa ad illum pertinere, nõ vero, quod per confessionem transferatur dominium, quod aliàs nunquam fuit pœnes locatorem; etiam si confessio sit scienter facta, hoc est, quod confitens sciat rem esse suã non alienam tempore conductionis, & confessionis, eleganter Guido, decis. 272. Ratio est, quia quando ista confessio, & recognitio fit sola sine aliquo contractu emphyteosis, locationis, vel feudi, tunc nulla interuenit traditio expressa, vel
44 ficta; & sine ea † ex sola voluntate domini, neq; dominium transfertur in alium, l. traditionibus. C. de pact., neq; etiam amittitur. l. si quis vi, §. differentia, de acquir. possess. ita tenent Bartol. in l. cum falsa. num. 4. C. de iur. & fact. ignoran. melius Guido vbi sup. Aretin. consil. 14. num. 6. Menoch. consil. 91. num. 38. in pri
45 mo: quin imo, si hæc confessio † & recognitio fieret cum mixtura alicuius cõtractus ex supradictis, nequaquam per eam dominium trãsferretur: ex eo, quia licet præsumatur donatio ex illa confessione scienter facta in contractu, in quo res locatur, vel datur in emphyteosim, Bald. ad Specul. titu. de feud. ad fin. versic. si rem meam, Curt. Iun. consil. 140. num. 6. Roland. consil. 2. num. 109. in 1. Menoch. consil. 1. num. 63. in primo, Barbos. num. 90. iuxt. regul. legis, cuius per errorem, de regul. iur. communis, vt per Barbos. vbi supra, & num. 87. & hoc data sciencia, tam recipientis, quam dãtis, Barbos. num. 91. & hæc donatio erit præsumpta, si sciencia non sit expressa in dispositione, in qua res datur in emphyteosim, Ita Bartol. in dict. l. legata inutiliter, de adimend. legat. Barbos. nu. 88. qui ita intelligit, Bartol. num. 90. nã si sciencia exprimatur aliud est, vt infra. Iam igitur licet præsumatur donatio ex sciencia, & ex contractu receptionis, succedit regula; quod quando concurrit fi-
46 ctus † titulus, & ficta traditio dominium non transfertur, ne detur duplex specialitas, l. 1. C. de dot. promiss. Aret. vbi sup. Ruin. cons. 40. num. 12. in primo. Paul. consil. 11. in 2. comunis, vt per Alexand. consil. 9. num. 10. in 5. Corneus 301. nu. 8. in primo. Nata, consil. 26. num. 1. in prim. Bartol. in l. iuris gentium. §. quin imo nu. 20. ff. de pact. Alexã. in l. si aliquam rem,
47 num. 21. Quod si hæc confessio † non fieret cum hac sciencia; tunc, & in dubio potius præsumeretur error, & non præsumeretur donatio, iuxta regulam, l. cum de indebito, de probatio. Cuman. consil. 165. col. 1. in terminis Bald. in l. ad probationem, num. 9. C. locati, Barbos. vbi supra, num. 87. Nam magis creditur errasse, & per errorem rem accepisse in emphyteosim, & locationem, credendo rem suam esse Ecclesiæ, vel alterius concedentis, quod in dubio præsumitur: vnde error sibi non nocebit, d. l. cum falsa, & l. ad probationem. vbi Bald. num. 9. Aretin. vbi sup. num. 8. Ex quibus omni-
48 bus † colligitur, quod si hęc recognitio fiat expresse, sola de per se, in fauorem particularis personæ (nam secus esset, si fieret in fauorem Ecclesiæ, l. fin. C. de sacro:

crof.Eccles. Bartol. in dict.l.cum falsa, num.4.C.de iur.& facti igno.)non transferret dominium, ex quo nulla traditio vera, vel ficta interuenit vt supra; quod si fieret in contractu emphyteosis, vel locationis simpliciter asserendo, & recognoscendo rem esse concedentis, nequaquam dominiũ transferretur in vim recognitionis, sed induceret tantum probationem dominij ex antiqua causa; cui confessioni stabitur donec contrariũ probetur, secundum Guid. vbi supra, & sic esset practicanda hæc theorica hoc modo, quod scilicet, recognitus articulet rem fuisse suam ex iustis titulis, & possessionem etiam suam, & ad id probandum adducetur illa recognitio, per quam probabitur veram esse articulationem, & sic obtinebit recognitus, non in vim dominij trãslati per confessionẽ, sed tantum probati, cui probationi tenetur stari confitens, & recognoscens, quousq; contrarium probetur; sic declarant Guido. vbi supra, Barbos. num.94. prout sic fuit iudicatum, & motiuatum per dominos Locumtenentes in processu Iuratorum Cæsaraugustæ super apprehensione de la Mijana in motiuo, quod est in lit.C.

Quare licet probaret dominium confessio, & recognitio, non tamen transferret dominium, quia licet pręsumptus

49 † animus collectus ex scientia vtriusque partis præsumptam, & validam donationem inducat, Bartol. in l.1. num.2. de donat. Aretin. in l. si aliquam rem, colu.1. ff. de acqui. pos. Barbos. vbi supra, num.88. & 90. versic. limitatur tamen, & etiam ex receptione rei propriæ in emphyteosim, vel locationem resultet ficta traditio; tamen ex ficta traditione, & ficto, seu præsumpto titulo non transfertur dominium, vt supra.

Verum tamen est, quod ex huiusmo-

50 di † recognitione expressa, & scienter facta, idest cum scientia vtriusque partis, siue fiat sola de per se, siue in contractu emphyteosis, locationis, vel feudi non transmititur dominium ex commu-ni, quia tam ficta est traditio, quam etiã donatio præsumpta; inducitur tamen præsumpta donatio collecta à scientia partium, per quam is cui res videtur donata agere poterit condictione ex lege. Si quis argentum. § penult. C de donat. vt res sibi donata, per traditionem verã in se transferatur, ita Barbos. vbi sup. nu. 91. qui tex. loquitur etiam in donatione

51 presumpta, † quando presumptio donationis, seu tituli oritur generaliter ex cõiectura generali ad omnes personas, & res, vt est illa, de qua in l. cuius per errorem, de regul. iur. quia cum tunc non dicatur speciale, quod præsumatur donatio, sed sit generale in omnibus, non offenditur, l.1. C. de dotis promissione, latè Tiraq. in l. si vnquam, verbo donatione largitus, num. 168. C. de reuocand. Barbos. vbi supra num.91. in fin. 92. & 94. post principium. Secus autem, quando præsumeretur donatio, siue titulus in aliquo casu particulari propter qualitatem particularem personarum, vel rerum; in ea enim non procederet, dict. l. si quis argentum, quia tunc esset speciale, quod donatio præsumatur, & ne concurreret alia specialitas, scilicet, quod ex pacto nudo donationis detur actio, non haberet locum l. si quis argentum, ita Bartol. in d. §. quinimo, & ibi Iass. num.21. Galiaula in rubrica de verborum obliga. nu.92. Barbos. n.91. declarat Barbossa vbi sup. & n.89. Vbi dicit etiã, quod præsumptio donationis est generalis ad omnes personas, & res, quod tunc illa præsumpta donatio cũ ficta traditione transferret dominium. Ita declarans Bartol. in l. iurisgentium. §. quinimo. num.20. de pact. sed communis est in contrariũ, vt supra dixi.

Si autem hæc donatio, & titulus non esset præsumptus, sed expresus in contractu, veluti quia aliqũis sciẽs rem esse suam recipiat eam tanquam alienã, expresse donando per hæc verba, do tibi hanc rem meam, & constituo me tuo nomine possidere, vel accipio in emphyteosim, tunc transfertur dominium, & pos-

fessio, nam ex primis verbis expressa colligitur donatio, vnde ficta traditio superueniens dominium trasfert, l. quod meo in principio de acquir. possess. expresse Bald. in l. cum falsa, num. 8. C. de iur. & fact. ignorant. Socin. consil. 11. num. 6. in 3. Ratio est, quia vbi titulus est verus, & ficta traditio transfertur dominium. l. quædam, de rei vindicatione. l. quisquis. C. de donat. & idem est quando titulus est fictus, & traditio vera, nam & tunc transfertur dominiũ, dictis Iuribus, sicut quando tam titulus quam traditio sunt vera, & expressa, vt in l. traditionibus. C. de pact. Ita declarant Iacobus de Rauenis, in dictà l. si aliquam rem, & ibi Alberic. num. 3. Bartol. num. 8. de acquiren. possess. Fulgos. consil. 5. num. 3. Guido vbi sup. Sicuti quando tam titulus quam traditio sunt ficta, non transfertur dominiũ nẽ concurrant duo specialia contra l. 1. C. de dotis promissio. intelligendo quod præsumptio tituli contineat specialitatẽ deductam ex ratione particulari, & limitatã; secus autem, si sit generalis pręsumptio, quoad omnes personas, & res; quia tunc præsumptus titulus cum ficta traditione transfert dominium, secundum Bartol. & alios allegatos per Barbos. dict. num. 89. circa fin. & in hoc differt casus iste à precedenti, in quo non est expressa donatio, sed præsumpta ex eo, quod quis recipit rem propriam sciẽter in emphyteosim; ex quo inducitur donatio pręsumpta, per l. cuius per errorem, de regul. iur. & cum etiam interueniat ficta traditio per verba illa, *recipio in emphyteosim, vel constituo me tuo nomine possidere.* Non transfertur dominium secundum regulas supradictas; in hoc autem secundo casu, cum sit expressa donatio, illa, cum ficta traditione transferet dominium. Ita distinguit Bart. in d. l. cum falsa. num. 6. Valascus. quæstione 9. numero 10.

Quod si autem donatio non sit expressa, quoad verba; sed quoad virtualem necessitatem, tunc idem erit: veluti quando dictum sit, *Ego sciens hanc rem esse meam, eã accipio tanquam tuam in emphyteusim, locationem, vel feudum*: tunc enim expressa est donatio, nam † quod ex conse-

52 quẽtia verborum necessario colligitur, expressum dicitur, & non tacitum l. prætor ait. §. 1. iuncta glos. expressum. ff. de noui oper. nunciati. & ibi Angelus, notabiliter Felin. in cap translato, nu. 5. de cõstitutionibus quod multum nota, ad statutum de stando carthę, & excludens tãcitum, quia non excluderetur tunc hæc nostra coniectura, dixi latè decis. 65. in fin. tom. 1. Cum ergo in hoc casu detur titulus expressus, & ficta traditio, transferretur dominium. l. quisquis. C de donatio, glos. in d. l. si aliquam rem, versic. an quasi; & ibi Angel. num. 3. Aretin. col. 5. Et licet hic, non sit expressa donatio, quoad sonatum verborum, est tamen expressa, quia necessaria ex vi verborum, cum sciencia recipientis sit expressa in dispositione, quo casu expressa dicitur ad effectum transferendi dominium; cõmunis autem opinio de non transferendo dominium per titulum presumptum & traditionem fictam procedit, quando pręsumptio donationis sumitur ex sciẽcia non expressa in dispositione, sed quę extrinsecus, & aliunde probatur, quæ propriè est præsumpta donatio, & non potens ad transferendum dominium cũ ficta traditione, & sic procedit communis opinio, vt benę declarat Barbos. numero 93.

53 Modo aplicando hęc † ad vltimam rationem dubitandi in terminis facti propositi. Respondeo primo, quod illa procedit respectu dominij transferendi per recognitionem recipientis scienter in emphyteosim rem propriam, tanquam alienam. Hic autem agimus de possess. quæ non operatur (vt supradiximus) contra tertium, maxime possessorem, pręsertim docto de contrario, de quo suprà latissime in solutionibus dictum est, & quando de dominio ageremus, & illud posset operari in hoc casu, non obstaret ratio dubitandi; quia illud hic non fuit translatum; ex quo solum fuit celebra-

tus

tus contractus emphyteosis, dicendo, quod accipiebat in emphyteosim rem à B. Villacampa domino; quo casu illa verba enunciatiua nihil probant, sed oporteret vindicantem probare dominiũ suũ, aliàs succumberet; cum hic nulla recognitio dominij expresse detur per verba dispositiua, & principaliter propter se prolata; & quando talia essent, idem forer, quia illa præsumptam donationem inducerent, si scienter prolata essent, scientia non expressa in dispositione, quæ præsumpta donatio cum ficta traditione non transferret dominium: alij autem casus, in quibus transfertur dominium nõ militãt in casu nostro. Quod si dixeris confessione recipientis, & recognoscentis standum esse, vt cum ea solũ concedens obtineat non docto de cõtrario: respondeo, quod illud est quando confessio, & recognitio fiunt expressè de dominio alieno, quod hic non fuit, quid quod, quando adesset talis recognitio, illa tantum operaretur quousque contrarium probaretur; hic autem Ioã. Faxarnes docuit rem non fuisse dantis tempore tributi, sed alterius, à quo causam habet; & sic docuit confessionem fuisse erroneam, & sic merito in eius fauorẽ lata fuit sentẽtia, & recepta propositio, vt videbis per pulchra motiua infra posita sub lit. C. in processu Ioan. de Allue, super apprehensione, die 9. Iulij 1578. in Reg. Aud.

Si autem huiusmodi confessiones, & recognitiones fiunt in fauorem Ecclesiæ, tunc ex sola confessione † transfer-
54 tur dominium, si facta sit scienter; quia ex sola donatione, & recognitione, confessione vè transfertur dominium in eã, Barbos. vbi sup. num. 97. vbi latè, l. final. C. de sacros. Eccles. Bart. in l. cum falsa, nu. 5. C. de iur. & fact. ignor.

A

Motiui fragmentum præstitum in processu Iuratorum Cæsaraugustę supra apprehensione in artic. iurisfirmarum, sub diebus 5. & 8. Februar. Anni 1601. in Curia Iustitię Arag.

Adhuc tamen ex dominio illo non
55 infertur † ad possessionẽ; nõ enim sequitur, quod ex quo quis dominus sit debeat obtinere in possessorijs, aliàs cũ solo dominio apprehenderet quis, & obtineret in possessorijs, quod est absurdũ; & si dicas, iam hic dari possessionem; cũ probato dominio dantis ad tributum ex eius vi attractiua fit resoluta possessio naturalis possidentis, quasi dominiũ ipsum resoluat possessionem naturalẽ; argumentum hoc non minus fallax est, quam alienum a veritate. Nam considerandum est, quod inter attrahens, & attractum naturali ratione consideratur, tanquam inter agens, & patiens correlatiua quædam relatio, & similitudo rationis, vt sic fiat attractio, & consolidatio, de simili ad similem, aliàs autem vbi hęc coniunctio, & symbolizatio non datur, non fiet resolutio, & attractio, & ita Doctores in hoc puncto resolutionis possessionis dicunt, quod naturalis possessio ciuili possessioni, dominium autem vtile directo dominio subalternantur; & sic finitis feudo, emphyteosi, censu, suo naturali fine, statim, & ipso iure ciuilis possessio attrahit naturalem, & dominium directum attrahit vtile dominium. Absic autem, quod dominium attrahat possessionem, nec ẽ contra; & licet in vim antipocæ obtineat dominus directus sine possessione propia, illud ideo est, quia per recognitionem antipocæ censetur probata possessio, allegata tamen per dominum directum, vt in alio fragmento motiui videbis, & sup. dictum est.

B

Fragmentum motiui præstiti in processu Iuratorum Cæsaraugustæ super apprahensione in artic. Jurisfirmarum, die 5. & 8. Febru. Anni 1601.

Sed modo quæro quid esset, si in his
56 casibus † ageretur contra tertium posses-

possessorem, nunquid esset probata possessio? & est dicendum quod non, quia illa recognitio non egreditur suos auctores, nec potuit tertio præiudicare sola recognitio: imo nec recognitio cum solutione pensionum præiudicabit tertio possessori, & ideo tali casu debet probari possessio dantis ad tributum, vel illius, à quo quis rem habet tanquam emphyteoticariam, vel cum onere tributi accepit, seu emit. Isti enim actus recognitionis non possunt tertio præiudicare, & hoc est quod dicunt Foristę, quod quidquid sit de his qui recognoscunt, de quibus variæ fuit iudicatum, si agatur contra tertium possessorem, possessio probanda est de necessitate de tempore tributi, aliàs iniuste tertius possessor, non habens causam à Petro excluderetur á re sua ex solo contractu celebrato inter Petrum, & Ioannem. Imo licet constaret Petrum fuisse aliquando dominum, ad possessionem nihil inferretur, cum non resoluatur per dominium; & si dixeris quod recipiens soluit pensiones danti ad tributum, & ex hoc ius illius conseruasse, & ex consequenti etiam contra tertium possessorem posse dominum directum obtinere. Respondetur hoc verum esse probata possessione dantis ad tributum de tempore tributi, non vero aliàs, quia solutio pensionum licet operetur contra tertium non possesorem, non tamen contra tertium possessorem, sola autem recognitio nunquam contra tertium nocet, aliàs mille fraudes fierent: quia posset quis dare ad tributum omnia bona ciuitatis alicui, à quo reciperet multas solutiones, & fraudare tertios possessores, ita declarant Bartol. Immola. Alexan. Areti. in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. de acquir. possessione, Gabr. lib. 3. com. tit. de locato, cōcl. 4. nu. 4. & nu. 9. Concludēdum igitur licet verum sit quod contra recipientem, & eius successores probetur possessio per recognitionem, & etiam dominium, nō docto de contrario: tamen si contra tertium non possidentem agatur in specie probāda est possessio, si desiit solutio pēsionis, quod si autem adsint pensionum solutiones simul cum contractu recognosciméti, esset probata possessio cōtra tertium non possidentem, secus contra tertiū possidentē ad obtinendū in iudicio possessorio. Nec in his casib9 sufficit dominiū probare, quia stat simul, quod Petrus sit dn̄s fundi, & tanquā talis eum det in emphyteosim Ioanni, & quod Titius illum possideat. Certè in hoc casu, si Petrus cōmisaret, & Ioānes multis annis soluisset canonē, quibus annis Titius possedit, iniustū esset, quod iste tertius priuaretur sua possessione. Cūq; in hoc processu satis probatū sit agi contra tertiū possessorē, quē constat ante tributationem, & post possedisse, nec ex aduerso de possessione aliqua contraria appareat, merito tertij possessoris firma recipienda est.

C

Fragmentum motiui præstiti in processu supradicto Iuratorum Cęsaraugustæ,

57 Sed dices quomodo in vim antipocę † factę in fauorē Petri obtinebit Petrus cōtra recognoscentē, etiā nulla probata possessione Petri de tēpore tributi; imo isto casu nō videtur trāslata possessio in dn̄m recognitū, sicut nec per recognitionē trāsfertur dn̄iū cū certi sint modi trasferendi illud, de quibus nō est recognitio, Guid. Pap. vbi sup. & hoc tā de iure cōmuni, quā Regni, quia si in carta nō dicatur, nō trāsfertur dn̄iū; & tamen videmus quotidie obtineri in vim taliū recognitionū, etiā cōtra tertiū possessorē, si recognitus cōmisat ob aliquā causam, prout Gratianopoli obseruari dicit GuidoPapę, vbi sup. n. 3. & sic videtur, ꝙ nō possit aliūde id sustineri, nisi ꝙ dn̄iū recognitū trahat secū naturalē possessionē recognoscētis, vnde apparet sufficere si dominiū probetur, licet possessio non sit probata, nā si aliquando illa probatur est ad inducęndum dominium inciden-

ſeſsio contra recipientem, & ſucceſſores, non quod ſit expreſſe probanda, ex parte dantis, de tempore tributi, ſed quod allegetur, & erit probata per inſtrumentum locationis, & emphyteoſis, quibus recipiens ſtare tenetur, dum contrarium non probat; ſic etiam ſi quis ſe fundat in antipocha, & recognoſcimento tenetur etiam probare poſſeſsionem de tempore tributi; ſed eſt conſiderandum, quod aliquando recognitio transfert dominium, & poſſeſsionem, veluti quando interuenit titulus, & traditio, ſi tamen vnus verus ſit, vt dicunt Guido, & Barboſſa vbi ſupra, numero 89. & quando hæc interueniunt in recognitione res eſt clara, aliquando tamen inducent probationem eorum, quę recognoſcuntur in re recognita, non vero translationem dominij, nec poſſeſsionis: nam quando titulus, & traditio ſunt ficta non transfertur dominium, licet ſic poſſeſsio; quando autem eſt ſola confeſſio, vel recognitio ſola ſine titulo nequaquam transfert poſſeſsionem, in his caſibus operatur recognitio probationem dominij, & poſſeſsionis, licet non transferatur dominium, & poſſeſsio, & ſic ex hoc oritur practica, quod dominus directus articulat ſuum dominium, & poſſeſsionem de tempore tributi, & faciendo fidem de his exhibet antipocham, & per eam probat poſſeſsionem, & dominiū, & ſic iam in hoc caſu datur poſſeſsio de tempore tributi, ſicut videmus in confeſsione extraiudiciali, quę licet non inducat obligationem inducit tamen probationem debiti, gloſa, & Doctores in l. publia meuia. §. final. ff. de poſiti gloſa in l. 1. ff. de interrogator. actionibus. Guido vbi ſup. & idem dic de omni actu recognoſcimenti, quia in vim illius probatur poſſeſsio, & omnia neceſſaria contra recognoſcentem, qui tenetur ſtare recognitioni, donec contrariū probet, ſed hæc omnia non procedunt contra tertium maxime poſſeſſorem, vt hic fuit, vltra quod probauit tempore tributi, & ante ſe fuiſſe dominum, & poſſeſſorem, & ſic merito eius firma videtur recipienda.

D

Motiuum Deciſsionis.

NEc recipitur propoſitio Ioãnis de Allue, & Catherinę Xabierre aliàs Villacampa coniugum princip. M. de La naja Procurator. in vim tributationis bonorum apprehēſorum, & commiſsi pro eorum parte exhibitorum. Quia licet in dicto inſtrumēto tributationis narretur, quemdam vocatum Beltrandum Villacampa, à quo mediate ius, & cauſam habent dediſſe prędicta bona ad tributum Ioanni Fajarnes, auo dicti Ioannis principalis A. Perez Godino Procurator. dictumq; Ioannem Fajarnes auum dictam tributationem acceptaſſe, & in vim dicti tituli tributationis ſoluiſſe annuam penſionem; conſtat tamen in proceſſu, tempore dictæ tributationis, & ante per multos annos prædicta bona fuiſſe cuiuſdam vocati Martini Seuil, quæ peruenerunt in Catherinam Seuil eius filiam, & vxorem dicti Ioannis Fajarnes, recipientis dicta bona ad tributum, qui licet, tempore dictæ tributationis dicta bona iure mariti poſsideret; eius acceptatio, ſeu recognitio dictæ tributationis non potuit aliquod præiudicium inferre dictæ Catherinæ eius vxori, dominæ, & proprietariæ dictorū bonorum; cum in dicta tributatione ipſa non ſe obligauit. Vnde cum ex deductis in Proceſſu conſtet, neque dictum Beltrandum Villacampa dantem, neque dictum Ioannem Fajarnes recipientem, & recognoſcentem prædicta bona ad tributum fuiſſe dominos, neque poſſeſſores dictorum bonorum tempore dictæ tributationis, ſed dictā Catherinā Seuil; quod Ioãnes de Allue, & Catherina Xabierre aliàs Villacāpa tanquā habentes ius, & cauſā à dicto Beltrando, nō potuerūt dicta bona cūmiſſare in prǽiudiciū dicti Ioā. Fajarnes vltimi poſſeſſoris nepotis ac ſuc-

Hh 2 ceſſoris

cessoris legitimi dictæ Catherinæ eius auiæ. Nec obstat, si dicatur, quod licet dictus Beltrandus non esset dominus, neque possessor dictorum bonorum tẽpore dictæ tributationis, itaquod in vim dicti tituli dicatur non potuisse acquirere à principio dominium directum dictorum bonorum; tamen ex recognitione, & confessionibus, & solutionibus tributi factis, tam per dictum Ioannem Fajarnes, & Martinum eius filium, & patruum dicti Ioannis vltimi possessoris, nec non ex confessionibus, & solutionibus factis per eundem possessorem respectiue dicto Beltrando, & eius successoribus, recognoscẽdo dicta bona per eos possessa fuisse tributaria dictis Bertrando Villacampa, & eius successoribus, quod in vim saltem præscriptionis resultantis ex dictis recognitionibus & solutionibus factis in dicta qualitate, & in vim dicti tituli tributationis præcedentis, dicti successores dicti Beltrandi dictum dominium directum in dictis bonis acquirere poterunt per tempus legitimum ad præscribendum, à die, quo dictum instrumentum tributationis fuit confectum, & solutiones tributi præstitæ, vsque ad tempus requisitionis factæ dicto vltimo possessori; quia licet admitteretur dictum dominium directum posse acquiri per præscriptionem; hoc tamen intelligendum est, quando dictæ solutiones in dicta qualitate factę fuerunt per verum possessorem, seu dominum bonorum; at vero alio existente domino, & possessore bonorum solutiones factæ per alium, vero domino, & possessori nullum præiudicium inferri potest. Ex quo sequitur quod solutiones factæ per dictum Ioannem Fajarnes, maritum dictæ Catherinæ Seuil dominę dictorum bonorum in nihilo præiudicare potuerunt; vt contra eam tempus præscribendi inchoaretur, minusque solutiones dicti tributi factę per Martinum Fajarnes eius filium, neque factæ per dictum Ioannem Fajarnes vltimum possessorem, obstant; cum post mortem dictæ Catherinæ non probetur eas præstitisse per tempus saltem triginta annorum ad dominium directum acquirendum; licet ius, & causam à dicta Catherina in dictis bonis habeant, cum per errorem fuisse solutas pręsumatur; quod allegari potest ante impletam pręscriptionem. Vnde cum neque in vim dicti instrumẽti tributationis, neque dictarum solutionum tributi probetur dictum Beltrandum, neque Ioannem de Allue, & eius vxorem fuisse dominos directos, neque possessores dictorum bonorum, constat non potuisse dicta bona commissare, neque in vim dicti commissi obtinere.

DECISIO C.XCI.

De eadem materia resoluendi possessionem per commissum, & obtinendi in possessorio inferiori, probata possessione recipientis, & non dantis, & de materia plenè.

SVMMARIVM.

Dominus directus non potest obtinere in iudicio inferiori litis pendentiæ in vim tributationis, & commissi, ob non solutas pensiones contra tertium possessorem, qui probauit suam possessionem de tempore tributi, & inchoatæ litis, & ante, ita fuit declaratum, num. 1.

Dominus directus probans naturalem possessionem, & dominium incidenter de tempore

tempore tributi, & antea, concedendo in emphyteosim, transfert in emphyteotam possessionem naturalem, & retinet pœnes se ciuilem, & commissum postea factum resoluit possessionẽ naturalem, & traditur ratio. num. 2.

Possessio naturalis acquiritur animo, & facto, & ciuilis conseruatur solo animo. num. 3.

Locator, vel dans in emphyteosim, si habet possessionem, & postea locat, retinet eam, etiam naturalem per colonum, & ciuilem per emphyteotam. num. 4.

Dominus directus probata possessione dantis obtinebit contra emphyteotam, & quemlibet tertium possessorem. numero 5.

De possessione dãtis ad tributũ, & si nõ constet, probata tamen possessione recipientis, qui vltra simplicem acceptationem expresse recognoscit rem esse illius à quo causam habet, remanet probata possessio contra recognoscentem, & eius successores. numero 6.

Possessio censetur translata per actum recognitionis, factum à recipiente rem ad tributum, aduersus ipsummet recipientem, & habentes causam ab eo. num. 7.

Conductio rei est modus fictus transferendæ possessionis. num. 8. Intellige vt. num. 13.

Dominium probatur ex recognitione facta ab aliquo possessore, & domino rei, pro bato, quod recognoscens sit dominus, quod magis procedit in possessione, quę per solum actum fictum traditur. n. 9.

Possessio probatur per receptionem pensionum, & mercedis. num. 10.

Possessio licet probetur per instrumentũ locationis contra recipientem, non tamen contra tertium. num. 11.

Possessio censetur probata contra omnes, quando cum instrumento locationis, & emphyteosis concurrunt fama possessionis, & traditur motiuum in materia, numero 12. & aliud motiuum, sub numero 16.

Conductio sola instrumentalis probat possessionem concedentis, quando non constat de vera possessione conducentis, sed ad probandam possessionem concedentis sufficit instrumentum locationis, & hoc si agatur inter ipsos contrahentes, & successores habentesque causam ab eis. num. 14.

Locatio potest fieri de re aliena, & ab alio possessa. nu. 15.

Instrumentum locationis cum solutione pensionũ, licet probet contra tertiũ, nõ tamẽ cõtra tertiũ possessorem. num. 16.

Dominium concedentis in emphyteosim, vel feudum non probatur ex instrumento inuestituræ, non solum cõtra tertios, sed nec contra ipsum recipientem, seu conducentem ab Ecclesia, vel ab alio particulari. num. 17.

Instrumentum emphyteosis, quamuis antiquum, ita vt hominum memoriam excedat, non probat emphyteosim, vel feudum, quod secus est in alijs instrumentis antiquis, quæ probant dominium. numero 18.

Emphyteosis tendit ad diminutionem Iuris concedentis. n. 19.

Verba enunciatiua instrumenti probant inter contrahentes, dum contrarium probetur. n. 20.

Verba enuntiatiua instrumenti, & si non probent dominium aduersus recipientẽ ad tributũ, remanet tamẽ cũ eis probata possessio aduersus eum, & eius successores, & si iungatur solutio pensionum probatur possessio aduersus tertium.num.21.

Dominium, & possessio probantur ex verbis enuntiatiuis instrumenti, si cum eis concurrant aliqua adminicula, nedum aduersus recipientem ad tributum, sed etiam aduersus tertios.num.22.

Argumentum à communiter accidentibus valet.num.23.

Dominium in antiquis probatur perfectè per famam.num.24.

Dominium probans per famam in antiquis non tenetur alium titulum ostendere. num.25.

Dominium, & possessio non probantur per vnum solum instrumentum antiquum in quo enunciantur illa, in praiudicium tertij, quod limita, vt ibidem.num.26.

Dominium reffricari non potest emens rem tanquam emphyteoticariam, vel cum onere tributi.n.27.

Possessio dantis ad tributum probata, dans obtineret, non solum contra emphyteotam, sed contra tertium possessorem, qui nõ sit emphyteota.n.28.

Fama est sufficiens probatio in antiqua emphyteosi.n.29.

Emphyteosis, & locatio vna cum solutione pensionum non probant dominium, etiam in fauorem Ecclesię, sed solum possessionem contra recipientem, & habentes causam ab eo, & contra tertium non possessorem.n.30.

Possessio dantis ad tributum probatur, si instrumentum tributationis dicat, quod dans possidebat, & sit antiquum.num.31.

Instrumentum recognitionis in antiquis sicut probat quasipossessionẽ, ita per instrumentum cõductionis, in quo recognoscitur vera possessio à locatore probari debet in antiquis possessio.n.32.

Recognitio est modus fictus transferendi possessionem supposita possessione recognoscentis, & est pracedente titulo locationis, vel emphyteosis, quasi constitutum, per quod transfertur possessio pracedente titulo habili, quod intellige, vt ibidem. numero 33.

Dominium transfertur traditionibus, & non pactis, secus possessio, quę per actus fictos transfertur.n.34.

Recognitio sufficit ad inducendam praesumptiuam probationem, quod dominium sit recogniti, probato dominio, & possessione recipientis contra recipientem, & etiam tertios possessores.nu.35. Quod certius procedit in possessione. num.36.

Dominium non transfertur per actum recognitionis.num.37.

Dominium ex sola, & simplici recognitione, vel contractu receptionis emphyteosis probatur aduersus recognoscentem, & commissum adiudicatur, non solum aduersus ipsum, sed etiam aduersus tertium possessorem.nu.38.

Possessio facilius transit, quam dominium. num.39.

Possessio dantis remanet probata in cõtractu locationis, & conductionis, & à fortiori in contractu emphyteosis, & commissum producit effectus resolutionis, & consolidationis, non solum quoad accipientem, & habentes causam ab eo, quo ad possessionem, sed etiam aduersus tertios quando

quando non constat de possessione naturali dantis, constat tamen de possessione naturali recipientis, cuius nulla recognitio expressa adest, sed solum simplex acceptatio, & probatur solutio pensionu, seu mercedis. num.40.

Possessio ciuilis est principium attractiuum resoluendæ possessionis naturalis. num.41.

Possessio probatur per concessionem in emphyteosim, & perceptionem pensionum, num. 42. limita. Vt num.43. Quod etiam procedit, vt num.44.

Possidere dicitur vt dominus, qui percipit fructus, & illis vtitur pro libito suæ voluntatis. num.45.

Possessio non probatur per solutionem pensionum factam à tertio, & non à possessore, seu colono. num.45.

Locatio, & emphyteosis, in quo differant. num.46.

Dominium, & possessio probantur in emphyteosi præsumptiue per ipsum instrumentum, subsequuta possessione recipientis, etiam non data solutione pensionum. n.47.

Dominium directum non probari per dationem in emphyteosim, etiam contra recipientem intellige, vt num.48.

Dominium si probatur probata possessione recipientis ad tributum, multo magis remanebit probata possessio ciuilis, quæ est principium attractiuum resoluendi possessionē naturalem. num.49.

Possessio si probatur contra recipientem per solum instrumentum locationis, idem erit in instrumento emphyteosis. num.50.

Instrumentum solum locationis subsequuta possessione recipientis probat possessionem dantis. num.51.

Possessio locatoris censetur probata per instrumentum locationis cum solutione pensionum in præiudicium omnium, dummodo non possideant. num.52.

Possessio posterior præsumitur clandestina. num.53.

Possessio locatoris probatur per possessionem coloni. num.54.

1 Dubitatum fuit, an † Ciuitas Cæsaraugustæ possit obtinere in iudicio inferiori litis pendentię, in vim tributationis, & commissi, ob non solutas pensiones contra tertium possessorem, qui probauit suam possessionem, de tempore tributi, inchoatę litis, & ante? Et fuit resolutũ, quod non, me existente relatore. Sed quia hoc potest contingere multis modis; cum aliquando non probetur possessio dantis, aliquando sic, ideo distinguẽdi sunt aliqui casus; quibus materia facilis, & clara fiet.

2 Prima conclusio. Aliquãdo dominus directus probat de tempore tributi, & ante naturalem possessionem, & incidẽter dominium; & tunc concedendo in emphytheosim transfert in emphyteotam possessionem naturalem, & retinet pœnes se ciuilem, cuius virtute commissum postea factum cum causa, ressoluit possessionem naturalem; quia est principium attractiuum in ciuili possessione, quod attrahit naturalem, & hic cassus difficultatem non habet. Ratio istius est;
3 † quia ciuilis possessio, quę in animo consistit; & per animum detinetur, sine naturali nũquam acquiritur; quia in acquirẽdo requiritur animus, & factum, in conseruando autem ciuilem solus animus sufficit, l. 3. in principio, & §. neratius, l. clam possidere §. qui ad nundinas, de acquir. possessione, in terminis, Alexan. consil.12. num.5. lib.4. Vbi agens de probando possessionem locantis contra ter-
4 tium dicit, quod quando † locator, vel

dans in emphyteosim habuisset possessionem, & postea locaret, retinuisse diceretur eam, etiam naturalem per colonum, & ciuilem per emphyteotam, l. peregre. §. quibus, & l. si colonus, de acquirenda possessione, sicut si soluta esset pensio, quod dicit verissimum esse, idem sequitur Molin. in verbo tributum, & in foro cobdiciando, de apprehensionibus, vbi multos allegat, in quo tanqnam in re notissima non insisto, &
5 cum tali † possessione dantis probata, obtinebit dominus directus contra emphyteotam, & quemlibet tertium possessorem, Molin. super foro, Item por dar forma, versiculo è librar la cosa apprehensa de apprehensionibus, Portol. verbo apprehensio. 2. numero 53. vbi, quod in hoc casu resoluitur possessio cõtra tertium possidentem, nisi contrarium probaretur, Mascard. conclusione 1185. numero 2. Nisi ille tertius probaret contrarium, vt ibi, & regulariter probanda est possessio dantis, Molin. super foro cobdiciando.

6 Secunda conclusio, quando non constat de possessione naturali dantis, sed constat de possessione recipientis, qui vltra simplicem acceptationem contractus locationis, vel similis (nam in emphyteosi ipsa receptio est recognitio, Valasc. de iure emphit. quæst. 9. num. 18. versicul. sed confestim) expresse recognoscit rem esse illius, à quo causa habetur, & eam tanquam talem possideri à dante; in hoc casu probata remanet possessio contra recognoscentem, & eius successores, probata possessione recipientis; quia † per actum illum recog-
7 nitionis præcedente titulo habili, censetur translata possessio in dantem, & probata aduersus recipientem, & habentes causam ab eo, iuxta terminos, l. quod meo, de acquirenda possessione, Barbos. in l. si alienam, numero 79. ff. solut. matrimonio, Roman. consilio 127. Menoch. de recuper. remedio 11. nume-
8 ro 33. Communis enim est opinio, † conductionem rei esse modum fictum transferendæ possessionis, l. quædam mulier. ff. de rei vendicatione, Gomez in l. 45. Taur. numero 66. Rebuf. ad ll. Gal. 3. tomo, pagina 235. numero 97. & tunc constito de possessione vera recipientis, & conducentis, probata remanet possessio dantis, etiam contra tertium; vt de clausula constituti contra tertium latè probat Tiraquel. de constituto. 3. parte, limitatione 1. Facit Guido Papę, decis.
9 272. vbi, quod ex recognitione † facta ab aliquo possessore, & domino rei probatur dominium, probato quod recognoscens esset dominus; quod magis procedit in possessione, quæ per solum actũ fictum traditur dicta l. quod meo, ita Bartol. in dicta l. ad probationem, C. de locato, dum dicit, quod si conductor laborauit rem locatam, & sic possedit, per hoc probatur possessio locantis; à pari enim procedunt recipere fructus, seu pensiones, & terram colere, & arare, l. arboribus. §. nam, & si, & ibi Baldus, de vsufructu, Angelus, in §. sic itaque, numero 7. inst. de actionibus, sed
10 per † receptionem pensionum, & mercedis probatur possessio locatoris, quo ad omnes, vt dixi in præcedenti decis. ergo etiam censebitur probata possessio dantis, quando recipiens arauit, coluit, & terram possedit, Ruin. consil. 46. numero 12. in fin. lib. 4. Barbos. ante numero 84. sequitur Albarus Valascus, de iur. emphyteos. quæstione 9. numero 11.
11 dicens, quod licet possessio † probetur per instrumentum locationis, contra recipientem, non tamen contra tertium; quia sola confessio facta in instrumento non nocet tertio, nisi de vera possessione conducentis constet; tunc enim remanet probata contra omnes possessio, & in hunc scopum reincidunt omnes illi, qui dicunt, quod quando cum loca-
12 tione concurrunt aliqua adminicula; vel uti quia conductor laborauit nomine locatoris, tunc remanet probata possessio concedentis, & recogniti, Alexan. consilio 12. numero 3. in 4. Decius, consi 146. num. 14. Ruin. consil. 161. num. 1. lib. 1.

Felin.

Felin. in cap. inter dilectos, num. 8. de fide instrum. & alij quos allegat Valascus num. 16. & latius Mascardus, conclus. 1186. num. 16. Bald. cons. 377. 378. & 379. lib. 1. Decius in l. traditionibus, num. 6. C. de pactis, imo Ruin. cons. 46. colu. 8. num. 13. vers. præterea, in quarto, dicit, quod vbi cum instrumento locationis, & emphyteosis concurrit fama possessionis, censetur probata possessio contra omnes, & in hunc modum procedūt illa duo exemplaria. Primum, Laurentij de Endia, super apprehensione in Reg. Aud. vbi in die 3. Augus. anni 1577. fuit lata sententia in fauorem dantis, nulla eius possessione probata per solā possessionem recipientis, & hoc contra tertium possessorem, sub hoc motiuo.

Motiuum.

EX eo, & aliàs, quoniam constat de inclusione dicti Laurētij de Endia, in vim tributationis factæ per Ioannem Perez de Aluarado, Capellanum Capellaniæ institutæ per Ludouicum de San ctoangelo, in EcclesiaDiui Philippi, pręsentis ciuitatis, in fauorem Vincentij de Ribas, qui in vim dictæ tributationis dicta bona apprehensa, quæ tempore tributationis domus, & corrale illi contiguum erant, possedit, prout ex processu resultat, necnon in vim commissi facti per Petrum Gallego Capellanum dictę Capellaniæ, & concessionem per eum factam; dictorum bonorum apprehensorum. Nec obstat, si dicatur non probari dictum Ioannem Perez de Aluarado primum concedentem fuisse dominū, & possessorem bonorum apprehensorum; quia ex quo probatur Vincēcium de Ribas recipientem possedisse omnia bona confrontata in instrumento tributationis, quæ sunt omnia apprehēsa, hoc sufficere videtur ad probandum dominium, & possessionem cōcedentis; cum in vim dicti tituli tributationis recipiēs possedisse probetur omnia bona apprehēsa. Nec recipitur propositio Petri Nauarro, in parte bonorum apprehensorū, licet eam partem possedisse probetur; quia ex quo constat eam partem fuisse partem, & portionem bonorum ad dictam tributationem datorum; ideo ei prodesse non debet. ¶ Motiuum hoc de plano procedit contra recipientem, &

13 etiam contra tertium. Ratio est, † quia quando constat, (vt hic) de vera possessione conducentis, seu recipientis, tunc probatur possessio concedentis, & censetur translata, vt de clausula constituti tradit Tiraqu. in tract. de constituto, 3. par. limit. 1. & hoc modo venit intelligenda communis opinio, quæ docet, cōductionem rei esse modum fictum trans ferendæ possessionis, l. quædam mulier, ff. de rei vendic. Anton. Gomez in l. 45. Tauri, num. 66. Rebuf. ad l. Regias, tom. 3. pag. 235. num. 97. Quod omne secus

14 est, quando non constat † de vera possessione conducentis, sed ad probandā possessionem concedentis, tantum adducitur instrumentum locationis; tunc enim si agatur inter ipsos contrahentes, & successores habentesq; causam ab eis conductio sola instrumentalis probat possessionem concedentis, vt in superiori decisione, Rota in antiq. decis. 87. incipiet, nota quod instrumentum, per l. prædia, ff. de acquir. possef. quod si in his terminis agatur contra tertium, solum instrumentum locationis non probat possessionem; cum de re † aliena, &

15 & ab alio possessa, fieri possit locatio, l. nemo, C. locato, ita resoluit Felin. in dicto cap. inter dilectos, num. 8. Socin. consil. 89. num. 18. lib. 1. Paris. cons. 104. num. 81. Cuius ratio est; quia tunc adest sola possessio instrumentalis, & inefficax, d. l. prædia, Alexan. cons. 10. nu. 3. in quarto, resoluit Aluarus Valasc. quæstion. 9. num. 10.

Sed in quantum hoc motiuum in fine concludit contra tertium possessorē; idem esse probata vera possessione recipientis, hoc mihi maximam difficultatē

16 facit; attento † quod instrumentum locati

cationis, cum solutione pensionum, licet probet contra tertium, non tamen contra tertium possessorem.

Secundum exemplar est de processu euocationis Ioannis de Castro, die 19. August. 1574. in Reg. Aud. vbi fuit recepta propositio don Ludouici de Talauera Castellani de Amposta: in cuius locum fuit repositus Franciscus Campi, alijs propositionibus repulsis, ex motiuo sequenti.

Motiuum.

EX eo, & aliàs; quia constat Thomã Ram olim Præceptorem cõmandę Montissoni, dominum, & possessorem fuisse Oliueti, seu hæreditatis, dequa cõtenditur, eamque ad tributum dedisse cuidam Ioanni Marias, & suis, cum onere soluendi quolibet anno 14. solidos, & 7. denarios Iaccen, dicto Commendatori, seu Religioni Sancti Ioannis Hierosolimit. & sub alijs conditionibus. Constat etiam eandem hæreditatem peruenisse in Ioannem de Castro, quæ ob non solutum canonem, & tributum optimo iure per Ludouicum Talauera Præceptorem dictę commandæ, cõmissata fuit, & post modum ad tributum de nouo Francisco Campi tradita, cum vniuersis iuribus, & instantijs eidem competẽtibus, in cuius iuribus fuit tandem repositus in pręsenti processu, die 23. Augusti anno 1574. Et quia licet posset dubitari an concludenter probetur dictum Thomam Ram fuisse Castellanũ Ampostæ, & Præceptorem commandę Montissoni, ac dominum, & possessorem bonorũ apprehensorum tempore tributationis, & ante; tamen cum simus in articulo litis pendentiæ, seu tenutę, sufficienter probatur per verba enunciatiua instrumenti tributationis exhibiti, attẽta eius antiquitate, & alijs adminiculis ex processu resultantibus, coadiuuantibus dictum instrumentum tributationis, quæ ex deductis pro parte Ioannis de Castro non eneruantur. Nec obstat possessio post dictam tributationem pro parte eiusdem Ioannis de Castro allegata, in qualitate libertatis; quia illa non præiudicat domino directo, nec habentibus ius, & causam ab eo; cum per cõmissum omnis possessio sit resoluta in fauorem domini directi, etiam contra tertium possessorem, non constito de aliquo titulo habente originem ante tempus præfatę tributationis. Recipitur etiam propositio Castellani Ampostę, ac Præceptoris Montissoni, respectu directi dominij in vim dictę tributationis. hęc verba motiui.

Hoc motiuum, si sigillatim, & separatim summatur illius verba, non posset sustineri; quia in quantum dicit, quod verba enunciatiua instrumenti tributationis probant dominium, & possessio-
17 nem in antiquis, falsum id est; † quia ex instrumento inuestiturę non probatur dominium concedentis emphyteosim, vel fundum, non solum contra alios tertios (quod indubium est, quia res inter alios acta &c.) Sed etiam nec contra ipsum recipientem, seu conducentem, ab Ecclesia, vel alio particulari; ita Din. & Bart. in l. legata inutiliter, colu. 2. ff. de aliment. & cibarijs legat. late Valasc. de iure emphyteu. quęst. 9. num. 3. vbi alios multos allegat, de quo late diximus in pręcedenti decisione, late Barbosa in d. l. si alienam, á numer. 78. ff. solut. matri. quod in tantum verum est, quod licet
18 † instrumentum inuestiturę, seu emphyteosis sit antiquum; imo, & hominum memoriam excedat, adhuc ex eo non probabitur emphyteosis, vel feudum. Nam licet antiqua instrumẽta probent dominium, etiam inter alios, Bald. & alij in l. cum aliquis, C. de iur. delib. tamen secus est in instrumento emphyteosis, secundum communem, de quo Valasc. vbi supra, num. 5. Barbos. nu. 78. Quicquid de instrumento locationis, contrarium dicat Aymon cons. 54. num. 11. rationem tradunt Doctores. Quia
19 emphyteosis † tendit ad diminutionem iuris

iuris concedentis, & sic non debet inducere probationem dominij, quod est augmentum, quę ratio militat, siue sit antiquum, siue modernum instrumentum, Ruin. cons.161.nu.17.lib.1. Specul. de emphyteos. vers.57.numer.72. Felin. in cap.cum causam, nu.3. vers. ideo eleganter, de probat. Et licet dici soleat, quod
20 verba instrumēti, licet enunciatiua probant inter contrahentes, donec contrarium probetur, l.optimam, C.de contra. & cōmit. stipul. l.cū aliquis, C. de iure deliber.cap.cum venerabilis, de exceptionibus, l.contrahitur, ff.de pigno. maxime, quando enuntiata sunt necessaria ad actum, late Valasc.dict.quęst.9.num. 2.Mathesil.singul.70.Hoc tamen omne non procedit in instrumento inuestiturę, vel emphyteosis; quia non probabūt dominium concedentis, etiam aduersus recipientem, attēta ratione communi, secundum Valasc.num.5. Iam igitur, redeundo ad institutum, licet ex solis
21 verbis † enunciatiuis instrumenti non probetur dominium, etiam aduersus recipientem, remanebit tamen probata possessio aduersus recipientem, & eius successores, & si iungantur solutiones pensionum, erit probata possessio aduersus etiam tertium non possessorem, vt late in præcedenti decis. Barbosa à nume.79.cum seq. Quinimo si cum verbis
22 enunciatiuis instrumenti locationis, vel emphyteosis, iungantur aliqua adminicula, vt in motiuo; tunc censebitur probatum dominium, & etiam possessio, nedum aduersus recipientem, sed etiam aduersus tertios, Bart. in dict.l.ad probationem, C.locati, Valasc.num. 16. Barbosa numer. 84.in fin.& 85.vbi allegat alios, Ruin. cons.46.numer.13. in quarto, Petra de fideicommis. quæst.13. num. 399. Exemplum erit, si locaui, vel dedi tibi in emphyteosim fundum, & tu tāquam meus colonus laborasti longo tempore, vel soluisti pensionem, tunc secundū Bart.vbi supra, censetur probata possessio, & per cōsequēs dominiū præscriptū, Valasc.num.17.vbi alij, Barbosa num.85. dicens, tali casu præsumptiue probari dominium; imo si per triginta annos solueris, vel laboraueris, pręscribam sine titulo, Valasc.num.16.17.vbi alij, Barbos. num.84. & etiam erit secundum eūdē bonū adminiculum famā dominij, aut descriptio libri censualis Ecclesię, vel si plura instrumenta locationum, vel emphyteosis reperiantur vltra instrumentum principale; tunc enim non solum remanet probata possessio. Socin senior cons.182. colum. 4. volum. 2. Menoch. de retinen. posses. remed. 3. quæst. 72.
23 num. 573. Ea ratione, quia † arguendo à communiter accidentibus, quod est bonum argumentum, l.neq; natales, C. de probat. non est verosimile, quod tot fierent locationes, nisi locantes essent in possessione illius rei, quæ locatur, ita Mascard.conclus.1186. num. 11. Barbos. num.85. Sed etiam erit probatum domi-
24 nium; ratio est, quia per famam † in antiquis probatur vere, & perfecte dominium, quoad omnes, glos. in l. atqui natura, §.cum me absente, ff.de nego.gest. Hieron.de Monte, in tract. finium regūdor. cap.55.num. 14. Siluanus consil. 57. num.44. declarat Crot. cons.34.à num. 14. Nata cons.235.nu.12. lib.2. late Mascard.conclu.547.vbi late, & de communi materiam declarando Barbos. nu. 85. Crauet.de antiquitate, 1.par.§.visso, vbi late materiam declarando. Quod adeo verum est probari per famam dominiū in antiquis, vt non requiratur tempus necessariū ad præscriptionem, sed tutus erit actor, & habebit intentionē fundatam taliter; quod si possessor non ostendat titulum, quo rem acquisiuit, vel doceat de legitima pręscriptione succumbet, Paul.in l.penultima, num.7.de conditio institu. Barbos. num. 86. quidquid dicat Bart. in l. proprietatis, C. de pro-
25 bat. Probans † enim dominium per famam in antiquis, non tenetur alium titulum ostēdere, Bald. in l.Conuenticula, num.6. C.de Episcopis, & Cleric. Dec. 146. num. 14. at per plura instrumenta antiqua probatur fama, ergo per plura instru-

instrumenta antiqua censebitur probatum dominium, Aymon cons. 54. num. 12. Barbosa numer. 86. Per vnum autem
26 solum † instrumentum antiquum, in quo enunciatur dominium, & possessio non probantur illa in praeiudicium tertij, Aymon de antiquitate, vltima parte, primę partis, á num. 12. licet contrarium dicat in consil. 54 numer. 11. Quod verum est, nisi sequuta fuisset possessio in recipiente conformis enunciato; tūc enim etiam in praeiudicium tertij praesumeretur verum fuisse enunciatum, & probaretur possessio, Alexan. consi. 219. numer. 16. in fin. lib. 6. Paul. cons. 81. lib. 2. Decius consil. 303. num. 10. Aymon consil. 54. numer. 11. Menoch. de retinend. poss. 3. remed. num. 574. Ex quibus resultat iustificatio huius vltimi motiui; quia cum non solum adsint verba enunciatiua instrumenti emphyteosis, sed etiam alia adminicula, merito fuit iudicatum pro emphyteosi, etiam contra tertium, vt tenet Barbos. numer. 86. circa fin. Valasc. numer. 16. Maxime, quia Ioan. de Castro non probauit aliquid contra verba enunciatiua, quod potuit, iuxta tradita per Barbosam vbi supra, numer. 73. quidquid dicant exemplaria tradita per Pleban. §. apprehensio, primo, à numero decimo octauo, illa enim (dempto exemplari Ioan. de Allue) dum dicunt; quod emens † rem tan-
27 quam emphyteoticariam, vel cum onere tributi non potest refricari dominium, vel non sunt admittenda, vel procedunt in dubio dum non probatur contrarium per emphyteotam. quo casu obtinet concedens, vel eius successor, in vim illarum recognitionum, sed constito de contrario succumbet, Rippa in l. si aliquā rem, numero trigesimo octauo, & trigesimo nono, Decius in l. 1. num. vigesimoquinto, C. de pact. Molin. in foro, Item por dar forma, vers. in eodem foro, ibi, è librar la cosa apprehensa, circa fin. dicens, quod vbi tertius possessor articularet, & probaret possessionem non fuisse dantis, sed suam, vel suorum ante tributationem, vsquè ad tempus litis, tunc obtineret ipse, etiam, quod probaretur possessio dantis de tempore tributi, nisi possessio per tertium probata, esset initiata post tempus tributi; tunc enim obtineret
28 concedens, quod receptissimum dicit Molin. ibi, quod si probaretur † possessio dantis, tunc obtineret dans ad tributum, non solum contra emphyteotam, sed & contra tertium possessorem, qui non sit emphyteota; non autem probata possessione recipientis, nec cōcurrentibus alijs adminiculis probanda est, necessario possessio dantis ad obtinendum contra tertium, Molin. in foro codiciando, versic. E si la cosa sera tributaria, vers. quod si proprietarius, aliàs mille fraudes fierent, quia possem dare ad tributum aliena bona, & hoc non solum ad obtinendum; sed etiam apprehendendum, vt ibi dicit Molin. sic fuisse iudicatum: maxime si tertius rem posideret, & non haberet causam à recipiente; tunc enim possessio dantis probanda est omnino, Chassaneus consilio decimo, numero secundo, Rippa vbi supra, numero quadragesimo, Socinus consilio ducentesimo sexagesimo sexto, numero vndecimo, in secundo, Iacob. Menoch. de retinenda possessione, remedio 3. numero 171.

29 Est tamen verum, † quod in antiqua emphyteosi sufficiet probatio per famam, Plebanus, & Molin. vbi supra. Ex quibus mihi hoc motiuum magnum dubium facit, in quantum fuit dictum in motiuo, quod ex sola tributatione, cum alijs adminiculis remanebant probata dominium, & possessio dantis contra tertium possessorem. Cum tamen verum sit, † quod em-
30 phyteosis, & locatio vna cum solutione pensionis non probant dominium, etiam in fauorem Ecclesiae, vt in superiori decisio. dictum est, Barbos. nu. 78.

sed

sed solum possessionem, contra recipiētem, & habentes ab eo causam, & contra tertium non possessorem; quia si possessor sit contra eum, non erit probata
31 possessio, Barbosa numer. 80. 81. Sed ita inuenio iudicatum. Vel poteris iustifica re motiuum aliter, scilicet, quod probatur possessio dantis ad tributum, si instrumentum tributationis dicit, quod dans possidebat, & sit antiquum, in simili Decius, cons. 36. post num. 6. & in colu. penult. allegat Castr. cons. 48. & 81. Marsil. singul. 321. Crauet. cons. 54. num. 11. Menoch. vbi supr. num. 574. dicens, ab hac opinione in praxi non esse recedēdum; Abb. cons. 64. num. 16. Socin. sen. consil. 89. num. 18. volum. 1. vbi quod sicut per
32 instrumentum † recognitionis in antiquis probatur quasipossessio, ita per instrumentum conductionis, per quod recognoscitur vera possessio à locatore, probari debet in antiquis possessio, licet contrarium dixerit idem Crauet. de antiquit. par. vltim. primę partis, num. 21. tenet Mascard. conclus. 1186. numer. 13. sed semper habet difficultatem, si contra tertium possessorem agatur, vt supra dixi. Et ex his remanet absoluta secunda conclusio, vt scilicet quando cōstat de possessione recipientis, quomodocumq. constet, siue propter antiquitatem instrumentorū enunciantium, siue quia laborauit, vel aliàs soluit pensiones, & adest recognitio illius expressa, in instrumento locationis, & emphyteosis, tunc censetur probata possessio dantis; sicut quando in instrumento venditionis adest clausula constituti, Tiraq. de iure constituti, 3. par. limit. 1. num. 18. Aymon de antiquit. tempo. cap. viso de fama, num. 20. fol. 97. 98. & 99. Recogni-
33 tio enim † est modus fictus transferendi possessionem, supposita possessione recognoscentis; est enim recognitio pręcedente titulo locationis, vel emphyteosis quasi constitutum, per quod transfertur possessio praecedēte titulo habili; Gomez l. 45. Taur. num. 78. & licet hoc secundum aliquos certo modo sit intelligendum, vt per Valascum, dict. quaest. 9. num. 18. vt scilicet constet prius recognoscentem alium in dominum, & possessorem, esse dominum, & possessorem, & quod scienter recognoscat; secus si ignoranter, vt in praecedenti decisione, illud tamen de scientia est verum
34 ad effectum transferendi † dominium, quod traditionibus, & non pactis transfertur, l. traditionibus, C. de pactis, licet secus in possessione, quę per actus fictos transfertur, l. quod meo, l. 3. in principio, & ibi glos. ff. de acquir. possess. Va-
35 lasc. num. 20. Tamen quantum † ad inducendam praesumptiuam probationē per illam recognitionem, quod dominium sit recogniti contra recipientem, & etiam tertios possessores probato dominio, & possessione recipiētis sufficiet illa recognitio, secundum Guido. dict. decis. 272. ita Valasc. num. 18. vers. sed cō festim, & c. supposito, & constito (vt dixi) quod recognoscens sit dominus de tempore recognitionis, Valas. dict. num. 18. vers. & practicabis, &c. & circa finē. Guido decis. 272. num. 3. sed in possessione
36 certius est † per talem recognitionem probari possessionem dantis, maximè si adsit clausula translatiua possessionis, Valas. num. 20. supposito, quod constet recipientem possedisse, cum per illum actum fictum transferatur possessio prę cedente titulo habili, & quia confessioni standum est, donec contrarium probetur, vt dixi in pręcedēti decis. & cum his remanet bene fundata; & quādo respectu dominij esset aliqua dubitatio, an ex recognitione facta á domino rei, in instrumento locationis, vel emphyteosis probetur dominium praesumptiue, in quo nulla est dubitatio, non docto de contrario, & solum circa translationem
37 † dominij cadit, & bene dubitatio, quia non censetur translatum, secūdum Barbos. Valas. Guido. vbi supra. Tamen in praxi receptum est, vt ex † sola, & sim-
38 plici recognitione, vel contractu receptionis emphyteosis probetur dominium aduersus recognoscentem, & adiu. dicetur

dicetur commissum non solum aduersus ipsum, sed etiam aduersus tertium possessorem, & ita seruari de stilo curiæ rũ, refert Guido vbi sup. probato, quod recognoscens esset dominus rei recognitæ tempore recognitionis, & quod hæc est æqua opinio, & praxis, ita Valascus vbi supra, numer. 18. vers. & practica bis, &c. dicens, quod in primis probetur, quod recognoscens erat dominus rei recognitæ, tempore quo rem recepit, & recognouit: hoc enim probato, & extenso instrumento recognitionis, censetur probatum dominium Titij dantis, &c. (quod tamen intellige alio non edocto, vt supra) neque hoc intelligas data scientia recognoscentis; nam tunc censeretur translatum dominium in vim iuris, vt in præcedenti decisione dixi, sed procedit hæc praxis, quantum ad probãdum dominium dantis præsumptiue, ex recognitione, seu acceptione in emphyteosim, vel locationem: nam paria hæc sunt, secundum Valascum vbi sup. vers. sed confestim, &c. etsi hoc procedit in probatione dominij, etiam contra tertium possessorem, magis procedet in † probanda possessione dãtis per

39 possessionem recipientis, quæ facilius transit quam dominium, l. quod meo, de acquirẽda possessione, & dominium sola traditione, l. traditionibus, C. de pactis, Valascus vbi supra, num. 20. & cum his remanet expedita secunda conclusio.

40 Tertia conclusio, quando non † constat de possessione naturali dantis, constat autem de possessione naturali recipientis, cuius nulla recognitio expressa adest, sed solum simplex acceptatio, & probatur solutio pensionis, seu mercedis, hoc casu in contractu locationis, & conductionis, in quibus propriè verificatur hæc conclusio (nam in emphyteosi, & feudo non potest dari acceptio cõtractus sine recognitione, nihil enim aliud est accipere rem tuã in feudum, vel emphyteosim, quam te recognosco re in dominum directum, & possessorẽ ciuilem, Valascus dict. quæst. 9. num. 18. vers. sed confestim, & sic in feudo, vel emphyteosi militat conclusio de recognitione loquens, & à fortiori in eis procedent, quæ hic traduntur de locatione, & conductione, prout notauimus in discursu) & à fortiori in contractu emphyteosis, & feudo remanet probata possessio dantis, & commissum producit effectus resolutionis, & consolidationis, non solum quoad accipientem &, habentes ab eo causa, in quo nulla est dubitatio, quoad possessionem dixi in præcedenti decisione, vt per Barbos. numer. 80. vers. prima est, sed etiam aduersus tertios. Ita Doctores omnes fundati in perceptione pensionis, per quam probatur possessio recipientis pensionẽ, iuxta tex. cum ibi traditis per Bart. & omnes in l. qui vniuersas, §. quod per colonum, ff. de acquiren. posses. & in c. cum venissent, de restitut. spoliatorum, tradunt Valascus vbi supra, à num. 13. & 14. Barbos. in dict. l. si alienam, num. 80. vbi multos allegat, & num. 82. Ant. Gabriel lib. 3. commun. tit. de locato, conclus. 4. num. 2. vbi multi, Mascard. latissime de probatio. conclus. 1185. vbi in finiti, & conclusione 1186. num. 3. Ratio est, quia in contractu emphyteosis concurrit in committante possessio ciuilis,

41 quæ principium attractiuum resoluẽdę possessionis naturalis ei., nam possessio domini rectè probatur per solutionem canonis factam ab eo, qui in possessione actuali existit, dict. §. quod per colonum, Mascard. late, dict. conclus. 1185. In contractu autem locationis, & conductionis, & alijs similibus, probatur etiã quasipossessio per solutionem canonis, secundum Valascum, Mascard. Barbos. & omnes supradictos, communem dicit Bertazol. in consilio ciuili 1. numer. 60. vers. ex locatione enim vol. 1. & tandem in hac opinione conueniunt Doctores omnes, vt per Mascard. vbi supra, Ruin. cons. 14. num. 5. in 4. dicens, possessionẽ

42 † probari per concessionem in emphyteosim, & pensionis perceptionem, & dicit

dicit, communem, & Nata conf. 682. numer. 20. in quarto, ex mente Aretini in dict. §. quod per colonum testatur etiā communem. Ratio rationis esse potest, quia recipere solutionem, aut pensionē fundi, siue domus, est percipere fructus illarum rerum, percipere autē fructus ex fundo, nihil aliud est, quam possidere fundum, cap. cum venerabilis, de religios. domibus, l. filius familias, §. diui, el primero, de legat. 1. vbi ille dicitur
43 possidere, † vt dominus, qui percipit fructus, & illis vtitur pro libito suæ voluntatis; ita resoluit Barbat. consil. 70. colum. 6. vers. quinimo, volum. 2. quod procedit etiam contra tertium, vt dixi Valasc. vbi supra, num. 13. in fin. pulchre Bald. in cap. cum venissent, num. 5. de restitutione spoliatorum, Felin. in cap. cū Bertholdus, num. 25. de re iudicat. Gabriel. vbi supra, numer. 3. Mascard. dict. conclus. 1185. numer. 5. & 1186. num. 10. Barbos. in dict. l. si alienam, num. 80. per tex. in dict. cap. cum venissent, de restitutione spoliatorum; nisi iste tertius eo tēpore esset in possessione; nam tunc per locationem coniunctam cum solutione pensionis non censebitur probata possessio illius, cui soluitur pensio, l. quamuis, §. si conductor, & ibi Bart. num. 2. de acquir. possessione, l. Pomponius, & ibi Bart. quibus mod. vsusfruct. amittatur, Menoch. de retinenda pos. 3. remed. numer. 567. Barbos. num. 81. Valasc. num. 14. loquens in emphyteosi, & multos allegat Gabriel vbi supra, numer. 5. vbi multi alij allegat glos. in cap. bonæ, in verbo vnam procurationem, de appellatio, Mascard. dict. conclus. 1185. num. 14. vbi allegat multos, & ibi de communi, & conclus. 1186. numer. 15. Ita Portol. ver. apprehensio 1. num. 24. dicens, quod tali casu possessio dantis ad emphyteosim probanda esset, allegat alios.

44 Quæ conclusio procedit † etiam non probata effectuatione locationis, vel emphyteosis, vel alterius similis contractus; resultat enim præsumptio effectuationis ex solutione pensionis; quia non est verosimile, quod conductor sol. soluisset, si virtute locationis, & contractus non fuisset in possessione, & fructus non percepisset, Aretin. in dict. §. quod per colonum, & ibi de communi Gabr. num. 7. Mascard. dict. conclusione 1185. num. 13. Et sic per solam receptionem pensionis probatur possessio. Sed est aduertendum, quod vt dicta pensionis solutio noceat tertio, etiam non possessori, requiritur, quod solutio facta sit in conspectu rei, vel quod fuerit sepius cō tinuata Imol. in dict. §. quod per colonum, Gabriel num. 4. Mascard. vbi sup. num. 13. Deinde supradicta conclusio in
45 telligenda est, † quando solutio fit per ipsum colonum, seu possessorem, secus si à tertio non possessore rei, nec habente ab ipso mandatū soluendi; tunc enim ex solutione nulla probatur possessio, cum potuerit soluere eo ignorante, & etiam inuito, iuxta l. solutionem, vel iudicium, ff. de solutio, ita Corneus consi. 6. post num. 4. volum. 3. Mascard. vbi supra, num. 19. & 26. Gabriel vbi supra, numer. 10. Nam quando soluit colonus, apparet animus, quod rem tenet nomine eius, cui soluit, at quando soluit tertius, non apparet de animo; quia potuit facilius falli in facto alieno, quā in suo, l. quamquam, ff. ad veleian. Deinde quia licet tertius non colonus soluat mihi, non ob id probatur, quod ego possideam, neque alius, qui possidebat priuetur sua possessione, sic Bart. Alexand. & alij in dict. §. quod per colonum: at vero quando colonus, & conductor soluunt, aliud est, vt dixi, quia probatur, & cōseruatur per eos possessio. Ex quo fit limitā do regulam, quod contra tertium possessorem non probetur possessio per solutionem pensionis, vna cum locatione, vt non procedat, quando colonus mortuo locatore continuat conductionem soluendo hæredi locatoris: tunc enim adeo conseruatur possessio locatoris, vt licet alius accipiat possessionē rei: imo, & quod plus est, recognoscat fem illam

possi-

possidere nomine illius, qui intrauit, & occupauit possessionem, præualebit altera recognitio realis, & quæ facto fit, & remanebit probata possessio hæredis locatoris, contra illum possessorem tertium, ita Alexand. in l. quamuis, §. 1. ff. de acquirend. possess. Afflict. decis. 325. num. 3. Mascard. latius vbi supra, num. 16. vbi late. Vna sola differentia † reperitur inter emphyteosim, & locationem
46 in hoc casu, quod possessio domini directi resoluit ex consuetudine Regni, etiam in articulo tenutę, & litis penden: In locatione vero remaneret probata possessio contra tertium in plenario tantum possessorio, non vero in articulo inferioris possessorij, in quo solum obtinet detentans, ita Molin. in versic. de possessionis resolutione, Portol. §. apprehensio. 1. num. 38. vbi bene; contra vero conductorē, & recipientē emphyteosim, & habētes ab eo causā, nec docētes de contrario, obtinent locator, & dominus cum solo titulo, quoniam contra illos ex hoc probatur possessio; obtinebit etiam colonus contra locatorem in omni articulo possessorio durantibus iuribus suis, Portol. verb. apprehensio, 2. num. 47.

Quarta & vltima conclusio, quando non constat de possessione naturali dantis, constat tamen de possessione naturali recipientis, & non adest expressa dominij directi recognitio, sed sola simplex acceptatio, & non datur pensionis solutio, sed simplex emphyteotæ, & seu recipientis possessio, in quo dubitatur an ad resoluendum possessionem naturalem sufficiat instrumentum emphyteoticum, cum possessione subsquuta recipientis, & acceptātis Et distinguendo non dubia, dicendum est in † emphy-
47 teosi probari possessionem, imo & dominium præsumptiue, non dico transferri per ipsum instrumentum subsequutā possessione recipientis, etiam non data solutione pensionum. Ratio est, quia hic semper datur recognitio expressa; non enim aliud est in emphyteosim accipere, quam recognoscere dominium, & possessionem esse tuam, vt bene Valasc. dict. quæst. 9. num. 18. ver. sed confestim,
48 asserens † communem regulam, quod datio in emphyteosim non probat directum dominium, etiam contra recipientem, procedere, quando simpliciter offertur instrumentum emphyteosis, per illud enim solum non probatur dominium, si tamen probetur recipientem tēpore recognitionis dominum esse, tunc ex tali recognitione dominium probabitur, vt in præcedēti decisione, saltem præsumptiue; vt præsumamus rem esse illius, in cuius fauore fit recognitio, seu confessio, Decius in l. traditionibus, numer. 6. C. de pactis, Valascus vbi supra, Guido Papa decis. 272. Barbos. dict. l. si alienam, num. 94. & hoc etiam aduersus tertium, si tamen non possideat, vt supra dixi, Valascus vbi supra, d. versic. sed
49 confestim, & num. 14. Et si † dominium probatur probata possessione recipientis, multo magis pbata remanebit possessio ciuilis, quæ est principium attractiuum resoluendi naturalem, contra quemcumque etiam tertium non possessorem, nec docentem de contrario, ex solo autem instrumento emphyteosis licet non probetur dominium probabitur tamen possessio, vt supra diximus in præcedenti decisione; nam si per lo-
50 cationis instrumentum † probatur possessio contra recipientem, vt in præcedenti decisione, idem erit in solo instrumento emphyteosis, quia in hoc a pari procedunt Barbos. nu. 82. & dixi in præcedenti decisione.

Quantum vero ad locationem dicen-
51 dum est, ex solo instrumento † locationis subsequuta possessione recipientis censeri probatam possessionem dantis, Bald. & Bart. in l. ad probationem, C. locat. Socin. cons. 11. volu. 2. Grat. cons. 30. volum. 1. Gabr. tit. de locato, conclus. 4. num. 15. hoc ipsum videtur tenere Valasc. dict. quæst. 9. num. 16. vbi, quod si locaui tibi prędium, & tu longo tempore coluisti, arasti, & curasti fundum, his proba-

probatis, remanebit probata possessio, & ex ea præscriptio dominij, imo si per triginta annos coluisset meo nomine colonus præscriberem dominium, Valasc. vbi supra, Barbosa vbi supra, num. 84. in fin. sequitur Barbos. num. 83. allegat Alexand. cons. 12. num. 3. in 4. Decium cons. 146. num. 2. Socin. cons. 187. num. 2. in 2. Felin. in cap. inter dilectos, num. 8. de fide instrumen. Vnde sicut per loca-
52 tionem † cum solutione pensionum censetur probata possessio locatoris in præiudicium omnium non possidentium, vt supra late, ita censebitur probata quoad omnes, quando quis locauit, & colonus arauit, & coluit terram, Ruin. consil. 46. num. 12. ad fin. lib. 4. á pari namquè procedunt recipere fructus, siue põ [?] siones, & terram colere, & arare, l. arboribus, §. nam etsi, & ibi Bald. in princip. ff. de vsufruct. & hoc siue quis faciat per se, siue per alium, vt per colonum, Paris. consil. 107. num. 2. in primo, & hoc etiam si non detur solutio pensionum, vt contra Ruin. tenet Barbos. numer. 84. Est verum, quod contra tertiũ possessorem non censebitur probata, sicut nec per solutionem pensionum, vt supra dixi, Barbosa dict. numer. 83. Istorum omnium ratio est, quia per culturam, & laborationem agrorum probatur efficaciter possessio, glos. in l. 3. ver. finiatur, C. fini. regund. vbi Bald. numer. 4. Rimin. sen. cons. 341. numer. 4. in secundo, Bald. in l. Celsus, numer. 130. vers. addo quod sufficit, ff. de vsucap. Mascard. late infinitos allegans, conclusione 1187. nec requiritur perceptio fructuum; est tamen verum, quod si de eodem tempore probaretur vnum fundum coluisse, alterum vero fructus percepisse, obtineret iste, quoniam in perceptione fructuum consistit efficacia, ius, & vtilitas possessionis, ita Bald. in cap. licet causam, numer. 36. de probat. & ibi Felin. numer. 9. & si non daretur equalitas in probatione temporis, tunc cum ambo actus sint sufficientes ad probandam possessionem, ille melius probauit, qui probauerit de
53 antiquiori facto, quia possessio † posterior præsumitur clandestina, ita Bald. in l. arboribus, §. nam etsi, nume. 1. ff. de vsufruct. & quem admo. quis vtat. &c. & cum hoc à pari procedat, siue per se quis colat, siue per alium, veluti per colonum, nomine tamen suo, Paris. consil. 107. numero vigesimo secundo, vers. faciunt etiam, volumine primo, Menoch. de retinenda possessione, quæst. 72. numer. 536. Socin. iunior. consil. 135. Mascard. vbi supra, numer. 9. Sequitur à primo ad vltimum possessionem † locatoris probari probata pos-
54 sessione coloni, & recipientis, siue per culturam, vel aliàs probetur possessio coloni. His autem adminiculis deficientibus probanda semper est possessio dantis, qui se in possessione fundat, & quomodo sit probanda possessio ciuilis, bene Mascard. conclusione millesima centesima octuagesima tertia.

Ex his omnibus fuit bene lata sententia contra ciuitatem agentem, ex multiplici capite. Primo, non constitit de possessione dantis, sed nec etiam de possessione recipientis; quia licet aliqui testes aliquid deponant de possessione Michaelis del Corral recipientis; tamen quia factum non est antiquum, nõ valet testimonium illorum de auditu, & sic non probatur possessio recipientis. Deinde, quia hæc probatio præsumptiua; quæ oritur ex locatione simul cum possessione recipientis, vel solutione pensionis, non operatur contra tertium possessorem, vt hic erat Baro. Præterea, quando omnia hæc concurrerent, non procedunt, quando reus probat de antiquiori possessione, vt hic docuit Baro.

At hæc non concurrit aliqua solutio pensionis, facta per Michaelem del Corral, ex qua possit probari possessio dantis, iuxta communem regulam, & licet producantur quædam albarana solu-

tionum factarum per Ioannem del Corral eius filium, tamen ipse Ioannes nunquam possedit, nec fuit, qui emphyteosim recepit, sed Michael eius pater, & tunc secundum superiora intrat alia regula, quod quando soluit tertius, qui nec est recipiens, nec possessor, talis solutio non nocet vero possessori; vnde cum hic nullæ regulæ præsumptiuæ possessionis concurrerent contra istum tertium possessorem, merito pro eo fuit lata sententia; cuius motiua posita sunt per fragmenta in precedenti decisione, & de his satis.

DECISIO C.XCII.

Deponens pœnes curiam aliquid, quando possit se separare, vt depositum sibi restituatur.

SVMMARIVM.

Depositum debet restitui depositantiy si depositarius se separet à deposito antequam id pro quo depositatur suum sortiatur effectum. num. 1.

Depositans pecuniam conditionaliter, si conditio non adimpleatur, depositans benè potest separari à deposito, quod ita fuisse indicatum refertur num. 2.



N processu Prioris, Iuratorum, Concilij, & Vniuersitatis ciuitatis Oscæ, super deposito, in scribania de Roda, in Regia Audientia.

Cum ciuitas Oscæ super suis bonis imposuisset censualia, singularum 500. librarum, impositarum in fauorem D. Annæ Clauer vxoris quæ fuit D. Petri Coloma, ad præstationem pensionis singulorum quingentorum solidorum; porratas simul cum proprietate in Regia Audientia depositauit, ac consensit, quod facta luitione per viam reuenditionis, luitionis, & quitamenti, restituerentur dictę Annæ Clauer. Accidit in dicto processu, quod cum D. Melchor Enriquez dela Carra, & de Nauarra, & D. Leonor de Gaztelu opposuissent se in dicto processu, tanquam creditores D.P. Coloma: Ciuitas Oscæ separauit se à dicto deposito, & petebat restitui quantitates ab ipsa depositatas; ex eo, quia cum hoc depositum esset factum à Ciuitate, & aliqui creditores ipsius non petebant idem restitui, sed creditores D.P. Coloma, quod informatio petita à D. Leonora, & don Melchore locum non habebat: pro parte tamen eorum totum contrarium prætendebatur, asserendo, quod licet hoc esset verum, tamen in censuali dicebatur, quod ciuitas prædicta imponebat dictum censuale in fauorem D. Annæ Clauer vxoris D.P. Coloma, cuius creditores ipsi erant, & sic habebant ius ad exigendum dictam quantitatem, & quod debebant admitti ad informationem, quam ipsi petebant, & supplicabant. Fuit tamen conclusum,
1 quod ex quo dicta quantitas † adhuc non erat dictæ D. Annæ, donec & quousque ipsa per viam luitionis venderet, siue reuenderet dictum censuale, quod dicta quantitas erat restituenda dictæ Ciuitati, cuius creditores in processu non aderant, nec etiam creditores dictę D. Annæ Clauer, quod si sui adessent, adhuc non erat considerandum, & ita fuit decisum, die 14. Augusti 1596. quod fuit fundatum ex Bart. in l. accepiam, C. de vsuris, & in l. sicut, C. de actio. & obligat. & ex l. 1. §. si sic deposuero, ff. de pos. Bald. in l. fin. in fin. C. de communi. seru. manumis. glos. Bart. & alij in d. l. sicut, & in l. si pecuniam, ff. de condic. caus. dat.

Secundo fuit consideratum, quod depositum factum ab istis Oscensibus erat
2 conditionale, † ea enim lege, & conditione factum fuit, quod primitus, & ante omnia esset facienda reuenditio, siue extin-

extinctio per viam luitionis, & quitamenti, quod cum non esset factum, re integra existeute poterat fieri separatio ab hominibus Oscensibus, iuxta notata in l. cedere diem, l. Meuius, l. qui hæredis, de conditio. & demonstra. & facit ad propositum bonum consilium Bald. 104. lib. 1. Ex quibus patet decisio huius causæ. Itaque quantitas deposita fuit mandata restitui consilio Oscensi, non obstantibus in contrarium allegatis, quæ verè non obstabant, nec D. Melchor, nec D. Leonora fuerunt admissi ad informationem faciendam per eorũ partes prætensam: quia etiam si probarentur, non tamen relebabant, quominus esset facienda prædicta declaratio, quæ duntaxat fundatur in eo, quod erat conditionalis, & quamuis nisi esset, ex eo, quod cum non reperirentur in processu creditores dictæ ciuitatis, de cuius dominio erat quãtitas depositatã, quod etiam si esset dictæ D. Annæ, non tamẽ erãt admittẽdi prędicti D. Melchor, nec D. Leonora ad prædictas informationes faciendas, quod est singulare, & mẽti tenendum, quia est casus specialis.

DECISIO C.XCIII.

Fideiussor, quando teneatur assignare bona, & quando principalẽ, & an capi possit.

SVMMARIVM.

Fideiussor datus in contractu in hoc Regno, non tenetur assignare bona, nec cedere bonis, sicut principalis, nec compellitur iurare, quod non habet bona, vt num. 1. & 2.

Fideiussor in defectum bonorum non capitur in persona, limita, quando se constituerit principalem debitorem in instrumẽto, vel nisi se obligauisset habere bona expedita, vt num. 3. & 4.

Fideiussor Curiæ de iudicato soluendo (si ille pro quo fideiußit sit ciuiliter condẽnatus, & non habuerit bona sufficientia) executatur, discußione principalis prius facta, etiam si fideiussor intret principalis debitor, vt num. 5. & 6.

Fideiussor iuris, si dixerit se non habere bona compellitur ad iurandum. nu. 7.

Fideiussor iuris si bonis cedere noluerit capietur in persona. num. 8.

Fideiussor iuris pro aliquo criminaliter accusato si non præsentet potest compelli ad aßignandum. num. 9.

Fideiussor vbi non se constituit debitorem, sed est simpliciter constitutus, non compellitur ad soluendum, sed pignoratur donec soluat; secus si se constituerit debitorem, vt num. 10. & 11.



IN materia fideiussionũ est prima conclusio. In Regno, † fideiussor datus in contractu non tenetur assignare bona, nec cedere bonis, sicut principalis obseruan. item fideiussor, de fideiussor. obseruan. item nota quod fideiussor. eod. tit. nec compellitur iurare, † quod non habet bona, nec renunciare bonis, nec præconizabitur secundum forum, obseruan. si quis se constituit de fideiussor. adeo quod, neque potest in defectum † bonorum capi in persona, sed capientur bona eius, si ea creditor ostenderit.

1
2
3

Hoc de non capiendo fideiussorem contractus in defectum bonorum procedit, quãdo simpliciter esset obligatus; secus quando se constituerit † principalem fideiussorem in instrumento, vel nisi se obligasset habere bona expeditas tunc enim capitur persona in defectum bonorum dicta obseruantia, item nota, quod fideiussor.

4

In fideiussore curiæ, qui fideiussor iuris appellatur, est alia regula, fideiussor curiæ de iudicato soluendo,† si ille, pro
5 quo fideiussit sit ciuiliter cōdemnatus, & non habuerit bona, vel saltem nō sufficientia, executatur sententia in bonis fideiussoris, discussione principalis prius facta, obseruantia si quis se constituit in iudicio, de fideiussor. Bardaxi in for. 3. de dilation. secundum quem in hoc casu obseruatur Authentica. præsenti, C. de fideiussor. Guido Papæ de-
6 cisione 94. quod est verum,† licet fideiussor intret principalis debitor, idem decis. 570. vbi idem limitat aliquibus modis, & in decis. 26. Et si iste, & quicumque fideiussor iuris dixerit se non
7 habere bona, † compelletur ad iurandum, quod non habet bona, & renuntiare bonis, & præconizabitur, neque capietur in persona in defectum bonorum, sed tenebitur cedere bonis suis, & præconizabitur, vt dixi, & si cedere no-
8 luerit, † capietur in persona, obseruan. item nota, quod fideiussor in fine, de fideiussor. quod si sit fideiussor iuris pro
9 criminaliter † accusato, si non præsentet eum, potest compelli ad consignandum bona, & renuntiandum bonis, licet fideiussor contractus non teneatur, nec compelli possit, obseruan. Item fideiussor de fideiussor.

Tertia regula, quando fideiussor est
10 simplex, & non se constituit debitorem, non compellitur ad soluendum, sed pignoratur, donec soluat, vel faciat solui; si vero se constituat debitorem, † potest
11 pignorari & distringi ad soluendum, secundum forum, etiam non discusso principali, Marsil. in rub. de fideiussor. quęst. 1. Nata consil. 345. in secundo. In hoc enim non seruatur dict. authentica pręsenti; obseruan. de tringinta de generali priuileg. vt in processu Matthęi Solorçano, super iurisfirma grauaminum facto in curia Iustitię Aragonum, circa annum millesimum quingentesimum nonagesimum sextum.

DECISIO CXCIIII.

Modus executandi fideiussores.

SVMMARIVM.

Fideiussor de iudicato soluendo executatur in bonis suis, sine alio processu, statim lata sententia contra eum, in defectum tamen bonorum condemnati, vt numer. 1. & 2. & idem est in fideiussore dato in processu super expensis, vt num. 3.

Fideiussor contractus sine nouo processu executari nequit, & idem est in alijs fideiussoribus iuris, seu curiæ, vt num. 4. & 5.



IDEIVSSOR de iudicato soluendo execu-
1 tatur † in bonis suis sine alio processu statim lata sententia cōtra eum, pro quo fideiussit, Guido Papę decis. 26. & 215. num. 9. vbi additio, sicut sententia contra debitorem lata exequitur in bonis debitoris sui, l. 2. C. quando fis. vel priuat. & an sententia lata contra fideiussorem exequatur contra principalem, vide in dicta additione, & hoc in defectum † bonorum 2
condemnati, vt dixi, obseruan. si quis se constituit in iudicio, quæ est 5. de fideiussor, Molin. verbo fideiussor de iudicat. soluend. & ibi Portol. num. 12. & sic debet fieri prius discussio in bonis principalis, secundum Authenticam præsenti, C. de fideiussor. vt supra dixi
3 in alia decis. idem est in † fideiussore dato in processu super expensis; nam potest statim lata sententia contra suum principalem absque nouo processu executari, & etiam absque discussione principalis debitoris, Moli. verb. fideiussor si est datus, & ibi Portol. num. 17. de fideiussor.

Fide-

4 Fideiussor vero contractus † sine
nouo processu executari nequit, Por-
tol. vbi sup. num. 18. Guido Papę decis.
26. & 215. num. 9. vbi bona additio; † vi-
5 de in eodem processu, de quo in alia
decisione, vbi generaliter id decidi-
tur.

DECISIO CXCV.

De materia satisdandi.

SVMMARIVM.

Conuentus actione reali suo nomine, olim satisdabat dando fideiussores de iudicato soluendo, & ibi ad quem finem id fieret traditur. num. 1.

Actor agens actione reali suo nomine non satisdabat; si vero alieno nomine satisdabat rem ratam dominum habiturum, idem in actione personali, vt nu. 2. & 4.

Satisdare tenebantur tutores, & curatores legitimi, nam datiui, & testamentarij non satisdabant. num. 3.

Reus, si alieno nomine conueniatur, satisdare tenetur iudicatum solui, siue agat cum mandato, siue sine eo, limita, vt numer. 5. & 7.

Defensor alienæ rei sine satisdatione, nemo idoneus esse existimatur. nu. 6.

Reus conuentus suo nomine, siue actione reali, siue personali, de iure nouo non tenetur satisdare indicatũ solui, sed pro sua persona de iudicio sisti satisdare tenetur. num. 8.

Procurator actoris, si non exhibet mandatum, vel confirmationem potestatis factam à domino litis præsente, & confirmãte, tenetur satisdare rem ratam dominũ habiturum, & amplia, vt num. 9. & 10.

Procurator rei licet habeat mandatum, debet cauere de iudicato soluendo; & si dominus fuerit litem contestatus, tenetur cauere, quod reus tempore sententiæ in iudicio assistet, vt num. 11. & 12.

Reum absentem si quis defendere voluerit sine mandato, tenetur satisdare iudicatum solui, tan in reali, quam in personali actione. num. 13.

1 IN hac materia de iure varie
fuit actum; nã olim si quis
conueniebatur actione rea
li suo nomine satisdabat,
dando fideiussores de iudi-
cato soluendo, ad hunc finẽ, vt si victus,
nec rem restitueret, nec ęstimationem,
posset agi cum fideiussoribus, vt iudica
tum solueret, & fortius hoc erat, si quis
alieno nomine conueniebatur actione
reali, vel iudicium reus pro alio acci-
piebat.
2 Actor vero † agens actione reali, si no
mine proprio agebat, non satisdabat; si
vero vt procurator, & sic alieno nomine
agebat, satisdabat rem ratam dominum
habiturũ, & hoc propter periculum ne
dominus iterum ageret de eadem re.
Tutores vero, & curatores eo modo
quo procuratores satisdabant, quod in-
3 telligo de legitimis † tutoribus, & cura-
toribus; nam datiui, & testamentarij nõ
satisdabant, §. 1. de satisdatio. tutorum,
& §. 1. de satisdation.
Verum si agebatur † actione persona
4 li, tunc dic, quod in actore idem erat,
quod supra dixi, id est, quod si suo no-
mine agat, non caueat, si vero alieno no
mine agat, caueat rem ratam dominum
habiturum, vt supra dixi; in reo vero
dic, quod si alieno nomine conuenie-
batur, † tenebatur satisdare indicatũ sol
ui omnino, siue ageret cũ mãdato, siue si
ne mãdato. ratio est quia nemo defẽsor
5 in † aliena re, sine satisdatione idoneus
esse creditur. Hæc regula etiam hodie

bona est, §. 1. & §. si vero reus instituit. de satisdatione, vbi glos.l.non videtur, ff.de procurat. Si vero proprio nomine quis conueniebatur † actione persona-
7 li, non satisdabat iudicatum solui, olim ita erat secundum Fabrum in d.§.1.glo. non cogebatur, ibi, sed contrarium tenet, Angel.ibi, & glos.rub.ff.iudicat.solui. Et nota, q in hoc solo differt actio personalis ab actione reali, vbi satisdat reus iudicatum solui.

Verum hæc iure nouo immutata sunt;
8 nam reus † conuentus suo nomine siue actione reali, siue personali, non tenetur satisdare iudicatum solui, seu dare satisdationem pro litis æstimatione, sed pro sua tãtum persona tenetur satisdare de iudicio sisti, vsque ad terminum litis, & hoc aliquando per fideiussores, aliquando per Iuratoriam cautionem, vt in §. sed hodie, vbi glos.de satisdat.

Si vero alieno nomine agatur, tunc dic primo in actore, quod si procurator
9 non exhibet mandatum, † vel confirmationem potestatis factam à domino litis, præsente, & confirmante tenetur satisdare dominum rem ratam habiturum, & idem erit si tutor, † curator, &
10 similes personæ litem per procuratores inferant, postquam hæc personę sunt effectę dominæ litis per contestationẽ ab eis factam, secundum glos. per alium in §.fin autem, de satisda.instit.

In reo vero per procuratorem agen-
11 te dic, quod licet procurator † habeat mandatum, vel confirmationem domini, debet cauere iudicatum solui, & poterit reus pro eo fideiubere cum hypotheca bonorum suorum; & si do-
12 minus fuerit † litem contestatus, tenetur procurator cauere, quod tempore sententiæ reus in iudicio assistat, quod si non venerit, omnia dabit fideiussor, quæ condemnatione continentur, nisi fuerit procuratum. Si vero reus non sit præsens, & sic mandatum procuratoris, vel confirmatio illius non adsint, & aliquis velit reum defendere, † debet sa-
13 tisdare iudicatum solui, tam in iudicio actionis realis, quam personalis, nemo enim secundum veterem regulam, (vt dixi, supra) §. verum, alienę rei defensor idoneus intelligitur sine satisdatione, & hoc siue habeat mandatum, siue non, dict.§.si vero, eod. hęc ita practicantur, & sunt in vsu, & sic non indigent particulari decisione.

DECISIO C.XCVI.

Testes vniuersitatis quando admittantur.

SVMMARIVM.

TEstes vniuersitatis non probant pro vniuersitate de iure, quando agitur de illorum commodo, vel damno: secus si de commodo vniuersali, & bursæ communis, vt num.1. & 2.

Testes de capitulo, vel concilio admittuntur ad probandum ea quæ fiunt in capitulo, quæ de sui natura occulta sunt.nu.3. & 7.

Testes de vniuersitate in hoc Regno nullo modo admittuntur.num.4.

Vniuersitas non probat cum hominibus de Vniuersitate, licet de solo commodo eiusdem agatur, etiam si aliàs probatio haberi non possit, Vt num.6.

Testes inhabiles admitti solent, quando ex natura negocij alij haberi non possunt. num.8.

Vniuersitas probat cum hominibus Infantionibus de eadem, quia non sunt de Vniuersitate nisi in fauorabilibus, contrarium traditur.num.9.&10.Sed concorda, Vt num.11.& 12.

Decisio

Decisio curię domini Iustitiæ Aragonum creditur ad propositum. numero 12.



ESTES vniuersitatis non probant pro vniuersitate de iure, quod
1 est verum, † quando agitur de illorum commodo, vel damno; secus autem, si solum de commodo bursali, & bursa vniuersali communis agatur; quoniam tunc possunt ferre † testi-
2 monium pro vniuersitate, ita Couarr. in practi. quæstio. cap. 18. numer. 4. Mascard. conclusione 14. & 16. vbi late. Ratio primę conclusionis est, quia deponerent pro suo commodo, vel damno, veluti si de pascuis, aquis, nemoribus ageretur, & ideo, cessante hac ratione, in secundo casu sunt idonei testes.

Sed si ageretur de re, quę solum tractatur in capitulo, vel † consilio, de sui
3 natura occulta, tunc admitterentur homines vniuersitatis, licet de eorum commodo, vel damno ageretur, ita Mascar. num. 14. Alexan. cons. 152. in quinto, per glos. in cap. 3. loco de probation. vtraq; conclusio recipit limitationes, & ampliationes, vide per Mascard. vbi sup. Sed in Aragonia cessat omnis distinctio iuris,
4 & nullo † casu admittuntur testes vniuersitatis, obser. nota quod si petitio, de probatio. Quia forus in vtroq; casu præsumit affectionem pro sua vniuersitate, & siue vniuersitas agat, & accuset, siue eius expensis causa ducatur; quia paresset affectio in vtroque casu, Grammat. decis. 19. Honded. cons. 17. nam tali casu dicitur vniuersitas pars ipsa interessata, Roland. cons. 72. numer. 3. in secundo, Vrsil. ad Afflict. decis. 400. Caputaquen. decis. 264. numer. 1. parte 3. Farin. in crimin. lib. 1. quęst. 60. numer. 531. Et sic non probat † vniuersitas cum ho-
5 minibus suis, licet de solo commodo vniuersitatis agatur, obserua. nota quod si petitio offeratur de probatio. Molin. verbo, vniuersitas, quod verum, licet
6 aliàs probatio † haberi non possit, ex quo ex natura actus res per alios possit probari, licet a casu non reperiatur aliquis testis. Quod limitat Molin. non procedere in rebus, quæ geruntur in collegio, & capitulo occulte, quia in illis admittuntur † testes collegij, & capitu-
7 li, cum à natura actus non possit per alios probari, qualia sunt gesta in cõsilio Ecclesiæ, & vniuersitatis, quæ non tractantur nisi coram hominibus concilij, cap. veniens, 2. de testib. & sic tunc probatur per homines de concilio, & vniuersitate, ita Alexand. cons. 152. numer. 12. in quinto, Grammat. consil. 22. inter consilia criminalia, num. 10. & consil. 77. inter consilia ciuilia: vide ad di. Rouescal. ad Alexand. cons. 152. vbi
8 habes, ita demum testes inhabiles † admitti, quando ex natura negocij alij non possunt haberi; secus si ex accidenti, vide Socin. consil. 7. numer. 5. in princip. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 16. et de iure idem habemus cautum, sicut dicimus, quod dominus temporalis non probat cum hominibus de suo signo, & sic vassallis, foro 3. de testibus cogen. vbi habes: Rex vero bene probat cum suis vassallis, obseruan. 3. de probation.

9 Bene poterit tamẽ † vniuersitas probare per homines Infanciones, & milites in ea commorantes, quia non sunt de vniuersitate, & concilio, nisi in sibi fauorabilibus, obseruantia, quod statuta facta, tit. actus curiarum. Molin. verbo vniuersitas, vers. notandum tamen est, fol. 339. 1. col. idẽ in verb. appellitus apprehensionis oblatus. Sed hoc habet dubium, quia licet nõ sint de vniuersitate,
10 & sic eis hoc non resistat, tamen † percipiunt commodum ex iure pascendi, super quo vertebatur lis in dicto verbo appellitus apprehensionis, & sic ex hoc non debuerunt recipi, nam bene stat, quod ex vno capite admittatur, ex alio vero excludantur, aliàs diceremus fora-

lem dispositionem, quæ superuenit ad cohartandam probationem, inducere contrarium effectum. Cõfirmãtur quia etiam Clerici non habentes Collegiũ, pro sua Ecclesia non deponunt, vt Prælatus secundum Menoch. lib. 2. casu 106. num.16. quare dicendum est, quod
11 obseruantia † voluit inhabilitare homines de vniuersitate, etiam in casu, in quo de iure poterant deponere, veluti, quando agitur de commodo communis, seu vniuersitatis, vt nec tũc admittãtur, Infanciones vero non comprehendit, quia non sunt de vniuersitate; si ve-
12 ro agatur de † commodo omnium tunc obseruantia non corrigit ius commune, quo casu omnes repelluntur, sicuti Prælatus, & ad versiculum appellitus apprehensionis respondetur, quod ibi agebatur de iure, & commodo vniuersali vniuersitatis, & sic poterunt Infanciones deponere, alij tamen non potuissent, & hoc videtur consentaneum rationi, &
13 iuri. † Hæc omnia fuerunt sic decisa in processu Iuratorum de Longares, contra certos officiales loci de Tossos super criminali, circa annum 1598. in curia Iustitiæ Aragonum.

DECISIO CXCVII.

Testes, quando debeant conciliari.

SVMMARIVM.

Testium vtriusque partis dicta si per se discrepant, ad euitandum periurium conciliari debent, si actus reiterabilis sit. num.1.

Testes non conciliantur, quando discordia est inter dicta testium, & dicta partium producentium. num.2.

Actor debet clare probare ea quę intendit, aliàs succumbet. num.3.

Confessio propria non prodest confitenti. num.4.

Testium dicta obscura, licet non recipiant lumen per confessionem, vel articulum producentis, bene tamen recipiunt in his in quibus potuit sibi præiudicare. n.5.

Actuum multiplicatio quãdoque præsumitur ad euitandam testium contrarietatem. num.6.

Decisio Regiæ Audientiæ traditur ad propositum. num.7.

TESTIVM dicta vtriusque partis ad euitandum periurium, † & discordiã, si per
1 se discrepent, debent conciliari, & reduci ad concordiam, si actus sit reiterabilis, quod idem procedit in testibus vnius partis, & hoc in supra dictis casibus, siue testes sibi oppositi sint numero ęquales, vel non, Abbas in cap. cum tu, de testib. cõmunis secundum Felin. in c. cum cõtingat, de officio de legat. quod non procedit quan-
2 do discordia † est inter dicta testium, & dicta partium producentium, quia tunc non fit concordia; vnde si dicta testium sint minus generalia, necessario non cõcludentia intentum partis producentis, non fiet reductio ad confessionẽ partis producentis, & sic solet dici, quod verbũ actoris ambiguũ, licet pro eo sit interpretandum, l. si quis intentione ambigua, ff. de iudi. tamen verbum ambiguũ suorum testiũ contra eum, & in fauorẽ rei debet interpretari. Ratio est, quia, † 3
qui probat, clare debet ꝓbare, aliàs succumbet, Abb. in d. c. cum tu, nu. 4. de testib. & in c. in præsentia, nu. 34. de probation. & in c. cum Ioannes, n. 7. de fide instrum. vbi quod dicta testiũ obscura nõ releuantur, clarificantur, nec conciliantur per confessionẽ, seu articulũ partis
4 producentis; quia propria † cõfessio nõ prodest cõfitenti, est originale d. Innoc. in c. cum contingat, de offic. de legat. de quo est tex. in c. in pręsentia de probat. vbi pars dixit, quem minorẽ 14. anno.

testes

testes autem dixerunt etiam minorem, sed quia non concludebant necessario de ætate ante 14. anno. cum etiam sit minor vsque ad vigesimum quintum annum, quo casu valet alienatio, saltem cum iuramento, non reducuntur hæc dicta ad intentum, & confessionem partis, quæ voluit intelligere de ætate ante quatuordecim anno. & in se sola sic erat interpretanda.

5 Sed dicta testium obscura † licet non recipiant lumen per confessionem, seu articulum producentis, bene tamen recipiunt à confessione, seu articulo partis aduersę, in his, in quibus potuit sibi præiudicare, cap. cum Ioannes, de fide instrument. nam licet testes ibi contradicentes instrumento non concluderent, quia non deponebāt de tempore illius, & sic erat presumenda multiplicitas a-
6 ctuum † ad euitandam contrarietatem, tamen quia ex confessione aduersarij constabat, quia vnicus erat contractus celebratus, ideo testes concordati, & reducti concluserunt contra instrumen-
7 tum, vide in † processu Franciscæ Iorda super criminali contra Paulum Cebil, Anno 1606. in Regio Consilio criminali.

DECISIO C.XC.VIII.

Testes in antiquis de auditu, quantum probent.

SVMMARIVM.

Testes de auditu, & fama in antiquis plene probant super matrimonio, & gradibus affinitatis, & consanguinitatis, quod postea extenderunt Doctores ad alios casus, vt num. 2.

Testes de auditu, & fama vt probent debent esse sine varietate, & contrarietate, perpetuiq; & constantes. n. 3.

Testium fides de auditu, & fama minuitur, quando contra famam instrumenta, historia, acta, monimenta ve, reperiuntur. num. 4.

Testes de auditu vt valeant, debent nominare duos saltem à quibus audierunt in antiquis, qui debent esse iam mortui, vt num. 6. & debent deponere, quo tempore audierunt, vt. num. 7.

Decisio Regiæ Audientiæ refertur ad propositum. nu. 8.

Testes de auditu in non antiquis, licet non plene probent, transferunt tamen onus probandi in contrarium. num. 9.



TESTIMONIVM de auditu, & fama in antiquis plene probat
1 † de matrimonio, & gradibus affinitatis, & consanguinitatis, est tex. clarus in cap. licet ex quadam de testib. cum moderatione, vt vltra quartum gradum indistincte, intra quartum vero gradum cum certis requisitis, de quibus ibi, can. de parentela 35. quæst. 6. in opere manufacto, l. si arbiter. ff. de probation. l. in summa. §. idem Labeo de aqua pluui. arcend. Tandem occasione horum iurium licet glosę in eisdem dicant hoc esse speciale in dictis casibus, vt testimonium de auditu, & fama, admittatur in antiquis, quasi secus velint in alijs casibus, DD. postea hoc exten-
2 derunt ad † omnia facta antiqua indistincte, & etiam per alia iura hoc probari dicentes, de qua cunque re agatur, siue dominio, possessione, & alijs rebus, vt tādem hæc sit communis opinio, & tenenda, vide late per Garciam de nobilitate, glos. 18. §. 1. fol. 197. vbi declarat, quod vt valeat hoc testimonium, de auditu, &
3 fama debet esse sine varietate, † & cōtrarietate, perpetuum, constans apud omnes, in num. 13. vbi vide multa in hac materia, vide Abbat. in cap. veniens 1. de

de testib. Tob. Num.consil. 6, num. 10. Ripa.in l.remq; columna penult. in fin. de acquir.possessio. & si contra famam
4 & auditum reperiantur † instrumenta, historiæ, acta, monimenta, valde minuũt famam, Garcia vbi supra, Bartol. in d.l. Labeo, Bald. in l. Conuenticula, C. de Episcopal. audient. Curt. Iun. consil. 17. Crauet. de antiquit. versic. fama, num. 9. l. census, & monimenta, ff. de probation. vide in processu Procuratoris Fiscalis contra Franciscum Nauarro, super iurisfirma, Anno 1596. In Curia Iustitiæ
5 Aragon. Imo vltra ista testes de auditu vt valeant, debent nominare saltem † duos, à quibus audierunt, vt videatur an hoc dictum habeat auctores fidedignos, vel ne, cap. licet ex quadam de testibus: & opus est quod illi, à quibus testes audiuerunt, tempore depositionis † sint mortui, si enim viuerent ipsi in luci deberent, secundum Crauet. de antiquit. §. viso de fama, & etiam requiritur, quod testes dicant † de quo
7 tempore audiuerint, vt constet ante litem motam audiuisse, quia si postea audiuissent, nihil releuaret huiusmodi depositio, cum in fraudem id dici potuerit, Hondedeus, consilio 17. numero 45. nisi factum esset tale, quod simul cum lite, & fama oriretur, vt in criminibus, in quibus in fragantia quis capitur, ecce quod hic delictum, lis, & fama, vno momento nascuntur, & fama tunc est vali-
8 dissima, vt sic vidi † iudicari in Consilio causarum Criminalium in Processu Frã cisca Iorda, de quo in alia decisione, & in alijs multis.

Testimonium de auditu in non anti-
9 quis licet non plenè probet, † transfert, tamen onus probandi in contrarium, & sic præsumitiue probat Hondede. vbi supra, de magis communi.



DECISIO C.XC.IX.

Minor quis dicatur in Regno & quos contractus facere possit.

SVMMARIVM.

MINOR de foro dicitur is, qui quatuordecim annos non habet. numero. 1.

Minor ætas finitur decimo quarto anno completo. n. 2.

Minor 20. annorum hodie non potest facere aliquem contractum, vel alienationem de suis bonis sedentibus sine decreto, exceptis testamento, & capitulis matrimonialibus, vt num. 3. 4. 8. & 10.

Minor 20. annorum de bonis suis mobilibus poterat ad libitum contrahere, sed hodie corrigitur, vt nu. 6.

Minor de bonis suis mobilibus hodie disponere non potest, nisi cum consensu parentum, vel superstitis eorum. n. 7.

Minor, ante forum Anni 1564. Iam coniugatus poterat alienare bona sedentia, sine consensu alterius coniugis. numero. 9.

Minor 14. annorum de iure nulla bona potest alienare sine tutore, & iudicis decreto. n. 11.

Minor 20. maior vero 14. res mobiles, quæ seruando seruari non possunt alienare potest solus, si curatorem non habet, secus si curatorem habeat, vt numero 12. & 13.

Tex. in l. si curatorem, C. de in integrũ restitu. mino. declaratur. n. 14.

Minor

Minor bona quæ seruando seruari possunt alienare sine curatore non potest, & sine decreto, quod intellige titulo oneroso, vt num. 15. & 16. secus si lucratiuo, vt num. 17. etiam cum decreto.

Minor 20. annorum facit donationem propter nuptias de suis bonis sedentibus, etiam sine decreto. n. 18.

Minor 20. maior tamen 14. tam de foro quam de iure testari de suis bonis potest, & mortis causa donare, vt n. 19. & 20.

Decisio Curiæ Domini Iustitiæ Aragonum ad propositum refertur. nu. 21.

1 DE Foro minor dicitur † qui nō habet 14. annos; & iste non poterat antiquitus facere donationem, nec aliud secundū forum antiquum, foro primo de contract. mino. vsque ad 14. annos completos; secundum quem forū
2 minor ętas finiebatur decimo quarto † anno, & ex tunc tanquam maior poterat alienare omnia bona sua: postea fuit ista minoritas aucta ad viginti annos ad effectum alienandi, ante quam ætatem nō
3 potest minor facere † aliquem contractum, seu alienationem de suis bonis sedentibus, foro vnico, tit. vt minor 20. anno. (excepto testamento, vel † codicil-
4 lis, & capitulis matrimonialibus, vbi potest de bonis disponere, dummodo habeat quatuordecim annos dicto foro) nisi cum authoritate, & decreto Iudicis, & vsque ad necessitatem occurrentem; sed hoc procedit in bonis sedentibus, e
5 mobilibus autem poterat † contrahere ad libitum, Molin. in verbo minor, quia forus, vt minor, &c. dicit de bonis sedentibus, postea statutum fuit super forum
6 *Que los menores, &c.* Anno 1564. vt nec † de mobilibus possint contrahere, & sic dictus forus, Anni 64. loquitur tantum in bonis mobilibus, & in eis fuit practicatus, & venit correctiue ad forū vt minor, &c. In bonis autem sedentibus remanet incorrectus. in quibus requiritur semper decretum iudicis, vt in dicto foro, & sic nec de mobilibus potest disponere per forum, Anni 1564. nisi cū
7 † consensu parentum, vel alterius superstitis eorum, vt ibi, ita tamen si non contraxerit secundas nuptias foro *de los menores, &c.* Anni 1585. Excipiuntur tamen in dicto foro, Anni 1564. Aliqui casus, in quibus poterit minor 20. Annor. facere contractum. Primo in † capitulis matri-
8 monialibus, secundo, si fuerit minor coniugatus, quo casu de consensu coniugis poterit alienare bona omnia, Molin. verbo minor, versic. limita dictum forum. Aduerte quia ante forum Anni 64.
9 videtur quod coniugatus poterat alienare bona sedentia in vim obseruantiarum de iure dotium, & secundis nuptiis, quibus disponitur, quod vir de voluntate vxoris, & econtra possunt omnia bona sua alienare, tam mobilia, quam sedentia, & sic ante hunc forum Anni 64. iam hoc permittebatur, & forus ille, Anni 64. & suæ exceptiones loquuntur respectu mobilium, & idem putarem, & dicerem, de capitulis matrimonialibus, vt & ante dictum forum
10 Anni 64. posset minor viginti † annor. in eis disponere de bonis sedentibus, ratione dictarum obseruantiarum, sicut coniugatus; in bonis vero mobilibus multo fortius, pręsertim post dictum forum, Anni 64. qui hoc expresse permittit. Hæc in multis consonant cum iure cōmuni, nam de iure communi minor quatuordecim annor. & sic pupillus, non
11 potest † alienare sine tutore, & decreto Iudicis vlla bona, siue mobilia, siue sedentia, glos. in l. si curatorem habens, C. de in integrum restitu. minorum; si vero sit maior quatuordecim annor. minor tamen vigintiquique, tunc dic, quod res
12 mobiles, quæ seruando seruari † non possunt, alienare potest solus, si curatorem non habet, quia tunc æquiparabatur Patri Familias; est verum quod si reperiatur læsus poterit petere restitutionem

nem in integrum, intra quinquennium, à die facti maioris, d. l. si curatorem habens. Si vero curatorem habet, & sine
13 † eo alienat res mobiles, tunc ipso iure non valet alienatio, siue contractus, nec opus erit restitutione, d. l. si curatorem habens: & licet dicta lex, si curatorem habens loquatur simpliciter in omni re
14 mobili, tamen est intelligenda † de re mobili, quę seruãdo seruari non potest, quod patet, quia tex. in l. lex quæ, C. de administra. tutor. & curator. dicit; quod mobilia quæ seruari possunt sicuti seden tia, non possunt alienari sine decreto, (exceptis animalibus superfluis) & authoritate tutorum, & curat. & sic respe ctu mobilium, quæ seruari possunt stat correcta lex, si curatorem habens, & hoc voluit, ibi glos. in verbo res mobiles in dicta l. si curatorem habens.

Bona vero immobilia, & mobilia, quę
15 seruando seruari possunt, non possunt alienari per minorem † absque authoritate curatorum, & decreto Iudicis, dicta l. lex quæ, C. de administra. tuto., exceptis animalibus superfluis, dicta l. lex quæ, quod intellige de alienatione titulo † oneroso, quæ non valet, nisi cum au-
16 thoritate curatoris, & decreto Iudicis; secus vero in alienatione titulo lucratiuo, † vt in donatione, nam etiam cum
17 decreto non potest minor alienare eo titulo bona sedentia l. fin. §. fin. C. si maior factus alienationem, &c. Ratio est, quia ista bona non alienantur sine decreto, dicta l. lex, & in decreto debet esse iusta causa, l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum, quæ iusta causa regulariter subesse non potest in donatione, Suarez allegat. 20. num. 7. Sed tamẽ hęc limitantur in donatione propter nup-
18 tias, quam facit † minor de suis bonis sedentibus, cum decreto, dicta l. fin. §. fin. iuxta glos. in dotem, in dicta l. lex quæ, & sponsalitia largitate, glos. in dicto §. final. sicut in Regno, in capitulis matrimonialibus per forum Anni 1564. Est etiam aduertendum, quod tam de iure, quam de foro maior quatuordecim an-
19 nor. minor tamen vigintiquinq; † & viginti respectiue, potest testari de bonis suis, l. qua ætate. ff. de testament. foro vnico, vt minor 20. anno; & simili modo
20 † poterunt donare causa mortis, cum sit species vltimæ voluntatis, & à pari procedant l. 1. ff. de tutel. & ratio distrahen. Hæc omnia fuerunt discussa, & sic per Iu
21 dices † habita pro constantibus in processu tutorum Petri Lizana super iurisfirma infancioniæ in Cur. Iusti. Aragon. post annum 1596.

DECISIO. CC.

An Iudex recussatus possit cognoscere de suspicionibus alterius Coniudicis simul recussati in eadem causa: & an Iustitia Aragonum possit votare in suspicionibus suorum locumtenẽtium, si tres fuerint recussati.

SVMMARIVM.

Iudicis recussatio tantum habet locum in casibus à foro expressis. numero. 1.

Iudicis recussandi materia de foro stricta est. n. 2.

Obseruantia Item nota, de probationibus facien. cum charta intelligitur. numero. 3.

Obseruantia 4. de re iudicata, & obseruantia Item si interlocutoria, de appellationibus, Iuri communi contraria sunt. numero. 4.

Forus finalis de Iudicijs declaratur. num. 5.

Pater

Pater Iudex esse nō potest in causa, vbi filius est aduocatus, & econtra. num. 6.

Fori Aragonum in materia suspicionū Iudicum quando sequantur ius ciuile, & quando cannonicum. num. 7.

Iudex vnus recussatus an possit votare in suspicione alterius Coniudicis reccussati, fuit pronuntiatum in Curia Iustitiæ Aragonum. nu. 8.

Iudex recussatus potest votare in suspicione alterius Coniudicis recussati, quando coniecturæ diuersæ sunt, vel ex diuersis coniecturis dimanant, licet non ex diuersis causis. n. 9. Contrarium fuit declaratum, vt. nu. 19.

Iudices plures quando sunt siue ordinarij siue delegati, & vnus reccussatur, non sunt arbitri eligendi, sed alij Coniudices, qui de suspicionibus cognoscant; hoc de iure communi. n. 10.

Iudex recussatus vt suspectus, potest, & debet de causa suæ suspicionis cognoscere, & super ea iudicare quod non solum procedit in ordinarijs, sed etiam practicatur in Iudicibus Regiæ Audientiæ, secus in Curia Iustitiæ Aragon. nu. 11.

Iudex locumtenens qui ex consuetudine Curiæ Iustitiæ Aragonum non potest cognoscere de suis suspicionibus, quando est recusatus, vt suspectus, potest tamen cognoscere de suspicionibus aliorum Coniudicum. nu. 12. intellige vt n. 20.

Iustitia Aragonum in suspicionibus suorum locumtenentium potest votare. numero 13. contrarium fuit declaratum. numero 21.

Forus 1. tit. prouision en caso que alguñ Lugarteniente, & c. intelligitur. nu. 14.

Senatorum nomine ipsemet Imperator comprehenditur, vt caput Senatus. nu. 15. intellige. n. 21.

Pater familias comprehenditur sub nomine familiæ. n. 16.

Pontifex comprehenditur appellatione collegij cardinalium. num. 17.

Iudex qui declarauit animum vt Iudex in aliquo processu, non potest propter hoc reccusari, vt suspectus. n. 18.

Iustitia Aragonum ante annum 1461. consueuit creare locumtenentes reuocabiles ad nutum fori 1. tit. forus Inquisitionis. numero 22.

Iustitia Aragonum ante annum 1436. solus recipiebat iuramentum Regis, Locumtenentis generalis, & aliorum, quamuis postea hoc fuit innouatum, & quæ poterat antea facere Iustitia Aragonum, & quæ nunc latissime. num. 23.



SVSPICIONVM materia quam plura continet de foro specialia, & iuri cōmuni cōtraria, ideo antequam casum præsentis decisionis proponam, ad multorum fororum, & obseruantiarum intelligentiam aliqua præfari oportet, ne illotis (vt aiunt) manibus, nouam materiam, & singularitatibus plenam ingrediamur. Conclusio igitur in hac materia generalis ex pluribus fororum dispo-
1 sitionibus deducitur, † recusationem scilicet Iudicis in his tantum casibus habere locum, qui ab ipsis foris fuerint expressi; nam licet de iure plures reperiantur causæ suspicionum, propter quas Iudices recussari possint, de foro tamen nostri Regni, quæ ab ipsis foris non fuerint expressæ, nullius sunt consideratio-
2 nis; quia † hæc materia recussandi Iudices de foro stricta est, nec ad nouas causas

fas extendenda, semper enim, & quan-
documque de suspitionibus fori loquũ
tur, addunt hęc verba *en los casos que con-
forme a fuero està ordenado*, & similia, vt pa-
tet in foro vnico de la subrogacion del
Regente la cãcelleria in foris anni 1564.
& in foro vnico en caso que fuere algu-
no, o algunos de los consejeros dados
por sospechosos, in foris eiusdem anni,
& in foro vnico in princip. titulo proui-
sion, en caso que algun lugarteniente,
fol. 73. Non enim habemus in hac mate-
ria, ita latum campum, sicut de iure ca-
nonico. Vnde, & obseruantiæ de suspi-
cionibus loquentes, Iuri communi cõ-
3 trariæ sunt, vt apparet in obs.† item no-
ta, de probatio. faciend. cum carta quia-
tenus probat Iudicem recussatum, vt su-
spectum posse cognoscere de suspicio-
num causa, (quę obseruantia solum fuit
practicata in Regia Audientia, vbi solẽt
votare hoc modo si, & vbi teneat vota-
rę sum huius voti, &c. at in Curia Iusti-
tię Aragonum secus procedit, vide Por
tol. verbo Iudex, Bardaxi in foro 6. n. 12.
tit. del repaço del cons.) del Iusticia de
Aragon. rursus obseruantia 4. de re iu-
4 dicata, & obs.† item si interlocutoria
de appellatio. quæ etiam de suspicioni-
bus loquuntur Iuri communi contra-
riæ sunt. Quod adeo verum est, vt forus
5 finalis † de iudicijs, fol. 66. qui affinem
in causa affinis Iudicem esse prohibuit,
non procedebat in fratre, etiam si esset
maior ratio, vnde oportuit forum de no
uo fieri super hoc, vt apparet in foro vni
co de suspicionibus Iudicum, in foris an
ni 1585. quod etiam obseruatum fuit an-
te annum 1533. & sic ante actum Cu-
riæ, que los Diputados, ni Administra-
dores del General, in Sebastiano de Her
bas Administratore generalitatum Reg
ni, qui cum pendente administrationis
tempore extractus fuisset calculator di-
ctarum rationum post longam discusio-
nem obtinuit vt sibi met rationem red-
deret, prout etiã prædictum casum ex-
presse reseruauit actus Curiæ iam alle-
gatus, & præcipue id comprobatum
fuit de foro, non apparere calculatorẽ
ex prędicta causa suspectum reddi. Vi-
6 demus † etiam patrem in causa, vbi fi-
lius Aduocatus est, & è contra de foro
Iudicem esse non posse, for. penul. de iu-
dicijs, fol. 46. & tamen de iure secus
est, vt asserit Francus, in cap. postremo,
num. 19. de appellatio. Decius in cap. ex
insinuatione, num. 5. eod. titul. Maranta,
de appellatio. num. 55. & Alban. cons.
92. num. 2. ex generalitate glos. in dicto
cap. ex insinuatione, & cap. 1. vbi Butri.
notab. 3. de officio Iudicis. Aliquando
7 vero † fori nostri in hac materia sequun-
tur ius Canonicum, aliquando ciuile,
aliquando detrahunt, quandoq; addunt
vt videre licet in foro vnico titu. de las
sospechas, fol. 14. in foris, anni 1564. vbi
in quantũ suspicio iurãda est vltra pro-
bationẽ illius sequitur ius ciuile quo at-
tẽto est iurãda recusatio, glosa, & DD.
in l. apertissimi, C. de iudicijs, licet eo iu
re atento non sit suspicionis causa alle-
ganda, vt ibi DD. & tex. secundum Oria
num, in cap. quoniam, verbo recussatio-
nes, extra de probatio. sed sufficit solum
suspicionem allegare. In quantum vero
dicitur causam suspicionis esse allegan-
dam, ita quod non sufficiat dicere suspe
ctum esse Iudicem, & allegare suspicio-
nem, cõcordat cum Iure Canonico: quo
atento non sufficit allegare suspicionẽ,
nisi, & causa inferatur suspicionis, cap.
cum specie, & verbo suspicionis causa
&c. cap. secundo requiris. § 3. de appel-
llatio. Orianus vbi supra, & sic patet
quod pinguius prouidet ille forus quã
de iure sit prouissum nam Iuri canoni-
co addit hoc, quod scilicet vltra proba-
tionem iuretur: iuri vero ciuili addit
in quantum vult quod allegetur causa
suspicionis, & probetur: Iure vero ci-
uili, nec causa erat allegãda, dicta l. aper
tissimi, nec probanda suspicio etiam in
genere, nam sufficiebat cum iuramento
allegare Iudicem esse suspectum: dein-
de forus ille in alio est contra ius ciuile,
nam illo atento Iudex ordinarius non
potest in totum recusari, sed datur illi
adiunctus

adiunctus, authentica si verbo contige-
rit. C, de iudicijs, at vero de Iure cano-
nico, & de foro potest in totum recussa-
ri, & repelli, vt hic, & in dicto cap. cum
speciali, & in quantum dicit, quod col-
legæ teneantur declarare suspiciones,
de Iure ciuili, & canonico contrarium
est, quia illis attentis ad arbitros recur-
rendum est, dictis Iuribus supra allega-
tis, cap. si quis contra vnum de officio
delegati, nisi cum clausulis dati essent
Iudices, quo casu coram collegis tracta-
tur suspicionis causa contra alterum al-
legata, dicto cap. si quis contra vnum
Couar. in practicis, cap. 26. num. 5. quo
etiam modo secundum illum forum co-
ram collegis tractatur hæc recusationis
causa. Illud tamen, quod de Iure ciuili
diximus intelligitur respectu Iudicis de
legati, nam ordinarius illo iure non re-
cussatur, vt dixi sup. Respectu vero Iuris
canonici intellige de vtroque, siue ordi
nario, siue delegato Iudice, nam ad ar-
bitros recurritur illis attentis, vt arbi-
tri, de Iure canonico cognoscant de sus
picione solum, dictis Iuribus, & alia
faciant, de quibus ibi, & de Iure ci-
uili, sed etiam de causa principali cog-
noscant, dicta l. apertissimi. Ex quibus
deducitur in hoc Regno valere hanc cõ
sequentiam, hæc causa recussandi Iudi-
cem non reperitur expressa in foris, er-
go non procedit, nec ex ea Iudex est
recussandus, & sic nullatenus argumẽ
tum aliquod efficax deduci potest in
hac materia, de Iure ciuili ad ius cano-
nicum; neque vt suspectus de iure, de
foro sit suspectus, nec quod non suspe-
ctus de iure, quod de foro nullam suspi-
cionem patiatur. His pro generali † in-
8 telligentia præsuppositis in Curia Iusti-
tiæ Aragonum, in processu D. Garsię de
Funes, sup. iurisfirma, die 6. Septembris
anno 1595. & in processu D. Ludouici
de Funes alias Muñoz, super apprehen.
eodem die, & anno fuerunt recusati,
duo ex Locumtenentibus, scilicet,
Clemens Romeu, ex eo quia Doctor
Hadrianus amigo eius affinis Aduoca-
tus erat in illa causa ipsius D. Garsię, Au
gustinus Pilares alius locumtenens re-
cusabatur ex eo, quod Ioannes Gazo Ad
uocatus D. Garsię in hac causa vxorem
habuerit eius sororem, ex qua licet mor
tua adhuc filij supererant, in quo pro-
cessu inter alia dubitatum fuit; an vnus
locumtenens recussatus possit votare in
causa alterius recussati, & an Iustitia
Aragonum possit etiam in causa suspi-
cionum suorum locumtenentium vota-
9 re? Et posse recusatum † in suspicione al-
terius recusati votare videtur ex eo, quod
suspiciones prædictæ diuersę sunt, vel
ex diuersis coniecturis dimanant, licet
non ex diuersis causis, prout communi-
ter DD. vt aduertit Fuluius Pacian. lib.
2. de probatio. cap. 45. num. 41. Nec ali-
quid ex sententia prolata in vna potest
inferri ad decisionem alterius, vt ex se
patet; vnde cum causę sint diuersę, absq;
scrupulo suspectus in vna potest esse Iu
dex in alia.
10 Deinde, quia de iure communi † quã-
do plures sunt Iudices, siue ordinarij,
siue delegati, & vnus recussatur, nõ sunt
arbitri eligendi, sed alij Coniudices de
suspicionibus cognoscunt, cap. si contra
vnum, de officio delegati, vbi DD. Co-
uar. in practicis, cap. 26. à num. 4. versic.
vidi tamen semel, Achil. de Grass. decis.
2. in titu. de exceptio. Carpan. in cap. 13.
num. 74. & seq. parte 1. constit. Mediolã.
Vnde si in diuersis processibus, ac causis
prædicti locumtenentes fuissent recus-
sati, absque dubio vnus in alterius suspi-
cionibus Iudex esse potuisset; ergo, & in
hoc casu etiam si vnus, & idẽ processus,
& causa eandem suspicionem contineat,
cum coniecturæ, & probationes, in qui-
bus consistunt diuersissimę sint, vt patet
11 ad sensũ, quod in nostro Arag. Regno †
minorem habet difficultatem, cum vi-
deamus quod si Iudex, vt suspect⁹ recu-
satur idem ipse potest, & debet de causã
suæ suspicionis cognoscere, & super eã
iudicare, quod est expressum in verbis
d. obs. item nota 12. de probationibus fa
ciend. cum carta, fol. 30. alias, fol. 35. Mõ
llij:

lin. verbo Iudex ordinarius, versiculo Iudex ordinarius si recusatur, quod non solum in Iudicibus ordinarijs procedit, sed & in alijs, vt in Consiliarijs Regiæ Audientiæ prout quotidie videmus practicari, ex quo iuris communis dispositio in hoc contraria nulliusmomenti est, cum contrarium sit dispositum in dict. obs. exorbitans ac contrarium Iuri communi, & sic nullatenus ius commune locum habebit, vt in simili in legibus Castellæ aduertit Molina, lib. 5. de Hispan. primog. cap. 12. num. 11. & ante eum Abendaño de exceptio. numero 8. Matienzo in l. 4. glosa 1. numero 3. titulo 6.

12 & alibi; sicque consuetudo † Curiæ Iustitiæ Aragonum qua introductum est, locumtenentem suspectum de suspicionibus proprijs minime iudicare posse veluti contra ius commune, & exorbitans non debet extendi de casu ad casum, ita vt de aliorum suspicionibus non cognoscat, licet de proprijs non possit, cum id non solum contrarietur foris, & obseruantijs, sed, & iuri ipsi communi cuius prohibitio tantum in proprijs suspicionibus locum habet: quid quod, & fori expresse, tam in Locumtenentibus quam in Consiliarijs Regiæ Audientiæ, Locumtenentis seu Consiliarij suspecti cognitionem alijs Collegis tribuunt, foro Item por quanto, in titulo prouision en caso que algun lugarteniente huuiere sido aduogado, fol. 73. & in foro vnico, tit. de las sospechas que seran dadas in foris anni 1564. cum similibus, atque ita in expresso tenuit hanc opinionem Bardaxi in dicto foro, prouision en caso que algun lugarteniente, col. 3. vbi dicit hęc verba, *Et quod locumtenentes, si omnes, vel maior pars dantur ex eadem causa pro suspectis, dicerem, quod votent omnes, saltem vnus in suspicionibus alterius pro vt solet fieri*, & hanc etiam opinionem ex prædictis duobus foris optime confirmat Portol. ad Moli. in d. verbo Iudex ordinarius à num. 44. tanquam à ratione cessante: asserit enim eo casu cessare affectionem ad se ipsum, & alias causas, & rationes ob quas à iure prohibitum est Iudicem recusatum, vt suspectum, de causa ipsa suspicionis cognoscere, & vltra rationem prædictã allegat etiam sententiam quandam pro hac opinione, scilicet, in processu Roderici Celdran super apprehensione de Sobradiel, vbi 20. April. Anni 1559. Locumtenentes pronuntiarunt, Doctorem Ibãdum de Bardaxi interuenire posse in discusione suspicionum Doctoris Francisci Lunel, qui in eadem causa fuerat recusatus, fundantes se in regula forali, qua Iudex quis fit propiarum suspicionum, quãto magis alienarum; idem etiã aperte decissum fuit in Curia Iustitiæ Aragonũ in processu Dionisij de Reus super criminia. vbi post partium magnã contentionem fuit decisum, vt vnus Cõsiliarius in alterius suspicionibus iudicãdis admitteretur, & licet Portoles in loco allegato quatuor exemplaria pro contraria parte in medium proferat, nihil tamen, bene inspecta, faciunt pro aduersa parte. Vnde remanet verum Iudicem recusatum vt suspectum posse interuenire in causa suspicionũ alterius recusati.

13 Rursus Iustitiam † Aragonum in suspicionibus suorum locumtenẽtiũ posse votare suaderi videtur in foro 1. in titulo prouision en caso que algun lugartenientе, fol. 74. & quamuis in foris anni 1564. dictus forus, in tit. de las sospechas, fol. 14. tribuat huiusmodi cognitionem, seu iudicium a los collegas del Iuez, ad-

14 hoc tamen forum prius † editum correctum non fuisse apparet. Tum quia hęc verba per dictum forum prius editum interpretari possunt, ita vt cum ille admittat in suspicionibus dominum Iustitiã Aragonum adiudicandũ, ac si esset vnus ex collegis; ita etiam sub hoc verbo in foro postea edito videatur dictus dominus præses comprehensus. Nam, & no-

15 mine † Senatorum ipsummet Imperatorem velut caput Senatus comprehendi voluit, l. ius Senatorum. C. de dignitatibus, lib. 12. vbi DD. & Militum appellatione ipse Imperator qui est illorum caput comprehenditur, & etiam † pater familias

milias nomine familiæ, l.familæ de ver.
sig.& ꝙ †appellatione collegij Cardina
liũ ipse Romanus Pontifex cõprehenda
tur, disponitur in cap. ad apostolicæ. §.
nos itaq; de re iudicata in 6. quod idẽ
de Populo, Senatu, vniuersitate, &recto
re, capitulo, & decano dicendũ esse ap-
paret ex Alciat.& Rebuf. in dict. l.fami-
liæ, optime Molin. in lib.1. de primog.
Hispanorũ cap.3. nu.15. vnde non mirũ
quod etiã in d. foro sub verb. collegas
Iustitia Aragonũ cõprehendatur.

His tamen non obstantibus cõtrariũ
fuit decisũ in processu Antonij Lunel
sup. aprehẽs. anno.1554. in Cur. Iust. Ara.
vbi fuerũt tres recusati, remanentibus
duobus, & ad decidẽdas suspitiones fuit
extractus vnus ex bursa comuni, vt sic da
retur cõsilium cum tribus. Et nota quod
hic fuit† declaratum, ꝙ iudex qui decla
18 rauit animũ vt iudex in aliquo processu
non potest propter hoc recusari vt sus-
pectus: vide bene in responsionibus duo
rũ locũtenentium, qui postea fuerũt ad
missi ad decidẽdã causam: idẽ fuit †de
19 claratũ scilicet recusatos nõ posse vota
re in causis suspicionum aliorũ, in pro-
cessu D. Garsiæ de Funes sup. iuris fir.
diẽ 6. Sept. 1595. & in proces. seu in causa
D. Ludou. de Funes olim Muñoz sup. ap
prehẽs. in Cur. Iust. Arag. eod. die & an.

Vides quã varie hec materia fuit pra
cticata & quã varia exemplaria inuicẽ
sibi repugnãtia, nec solũ varie in diuer-
sis Curijs fuit iudicatũ, sed etiam in ea-
dem Curia Iustititiæ Aragonum, vt vi-
disti. In hoc igitur conflictu opinionum
& exẽplarium illam opinionẽ ego am-
plecterem, quæ tenet † recusatos iudi-
20 ces licet in causis suarũ suspitionũ non
possint votare ex consuetudine Curię
Iust. Arag. posse tamẽ de suspicionibus
collegarũ cognoscere, ex rationibus de
quibus supra a nu. 12. quod intellige, dũ
tamen causæ suspicionũ diuersę sint, ita
vt ex sententia in vna prolata nihil pos-
sit inferri ad decisionẽ alterius, vt ad-
uertit Fuluius Pacian. lib.2. de probatio.
cap.45. nu.41. alioqui enim si vna & ea-
dem esset causa suspicionũ duorũ iudi-
cũ, eadẽ q; probationẽ haberet, eo ca-
su, cum ex sententia in vna causa prola-
ta multũ posset inferri ad decisionẽ al-
terius, iudex de alterius suspicionib⁹ co-
gnoscẽs, de suis ꝓprijs cognoscere vide-
retur, ꝙ in Cur. Iust. Arag. nõ practicatur
vt dixi sup. n.9. Oriã. e. qm cõtra, de pro-
ba. vet. recusationes, ideo eo casu, quãdo
causa suspicionis vna & eadẽ est, nõ pos
se recusatũ in causa alteri⁹ recusati ꝓp-
ter eandẽ causã votare verius existimo.

21 Quod attinet † ad Iust. Arag. an pos-
sit votare in causis suspicionũ suorũ lo-
cũ tenentiũ; intrepide affirmandũ esse
existimo, non posse votũ præstare, sicut
fuit declaratũ in allegato processu D.
Garsię de Funes super iuris firma diẽ 6.
Septembris anno 1595. & in processu seu
in causa D. Ludouici de Funes olim Mu
ñoz in Curia Iustitię Arag. eodẽ die &
anno. Quia forus an. 1564. in tit. De las
sospechas fol.14. hoc solũ tribuit locũte
nentibus per illa verba a los collegas,
quod verbũ omnino excludit Iustitiam
Aragonũ, qui neq; est locũtenens, neq;
collega. Neq; aduersatur, ꝙ de Senatori
bus, & Imperatore de Collegio Cardi-
naliũ, & Pontifice de Populo, Senatu,
& Vniuersitate, & Rectore oponitur.
Quia respondetur, ꝙ licet appellatione
Senatus cõprehẽderetur Imperator, &
appellatione Collegij Cardinaliũ, Pont.
Non tñ appellatione Senatoris, & appel
latione Cardin. ipse Pontif. & Impera-
tor venirẽt: neq; obst. tex. in l. ius Senato
rũ, quia respondetur, Imperatorẽ in nu-
mero Senatorũ qui centũ erãt numera
rij, nõ tamẽ apellat. Senator. cõtineri, vt
tenet glo. ibi. Et sic licet antiquitus no-
mine Cur. Iust. Arag. cõprehẽdi posset;
nũc tñ cũ in causarũ decisione non pos-
sit votũ pręstare, Locũtenentiũ & Collo
garũ nomine non continebitur. Et quia
ocasio pręsens nobis præstat ansam in-
quirẽdi, & inuestigãdi, quid procederet
antea, & ꝓcedat nũc respectu hui⁹ ma-
gistratus. In hac materia aduertẽdũ est,
quod ante anno.1461. Iustitia Aragonum

Kk con-

cõsueuit creare Locumten. reuocabiles ad nutum, for. 1. tit. forus Inquisitionis Iustitiæ Aragonum fol. 32. inter correctos, In quo foro ceperunt locumtenentes à Rege & Curia iuxta formam imbursationis ibi traditam creari, cum antea solus iustitia crearet ex permissione fori primi de tenentibus locum fol. 31. (qui forus solum dixit ordinarios habere posse vnum locumtenentem vel Assesorem) vt etiam patet ex foro vnico tit. quod Iustitia Aragonum fol. 13. inter correctos. Quamuis autem ante annum 1461. Iustitia locumtenentes crearet ad nutum reuocabiles, qui poterant omnia exercere regulariter quod Iustitia poterat, multa tamẽ priuatiue ad Iustitiam pertinebant, quod personaliter expedire tenebatur, nec poterat per locumtenentes facere, veluti cognoscere de delictis locumtenẽtium, Notariorum prin-
23 cipalium, & virgariorum, quod solus Iustitia potest for. 3. tit. de officio Iustitię Arag. fol. 21. Item ante † annum 1436. Iustitia solus recipiebat iuramẽtum Regis, locumtenentis generalis, & aliorum quamuis postea hoc innouatum sit per forũ, El Lugarteniente del señor Rey de officio Iustitiæ Aragon. & for. vnico coram quibus Dominus Rex fol. 14. Itẽ antea poterat locumt. cognoscere obser. 1 de salua infançóiæ sup. possessione faciend fol. 31. donec hoc correctũ fuit anno. 1442. in foro Itẽ porque, de officio Iustitiæ Arag. fol. 22. imo post dictum forum solus Iustitia poterat sententias ferre super infanconia vsque ad annum 1461. in quo hoc locumtenentibus conconcesum fuit, in foro añadiendo de offi. Iust. Aragon. fol. 13. Item solus Iustitia personaliter in Curia generali præsidere poterat, solus suum sigillum prouisionibus suæ Curiæ apponit, solus carcerem manifestatorũ visitat, aliaq; quam plurima eidem competunt priuatiue, quæ locumtenentibus denegantur, vt patet ex Bardax. in rub. de offiic. Iust. Arag. num. 6. & sparsim habentur in multis foris & obseruantijs. Et licet ẽ conuerso ante annum. 1528. Iustitia de quibus cumque causis personaliter cognescere posset; tamen post dictum annum, hæc cognitio & iurisdictionis exercicium priuatiue locumtenentibus cõperit, itaquod Iusticia non potest cognoscere de causis for. vnico tit. Que el Iusticia de Aragon no pueda pronũciar fol. 74. Ex quo adcasũ nostrum deducitur, officium Iustitiæ & locumtenẽtium nedum natura & qualitate officij differe, sed etiam in exercicio: quædam enim priuatiue competunt Iustitiæ, quędam priuatiue locumtenentibus, nec vnus potest in pertinentibus ad alium se intromittere. Ex quo subinfertur locum tenentes non posse ea quæ priuatiue Iustitiæ competunt, qua ratione necessaria fuit dispositio fori certum & fori los Lugartenietes de offi. Iustitiæ Aragon. in quo foro locumtenentibus permittitur dum iustitiatus vacat, vt possint omnia quæ Iustitia poterat expedire; vnde Regentes cumulatiue Iustitiatũ vacante exerciciũ habent vtriusquè officij, nempe Iustitiæ & locumtenentium desumpto nomine a principaliori parte, vt in propijs terminis factum fuit in §. illud, in auth. vt iudices sine quoquo sufragio &c. Ex quibus iam colligitur, Iustitiam Aragonum non posse in causis votum prestare, cum hoc priuatiue locumtenentibus competat, & sic etiam nomine collegarum, præsertim in causis decidendis non comprehendi Iustitiã, cum diuersum sit eius nomen, officium, & exercicium officij a nomine officio & exercicio officij locumtenentium & collegarũ, vt dixi supra. Vnde in causis suspicionum locumtenentium merito non posse Iustitiam votare existimamus, cum hoc solum locumtenentibus collegis permittatur in d. for. ann. 1564. vt fuit declaratum in d. processu D. Garsiæ de Funes quid quid postea fuerit decissum in eadem Curia Iustitiæ Aragonum in anno. 1598. in mense Octobris in processu D. Francisci de Montecateno sup. aprhens. in artic. iuris firmarũ posse, & de-

& debere Iust. Arag. votũ præstare: vide in libro Consilij in Curia Iust. Arago. semper enim veriorem existimamus primam determinationem.

DECISIO CCI.

De instrumentis in Curia D. Iustitiæ Arago. registratis & exemplatis, siue vt vulgus fert transsumptatis, & potissimum, an post huiusmo di exemplationem, & registrationem pars vrgeri possit ad originalis transsumptati exhibitionem, & aliqua circa materiam prorogandi iurisdictionem.

SVMMARIVM.

Factum proponitur num. 1.

Transsumptans instrumentum in Curia Iustitię Aragonum, an possit vrgeri ad illius originale exhibitionem quando petitur ad finem redarguendi de falso, an vero iure iurando satisfaciat. n. 2. declara. num. 18. & sequentibus.

Iusticia Arago. est iudex non declinantium. 3. nec prorogatur per transsumptionē num. 4. 12 & 25. & ita decisum, ibidem & nume. 7. graue enim periudicium est prorogare. num. 9

Iustitia Arago. iurisdictionem in priuatos nec habet nec exercet. num. 5.

Inuitus nemo debet extrahi a suo iudice locali num. 6.

Transsumptatio habet effectum conseruandi instrumentum, cum casu amitti possit. num. 8. 26.

Prorogatio iurisdictionis factum requirit in prorogante aptum natura, prodū cere consensum in iurisdictionem prorogatam nume. 10. tacite enim vel expresse conueniri debet, vt alius iudex quam cui iurisdictio inest, ius dicat, vt inducatur. num. 11.

Iurisdictio an proroguetur per petitionem copie libelli, vbi declaratur Marantę locus, num. 13 & 17 & differentia inter petitionem copie libelli, & assignationis ad deliberandum traditur num. 14 & caue ab actu positiuo coram iudice recusando, cum facilime prorogacio inducatur nu. 15. & in dubio contra eam iudicandum est. num. 18,

Iurisdictio prorogatur ex quo quis petit reuocari inhibitionem Ecclesiastici, traduntur q; exemplaria notauilia, & late de materia. numer. 16. & ita iudicatum per Cancellarium competentiarum fuisse & nume. 19.

Honde. cons. 21. in 1. declaratur. n. 17

Iudice semel recusato, si cōparet quis coram eo absq; protestatione, etiam vt petat reuocari aliquid, censetur recusationi renuntiaße, & ita fuit iudicatum num. 20.

Locumtenent. Iust. Arago. licet non præsidat in Curia eam celebrando, tamen cum sit relator alicuius processus, diligentie coram relatore factę intelliguntur, mediante collega Curiam celebrante. num. 21.

Iudice declarato suspecto, deficit extremum hauile, ita quod videtur non posse iam vlterius in causa cognoscere. num. 22. nec ex consensu partium. num. 23. hoc procedit in delegato, secus in ordinario. n. 24. ita indicatum.

Transsumptatio de iure fit citata parte num.27. & 35. & originale creditur de perditum sine dolo, quando ab exemplatione transierunt multi anni. numero 28.

Originale habere præsumitur, qui quinque dies post transsumptationem in iuditium vocat aduersarium, num.29. & 63. tamen talis coniectura lebis est, vt numer. 74.

Quo casu etiam iure iurando non liberatur transsumptãs a originalis exhibitione num.30. Imo tunc manifestis probationibus amisio probanda est. num. 31. saltem coniecturæ concurrere debent in fauore iurantis. nume. 32. declara vt nume. 46. 58. & 69.

Obser. item si aliquod. 5. dep. instru. declaratur num.32.79. & 80. & 81.

Exemplatio instrumenti in Curia Iustitię Aragon. fit in iudicio, & coram iudice solemniter, quod plurimum facit pro veritate, numer. 34. & 44.

Quo casu transsumptum est instrumentum, & ad eum recurritur tanquam ad tale nume.36. & in dicta Curia ex consuetudine in memoriali fit non vocata parte, habetq; omnes effectus iuris & fori, ac si pars vocaretur num.37. quod similiter est in Chatalonia num.38. & hoc potest consuetudo introducere numer.39.

De ceteroq; oduersarius opponet contra transsumptum quid quid contra originale posset opponere num.40.

Doctori attestanti de consuetudine sua patria credendum est. numer 41.

Quoad iuris effectum patria sunt aliquid esse factũ, vel haberi pro facto n. 42. fictio enim in casu ficto progreditur ad metas veritatis in casu vero num.43.

Transsumptans instrumentum custodire amplius originale non tenetur nume.44. cum nec ratione officij, nec contractus cum eo conuentũ sit, quo casu exhibere non cogitur. num.45. 48. & 50.

Custodire qui tenetur originale vel ratione officij, vel contractus, cum contra eum adsit præsumptio vt num.60. non creditur si iuret amisisse num.46. manifestis enim tunc eget probationibus, ibidem & nume.59.

Menoch. cons.354. loquitur in obligato ratione officij ad custodiendum librum tutelle, & sic eius iuramento non statur. num.47.

Instrumentum originale exhiberi debet etiam si sit solemniter transsumptatum, quando petitur ad finem redarguendi de falso, vel fieri fidem saltem per iuramentum de exhibendi impoßibilitate numero. 49.

Instrumentum qui custodire nõ tenetur cum actio non adsit contra talem, nisi tantum iudicis officium, hoc est edictum de edendo, vel equitas vt nu.54. sacramento liberatur ab exhibitione numer.51. est enim eo casu modus probandi amisionem iuramẽtum nu.52. quod & in Regno procedit num.53.

L. si quis requisitus 22. C. de fi. instru. declaratur num 55. & licet non imbeniatur tex. is. in codicibus antiquis: sed in nouißimis, & sit versus per A. Concium de Greco in Latino, amplectendus venit. nu. 56.

Ioannes de Canales V.I.D. & Regius consiliarius meritissimus, laudatur ab authore, tanquam sapientissimus & integerrimus,

rimus, fuit enim huius causę Relator, & d. l. 22. enixe defenditur. num. 57.

Priuilegium transsumptandi in Curia Iustitiæ Aragonum periclitaretur, si remaneret obligatio custodiendi originale trassūpti, præsertim adhibito iureiurando super impossibilitate exhibendi, quo adhibito pars excusatur ab exhibitione. numero 58.

Osasc. decis. 16. declaratur. à numero 60. vsque ad numer. 66. inclusiue.

Custodire qui non tenetur, præsumptio contra eum non militat; num. 61. & amissionem probare solum illi tenentur, quibus ratione custodiæ vnus subest. 62.

Iuramentum purgatorium necessarium non est, nisi, aut tabellio, qui recepit instrumentum, sit diffamatus de falso, vel quod eum exemplās non sit bonæ famæ. numero. 64.

Delictum non imputatur, vbi dolus non adest. nu. 65.

Præsumptio purgatur iuramento, quando prouenit aliàs quam ex natura officij vel ex contractu, vbi Doctores traduntur in terminis decisionis. nu. 67.

Obser. 19. tit. de fi. instru. continet simbolicam decisionem cum l. 21. C. de fide. instru. nu. 68.

Iuramentum purgat ab integro præsūptionem, quando petitur exhiberi instrum. vel res eo, quia paulo antea is, cui petitur, eam habebat. numero 69. quod & in Regno procedit, vt ibidem, præsertim si tractatur, vt cōpellatur exhiberi is, qui non iure actionis, nec ratione officij, sed Iudicis officio, videlicet edicti de edendo, detabul. exhiben. ad exhiben. & aliàs vel de Notario qui male opinionis non est, aut de similibus præsumptionibus, & hoc secundum veram, æquam & iuridicam doctrinam num. 70. limita vt num. 72. in fine.

Instrumentum si petatur ad finem redarguendi de falso, ei qui non iure actionis nec ratione officij sed aliàs tenetur, statur suo iuramento, absque distinctione habuerit vel non intra breue tempus ante petitionem vel exemplationem nu. 71.

Exemplans instrumentum in Curia Iust. Arago. cum faciat publice & palam, & Curiam Locumtenet. celebrante, dolus abesse creditur in eo, & si aliqua præsumptio considerabilis sit, purgatur iuramento. num. 72.

Distinctio hęc, quod quis compellatur exhibere instrumentum non obstante iuramento, quando tenetur conuentionis vel officij ratione, non vero quando aliàs communis est. num. 73.

Matheus de afflictis decis. 330. & Iaco. Menoc. cons. 314. nu. 19. qui tenuerunt, non purgari iuramento præsumptionem, quod penes iurantes est quod petitur, declarantur cum vera resolutione, numero. 75. Afflict. & Menoch. num. 78.

Instrum. transsuptans, si prestat cautionem de restituendo, quando sibi petatur, nimirum si tunc non stetur suo iuramento super amisione. num. 76.

Vbi declaratur decis. 330. Afflict. & cons. 19. Honde. in prin. in t. num. 77.

Consuetudo posterior particularis derogat obseruantię antiquæ generali, non verò è contra num. 8.

Iuramento semel à Iudice delato ab eo recedendum non est. nu. 82. censeturq; delatum, quādo ab eodem fuit receptum, & sua moderatione approbatum. num. 83.



MARIA de Chaues vidua quondam Ioannis Pelin Iurisperiti Ciuitatis Burgiæ, retinens pænes se originale instrumentum præstationis cuiusdã cautionis fideiussoriç, ad quam vigore cuiusdam sententiæ Arbitralis tenebatur, & vt proprie indemnitati consuleret, ne forte amisso instrumento (prout deinceps amiti contingit) eius iura ex dicto instrumento dependentia periclitarentur, curauit illud exhi-
1 bere † coram Locumtenen. Domini Iustitiæ Aragonum, illudque exemplare, registrare, siue transsumptare solemniter, iuxta stylum, & consuetudinem eiusdem Curiæ. Deinde cum Ciscus Lopez eiusdem Ciuitat. Burgiæ publice profiteretur, se habere ius retrahendi, & recuperandi, siue retroemendi certo oblato prætio ab eadem Maria de Chaues varia bona apud dictam Ciuitat. Burgiæ consistentia; scienfque nullam eidem Cisco Lopez retro emendi competere facultatem, eundem coram Regia Audientia, super præfacta iactatione citauit: eaque per eundem Ciscum Lopez agnita, Regia Audientia petitionẽ offerre actorisque partis subire ipsum compullit. Oblataq; petitione, necnõ oblata cõtestatione, siue defẽsione per eandem M. de Chaues; Ciscus Lopez instantissime petijt, ipsam per Regiam Audientiam compelli ad exhibendum prædictum originale instrumentum, cuius transsumpti fecerat fidem in sua litis contestatione, quod tamen M. prę stare non potuit; imo vero solemni Sacramento mediante attestata fuit corã Regia Audientia: post exemplationem, & registrationem eiusdem factam in Curia D. Iustitiæ Aragon. ad sui manus, & potestatem sepe dictum originale instrumentum vlterius non peruenisse, neque eiusdem aliquam habuisse, nec habere notitiam.

Ex hoc facto cæptũ statim fuit apud eandem Regiam Audientiam inter partes disceptari, & controuerti. An vigore registrationis, & exemplatio-
2 nis, & iuramenti † compurgatorij Mariæ de Chaues, ab obligatione vlterius exhibendi originale instrumentum foret à Regia Audientia eximenda, prout ipsa enixe contendebat, an potius ad exhibitionem vrgenda, & compellenda prout Ciscus Lopez aduersarius supplicauerat, præsertim quia ad finẽ redarguendi de falso exhibitio tendebat.

Verum antequam explicationem, & resolutionẽ propositi articuli agrediar opere prætium duxi animaduertere. Introducta præfata iactationis causa in Reg. Audient. Apud Curia Iustitię Aragon. Ciscum Lopez prętẽdisse, Mariam de Chaues per eandem Curiam cõstringi debere ad exhibitionem eiusdem originalis instrumenti ad finem redarguẽdi de falso: cum autem Curia ipsa regulariter non sit Iudex priuatarum perso-
3 narum, M. eiusdem iurisdictionem declinauit, & fuit disceptatum per DD. Locumten. Vtrum ex exemplatione instrumenti pars quæ ipsum exemplari fe-
4 cir censeretur † eius iurisdictionẽ prorroge, prout Ciscus Lopez prætendebat. Et fuit admissa fori declinatoria proposita per M. de Chaues, in processu Cisci Lopez super compulsa, die 7. mens. Aug. anni 1612. in scribania lo. M. de Mezquita. Rationes autẽ, quæ DD. Locum. mouerunt vrgentissime sunt.

Prior, quod Curia D. Iust. Arag. regu-
5 lariter ordinariam iurisdictionem inter priuatos, nec habet, † nec exercet, quãuis eam multis in casibus habeat, & exerceat, vt latissime declarant Molin. in verb. actor. vers. reus quilibet, fol. 6. col. 3. & ibi Pleban. nu. 30. & in verb. Iustitia Arago. fol. 103. colu. 1. & ibi Pleban. numer. 18. Et doctissimus D. Regens Sesse in Celebri suo Tracta de Inhibitio, Curiæ Iustitiæ Aragonum, cap. 1. §. 7. per totum.

Poste-

Posterior, quia cum nemo debeat de iure communi, nec de foro Regni extrahi inuitus † à suo Iudice peculiari, & locali, foro 3. de foro competen. vbi Bardaxi foro cum secundum, de Iudicijs. Molinus. dict. verbo, actor, dict. versi. reus quilibet. Domin. Regens Sesse, dict. §. septimo, numero primo; nullus consensus, aut prorogatio iurisdictionis eiusdem, Curiæ considerari poterat in Maria, ob quæ eandem approbasse censenda sit. Vt
7 merito † tres ex dominis Locumtenentibus fori declinatoriam ab ipsa propositam approbauerint causamquè ad proprios Iudices remiserint, reluctantibus nihilominus alijs duobus Locumtenentibus; existimantibus, ex sola exẽplatione originalis instrumenti, Curiam effectam fuisse iudicem competententem in articulo & processu compulsæ predictæ. Sed longe verior, & tutior mibi videtur resolutio aliorum Dominorum Locumtenentium. Primo (vltra supra dicta). Quia praxis, & stylus exemplandi, siue vt vulgus dicit, transumptandi, originalia instrumenta in Curiæ Iust. Arag. nec alio tendit, nec alios producit effectus, præterquam conser-
8 uationem † ipsius instrumenti, quod temporum ac casuum vicissitudine facile amitti, & deperdi solet, à quibus tamen securum manet, semel solemniter in eadem Curia exemplatum. Quo mihi fieri videtur, vt nec ad alios fines partis consensum iure protrahi possit, multoque minus, vt ex eo solum cum
9 tam graui præiudicio consensisse † videatur alienæ iurisdictioni. Deinceps satis me mouet, quod alioqui facile esset passim in varijsque, & multis causis Ordinariorum Iudicum, & Regiæ Audientiæ iurisdictionem euacuare. Cum etenim tam frequens sit exemplatio instrumentorum in Curia Domini Iustitię Aragonum, quam est frequens in varijs causarum decisionibus, ambigi, & disputari de instrumentorum quali-
tate, & fide, frequentissime quoque dictum inconueniens occurreret. Rursus,
10 prorrogatio iurisdictionis † factum requirit in prorrogante, aptum natum producere ipsius consensum in iurisdictionem prurrogatam, (etiam si de tacita prorrogatione loquamur:) debet
11 enim siue expresse, † siue tacite esse cõuentum, vt alter prætor ius dicat, quã cuius iurisdictio est, vt inducatur partis prorrogatio, vt satis colligitur ex l. si conuenerit, ff. de iurisdict. & docet Cardin. in cap. cum olim, in 1. notab. 10. de offic. de legat. & ex eo Matthęus de Matthęis in Tractat. de prorrogat. iurisdictio. ex numer. 12. tom. 3. p. 1. nouissimorum Tracta. Vbi refert tria extrema habilia concurrere debere pro prorrogationis substantia, quorum tertium est consensus, siue expressus, siue tacitus partis prorrogantis, qui in præsenti † omnino desideratur. Cum
12 actus agentium vltra illorum intentionem non operentur; inteutio autem Marię instrumentum exemplantis ad ipsius conseruationem solum tetendidit, & cum ipsa terminabatur.

Et quamuis dum præsens articulus inter Dominos Locumtenentes discuteretur, ponderata fuerit pro hac parte sententia Marantæ, in Speculo aureo, quarta parte, distinctione duodecima, numero vndecimo, ex l. non videtur. 2. de iudicijs, Bart. in l. si conuenerit, numero secundo, de iur. omnium iudic. & in l. quidam consulebant, numero decimo, de re iudic. Beroius consilio decimoquarto, numero secundo, in tertio: Docentis, ex comparitione partis, siue procuratoris, petitioneque copiæ oblati libelli, non censeri pror-
13 rogatam † iurisdictionem, ex quo id tendere potest ad alium finem, nempe, ad deliberandum. Decisio illa Marantæ, nec mihi tuta videtur de iure, neq; praxi consona, vbi saltem simpliciter, & absq; protestatione non prorrogandi peteretur. Imo potius ex tali actu excita-

excitata videretur iurisdictio Iudicis; nisi forsam Marantę sententiam defendentes distinxerimus, inter simplicem
14 † actum petitionis assignationis ad deliberandum, & inter petitionem copiæ libelli ad deliberandum. Ratio autem discriminis ea esse potest; vt quando sim plex assignatio petitur ad deliberãdum, ea tendere videatur ad merita causæ, vt scilicet conuentus visso libello aduersarij deliberare possit, an sibi potius cedere liti quam contendere expediat, & in his terminis ex facto consultus respondi pro iurisdictione Reueren. Episcop. Oscen. quod esset prorrogata in quadã causa; quando vero non petitur simplex assignatio ad deliberandum, sed copia libelli, vt in casu Marantę, tũc intelligi potest, quod non tendat ad merita causę, sed ad merita articuli competentiæ iurisdictionis, id est vt reus conuentus, intelligere, & deliberare possit, an subsit causa, seu qualitas circumferens iurisdictionem Iudici Ecclesiastico. Verum adhuc in his terminis forsam non procederet sine scrupulo Marantæ resolutio,
15 semper enim † cauendum est, ab actu positiuo coram Iudice declinando, quãdoquidem facilime prorrogatio iurisdictionis inducitur.

Vsque adeo, vt viderim ex facto iudicatum per Cancellarium Regium competẽtiarum presentis Regni, in Processu Ioannę Lopez, super comp. iurisdictio. Iurisdictionem Illustrissimi Archiepis. Cæsaraugus. prorrogatam fuisse, ex quo datis literis inhibitorijs, cum Arbitri nominatione iuxta forum, Regijs Officialibus directis, Proc. dict. Ioan. Lopez simpliciter cõparuit coram Vicario Gene-
16 rali, & petijt reuocari † inhibitionem concessam, tanquam prouissam absque iusta causa; & licet ego sub nixe contẽderim, tam coram Arbitris, quam corã Cancellario, non inde prorrogatam extitisse iurisdictionem: motus, ex quo inhibitio est, vel vt quoddã decretum, & prouidetur aduersario non vocato, & eius finis solũ consistit, in inhibendo Iudicibus secularibus, vt deinde pars inhibita coram ipso agere teneatur, & enim eidem inhibito, duo remedia eo in casu de iure cõperant. Alterum agere ex eisdem actitatis coram Ecclesiastico, de reuocatione decreti Inhibitionis, eaq; reuocatio ex multis possit procedere, non videtur actus aliquo modo tendens in prorrogationem, & approbationem iurisdictionis: quia ex iuris necessitate pro reuocatione inhibitionis, & hoc priori remedio ad eundem Iudicem inhibentem, eundum erat: & tunc oponi nihilominus potest declinatoria exceptio; vt ex Bar. in l. si conuenerit de iur. om. indi. Alex. in l. quidam consulebant. num. 14. de re iud. Ang. in l. sedet si susceperit de Iudi. & Marsil. sing 217. pulchre animaduertit Hondedeus, consilio 21. num. 13. in f. nec refert in ipsius Honded. consultatione, ex necessitate statuti, itum fuisse ad Iudicem. Quoniam causatiua quoque necessitas ex iuris dispositione, etiam in proposito articulo suberat. Prȩsupposito, quod si inhibitus vellet vti hoc priori remedio, iuris necessitate tenebatur reuocationem inhibitionis petere coram Ecclesiastico, qui eam decreuerat. Et vt cumq; sit, cum actus ille diuerso fine terminaretur, nullo modo videbatur ex eo elici posse consensum pro introducenda iurisdictionis prorrogatione in causa principali. Alterum vero ad competentiam iurisdictionis declarandam iuxta forum, prosilire. Primo autem remedio præcisse vtendum est coram Iudice Ecclesiastico inhibente, eo autem priuaretur laycus, si ex sola petitione reuocationis inhibitionis, nulla alia subsistente qualitate, subderetur iurisdictioni Ecclesiasticę, & cum hoc remedium layco Inhibito competat, consequitur, nullo modo consentire alienæ iurisdictioni, cum ea declaratio, siue reuocatio inhibitionis necessario, & precise soli Iudici Ecclesiastico inhibenti competat, & prorrogatio, vt prænotauimus pro extremo habili, desiderat consensum prorrogantis,

& is

& is exigit scientiam alienę iurisdictionis,& pacientiam, vt nihilominus cognoscat,& vlteri⁹ in causa progrediatur, notat Felin. in cap.P.& G. num.13.versic.error litigantium, de offic. de legat. & traditur in l.si per errorem,ff. de iur. omnium. iudic.Qui textus quamuis loquatur de eo, qui iusto errore comparuit,siue actum exercuit coram iudice non suo,in ratione tamē,rectè casui nostro applicari potest,cum moueatur con sultus,ex necessitate consensus in alienam iurisdictionem, qui (articulo pęnitius considerato) eo in casu desiderabatur: nec enim iurisdictio Ecclesiastici prorrogari videtur, ex quo petitum fuerit per ipsum reuocari decretum inhibitionis: prorrogatio siquidem priuationem iurisdictionis in causa prorrogata præsupponit,& Ecclesiasticus ex se absque prorrogationis munimine ad id effectus iurisdictionem habet, & eo securius consensus abest in petente reuocationem, prorogandi iurisdictionem,pro duciturq; prorrogationis effectus ad artic. & causam diuersam, nempe, vt de causa super qua inhibitio emanauit,secularis,nec cognoscat, nec vlterius se impediat,sed ea ad Ecclesiasticum deuoluatur.

Deinceps ponderabam † consilium
17 Ioan. Vicen. Honded. 21. numer. 21. & 22. in primo.In simili casu referentis, iudicatum fuisse, ex petitione copię positionum, & ex supplicatione, quod ipse reiicerentur,& nullo modo admitterentur, non videri actorem reconuentioni, nec iurisdictioni Rotę (quam aliàs declinare poterat) consensisse. Quo loci aduertit Honded. nunquam in dubio † censendum esse pro prorrogatio-
18 ne iurisdictionis, referens in id Innocē. in cap.cum causam, de testib. & Felin. in dict.cap.P.& G. numero duodecimo in fin.

Sed nihilominus contrarium † ea in
19 causa decisum fuit à D. Cancellario, in processu Ioannæ Lopez sup. comp. iur. die 26.mens.Decemb.ann.1608.ex concordi Domin. consul. suffragio, Actuar. Hieronymo Losilla.

Et vsque adeo iterum iurisdictionis prorogatio facile introducitur,vt ex tacito quoq; iudicatum viderim in Curia D.Iust.Arago.in processu Ioannis Hieronymi Ruyz super iurisfir. graua. fien. anno 1611. Ex compatitione facta simpliciter,& absque protestatione per A. Perez Godino egregium Fisci Regij proc.
20 & ex actu separationis à reuocatione † cuiusdam declarationis eiusdem iurisfirm.& ex actu nouę petitionis eiusdem declarationis prorogasset,cōsensisset,in iurisdictionem illustris D. D. P. Calixti Remirez meritissimi, & eruditissimi tūc Locumten. D. Iust. Arag. nunc autem integerrimi Regij Consiliarij causarum crim. antea dati, & declarati suspecti in eadem causa:ex quo partes egērat Aduocati domus Ganateriorum Ciuitat. Cæsaraug. Et licet ego pro Ciuit. Tirasonę,& pro non prorrogatione coram dominis Collegis contenderim,ex dictis diligentijs, siue enantamentis A. Perez Godino, non esse intelligendum prorrogasse iurisdictionem eiusdem D. Locumtenen. ex quo iisdem D.non erat causæ Relator, sed tantum pręerat illo mēse celebrationi Curiæ, quo casu om
21 nia enantamenta † iuxta stilum eiusdē Curiæ substātialiter fieri intelliguntur, respectiue coram Relatoribus causarū; licet necessario expediantur, & fiant coram D.Locumten. Curiam celebrante.

Et rursus,& potissimum pōderabam in eo articulo duos casus considerādos; & distinguendos esse. Priorem,quando iudex aduersus quem pars iustas habet recusationis causas, non est per sententiam abusus á cognitiōne causæ,nec est declaratum ipsum in eius cognitione non posse, nec debere interuenire,& in eo data scientia in altero litigatore causarum suspitionis, ex quocumquè actu inducente consensum in iudicem, ipsius iurisdictio prorrogata, siue approbata, ita censetur vt recusationi de cętero locus non supersit; Posteriorem;

possit vrgeri: imo ad exhibitionem compellenda videbatur, quominus á Iure communi discedamus, iuxta quod, vt huiusmodi exemplationes instrumentorum perpetuam, & irretractabilem fi-
27 dem faciant, fieri debent † parte de cuius interesse tractatur citata, & vocata, DD. communiter in Authen. si quis in aliquo, C. de eden. Bart. in l. Chirographis de admin. tuto. Couar. pract. 21. à num. 4. Franc. Marcus decis. 546. par. 1. Portol. §. exhibitio. nu. 6. Quæ cum in præsenti casu citata non fuerit, merito videretur contendere super exhibitione.

Secundo difficultatem magis astringẽdo ponderabatur aduersus M. Quod in suo casu defficeret potissima ratio obquam ex praxi, & communi Regni stylo exemplaribus, siue transsumptis originalium instrumentorum Curię D. Iust. Aragon. perpetua fides attribuitur; nẽpe variorum temporũ cursus, quæ quando transiguntur facile instrumenta non
28 subdole, sed casu deperdita, & amissa creduntur, Couarr. d. practica. 21. à nume. 7. Aretin. cons. 36. colu. fin. in 2. dub. Deci. cons. 36. col. 2. vers. nõ obstat, Curt. cons. 158. in 3. Iass. cons. 114. in 1. Mascar. cõclu. 711. nume. 81. & Fa. de Anna. cons. 88. numer. 23. in 1. At in occurrenti casu cum M. & sui per 80. fere annos instrumẽtum exemplatum pænes se custodierint, statimq; ab exẽplatione intra quinquè dies Ciscus super iactatione à M. fuerit citatus, videbatur aduersus ipsam præsumendum, deficiente temporis antiquitate, & exceleri ad iudiciũ prouocatione, quod exemplatum origina-
29 le † haberet, & cum iniuria partis aduersæ illud exhibere recusaret.

Tertio, videbatur vrgere aduersus M. quod licet iureiurando fuerit atestata, nec habere pęnes se originale instrumentum exemplatum, nec eius aliquã notitiam, non esse inde compurgatam suspicionem, † cum præfate coniectu-
30 re tot annorum custodiæ originalis, & celeris ad iudicium prouocationis subsint, & concurrant; quibus concurrentibus securius procedit sententia DD. tenentium, manifestis probationibus
31 originalis † instrumenti amissionẽ esse probandam, nec compurgatorium iuramentum sufficere: cum præsertim etiã non concurrentibus coniecturis, necessarias probationes amissionis requiri tenuerint omnes, in l. si creditor, C. de pig. actio. & in l. si quis ex argentarijs, §. anne hęredi. ff. de eden. Alexa. in §. Pretor ait. d. l. num. 12. Iass. 12. 13. Alexan. consil. 58. num. 6. in 1. Aretin. cons. 120. Anchar. 316. num. 4. Corn. 318. num. 4. lib. 4. Feder. de sent. 113. Grat. 23. num. 19. in 1. Roland. 49. num. 32. in 1. Bursat. 130. nu. 8. in 2. Menoch. 354. per totum.

Quarto, quia casu quo necessariæ ad concludentes probationes amissionis originalis exemplati non requirerentur, vt M. apetita productione eximeretur, saltem valde probabiles coniecture, & præsumptiones, quibus † ani-
32 mum Iudicis mouere possint, vt probabiliter existimet instrumentum non esse pęnes partem, videntur necessarie, vt per Afflict. decis. 330. Menoch. cons. 354 num. 19.

Quinto expendebatur pro Cisco ad-
33 uersus M. obser. item † si aliquod, 5. de fid. instrum. Quę ab aperto videtur Cisci intentionem confouere: quatenus decidit exemplantem, siue transumptantem instrumentum pænes iudicem, etiã solemniter, compellendum fore ad exhibitionem originalis, quotiescumquè pars aduersa ad finem illud redarguendi de falso petierit, ad quo petebatur Per Ciscum in casu occurrenti.

His tamẽ non obstantibus contrariũ senatus Regius ex concordi Dominorũ voto cẽsuit. Mariam nempe prestito potissimum per ipsam iuramento compurgatorio, nullo modo ad exhibitionem originalis compelli debere. Rationes autem & fundamenta que Dominos mouerunt eiusmodi fuerũt. Primo, quia instrumentum de quo agimus † exem-
34 platum seu transumptatum fuit solemniter

ter,& in actis in iudicio coram Iudice,
cuius auctoritas plurimũ operatur pro
veritate transſumpti, vt colligitur ex
gloſ.fin.in cap.fin.vbi Pan. num.2. de fi-
de instrumen. Et quamuis iuris commu
nis diſpoſitione attenta, vt instrumento
in iudicio, & coram Iudice exemplato,
regiſtrato, ſeu transſumptato,perpetuo
fides adhibeatur,nec vlterius exemplãs
originale producere teneatur,exempla
35 tio cum legitimo † contradictore,aduer
ſarioque præſente fieri deberet, capit.
quoniam contra vbi Panor.num.56. Fe-
lin.51. Deci.219.& 223. de probatio.An-
gel.in l.fin.num.1.C.de fid.iustrum. ma-
net etenim tunc exemplatum instrumẽ
tum,ſiue transſumptum,vere originale,
& † ad ipſum tanquam ad tale recurri-
36 tur:Bald. in l.ſi vnus, C. de teſtam. Ro-
man.in l.2.nu. 3. C.eodem. Guido Pap.
deciſ. 471.Crauet. conſ. 274. Praxis ta-
men,conſuetudo immemorialis legiti-
me introducta, & ſtylus inconcuſſus hu
ius Regni introduxit,vt exemplatio in-
ſtrumentorum originalium facta apud
Curiã † D.Iuſt.Arago. ſolemniter,&
37 in iudicis præſentia, etiam aduerſario
non citato,vocato,nec audito perpetuã
quoque faciant fidem,& habeant aucto
ritatem, & eandem quoad omnes effe-
ctus iuris,& fori, quę habitura fuiſſent,
ſi aduerſario vocato,& audito exempla-
ta,& transſumptata fuiſſent,in quo con-
ſiſtit ſingularitas praxis, conſuetudinis,
& ſtyli Regni, vt animaduertit Pleban.
§.exhibitio.num.8. Cuius quoque Ro-
lan. meminit in cauſa de Puibolca con-
ſultus conſ.69.num.60. in 3. D. Monter
deciſ. 44.num.13. Cancer. tom.3. varia.
cap.3. num.236. & ſequenti, vbi non ſo-
lum de praxi huius Regni meminit, ve-
rum etiam † eandem in Cathalonia vi-
38 gere profitetur,& D. Regens Seſſe ſup.
deciſ.187.num.39.

Nec mirum videri debet,generalem
huius Regni conſuetudinem introduce-
re potuiſſe,vt his transſumptis,ſiue exẽ-
plaribus instrumẽtorum Curiæ D. Iuſt.
Arago. perpetua adhiberetur fides, ta-
metſi parte non citata fuerint exempla
39 ta: nam conſuetudo † id operari poteſt,
vt nominatim dicit Bald. in Authen. ſi
quis in aliquo,num.21.verſ.niſi aliter ſe
haberet ſtatutum, C. de eden. quæ eſt
ſingularis limitatio (etiam in terminis iu
ris communis) ad Reg. contrariam, de
qua per DD.ſup.numer. 27. & 35.& per
Bart. in dicta Authen. ſi quis in aliquo,
& in l.Chirographis, ff.de admin. tuto.
& cum ex Iudicis præſentia, & auctori-
tate ſtylus ſiue conſuetudo Regni, pro
veritate transſumpti violentam ducat
præſumptionem, aduerſarius de cęte-
40 ro cõtra transſumptum † opponet,quid
quid opponere poſſet, aut deberet cõ-
tra originale.D. Monter dict. deciſ.44.
num.14.ex Bal.in dict.Authen.ſi quis in
aliquo,num.21. Thepat. tom.1.fol. 280.
colu.4.verſ.in exemplatione.

De huiuſmodi autem conſuetudine
probabilis aliqua dubitatio ſubeſſe non
debet,cum de ipſa atteſtentur vnanimi
41 ter DD.† practici Regni,potiſſimũ DD.
Regentes Monter & Seſſe vbi ſup. &
Bart.in l.de quibus,numer.21. de legib.
Paul.conſ.164.lib.2. Maſcar. concl.226.
Surd.deciſ.65.num.11.Ceballos tom. 4.
quęſt.1. num.253.

Vt ex præcedentibus quoad iuris ef-
fectum,& miniſterium Ciſcus ex Regni
conſuetudine pro vere vocato, & cita-
42 to † habendus ſit in huiuſmodi exem-
platione,fingit enim ius Regni nõ ſcrip-
tum ipſum vocatum, & citatum fuiſſe;
& in quibus ius fingit,& diſponit, adeo
potenter operatur, vt veritas ipſa à iu-
re ficta operaretur.Bart.in l. ſi maritus,
§.legis Iuliæ,ff.ad l.Iul.de adulter. gloſ.
in l.mercis appellatione, ff.de verb. ſig.
l.filio quem pater,de lib.& poſt. progre
ditur enim fictio † in caſu ficto ad me-
43 tas veritatis in caſu vero,l.vni. in princ.
C.de rei vxo.actio.l.1.de adoptio. §. itẽ
per acceptilationẽ, quib.mo.tol. oblig.
Matica de tacit.conuen.tom.1.lib.3.tit.
13.num. 23.

Eo autem ęquior, & iuſtior conſue-
tudo hæc,& praxis Regni haberi debet

quo

quo cautius Curia D. Inst. Arago. in huiusmodi exemplationibus originalium instrumentorum se habet; quæ non ita passim, & sine delectu eas fieri permittit, sed cautissime in ipsis se habēdo D. etenim Locumten. qui Curiæ præest celebrationi † coram quo in iudicio, &
44 pro tribunali fieri petuntur, pręterquā quod originale coram ipso productum diligenter rimatur, & præscrutatur, ad cęteros Collegas, & Cameram Consilij illud remittit, vt ab omnibus visum, recognitum, & approbatum, cum Notarij Actuarij actorum Curiæ præsentia; tandem illud transsumptari, & exemplari auctoritateque Curiæ cōmuniri permittat, vt ex ipsomet exemplationis decreto, eiusque attendētijs manifestissime colligitur.

Nec alioquim si pars exemplas, siue transsumptans originale custodire, & producere vlterius teneretur, exemplatio huiusmodi, tam solemnis, considerabilem aliquem effectum produceret.

Secūndo, non parum mouit DD. adiudicandum pro Maria, quod ipsa, siue conuentionis, siue officij ratione ad custodiā originalis instrumēti nullo modo teneretur. At non obscuri iuris esse videtur, eas demum personas ad exhibitionem, & productionem originalis in-
45 strumenti † teneri, eum quibus id conuentum est, vel quibus custodia incumbit officij ratione, vt notatur per DD. in l. si quis ex argentarijs, §. an vero, de eden. & in l. si creditor. C. de pig. actio. cumulate Pacian. conf. 84. per totum, & Io. Gutier. lib. 4. pract. quæst. 47. à numer. 4. Nec his personis facile de amissione creditur, etiam mediante Sacramento; ex obligatione etenim custodiē
46 di oritur aduersus eas vrgens † præsumptio, quod illud retineāt, custodiant, & dolo ocultent; ideoque manifestis egēt super amissione probationibus, DD. in l. fin. C. de fid. instrum. Pacian. dict. consil. 84. Nata conf. 166. num. 12. Bertran. conf. 209. num. 2. in 2. Guido Pap. decis. 244. Menoch. conf. 354. qui bene perpē-
47 sus † in his terminis loquitur, Gutierr. dict. quæst. 46. Cęteris vero longe facilius creditur, in quibus omnis fraudis suspicio iure iurando tollitur. Et vltra supar allegatos Doctores, expresse
48 distinctionem, & differentiam † istam personarum, quæ ex conuentione, vel officio ad custodiam instrumenti; & illas, quibus custodia non incumbit, pro posuere nominatim Alexand. in dict. l. si quis ex argentarijs, §. prętor ait, num. 14. in fin. de eden. Trentacinq. lib. 2. resolut. tit. de fide. instru. resolut. 9. num. 5. quod prædixerant Bald. in l. fi. C. de edendo & Iacob. de Sancto Geor. in d. §. prætor ait num. 19. Marię autem nostro in casu, nulla necessitas conuentionis vel officij prętextu originalis custodia incumbebat; vt ex se patet.

Nec refragatur, imo vero causatiuā quandam necessitatem custodię ei incumbere; supposito, quod intenderet in strumento transsumptato iuuari. Tollitur enim obex is facilimè, cum ex solemni consuetudinaria nostri Regni exemplatione, exemplatum instrumentum, siue transsumptum locum intret originalis. Imo vero id fieri videtur exē platione ipsa, vt de cætero qui aliàs con uentione, vel officio ad custodiam non astringitur, vlterius de originali non curet.

Tertio, principaliter motus fuit Regius Senatus, ex plurimorum grauissimorum Doctorum auctoritate, in puncto, & terminis, docentium; instrumentum publicatum, siue vt in Regno dici-
49 tur solemniter transsumptatum, † vel exemplatum, fidem facere: & quamuis doceant quoque originale exhibēdum esse, quoties exempli, siue transsumpti fides in controuersiam vocatur; præcipue si de falso increpetur, vt in præsenti. Id tamen limitant nostro in casu, quā do per iuramentum fides fit, partem originale pœnes se habere non posse, vt ex l. finali, 11. C. de fide instrum. in expresso docent Angel. ibidem, num. 2. in fin. Bart. num. 2. & 8. Idem in l. 2. ff. quemad. test.

test. aper. num. 2. vers. quæro si testamentum, & in l. Publicati, numer. 2. C. de testamen. Paul. num. 6. vers. tu dic cōtra, Iass. ibi Bart. referens, idem docuit Panormit. in cap. fin. nu. 8. de fid. instrument. post glos. in cap. Abbate sane, ver. fiat fides, vers. sed dicas, de verb. sign. vbi iterum Panor. num. 14. vers. si vero esset, iuncto vers. facta autem exemplatione, Felin. in cap. sicut, num. 9. versic. tamen contra dictum consilium, de re iudic. Seraphin. de Seraphinis, de priuileg. iur. priuileg. 37. num. 7. & noster Pleban. in §. exhibitio. num. 5.

Quorum grauissimorum patruum sententia securius procedit ad fauorem
50 Mariæ, quæ nec actionis iure † ex aliquo contractu descendentis, nec officij ratione, vnquam fuit obligata (multoquè minus post solemnem exemplationem) originale instrumentum custodire; quo casu aduersario nulla actio pro exhibitione aduersus ipsam competebat. Imo potius, vbi legitime, & vrgentes aliquæ coniecturę, vel præsumptiones aduersus Mariam militarent (prout nulle militant) ex quibus Senatui Regio videretur, ipsam ad exhibitionem compelli debere, id ex edicto
51 de edendo, quod iudicis officium † appellatur, quia nempe prętori, iusta causa subesse videretur compellendi, cogēda fuisset, vt ex l. 1. C. de eden. distinguit Ioan. Baptista Plotus in tract. de in lit. iur. §. 16. num. 14. vers. sed si non cōstabit, expendens etiam in id tex. in l si quis ex argentarijs, §. ex hoc edicto, ff. de eden. Quo casu præcisse tenet Plot. solo Sacramento probari † instrumenti
52 amissionē, per illum, qui dixit se amisisse, ex d. l. fin. C. de fid. instrum. Eandē distinctionem fecerat Alexan. cons. 58. numer. 6. in primo, vers. sed si essemus, Honded. cons. 79 num. 9. in primo, & Seraphin. dict. priuil. 37. num. 7.

Et quamuis dici soleat, in hoc Regno nihil in Iudicijs expediri ex Iudicis officio, sed iure actionis, ad instātiam partis legitimæ: adhuc nihilominus præfata distinctio in Regno quoque potest,
53 & debet habere locū. † Quamuis enim, vbi probabiles & necessarię coniecturę subessent, ad mouendum Iudicem, vt exhibere compelleret originale partē renuentem non obstante iuramento amissionis, ex illis actio videatur competere, exhibitionem postulanti, pro ipsius consecutione: ista tamen non est proprie, & stricte actio, sicut illa, quę ex preambulo contractu, aut ex natura officij consurgit, & nascitur; imo potius edictū de edendo nuncupatur, siue ma-
54 bis, æquitas † quędam, qua subsistente prętori, siue Iudici ęquem esse videtur, quod scriptura originalis producatur, vt satis collegitur ex Iass. in l. ius iurandum, §. procurator, ff. de iureiuran. Bar. in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebellian. Maran. in Specul. 4. par. tit. iudicium aliud Ordinarium, n. 29. Cum autem in præsentiarum nullæ tales subsint coniecturę, aut præsumptiones malæ fidei, fraudis, doli, aut ocultationis originalis, aduersus M. nec ex contractu, vel officio teneretur ipsa ad custodiam originalis, optimo iure ab eius exhibitione per Regium Senatum exēpta fuit, vigore prętiti compurgatorij iuramenti.

Accedit his denique tex. † celebris
55 in l. si quis requisitus, 22. C. de fid. instru. expresse decidens pro M. præsentem casum. Cęsares enim ibi decreuerunt, solo iuramento compurgatorio liberari, quem ab exhibitione instrumenti; tametsi Sacramentum hoc generale sit, nec casum particularem determinet, nec specificet, vt probat tex. ibi: *Si autem semel exhibito instrumento, postulet & iterum fieri exhibitionem is, qui eo indiget; si iusta causa videatur Iudici cur iterum edi debeat carta, is vero, qui accepit eam recuset secundariam oblationem, dicens, perdidisse cartham, aut alio quouis modo non habere facultatem eius exhibendæ, Sacramento solo hoc ipsum committatur, & nō amplius cogatur preferre illud, &c.* Ex quibus verbis ab aperto patet, sufficiens esse Sacramentum Marię generaliter

liter iurantis,nullam habere exhibendi facultatem,nec aliquam notitiam origi nalis instrumenti.

56 Et quamuis apud DD.de fide,† & auctoritate præfatæ,l.11.C.de fid.instru ment. non leuis à principio subfuerit difficultas; nonullis dicentibus,in ordinarijs Codicibus; imo in pluribus emẽdatis, & recenter excusis ,illud Cæsarũ decretum desiderari; alijs autem,potissimum tamen sapiẽtissimo, meritissimo, & integerrimo Regio Senatore, & huius causę Relatore D.D.Ioanne † de Ca
57 nales, exire contendentibus, satis esse, quod is textus reperiretur, prout vere reperitur in alijs Codicibus, & præsertim in excusis Lugdun. de anno 1604. emendatis , & cusis studio & labore Anto.Concij,cuius fides & industria in his emendationibus, & versionibus, sicut maxima est,ita & apud omnes cõspicua,& compertissima. Vtmerito tandem eius legis auctoritate, non parum moti fuerint DD. adiudicandum pro Maria.

Ex præcedentibus quisque facile tollere,& effugere potest vim rationum dubitandi, pro Cisco aduersus Mariam consideratarũ;concisse tamen in sequentem modum, non absre vissum fuit illis occurrere, & respondere. Dico igitur ad primam; lõge durius futurum si post exemplationem solemnem, per Curiã D.Iust.Arago.factam,Maria nullo contractu,nulloue officio ad custodiam originalis tenta, vrgeretur ad exhibitionem illius; pręmaxime intercedente iuramento impossibilitatis illud producẽdi. Quinimo,& auctoritas Curiæ præfatæ, consuetudoque transumptandi instrumenta,eiusquè finis substantia, & effectus,vel in totum perirent, vel mul-
58 tum periclitarentur, † si passim, & fine delectu,pars, quæ semel curauit exemplari,siue transumptari originale, vlterius compelli posset ad ipsius productionem. Nullis saltem aliàs concurrentibus fraudis, aut doli probabilibus coniecturis, interdecenteque iure iurando Marię exemplantis, impossibilitatis originale exhibendi.

Secundo fundamento partis aduersæ respondetur,sub ea communi distinctione. Vtrum exemplans,siue vt in Regno dicitur transumptans originale instrumentum conueptionis vi, aut officij
59 † natura ad eius custodiam teneatur; an vero ex solo edito de edendo,vel actione in factum,vel ex edicto de tabulis exhibendis,quæ remedia in viam iuris,ex æquitate prętoria ; & iudicis nouili officio progrediebantur. Priori sane casu in factis recentibus absonum & iniuriũ videretur ex sola exemplatione, vtcũquè solemni, facta tamen absq; legitimo contradictore, exemplantem eximi ab obligatione producendi originale ab aduerso de falso impetito. In posteriori autem iuri satis consonum esse, exẽplantem ad exhibitionem originalis minime compellere,nisi aliàs,vel dolo malo illud possidere desisset, vel ostenderetur, saltem probabiliter potestatem habere producendi,vt ex l.3.§.si tabulę testamenti, & §. si quis dolo, ff. de tabi exhiben.&in l.1.§.est autem personalis, & in l.Cellus,§.idem,& §.fin. & ex l. tigni,§. fin. ad exhiben. animaduertit,
60 Osasc.decis.16.num.3.Vbi quoque † sequentibus numeris animaduertit,interito,& obligato natura officij,vel ex præambula conuentione præsumptionem subesse,quod de cętero originale retineat,ex Bart.in l.si quis ex argentarijs, §.Prætor ait,num.2.de eden. & ibi Castrens. num.3.Iass.num.4.In eo vero qui ad custodiam non teneretur ; à contra-
61 rio talis nõ viget † pręsumptio, Pacian. cons.84.num.13.ex Bart.in l.si creditor, vers.quandoq; apparet, C.de pig. actio. Cum igitur M.nullam obligationem cũstodiendi originale habuerit,contra eã præsumptio cõsiderari non potest,Rimi cons.109.num.41.Nata cons.166.nu.12. Bertrand.cons.209.in 2.à num.2. Solum enim illi tenentur amissionem vel pro-
62 bare,& contra eos pręsumitur, † qui ad custodiam officij, vel contractus ratione

ne tenentur Bursat. lib.3. consil. 285.
num.12.Rim.dict.num.42.Iacob.de San
cto Georg.in d.§.prętor ait, numer. 19.
Bart.ibi,num.4.vers.& hoc modo: &
bene perpensus doctissimus Osasc. dict.
decis.16 per totam,non solum pręceden
tem approbat distinctionē, verum etiā
num.9.cum sequētibus clare docet,op-
portere,quod saltem præsumptiue con
stet aduersus producentem, & exem-
plantem retineat instumentum origi-
nale pœnes se; ideoque habeat exhibē
di facultatem. Quinimo Osasc. ipse d.
num.9 inferre videtur ad facultatē pro
ducendi,ex quo exemplans post exem-
plationem originale retraxisset, sic in-
telligit, & declarat theoricam Bart. &
aliorum in l.fin.C.de fid.instrumen. vel
aliàs constitisset dolo malo exemplan-
tem se a productione excusare; addu-
cens ad calcem d.num.9.alioquim Bar.
fuisse locutum contra iura pręallegata,
quibus ostenditur,remedia isthæc ad ex
hibendum, de tabulis exhibendis,actio
in factum,edictum de edendo,& similia
non dari nisi contra possidentē, eumue,
qui dolo desijt possidere,aut exhibendi
facultatem habeat.

Nec refragatur M.nostro in casu cre
dendam esse pęnes se instrumentum re-
tinere, idque satis prouabiliter presumi
ex temporis decursi modicitate, & cele
ri citatione † Cisci.Respondetur enim
63 cum Osas. ex communi DD.sententia,
imo potius prouabilem, coniecturam
non subsistare ex sola retractione ori-
ginalis,imo vero ex mente eiusdē Osas.
d.16.n.pen.&fi.non concurrente è duo-
64 bus † altero, vel scilicet, quod tabellio
qui exemplatum instrumentum recepe
rat esset diffamatus de falso,vel quod
originale exemplans non esset bonę fa.
mæ, deinceps producens instrumentū
non esset cogendus se compurgare , sic
intelligens not.per Alber.& Salicet,in l.
iuuemus C,de probat. de quorum alte-
ro ex dictis requisitis aduersus M. nec
verbum vllum in processu , vt ex abun-
ti Maria innocentiam suam Sacramen-
to compurgauerit;cum enim dolus &
65 culpa † & exinde crimen fraudalenię
originalis occultationis imponatur , lo-
cum in eius gratiam habitura est vulg.
reg.l.qui accusare C. de edend. vt non
sit credenda deliquisse,cum nihil aduer
sus ipsam doli aut fraudis probatum sit;
vt ex Angelo.1.notab.& Salic.num.2.in
d.l.iuuemus obseruat.Osasc. idem d.de
cis.16. num.fin.

66 Nec resolutio Senatus † Pedem. re-
lata per Osasc.d.num.fin.ver. quibus sic
stantibus, aduersatur ;imo hactenus re-
solutis suffragatur,quatenus dicit,Sena
tum vissum fuisse iuuere prothocolum
per producentes exhiberi, & quod si di
ligentia facta recusauerit tabelio pro-
thocolum tradere; tunc partes citaren-
tur ad faciendam collationem instru-
menti producti, cum prothocolo. Qua
in resolutione Senatus Pedem. Primo,
considero,prothocolum,siue matricem
scripturam tabellionisper partes fuisse
productam,& sic licet producens ex of-
ficio ad custodiam non teneretur , pro-
duxerunt nihilominus prothocolum,&
matricem per tabellionem custodien-
dam ex natura officij : At Maria in casu
occurrenti sumptum originale proprijs
expensis partum,& ad cuius custodiam
nullo iure tenebatur produxit. Prętere-
rea considero,decretum Senatus Pede-
mon.quoad effectum in monitionem,
quod ad partes producentes attinebāt,
fuisse resolutū. Et denique nec censuis-
se pręcisse prothocolum iterum produ-
cendum. Imo cum eo conferendum co
ram tabellione per partes,vt non solum
ea decisio Osasc.16.nihil intentioni Ma
rię,& resolutioni Senatus Regij aduer-
setur , verum potius vniuersa ea deci-
sio, eas vndique confoueat , & con-
firmet.

Et in his terminis, quod scilicet iura-
mento tollatur pręsumptio, aperte lo-
quitur,tex.in d.l.fin.21. C. de fid. instru.
67 & ibi glos. ver. Sacramentum , recepta
passim † per omnes scribentes , vt per
Beroi. consil.19.numer.22. in tertio, vbi
ex

ex nu. 5. late istam sententiam comprobat Bursat. consil. 285. numer. 13. in tertio, Trentacinq. var. iur. resolut. lib. 2. tit. de fid. instrum. resolut. 9. nu. 5. Pedroc. consil. 4. num. 60.

Quod & iure nostri Regni aperte de
68 ciditur per obseru. item si aliquis, 19. de fid. instrum. quæ ducta videtur ex d. l. fin. 21. C. de fid. instrum. vt præsensit Molin. ver. censualis, fol. 64. col. 2. vers. die 26. Ianua. Ratio esse potest, quia iuramentum potens est compurgare, & cessare facere præsumptionem potestatis,
69 & facultatis, † nunc exhibendi, subortā ex quo antea rem, siue instrumentū ad erat pœnes iurantē, de cuius productione, vel exhibitione tractatur, vt per glo. in §. quia vero, in Authen. de test. vers. non habebit, in fin. & in c. extraordinarij, ver. Sacramentis, per tex. ibi, 35. q. 3. & in cap. fin. ver. iuramento, qui matri. accu. pos. & in cap. præsentium, ver. iuramentum de testibus, & in cap. pastoralis, ver. post modum, de exceptio. consonat tex. in cap. fin. de eo, quod met. cau. Menoch. consil. 196. numer. 4. & 406. numer. 92. & præsump. 61. numer. 7. lib. sexto.

Summa igitur veræ, æque, & iuridicæ
70 † doctrinæ in proposito est, quod vbi nō tractatur de producēte, vel notario malę opinionis, & famę, nec producens ex officij natura, vel ex contractu, & sic iure actionis ad custodiam, & exhibitionē tenetur, sed solum Iudicis officio per actionem in factū, vel ad exhibendū, vel de tab. exhiben. vel ex edicto de eden. aut similibus, præsumptio quę oritur, ex quo aliquando habuerit originale efficacissime, & ab integro compurgatur solo Sacramento amissionis, vel impossibilitatis exhibendi originale. Nec in
71 hoc † distinctio fieri debet, an à productione, vel exemplatione longū, an vero breue tempus pertransierit, quoniā glos. communiter recepta, ver. Sacramētum, in d. l. fin. 21. C. de fid. instr. in breuissimo tempore, quod fluxisse credendum est à litis contestatione, in quo originale productum fuit, ad tēpus defensionum, siue replicationum aduersarij, Sacramēto eam præsumptionem radicitus tolli docuit, & ita in Maria, quæ sub
72 bona fide palam, & publice † in celebratione Curię proprio nomine exemplari fecit originale, merito Senatus censuit, leuem illam præsumptionem consurgentem, ex quo originale tempore exemplationis habuisset, cōpurgatam fuisse.

Tertiū quoque aduersę partis fundamentum facile ex antecedentibus diluitur. Primo, quia DD. conuenio, & controuersia in artic. nouæ productionis originalis semel producti, procedit in eo, qui actionis iure ad custodiam, & productionem tenetur, non vero in eo qui officio Iudicis. In quo posteriori casu, aut certe nulla est Doctorum conté-
73 tio; aut si aliqua, vera & communis † sententia est, quæ partem eximit ab obligatione vlterius originale producēdi, intercedente præmaxime compurgatorio iuramento.

Vlterius, vnica ea præsumptio, aut coniectura, quæ aduersus Mariam ponderabatur, de celeri † citatione Cisci, de
74 perse leuis est, & insufficiēs, vt per glo. dict. l. fin. 21. & DD. sup. relatos: vt ex ea passiuam interpretationem à iure communi recipere possit consuetudo exemplandi, seu transsumptandi in Curia D. Iust. Aragon. instrumenta originalia absque obligatione vlterioris exhibitionis.

Quarto, quoque fundamento aduersæ partis ducto ab auctoritate Matthęi
75 de Afflictis † decis. 330. & Menoch. consi. 354. numer. 19. facile respondetur. Primo, in quantum Afflictus, & Menoch. vltra iuramentum compurgatorium requirunt præsumptiuam saltem probationem amissionis originalis, nec pars illud exhibere iterum compellatur, seu saltem, quod iuramentum non purgat præsumptionem, obloquuntur, & aduersantur verissimæ, & receptissime Doctorum sententię, vt merito

Ll Tren-

Trentacinq.lib.2.resolut. tit. de fid. instrum.resolut. 9.num.5.vers.hæc declaratio, nominatim reprehenderit Afflictum,& professus fuerit, ipsum aduersus communem,& securiorem sententiam sensisse, quod idem Menoch. dixisse intelligendum est, cum Menoch. allegans Afflictum eum sequatur.

Imo vero doctissimus Afflictus saluari posset, ex quo loquatur in terminis, in quibus in retractione † instrumenti
76 tempore prioris exhibitionis pars retrahens cautionem præstitit, illud exhibendi quando peteretur; quo casu iure conuentionis, siue promissionis,& actionis ex ea subsultantis, & ad custodiam, & ad exhibitionem compelli posset, & hoc sensu donatus Afflictus, & ipse nobiscum sentit,& nos cum eo modestius, & vrbanius agimus, quam egerit Trentacinq. vbi sup.

Ita quoque doctissimo † Io. Vincen-
77 tio Honded.cons.19.in princ.in 1. fit satis: suo enim in casu qui semel instrumētū produxerat originale,& illud retraxerat, cautionem præstiterat, & solemniter promisserat, se illud exhibiturum vbi peteretur, ex qua promissione cœpit iure actionis teneri ad vlteriorem exhibitionem.

Similiter quoque auctoritati Meno-
78 chij † ponderatæ exaduerso dict. cons. 354. Respondetur, eum loqui in tutore, vel ipsius hærede, in quem cum actiue, & passiue actiones auctoris defuncti descendisset, ex officij natura ad productionem librorum administrationis tutellæ obligatus erat, iureque actionis ad id tenebatur, vt merito Menochio vissum fuerit, solo Sacramento non liberari, nisi aliàs vere, vel præsūptiue amissionem comprobaret.

Denique non officit posterior dubitandi ratio aduersus M. superius ponderata, ex obser.item † si aliquod, 5. de fid.
79 instrum. quæ ad corticem verborum sine delectu,& simpliciter intellecta vniuersam in proposito iuris communis cōstructuram Regniq; praxim stylum, & consuetudinem, iam diu in transsumptis Curię D.Iust.Arag. inconcusse obseruatam destrueret; quod dicere in conueniēs, & inconsonum videretur. Intelligenda igitur est, vel de alijs transsumptis coram alijs Iudicibus factis, non vero de transsumptis apud Curiā D. Iust. Arag. in quibus tantū auctoritas transsumptorum inoleuit; qui sensus iuri maxime consonat; in concursu enim obser-
80 uantiæ generaliter † loquentis, & particularis cōsuetudinis Cur. D.Iust.Arag. per istam illi detractum fuisse, non vero è contra per illam huic derogatum censendum est, Alder. Masc. de gen. stat. interpret. conclu. 8. à num. 24.

Præterea,& secundo dicitur obseru.
81 illam † passiuam debere interpretationem recipere à iure communi, cui consonat, vt per Barda. in for. vni. quod instrumenta semel exhibita. nu. 5. fol. 190. & Mol. vbi sup. ideoq; merito dictam interpretationem ab illo mutuari, & recipere debet, vt per Bart. in l. 1. §. lex falcidia, nu. 2. ff. ad l. fal Pleban. §. forus, numer. 9. Mascar. de statu. inter. conclu. 2. ex nu. 243. Cum igitur de iure cōmuni M. omnibus præcedentibus concurrentibus exhibere non compellatur, municipalis lex exhibitionē præcipiens passiue à iure communi,& intelligenda, & limitanda est. Vt merito Mariam ab exhibitione Regia Audientia liberauerit, præsertim iam delato ab eadem Regia
82 Audientia iuramento † per ipsamque præstito, quo casu ab eo recedendū non est, Menoch. cons. 385. num. 28. satisq; ne præstitū videtur siquidem fuit à D. Regenti receptum, & sua moderatione † approbatum, Crauera cons. 19. n. 2. vers. in hoc tamen, Ploc. in l. si quando, n. 826. C. vnde vi. Et ita iudicauit Regius Senatus aduersus Ciscum Lopez, 31. Iulij, 1614. In processu Mariæ de Chaues, sup. ciuili. Actuar. P. Polo scriba mandati Mag. D.N.R.

Michael Pastor Lib. Art. & V.I.D.

DECI-

DECISIO CC.II.

Solutio, vel locutio particularis, quando æquipoleat vniuersali, & quod in Aragonia testes admittantur ad probandum contenta præter instrumentum.

SVMMARIVM.

For. vnic. de apprehensio. Curiarum Montissoni, ann. 1585. vers. Por euitar inconuenientes, declaratur. num. 1.

Apprehensionis appellitus in Regno fundamentis leuibus substinetur, numer. 2. quod intellige, vt num. 3.

Solutio particularis, apocha generali, aut deffinimento non interueniente, principalis debiti extinctio non succedit, imo residuum peti potest. num. 4.

Renunciatio interpretari debet, quo minus ledat parti conficienti. num. 5.

Verba in contractu superflua esse non debent, imo aliquid operari. num. 6.

Obseru. item pater, 17. de iur. dot. declaratur. num. 7.

Creditor potest remittere debitori residuum parte accepta, quo casu liberatio totalis contingit. num. 8.

Transactione omnes pristine actiones nouantur, & extinguntur in substantia, num. 9. & 13. quod procedit data repugnantia obligationum, primæ, & secundæ. num. 11. & 14.

Nouatio assimilatur totius debiti solutioni. num. 10.

Reus iudicio sisti cogi non debet, quando negotium transactum est. num. 13.

Solutio facta his verbis relatis ad creditorem, Por lo que tiene, y le pertenece, & relata ad debitorem, Cumpliendo con la obligacion, totaliter debitum extingunt, & solutionem integram denotant, nu. 14. equipoletq; vniuersali solutioni. nu. 16.

Datio in solutum totaliter debitum extinguit. num. 15.

Res tantum valet quanti emptorem inuenit. num. 16.

Specie pro quantitate accepta à creditore in solutum emptio facta censetur. nu. 17. Quo casu creditori decepto nõ succurritur, num. 18. Nisi contingat deceptio vltra dimidiam, num. 19. Quod in Regno nõ procedit, ex eo qui stamus carthæ. ibidem.

Verbum, implere, totalem & integrã debiti satisfactionem præsefert, quasi debitor, qui creditorem adimplet, ab integro soluisse credatur. num. 20. & relatum ad contractum stipulationem, conuentionem, & c. actum consumatum denotat. nu. 21.

L. multum interest, 21. C. de solut. declaratur. num. 4. & 22.

Creditor partem recipiens absque protestatione, in residuo non periudicat sibi. numer. 23. intellige, vt numer. 24. 34. 39. 42. & 43.

Indefinita, quando æquipoleat vniuersali. num. 25. 28. 29. 30. 33. 36. 38. & quando dicatur indefinita. nu. 27.

Expressum censetur proprie, & totaliter, quod per relationem exprimitur. numer. 31.

Relationis natura est natura veritatis patentis. num. 32.

Verba dispositionis debet aliquid operari, & non superflua esse. num. 35.

Interpretatio restrictiua significatus verborum etiam in proprissimi, in Regno

non admittitur, longe enim inimica litera censetur, quam comprehensiua, dummodo extensio vniuersos fines significatus verborum non pertranseat. num. 37.

Si res in dotem traditæ æstimatæ fuerint, emptio, & venditio est. num. 40.

Obseru. item si pater 17. de iur. dot. declaratur. num. 41.

Obseru. 22. de fid. instrumen. declaratur. num. 44.

Testes in Aragonia admittuntur, non ad probandum tenorem instrumenti, sed bene ad coadiuuandam illius veritatem, declarando verba ipsius ambigua, licet satis clara de per se fuissent. num. 45.

ESPERANTIA Alonso in suo testamento, inter alia instituta hęrede vniuersali Maria de Gallipienço, titulo legati reliquit Marianæ, Esperantiæ, Theodoræ, & Ioãni Stephano de Medrano, filijs dictę M. de Gallipiēço singulos 60000. solid. eosq; ad inuicem substituit, vt si aliquis eorũ moreretur, portio decedentis ad superstites perueniret, eidemq; Ioan. Stephano de Medrano legauit domos proprię habitationis, eodemq; absq; filijs in minori ętate decedenti sorores substituit. Ac deinceps in suo codicillo adauxit alios singulos 60000. solid. eisdem Marianæ, Esperantiæ, & Theodorę de Medrano per suãq; hęredem præstare iussit; & sub his testatrix obijt dispositionibus, & post eam Ioan. Stephanus de Medrano alter ex prædictis legatarijs. Mariana vero de Medrano nuptui tradita fuit Simoni Romeo, & in pactis dotalibus vnum intercessit tenoris sequentis. *Itē la dicha Mariana de Medrano trae en ayuda y contemplacion del presente su matrimonio, y la dicha Maria de Gallipienço su madre le da, y manda, por lo que dicha Mariana de Medrano tiene por herencia, mandas, y legados, por los testamentos, y muertes de los quondam Esperança Alonso su abuela, Diego de Medrano su padre, y Iuan Estevan de Medrano su hermano, y cumpliendo cō dichos legados, los bienes infrascriptos.* In huiusmodi donatione contenta, specificata, & designata fuerũt diuersa bona, sedentia, & mobilia propria Mariæ de Gallipienço hęredis, æstimata 80000. soli. Et pręterea assignauit alios 10000. solid. & Torquē auri, & medietatem domus quæ iure substitutionis ob mortē præfati Io. Stephani fratris in eãdem Marianam reciderat substitutionis iure. Notarius autē, qui pacta dotalia pręfata receperat, & fuerat testificatus, errore, vel obliuione non apposuit clausulam generalis deffinimenti ad fauorem Mariæ donantis, quamuis re vera actum, & conuentum fuisset inter paciscentes Marianam legatariam, & donatariã præfatã bonis, & quantitatibus a matre donatis contentam, pręmissorũ legatorum vigore nihil amplius petituram. Quæ bonorum sedentiũ possessionem vigore donationis matrimonio cõtracto statim ingressa fuit, eidemq; mobilia, & Torquis aurea tradita fuere, & de receptione apocha instrumentali eiusdem, & mariti constitit.

Deinceps Mariana de Medrano, & maritus venditionis titulo cesserunt iura, & actiones ex pręfatis testamento, & codicillo Esperantiæ Alonso sibi cõpetentia, pro consequendis præfatis cētum & viginti mille solidis, qui eidem Marianæ ab Esperantia Alonso in suo testamento legati fuerunt, Doctori Ioãni Medrano. Qui sub præfatis inclusione, & titulo à Regia Audiētia obtinuit appellitum apprehensionis bonorũ Mariæ de Gallipienço hæredis præfatæ, quam Petrus Treuiño, & Maria de Gallipienço, per Reg. Aud. submonendam esse, & signa Regia tollēda prætēderũt, exhibitis prędictis pactis dotalibus, & ex eis contēdentes, resultare apochã instrumentalē, siue deffinimētũ virtuale respectu vniuersæ quantitatis dictorũ legatorum. Et quamuis ponderarentur verba

verba clausulæ præinsertæ dictorum pactorum dotalium infrascriptisque fundamentis prætensa fuerit amotio apprehensionis, & signorum, siue armorum Regiorum à bonis apprehensis, iuxta decis.for.vni.titu.† de apprehens. vers. por euitar inconuinientes, Curiarum
1 Montissoni.1585. vissum fuit Regio Senatui à maiori parte, amotionem prædictam locum non habere; & moti fuerunt Domini. Ex quo in ancipiti constitutum videbatur ex præinserta clausula, vniuersam obligationem soluendi dictos centum viginti mille solidos euacuatam fuisse, nonnullis contendentibus octuaginta mille solidos partem cō similem legatorum extinxisse; & præterea vissum fuit, exceptionem solutionis, & apochæ ad submouendam apprehensionem, & signa Regia, requiri clarissimam, & apertissimam nullisque, anfractibus probabilis cuiusuis dubitationis subiectā, illis autem obnoxiam, tanquam altioris speculationis, maioremque indaginem requirentes, ad articulos litis pendentiæ, & alios remittere. Hoc est, quod in Regno passim circumfertur, appellitum apprehen
2 sionis, apparentibus, siue leuibus, † quibuscumque fundamentis sustinendū fore; cum ex eo vtrique parti, & bono iustitiæ videatur consuli. Qua tamen
3 in re † caute DD. Iudices habendos existimo, cum etenim satis iniuria sit apprehensæ parti possidenti, appellitusque processum de per se constituat, non crederem ita passim, & sine delectu ex leuibus fundamentis confirmandum fore.

Confirmato itaque appellitu, & facta declaratione, qua Senatus censuit, amotionem signorum Regiorum locum nō habere, obtullit Doctor Ioan. Medrano propositionem litis pendentiæ sub eisdem titulis, concludens, sibi committi bona apprehensa, vt ex fructibus conse queretur .40000. solid. seu quantitatem quæ defecerat summe dictorū centum viginti mille solidorum præditorum legatorum. Ex aduerso autem P. Treuiño, & M. de Gallipienço contrariam obtulerunt litis pendentiæ propositionem, cum iustis, & possessione, duoq; in replicationibus obiecerunt Doctori Ioan. de Medrano. Alterum, enixius contendentes Marianam de Medrano vigore prœinserti capituli suorum pactorum dotalium virtuale, & sufficiēs diffinimentum matri concessisse integrę quantitatis legatorum. Alterum vero in pactis dotalibus, vere actum fuisse de expresso, & explicito deffinimiento totius quantitatis, illudque tabellionem errore, vel obliuione non scripsisse, quod quatuor testium omni exceptionē maiorum, qui contractui, & conuentioni intererāt probauerūt testimonio.

Actum igitur, & disceptatum fuit de duobus coram Senatu. Primo quidem vtrum ex præinserto capitulo pactorū dotalium Marianę de Medrano generale deffinimentum vniuersam absoruens dictorum legatorum quantitatem subsultaret. Alterum vero, vtrum casu quo non, vel ambigue generalis receptio totius quantitatis ex eo capitulo colligi videretur, posset suppleri coadiuuari, & efficaciter declarari ex testimonijs prædictorum testium.

In priori articulo pro Mariana de Medrano, vel Doctore Io. de Medrano eius cessionario infrascriptæ dubitandi rationes, & sequentia fundamenta perpēdebantur. Primum, quod ex præinserto capitulo exceptio solutionis totius quātitatis minime resultaret, sed tantum partialis octuaginta, vel nonaginta mille solidorū, nō intercedēte, aut apochā
4 generali, † aut generali deffinimento, quasi spe futuræ numerationis deficientis quantitatis soluta quantitas recepta fuerit per Marianam de Medrano, ex l. interest, 21. C. de solut. l. si quidem, 24. C. de transactio.

Secundum, quia cum mysterio Mariana creditrix matris in prœinserto capitulo suorum pactorū dotalium abstinuisse videtur à verbis vniuersalibus,

 qualia

qualia fuissent, si dixisset se recipere nonaginta mille solidos, *Por todo lo que tenia* aut mater eius debitrix dixisset expromisam quantitatem soluere, *Cumpliendo con todos los legados*: Imo vero mater & filia indefinitis verbis vsę fuere, altera recipiendo, *Por lo que tenia por los legados*, altera vero soluendo, *Cumpliendo con dichos legados*: renuntiatio vero † iuris efficacis
5 tanquam odiosa strictissime accipitur, quo minus renuntiantem ledat Beci. cons.211.nume.21. Caualcan.lib,3. decis. 22.anum.13.

Tertium ponderabat senatus Regius, non sine misterio in præinserto capitulo bona sedentia, & Torquis aurea adcertam quantitatem nonaginta mille solidorũ fuisse redacta, vt intelligeretur deffícientem quãtitatem legatorum adhuc per Marianam de Medrano esse amatre recuperandam, alioqui stimatio superflua fuisset, si generaliter certis illis bonis contenta reliqum de biti matri condonasset; verba autem in contra-
6 ctu † non debent superflua & supervacanea considerari, sed aliquid operari Marsil. in l.patre vel marito num. 29.& 30.ff.de quęstion.cap.1. de const. in 6.l. 1.§.fi.ff.ad Municipal.Surd. cõs. 127. num.9.in 1.Caualc.decis.26.num.58.li,3

Quartum denique, quia de iure Regni securius videtur debitorem soluentem partem debiti in reliquo debitorem permanere, nisi accesserit generale creditoris definimentum, ex
7 obser. † item pater 17. tit. de iur dot.

Vęrum enim vero, licet pręcedentia Senatui Regio vissa fuerint sufficientia pro substinendo apprehensionis decreto, insufficientia tamen vissa fuere nec ex eis D. Ioan Medrano obtinere potuit; imo vero ex concordi DD. Consiliariorũ voto reiecta ipsius propositione fuit iudicatum pro Petro Trebiño & Maria de Gallipienzo, ex sequentibus fundamentis.

8 Primo quia fas est creditori † parte debiti accepta, vel aliquo etiam villissimo, quod reliqum est debitori remittere, adeo vt prestatione cuiusuis quantitatis uel rei, per creditorem acceptata reo liberatio contingit l.si quis 46. l. fideiussorem 52. ff. manda. Exquibus sic obseruat. Ant. Hering. de fideiussor. ca. 20.§.1.num.19.

Nec refragatur reg. illorum Iurium certissimam suo in easu, nostro non applicari, ex quo assumat pro constanti, id de quo vniuersa contentio est, an scilicet Mariana de Medrano pro vniuerso debito bona à matre assignata recepe-rit, animo eandem a reliquo liberandi. Quia respondetur, imo vero Marianam
9 creditricem totius debiti mansisse contentam, ex quo cum matre † transegerit, nouationeq; extinctiua priores actiones nouauerit, quæ in omni sua substantia alteratę manserunt, ideoq; & extincte, ex l.nouatione ff de nouatio.l.nouatione C.de fideiussor.l.1.&2.de nouat.§. Preterea instit.quib.mo. tol.oblig.Bar. in l.aliam n.4.de nouat. Deci. cons.107.
10 Medices de nouat.p.1.q.1.& duabus sequentibus; assimilatur † enim nouatio, & equiparatur integrę totius debiti solutioni l. si rem.31.§.1.de nouat. Alex.in l. si diuortio, & in l. qui vsumfructum, de ver.oblig. Hering. d.cap. 20. §.3. ex numer.1. cum multis sequentibus, vbi numer.14.ex Deci.in l.pacta nouissima numer.5. C. de pact. & Berthazo. cons. ciuili.1.numer.165. obseruat. Quod vbicumque datur repugnantia inter iura
11 priora & ea quæ ex contractu † nouante resultant, extinctio quoque inducitur priorum obligationum. Itaquoque vi-
12 demus ex transactione † pristinam extingui obligationem l. non minorem C. de transactio l.2. de iur. iuran.vnde intullit.l.C.in l.2.ff.si quis caut. Nõ esse
13 reum † cogendum iudicio sisti sinegociũ propter quod iudicio sisti promisit fuerit transactum, declarat Hering. d. 20.§. 7. & consensus inductiuus posterioris obligationis diuerse † & contra-
14 riæ prioris extinctiuus est antecedentis.l.ab emptione ff. de pact. l. pro vt 8. deso-

desolutio. l.1. & 2.C. quando liceat ab
emp.discedere Hering.d.cap.20.§.11.ex
numer.1.

Secundo principaliter Sapientissimus
& Integerrimus Regius senatus motus
fuit, ex quo. Quamuis explicitum deffi-
nimentum, generalisq; totius debiti so-
lutio viderentur desiderari in preinser
to capitulo; implicitum tamen & virtua
le, ex verbis & litera resultans (quod ex
preso æquiparatur) satis vissum fuit in
eodem capitulo contineri, ponderatis
14 illis verbis, *Por lo que tiene* & ibi † *Le perte-*
neçe, relata ad filiam creditricem, & ibi,
Cumpliendo con la obligacion, relata ad ma-
trem debitricem. Quæ sane verba, sin-
cere, plane, literaliter, & citra cabillum,
vel subauditionẽ intellecta ex pręci-
sa, & necesaria significatione, important
& præseferunt, matrem pro explenda
totali obligatione, eademq; abintegro
15 adimplẽtem in solutum † dedisse præ-
fatos nonaginta mille solidos, vt hac in
solutum datione, ęque, atque ex vera
integre quanitatis debitę solutione, obli
gationem peremerit & extinxerit l.
satis datio 52. de solut.l..5.§. satis accep
tio, de ver.oblig. Heringi.d c.20.ex nu.
9 vbi pulchram asignat rationem n. 11.
16 Quod videlicet, res † tanti esse intelliga
tur, quanti emptorem inuenit, ex Alex.
in l.1.§.si heres nume.1.ad Trebel. mo-
tus ex l.si seruus ff. decon. fur. Sitque
certissimi iuris, Marianam creditricem
in casu nostro emptoris substinuisse per
sonam, cum species † pro quantitate in
17 solutum acceperit l.minor 40.§.1.de mi
nor. cui & plenissime semper satisfactũ
18 esse videtur, licet † decipiatur, cum ex
arbitrio sibi cauerit, l.si rem §, omnis, de
pig.act.l, item liberatur ff.qui. mo. pig.
sol.

Vsque adeo, vt creditori decepto in
19 viam iuris non succurreretur † nisi in
casu deceptionis vltra dimidiam, ex Ti-
raq.de retract.lignag.§.1 glo. 14. & Pi-
nel.in l.2.p.1.c.4 n.8.C.de res.ven.in Re-
gno vero ob regulam quod charte ste-
tur, nullo modo.

Et in casu nostro Matia de Gallipien
ço ad donationem nonaginta mille soli
dorum prosiliuit, & motafuit, tanquam
a causa finali, pro solutione totius debi
ti filiæ, cõmemoratis omnibus causis &
titulis, testamenti, codicilli & frater-
nę successionis; imo & adjiciendo, quod
eas obligationes adimplendo dotem fi
liæ creditrici constituebat. Verbi autẽ
20 implere † ea dignoscitur pręcisa natura,
& significatio; vt totalem, & omnimo-
dam præseferat satisfactionem; quasi de
bitor dũ creditorem adimplet, siue de-
bitum complet, ab integro soluisse cre-
datur vt ex l,4.C.de com,fis.deb.lib.10.
obseruat Vueter.in lexi.ver.adimplere
in 2.pa.83. & ve. implere eius naturam
esse, omnimodã perfectionem præsefer
re; vt apud Plin. Iun. *Impleri promissum,*
priorisq; epistolæ fidem exsolui. Et sic verbum
21 hoc ad placitum, † conuentionem, con-
ditionen, satisdationem, cautionẽ, quã-
titatem, stipulationem, contractum & si
milia relatum, actum denotat consuma
tũ, vt apud Brison. d. verbo. Quæ om
nia elegantissime, Sapientissimus &
integerrimus cause relator DD. Ioan-
nes de Canales multis titulis mihi ho-
norandus in motiuis comprobauit.

Fragmentum motiui.

Nam verbi huius, adimplere, propria & genuina siguificatio, totalem & omnimodam pręsefert satisfacionẽ. Implere, enim, nihil aliud est quam satisfacere; vnde in iure diciturquis conditionem implere, quãdo intotum adimplet, non quãdo ex parte; sic, pacta vel cõtractus implere, vel satisfacere est, quãdo nihil adimplendum restat, potissimum in Regno, vbi ex regula, seu verius lege stãdũ esse carthę, restrictiua verborũ interpręta tio magis quã extensiua, tãquã literę magis inimica & repugnans, omnino reppellitur. Nam detrahit literæ quod eius propriũ est, vtpòte innatum & vniuersale significatum sub eius proprietate comprehensum. Quare

verbum, *Cumpliendo con los dichos legados*,
ad totalem legatorum solutionem, &
extinctionem referendum esse, quis inficiabitur? Additis præcipue alijs verbis præcedentibus, idemque importãtibus, vt ex illorum geminatione magis enixa contrahentium voluntas deprehendatur.

Nec his visa fuere refragari argumẽta pro D. Io. Medrano in principio considerata. Non primum, quia reg. l. interest 21. † C. de solution. certissima est; nẽ
22 pe multum interesse, vtrum spe futuræ numerationis creditor fateatur suscepisse debitum, an vero accepta minore quantitate, tantum quantum lectio probat in scriptura cõferri placuerit; Nam priori casu, petitio debiti manet integra, posteriori vero, consensu transactione finitis stare conuenit, vt per Hering. dict. cap. 20. §. 21. numer. 32. Cum igitur, in casu præsenti minore quantitate accepta solutionem admiserit Mariana, facta pro debito, & illud adimplendo; eius cessionarius admitendus non est, nitens destruere, quod auctori bona fide semel placuit, l. iuris gentium, §. sed si fraudandi, ff. de pact.

Nec oberit, creditorem partem debiti accipientem, † etiam absque protesta
23 tione reseruationis residui sibi non præiudicare, vt magistraliter varijs casibus constitutis docet Bald. in l. si ex toto, §. si ita, num. 3. de leg. 1. quos prosequitur doctissimus Cardin. Mant. de tacit. conuen. lib. 15. tit. 5. ex num. 5. Id enim procedit, nisi alias † ex scriptura receptio-
24 nis partis colligeretur, pro omni debito partem creditorem suscepisse: & vltra dicta verba superius ponderata, tam matris debitricis, quam filię creditricis, ibi, Por lo que tiene, & ibi: Cumpliendo con dichos legados: Quamuis non adiecta nota vniuersali pro omni, quod habet; vel adimplendo ex toto legata, &c. inducunt totalem debiti extinctionem: Quamuis enim ambigui iuris extiterit, an indefinita † æquipolleat vni
25 uersali de sermonis proprietate, in affir

matiua hominis dispositione (vel vt nostra) & forsam communior sit minime æquipollere ex Fulg. in l. iuris gẽtium, §. sed si fraudandi, ff. de pact. Felin. in capit. 2. in fin. de treu. & pace, Domin. & Anchar. in cap. vt circa, de electio. in 6. Nata cons. 739. ex nu. 44. In improprio
26 vero sensu, † largoque verborum significatu indefinita vniuersali ęquipollet, l. si pluribus, vbi Bart. in princ. de leg. 2. & ex l. si seruitus, ff. de seruit. Vrban. gl. in dict. c. vt circa, in prin. Alexand. cons. 171. nu. 4. in 2. Tiraq. de retract. lign. §. 1. glos. 13. num. 1. bene Surd. cons. 431. n. 66. Dicens esse dispositionem indefinitam, quando non adijcitur nota vniuersalis omnia, † vel quodcumque, generalem
27 vero, quando adijcitur, qua de re late Mantica de taci. conuen. lib. 11. tit. 4. ex nu. 3. & Hiero. Alauren. decis. Auenion. 187. num. 18.

Quod si replices indefinitam in nullo sensu ęquipollere vniuersali, quãdo in omnibus † partibus sub vniuersali con-
28 tentis æqua non militat, sed diuersa ratio, vt per Din. in rub. de reg. iur. & Bar. in d. l. si pluribus, & in l. 1. §. cum vrbem, ff. de offic. præf. vrbis, cum commemoratis à Hiero. Alauren. d. nume. 18. disparem autem esse rationem in parte debiti accepta, atq; in non soluta. Respondebo DD. in hac distinctione paritatis, vel diuersitatis rationis, nõ distinxisse, inter sensum proprium verborum, & largum, ut antecedenti distinctioni adhuc super sit locus.

Deinde dicam, nec tutam admodum esse considerationem † paritatis ratio-
29 nis, vel diuersitatis eiusdem, vt non obscure quisque videre poterit apud illustrissimum Mant. d. lib. 11. tit. 4. ex n. 11.

Et denique considerabo, ex alia recepta distinctione omnem cessare scrupulum. Aut enim dispositio † indefini-
30 tis verbis concepta de per se subsistit, an vero, relationem continet in verbis indefinitis antecedentis scripturæ: & in posteriori casu (qui noster est) indefinita vniuersali æquiparatur, vt declarat

Arer-

Are:in l.serui electione.§.1.de leg.1.De.
cons.146.nu.fin. Et est ratio, quia quod
per relationem ad aliud cognoscitur †
& exprimitur, proprie ac totaliter expres-
sum cẽsetur, quia ex cõiunctione duarũ
scripturarum resultat vere certum; & †
natura relationis est natura veritatis †
patentis ex coniunctione scripturarum,
ve inquit Bal. cons. 212. ea que veniunt
32 in 5. Et ideo expresum, & nominari ve-
re dicitur in referente, id quod expresũ
& nominatum est in relato l. a se toto
ff. de here. instit. verba sunt Decian. in si
mili casu conclusionem formantis cons.
56. ex num. 11. in 2. Et cum in dubio om-
nes tituli, & cause debendi, vi relationis
nominatim contineri videantur in præ
inserto capitulo, nec aliqua ratio possit
considerari, quare magis pro vna quan-
titate quam pro alia, aut magis pro parte
quam pro toto exsoluisse Maria cre-
33 denda sit. Indefinita vniuersali † equipol
lere debet Alex. cons. 55. n. 13. in 4. Osas.
decis. 127. n. 5. Corne. Deci. Ripa. Craue.
Purpuer. Grabiel Menoch. quos refert
& sequitur Surd. cons. 431 num. 67. Qui
quamuis num. 70. ex Alex. nuu. 5. & Ias.
num. 18. in l. 1. ff. de lib. & post, reg. rest-
ringat, vt non procedat in odiosis & stri
tis, loquitur tamen Surdus quando es-
set diuersa ratio, non vero quando ea-
dem militaret.

Qua in re aduertendũ puto, rationẽ
diuersitatis extrinsecam desiderari, id
34 est non sufficere pro ratione, quod †
pars debiti soluta accipiatur à credito-
re non soluta vero cõdonetur; quia sem
per hæc ratio militaret, & distinctionem
destrueret; extrinsecus igitur differen-
tiæ ratio aduenire & considerari debet,
vt in exemplis per Manticã relatis, vbi
proxime.

Imo vero soluta quantitas in specie-
bus stimatis per Mariam dempta Torq;
aurea, correspondebat vnico legato Ma-
rianæ, vt necesario, vel mentio vniuersa
lis alterius legati & substitutionis frater
ni elusoria, & superflua, & absque effectu
aliquid operandi † manere debet, aut
35 ...

certe omnia ex equo respicere, & com-
plecti, & vniuersale debitum extin-
guere, ex mente disponentium l. 1. in
fi. C. de leb. preter, Cacialup. in l. om-
nes populi de iust. & iur. num. 108. Imola
in d. l. si pluribus de leg. 2. Bar. in d. l. om-
nes populi nu. 57. Ex quibus ita arguũt,
& concludunt Couar. lib. 1. resolut. cap.
13. num. 9. Hipol. Rim. cons. 351. ex n. 22.
Menoch cons. 1005. num. 11. & presũm.
21. num. 5. lib. 4. His verbis, & huius ca-
sus ratio est, secundum omnes, quia in-
36 definita equipollet † vniuersali in dispo
sitione etiam hominis, quando eadem
est ratio & equalitas l. si pluribus de leg.
2. vt egregie declarat Didã. d. c. 13. nu. 9.
quod & ex alijs pulchre obseruat Ald.
Mascar. conclu. 5. nu. 13. Beci. cons. 51. nu.
15. & sequentibus.

Id quod securius in Regno procedit,
in quo interpretatio restrictiua signifi-
catus verborũ † etiã improprijssimi non
37 admititur, quia longe inimicior litere
censetur quam comprehensiua, dum-
modo extensio vniuersos fines significa
tus verborum non pertranseat, vt per
Mol. & Pleuan. §. fori Aragonum: & ma
gis in expreso ijdem §. indefinita ex nu.
5. vbi, quod equipolleat vniuersali † ex
38 proprietate sermonis nu. 10. quibus ad
dendus est Mascar. d. conclu. 5. num. 23.
vt merito amplissimus senatus in suis
motiuis præcedentia cõprouauerit ibi.

Fragmẽtum motiui.

Si tamen indefinita est alterius ora-
tionis antecedentis relatiua: indubium
certe videtur, omnia que in dispositione
ad quam fit relatio cõtinentur, proprie
et vere in ipsa indefinita referente con
tineri, est quipe natura relationis, natu-
ra demõstrationis & veritatis, ex cõiun-
ctione duarum scripturarum patentis;
exprimitur enim vere, quod per rela-
tionem exprimitur, & sic in hac clausu-
la instrumenti dotalis, referente heredi
tates, iura, & legata, per testamenta &
mor-

tum producti, quod fori nostri & obseruantiæ non permittũt. Respondetur hãc probationem, cum non contra, sed præter instrumentum & in eo contenta ad illius verba ambigua declaranda exhibeatur esse merito amplectendã. Quæ ab statuto prohiuente contra instrumẽtum testes admitti excommuni & magis recepta opinione, nequaquam repellitur. Ex prædictis in vtroq; articulo censuit & iudicauit Senatus diebus 7. mẽsis Maij, & 3. mensis Iunij 1614. in processu Doct. Io. de Medrano super appre. in art. lit. pen. actuario † Laurentio Ibañez de Aoiz: quod idem antea (respectu secundi articuli) fuerat iudicatum in processu appellat. Hieronimæ Gil referente D. A. Pilares Regio consiliario in anno. 1613. actuario Palacio.

Michael Pastor Lib. Art. & V. I. D.

DECISIO CC.III.

De intellectu fori Itẽ por dar forma, 23. & for. declarãdo 24. de apprehensio. & an fideiussores ab obtinente sẽtenciam lit. penden. dati omni casu quo principalis tenetur, teneantur.

SVMMARIVM.

Fideiusor de iudicato soluendo, creditur intercedere in omne id proquo principalis condenandus venit. num. 1. declara num. 3. 5. 33.

For. item por dar forma 23. & declarando 24. de apprehensio. intelliguntur nu. 2. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 20. 31. 34. 36. 45. 46.

Consuetudo præsertim immemorialis optima iudicatur legũ interpres iuris ambigui & non solum corrigit, verum & abrogat aperta num. 24. declara num 49. 50. 51.

Fideiusionis natura talis est, vt iudicetur strictissime interpretationis, nec trahitur ad aliam causam vel rem preter illas proquibus facta proponitur nu. 7. 8. 17. 16. 22. 29. 30. 32. 48.

Diferunt obtinens in lite pendente, & fiiussores ab eo dati, in casu exactionis ab illis, tanquantalibus in processu, fructus & bona apprehensa num. 13. 15. 16. 35. 47.

Statutum debium a Iure communi, nõ debet etiam ex identitate, aut maioritate racionis plures nec alios casus comprehendere preter expresos in eo num. 19.

Dispositio cõtinens casuũ dinumerationem & limitatio ad eos, censetur restricta respectu illorum num. 21.

Fideiussio concepta limitate respectu teriæ rei certorum ve casuum, difert afide iussione generaliter proposita, dicendo fideiubeo pro tali. & Salicet. in l. quæro ff. locati declaratur. num. 23. 24.

L. fideiussores ff. de fideiussoribus, declaratur. num. 25.

Obligatus ad prestandos fideiussores duobus casibus cum principalis in tribus strictus esset, deinde cum fideiussores essent dati in amplissima forma, probatur ni
12 *hilominus cum Panor. quod preambula obligatione quã duobus in casibus principalis tenebatur fideiussores offerre; videri datos limitatiue pro explenda obligatione princip. qui in duob⁹ casibus eos offerre tenebatur num. 26. ratio traditur num. 27.*

Obtinẽs in lite pendente, licet offerre videatur fideiussores sponte, causatiue tamen ad id tenetur, vt in possesionem bonorum

rum mitatur.num.28.

Argumentum contra statutum desumi non debet ex ipsius verbis, etiam si mens amplior ex verbis tacite colligeretur in odiosis & correctorijs, in quibus oportet fieri omnium casuum expresionem. nu. 37. etiam si adsint verba generalia num. 38. limita hoc posterius in Regno, cauendam enim est abeffusso sermone. num. 39. primum autem admittendum est, ibidem.

Relatum certum & infalibile si de eo constat, intra eius cancelos dispositio facta censetur. num. 40.

Dispositio protendi non debet ad casus extra terminum relatum contentos nu. 41.

Dispositio licet vaga, & indefinita, si tamen ponitur inter duos casus restrictos, ab illis cohartatur & necesariam restrictionem recipit, nec ad alios consimiles referri potest num. 42.

Ratio express a in lege vel statuto ad casus omissos licet in ea comprehendãtur, in correctorijs non extenditur. nu. 43.

Lex quando dicatur limitatiua, vel correctoria siue declaratoria casus praecedentis, remisiue num. 44.

Dispositio odiosa restricta ad casus expressos, etiam ob maioritatem rationis, ad casus consimiles extendi non debet nu. 45.

Consuetudo vniuersalis probatione nõ eget, etiam in decisorijs, sed allegata, si DD. iudicibus nota esset, eam sequi tenerentur num. 51.

Consuetudo consistens in actibus processuum, testibus probari non debet, durum enim id esset. num. 52.

Lex continens decretum irritans consuetudinem futuram, tunc non sufficit contra legem etiam immemorialis num. 53.

Dispositio executata contra tacentem, extendi non debet contra renuentem, nec ius vniuersale constituit num. 54.

Decretum Curię Iust. Arag. traditur. num. 55.



IN Processu Excellẽtissimę D. Ioanne de Pernestan Ducisę Villaeformosę super apprehen. Regia Audiencia primo loco recepit propositionem litis pendentię Villę de Alagõ pro quantitate centum mille solidorũ; statim propositiones quorundam creditorum deinceps propositionẽ Excellentissimę Ducisę iure viduitatis, denique propositionẽ Illustrissimi Dõ Frãcisci de Gurrea ab Aragonia iure Dominij: qui postea cesione obtenta a Villa Alagonis prędictorum iurium cum illis fuit repositus indicto processu in locum Villę praefatae, accepturusq; Castrorum locorum, & bonorum apprehẽsorum possessionem iuxta forales dispositiones, obtullit in fideiussores illorum Comites de Fuentes, & de Guimaran, ac per illustrem Don Balthasarem de Gurrea dominum de Torres & del Castellar, ceterosq; confideiussores. Formula autem fideiussionis expressa aliqua non fuit, sed relatiue ad metas fori concepta, his verbis, *Qui tales debite & iuxta forum se fideiussores constituerunt.*

His sic peractis accepta possessione bonorum per Illstrim. Don Franciscum ab Aragonia, propositum fuit in Regia Audientia per D. dominam Excellentissimam Ducissam, cũ longe maiores quantitates ex fructibus bonorum apprehensorum percepisse, quam debuisset percipere ratione praefati crediti, ad illarumque restitutionem ab eadẽ Regia Audientia fuit suo decreto condemnatus.

Illustrissimi autẽ fideiussores praefati aduersus ipsos Excellentissima Ducissa procedente recursum habuerũt ad Curiam

riam D.Iust.Arag. contendentes,ex prę fata suæ fideiussionis formula in casibus fori tantum cauisse,&fideiussisse,& præsentem nullo modo contineri nec comprehensum fuisse sub dispositionibus foralibus: obtinuerúntque Iur. fir. grana. fien.a Curia D. Iust. Arago. perquam Regię Audientiæ inhibitum fuit, ne isto in casu aduersus ipsos eorumue bona procederet. De cuius cōfirmatione Excelentissima Ducissa reuocationem prętendente sepe sepius & exacte in eadem Curia fuit pertractatum, & etiam fuit,casu quo reuocatio non procederet petita declaratio, ne arctaret. Constito, quod ex consuetudine immemoriali Regni fuerit obtentum fideiussores sub dicta formula datos, in omnem causam & casum quibus prin. obligatur,& sic in occurrenti obligatos quoq; censeri

Rationes autem & fundamenta pro reuocatione & declaratione prædictis ponderabantur non leuia a Dominis Locumtenentibus, potissimumque ab eruditissimo & integerrimo D.Balthasare Amador causę relatore. Primū quia apertū videbatur principalē pro quo firmantes fideiusserant ad restitutionem bonorum apprehensorum cum fructibus teneri, non solum in casibus nominatim expressis in foro,item por dar forma 23.& in foro, declarando, de apprehen.sed etiam in casu, quo ex dictis fructibus de quantitate sibi debita satisfactum esse appareret, eiusque iura fore ac fuisse finita declararetur: cumque fideiussores nostri dati essent de iudicato soluendo, exconsequenti ad omne id
1 proquo prin. condemnandus † veniret intercessisse creduntur ex l.si quis pro eo, §.nnmos de fideiussor.l.4.in fi.l. fideiussores 68.§.1.dè fideiussor.cū alijs infra.

2 Secundo perpendebatur † mens d. fori,item por dar forma 23. de apprehēsionibus, quę clare comprehendere videtur, eum qui obtinuit in apprehensionis iudicio,vt sentencia executioni mādetur, debere fideiussores prestare in omnem casum & euentum, quo alteri essent bona apprehensa restituenda. Indequè casus in d. foro expressos magis exempli gracia,quam restrictiue intelligendos censeri; maxime,cum pro colligenda prefata mente fori desiderari nō videantur omnino verba, ponderatis verbis fori,declarando.24.statim sub sequentis eodem tit. ibi: *En tal manera que siempre* jūto vers. *Assi mesmo ordenamos.*

Tertio tenor sententiæ latæ in fauorem Villæ de Alagon,in cuius locum suffectus fuit Illustrissimus D. Franciscum ab Aragonia principalis, proquo firmantes fideiusserunt, idem videbatur suadere, quatenus cōtinet. Quod
3 finitis eorum iuribus bona sequentibus in gradu teneantur † restituere, quod effectum minime sortiretur, nisi fideiussoribus ad hunc quoque casum receptis,sine quibus non satis cautum censetur partibus, quibus successiue bona restituenda essent.

Quarto deniq; pro declaratione pōderabatur, maxima consuetudinis authoritas, quæ cum optima sit legum &
4 fororū † potissimum ambiguorum interpres,l. si de interpretatione ff. de legib.maxime immemorialis, quæ nō solum ambigua iura interpretatur,verum & aperta corrigit & abrrogat; videbatur,aut foros prędictos ambigue loquētes declarare,aut vbi aperte loquęrentur corrigere potuisse, ex indeq; & declarationi locum subesse.

Præcedentibus tamen fundamentis minime obstantibus contrarium censuit Curia D.Iust. Arago.non solum in prouisione præmentionatę Iuris firmę verum (post longum & exactum examē & Aduocatorum vtriusq; partis disceptationem) eandē confirmando, declarationemque supplicatam per Excellentissimam Ducissam denegando. Potissimum autem fundamentum, quod ad sic iudicandum DD. adegit in eo cōsistebat. Quod Illustrissimi firmantes
5 non † fideiussissent simpliciter & absolute pro Illustrissimo Comite de Luna, mul-

di sunt. Cum ergo illi fori præsentem casum non comprehendant, nec ineo præstandos esse fideiussores percipiant, nec tenebuntur.

14 Quod vero casus huius dicti fori itē† por dar forma 23. & declarādo 24. de appræhē. nullam fecerint prorsus mentionem, ad sensum patet. For. quippe Item por dar forma, tantum expressit vnum casum cautionis & fideiussionis præstande, in euentum scilicet quod aduersus eum qui obtinuit in apprehensionis iudicio contraria ferretur diffinitiua sentēcia trāsacta in iudicatū, vt pro re vna cū fructibus restituenda illi pro quo dicta sentencia ferri contigerit, tūc eo in casu teneretur fideiuuere. Is plane casus ad sensum & literam patet, nihil cū præsenti habere commune. for. vero declarando 24. tametsi aliquantulum strictius de huiusmodi cautione, & fideiussione egerit, nihilo tamen magis nostrum casum continet, nec decidit; sed eos solos, quos appellationis via, siue prosecutionis iuris firmę contrafororum, seu grauaminum factorum, vel fiendorum reuocari contingerit sententia litis pendentiæ, & quos euenerit contrario Imperio (quod ad decem dies quibus huiusmodi sententiæ reuidentur licet forus non exprimat referendū videtur) latam sententiam reuocari. *Car en los ditos casos e cada vno de ellos declaramos segun la mente del dito fuero la dita restitucion seyer facedera.* Quibus verbis dilucide aparet in prædictis foris nequaquam actū fuisse de cautione, vel fideiussione indistincte prestanda, sed solū in illis casibus expressis, sicut & etiam in eisdem lata sententia exequenda proponitur in vers. *assi empero*, non obstante Iuris firma appellatione adiuctione, euocatione, & inhibitione. Sit quoque certissimum casus occurrentis in præsenti causa, in quo Comes de Luna repositus in locum villę de Alagon per contrariam diffinitiuam sententiam, in articulo iur. fir. vel proprietatis, iuxta for. item por dar forma, nec in casibus reuocationis sententiæ contrario Imperio in reuisionis termino, nec in casu appellationis, aut electionis Iuris firmæ, adigitur & compellitur ad restitutionem fructuum perceptorum ex bonis apprehensis, sed in casu distinctissimo, & prorsus diuerso, quo fertur recepisse longe plures fructus quam pro recuperatione crediti sui recipere deberet, contingerit id, vel eius diligentia, siue potius desidia & negligēcia posteriorum creditorum, quorum deinceps recepte fuerant propositiones, qui curare debuissent ad processum accedere petituri iura Commitis fuisse finita, nullo tamen modo videtur protrahenda cautio vel fideiussio firmantium ad casum minime comprehensum sub dictis, aut allijs foralibus dispositionibus.

15 Quod vtique non solum procedit † adiectis illis verbis relatiuis & restrictiuis *debite & iuxta forum*, verum etiam, vbi non adiectis clausulis exuberantibus & generalibus fideiussum fuisset pro Comite D. Francisco immisso impossessionem bonorum; cum nec ipse credendus esset fideiussores offerre, nec eos tales se constituere, nisi quatenus, & pro casibus & causis pro quibus Regia Audientia in sententia eos offerri præcepisse. At nec ipsa eos prestari præcipisse credenda est, nisi in casibus aforis prędictis declaratis. Ante quorum editionem iure communi attento, optinens in lite pendente nullam cautionē prętare tenebatur, cum veniens hipotheca & clausulis ad obtinendum necessarijs, necessario quoque bona sib asignanda erant.

16 Restrictio vero effectus † cautionis huius fideiussoriæ ad casus nominatim dictis foris cōprehensos euidens videtur; tū quia facillimum fuisset legislatoribus (si voluissent cautionē ad omnem casum prçstandam) cauere, quod obtinens fideiussores præstitisset: ex declaratione autem certorum casuū exclosserunt obligationem illos præstandi in

17 alijs † ex stricta & odiosa natura fideiussio

iussionis, vt ex Corne. cons. 224. num. 9. in 2. Deci. cons. 563. & alijs obseruat Alder. Mascar. de stat. gen. inter. con clu. 4. ex num. 125. id extendens, vt procedat ta
18 mesi secundario † lex vel statutum fauorabile dici posset. num. 139. ex Cephalo cons. 261. nume. 6. 7. Qui quo que Al-
19 der. eadem conclu. 4. num. 53. obseruauit, statutum † deuium a iure communi (quales sunt prædicti nostri fori) non posse, nec debere etiam ex identitate, aut maioritate rationis plures, nec alios casus comprehendere, præter expresos in eo; idque Bart. & ceteri censuerunt in authen. quas actiones C. de sacr. san. Eccles. & de vera sententia profitetur Cur. Iun. cons. 6. num. 13. & commu. Ias. in d. authen. quas actiones num. 21. & ante eum Alex. cons. 54. num. 9. in 7. Tum
20 etiam quia † fori prędicti, quo magis limitatam decisionem suam rederent, nō solum fuerunt contenti dinumeratione certorum casuum, imo vero adiecerūt verba magis præcisa, obligationem hāc fideiussores præstandi restringerunt, vt constat ex d. for declarando vers. *asi: em pero ibi: en qual quiera de los ditos casos, aquel al qual la dita restitucion se hai ra a fazer, sea te-*
21 *nido dar caucion idonea &c.* Cum igitur † vltra dinumerationem casuum, constituat forus, illis in casibus reportantem sententiam cautionem præstare debere, necessario ad eos limitata censetur obligatio ex Alex. cons. 59. in 3. Ruin. cōs. 150. in 2. Rim. Iun. cons. 671. n 38. & cum ex ordine vel præuia dispositione dictorum fororum Comes de Luna fideiussores obtullerit, ipsique firmantes eodem
22 ordine † fideiusserint, nec dati nec constituti credendi sunt vltra casus in ordine, id est, in nostris foris declaratos, vt ex Vin. de Franchis decis. 208. num. 5. & Boher. decis. 314. num. 3. optime ad propositum videndus Lancelot. Gal. cons. 45. num. 16. vt intret in proposito distinctio Saliceti in l. quæro in pri. ff. locati.
23 Quod aut quis fideiubet limitate † respectu certę rei, certorumue casuū aut simpliciter dicendo fideiubeo pro tali, vt priori casu nec tantillum ad aliam rem, vel casus fideiussionis effectus extendi possit; posteriori vero ad omne, id, pro quo principalis tenetur, adstringi
24 quoque potest fideiussor: & distinctionem hanc Sali. pluribus † ornat, & commendat Beroi. cons. 193. num. 45. in 1. & dicere possunt fideiussores nostri, de ip-
25 sos loquutum fuisse Consultum † in l. si fideiussores ff. de fideiussor, referens decretum illud Imperatoris his verbis cō ceptum: *fideiussoris magistratuum, in penam vel mulctam, quam non spopondissent cōueniri non debere*, l. si vltra l, blanditus C. de fideiuss. l. cum apud ff. Iudic. solui, pulchre
26 Abb. omnino videndus cons. 75. per totum in † 2. vbi præcedente obligatione fideiuuendi, & fideiussores præstandi duobus casibus, cum tamen principalis in tribus teneretur, & deinde fideiussores fuissent dati sub amplissima forma, probat nihil hominus Abb. vrgentissimis fundamētis, ex eo solū, q̄ præambula obligatione duob⁹ in casib⁹ principalis tenebatur fideiussores offerre, videri datos limitatiue pro explenda obligatione principalis induobus casibus, in quibus eos offerre tenebatur. Probarunt Abbatem posteriores, relati per Rim. Iun. cons. 135. numer. 3. & cons. 549. ex
27 numero. 3.

Et ratio esse potest, quia † eiusmodi fideiussio est necessaria ex præambula dictorum fororum dispositione, & obligatione vnde, licet obtinens in lite pen
28 dente, sua sponte illos offerre videatur, † ad id tamen causatiue saltem adigitur vt in possessionem mitatur, ad l. fideiussor §. si necessaria ff. qui satisdar. cogan. Rim. Iun. cons. 93. num. 18. & 19. Ideoq; ex legis necessitate aperta mens monstratur fideiussorum & Comitis de Luna eos pręstantis, scilicet, fideiusserint catenus tantum, quatenus principalis cautionem offerre tenebatur, & exten-
29 sio † alia quæuis, & menti, & verbis omnino repugnare, & sic admitti nulla debet, optime Marsil. in rub. de fideiuss. n. 365. quem refert & sequitur Pacia. cōs. 135.

153.nu.11. Imo, nec sufficeret † subobs-
30 cura intentio ambiguis verbis declara-
ta, vt ex Gram.& Rol. Menoch. docet
conf.719.num.21. Decian.conf.72.num.
18.in 2.Bursat.conf.213.num.14. Vt me-
rito in præsenti casu pro illustris. fide-
iussoribus semper contenderim, datos
pro causis, † & casibus à dictis foris
31 expressis, pro alio in occurrẽti casu eis
non comprehenso, nullo modo distringi
posse, nec teneri, ex Bald. consil.272. in
2. quem approbat Surd.cons.470.num.
32 72. Est enim fideiussio iuris † strictissi-
mi, vt per Ant.Fab.in suo Codice, tit.de
fideius.tutor.defini.4.in allegat.iur.n.5.

Nec inconuenit (quod à dominis põ
derabatur) Iband. † de Bardaxi in Com
33 mentarijs dictorum fororum, fideiusso-
res hos appellasse de iudicato soluẽdo.
Expromisserunt enim iudicatum solue
re, non tamen sine delectu, sed in casi-
bus, in quibus iuxta foros principalis
offerre tenebatur fideiussores.

Ex quibus facile est argumenta, &
rationes, quæ superius referuntur ex ad
uerso, submouere; imo vero primũ fun-
damentũ sublatũ manet, cũ nullo modo
intercesserint in præsenti casu fideiusso
res pro omni eo, pro quo principalis tene
batur, sed ex pręambula fororũ obliga-
tione, † pro quo teneretur tantũ in casi
34 bus à foro expressis, ex mox resolutis.

Ad hæc addo, notissimam differen-
tiam versari † inter principalem, qui re
35 ipsa tanquam depositarius Regiæ Au-
dientiæ de recepto vltra id, quod sibi
debetur, omni iure tenetur, & inter fide
iussores, ad quos nihil peruenit, quiquè
suam fideiussionem ad casus forales re-
strinxerunt.

Secundo aduersę partis fundamento
distinctius respondebo, animaduertens i
duplex in eo cõtineri argumẽti genus:
Alterum ducitur ex mente, for.† Item
36 por dar forma 23. Quasi eius extiterit in
tentionis, vt ab integro ex cautione præ
standa ab obtinente sententiam litis pẽ
dentię prospiceretur ei, cui deinde res
apprehensa foret restituenda. Alterum
vero ex verbis fori prædicti, quasi illa
restrictionem non contineãt, sed ad om
nes casus extendantur, aliquibus magis
exempli gratia, quam restrictiue enu-
meratis.

Adest tamen vtriq; solutio efficax in
promptu. Priori ex mox resolutis, inper
37 missum esse ex mente, † & ratione fori
argumẽtum ducere aduersus ipsius ver
ba, etiamsi mens amplior ex verbis taci
te colligeretur, in odiosis, & correcto-
rijs, in quibus oportet fieri omnium ca-
suum expressionem, Angel.in §. si vero
expressim, in Authen. de hæred. & fal-
cid.& in §.illud, per tex. ibi, in Authen.
de trien.& sem.Berol.cons.193.num.62.
in 1. Id extendens, vt nec verba suffice-
38 rent † generalia ex Rom. Iass. & Socin.
39 Quod posterius in Regno, in quo † ca-
uendum est ab effuso sermone, admittẽ
dum non puto: primũ tamen constantis-
simũ est, aut omnes casus sub indiuiduo
exprimendos esse, vel generalibus ver-
bis comprehendendos, quorum neutrũ
in præsentiarum intercessit; imo contra
rium ex relatiuo, & limitato sermone
40 superius ponderato, vt constito † de re-
lato certo, infalibili, ac limitato, intra
eius cancellos sit continenda fideiussio,
ex Bart.in Extrauag. ad reprimendum,
vers. prout, nu.2. Deci.in l.edita, nu.85.
C.de eden.Ruin.cons.28.in 1.Neuizan.
cons.12.num.10.Gram.decis.59.num.21.
& de cõmuni Curt.iun.cons.97.nu.3.&
4.& ad alios casus in termino relato (fo
41 ris nempe) non contentos fideiussio ex-
tendi nullo modo potest, Bart. in l. qui
in aliena, de adquir. hæred. Rom.cons.
210.n.2.Farin.q.34.ex nu.31. Vincen.de
Fran.decis.610.Osasc.decis.77. Mastril.
decis.126.latissime nu. 18. casum nostrũ
ex decreto Senatus Sicilię sequentibus
verbis decidens, *Et fideiussio habebat relatio
nem ad mandatum expeditum per Iudicem, &
sic ad causam ibi expressam stipulata diceba-
tur*, vt tradit Eugen.cons.2.ex n.47.Hie
ro.Gabr.cons.181.nũ.4.in 1.vbi late.

Quid quod mens ista fori omnibus
casibus consulere volentis ei cui dein-

Mm ceps

ceps apprehensa bona forent restituenda, non solum non deprehenditur ex foro, verum restricta cernitur ad casus expressos.

Posteriori vero argumento, & ponderationi secundi huius fundaměti partis aduersæ respondeo. Lōge diuersum necessarium tamē sensum recipere verba fori declarando 24. in vers. in fundamento perpensis: nam illa verba, *En tal manera, que siempre sea detenedor de la cosa aprehensa, e de los frutos è rentas de aquella, aquel que reportara sentencia de la cosa aprehensa, y frutos y rendas de aquella adiu licatura:*
42 quamuis in se † vaga, & indefinita videantur, apposita tamē inter duos casus restrictos ab illis cohartantur, & necessariam restrictionem recipiunt, nec ad alios consimiles referri possunt, Alex. in l. si constante, num 5. ff. solut. matrim. per tex & glos. in Clem. 2. de ætat. & qual. declarat Alder. Mascar. conclus. 4. n. 64. cui addo copiose Petrum Barbos. in d. l. si constante in princ. nu. 102. docentem exacte, in correctorijs non ad-
43 mitti ampliationem † ad casus non expressos, tametsi ratio sit in lege, vel statuto expressa, & casus omissus sub illa comprehendatur, vbi pulchre ex nu-
44 me. 92. docet, quando lex dicatur † limitatiua, correctoria, siue declaratoria iuris antecedentis. Ratio igitur expressa in d. vers. en tal manera, intra casus limitatos, seu ad ipsos consequenter, vltra eos decisionē fori ampliare non potest.

Id quod longe securius procedit pōderato subsequuto vers. illius fori, *Assi empero*, cum expressa commemoratione restricta ad casus expressos, tunc enim nemo ob identitatem, aut maioritatem
45 rationis † legem odiosam, aut restringibilis naturæ, aut interpretationis, extenderit ad casus consimiles, vt ex l. 2. & ibi glos. C. de pat. qui fil. suos distraxerunt, docuit Bart. in d. l. si constante, nu. 44. receptus vt per Ripam ibi, num. 82. Crauet. de antiq. 4. par. in princ. nu. 110. Barbos. vbi supra. num. 95.

Nec vers. *Esso mismo ordenamos*, d. fori
46 declarando, † illam infert extēsionem, nec ampliationem ad alios casus, quia se restringit ad casum non decisum in foro antecedenti, Item por dar forma, & in eo foro declarando expressum, vt cautionem prestet obtinens in lite pendente, & possessionem petens, ad casum in quo, *En el processo de las firmas sera dada sentencia contra el.* Nunc, casum hunc exponens adiicit forus, quod hoc intelligatur, *En caso que no sea passada en cosa juzgada*; quibus verbis recursum quo ad suspensiuum effectum excludit, & iterum addit, *En tal manera que siempre sia detenedor de la cosa aprehensa*, scilicet in illis casibus.

Denique, & si verba hec posteriora, in quibus fundamentum aduersę partis neruum constituit, in riguroso sensu admitti possent, quasi mens fori fuerit, quod omni casu abiret res cum fructibus in obtinentem contra primum. Sed non hoc æqua lance dispositum est quoad cōstringendos principalem debitorem & datos ab ipso fideiussores: il-
47 le enim † omni casu ex actus natura tenebitur, illi autem in his solum casibus quibus teneri voluerunt ex forma fideiussionis & ex fororum dispositione.

Cessat similiter tertium fundamentū partis aduersę ex antecedēti distinctione. Quamuis enim sententiam proferat fideiussores offeri, remque finitis iuribùs prioris creditoris subsequenti restituendam fore, non tamen exprimit qua forma vel modo ab principali, & ab fideiussioribus restituēda sit, idque totū ex antecedēti distinctione resoluēdū est.

Nec interest Regiam Audientiam fideiussores recepisse, vt ea restitutio effectiue fieret. Id etenim non a iudicis sētentia, sed a foro & forma fideiussionis perpendendum est, quę ad alios casus restricta nostrū non comprehendūt. Sed nec sententia quidquā exprimit.

Similiter nec interest, quod hoc admisso sensu, non satis cautum videatur posterioribus creditoribus. Quia sicut id facile noua lege suppleri potest, quod fieri satis

ſatis æquum videretur. At certe inte-
rim fori ad certos caſus prolati ad alios
extendi nulla ratione poſſunt. Cumque
caſus occurrens extra expreſſos in foris
vaguetur, nec in illis, vel ex contractus
48 † natura, vel ex verbis conuentionis cõ
prehendatur, fideiuſſio ad illum exten-
di non debet, Iaſſ. in l. centum Capuæ,
ff. de eo, quod certo loco, Heringius cũ
multis, cap. 20. §. 26. ex nu. 29. & cap. 24.
ex num. 35.

Deniq; quod in tertio fundamento
partis aduerſę dicebatur, pertinet ad
declarationem iur. firm. obeſſe non vi-
detur: conſuetudo enim in ea mentiona
ta non eſſet declaratiua iuris dubij an-
49 tecedentis, ſed † correctoria, & nouæ
diſpoſitionis introductiua: cum nec de
iure, nec de foro in hoc caſu, principa-
lis obtinens teneatur cautionem præſta
re; & ſic neceſſario eſt correctoria, vt
declarat Barboſ. in d. l. ſi conſtante, in
princ. num. 93.

Vnde conſequitur, nec ſuplicatę de-
clarationi locum eſſe. Primo, quia ſi ta-
50 lis in Regno viget cõſuetudo, † formis,
& legitima, eius certificatio ad dominos
Locumten. ſpectat, teneturque eius vi
res perpendere, ex obſer. Item cum ad
uocatus, de probationibus, & reſolutis
per Molin. ver. conſuetudo. Eſt enim
51 conſuetudo hęc vniuerſalis, & ſic † etiã
in deciſiorijs probationem nõ eget, ſed
ea allegata, ſi DD. Iudicibus nota eſſet
eam teneretur obſeruare, & eſſet funda
mentũ oppoſitum cõfirmationi iur. fir.
ex Alexand. conſ. 14. num. 1. in 5. Decius
conſ. 402. num. 10. & conſ. 447. ex num.
10. cum alijs late congeſtis per Marcũ
Anton. de Amatis deciſ. 95. nu. 6. & 7.

Potiſſimum, cum tractetur de actibꝰ
iudicialibus, de quibus ſcriptura publi-
ca apud acta proceſſus fit, & videretur
52 † perquam durum, duorum, vel trium
teſtium imperitorum probationem ſi-
milis conſuetudinis referre, & firman-
tes vexationibus ſubiicere, fororumq;
apertas deciſiones eiſdem teſtibus im-
peritis derogandas committere.

Quidquod, quãdo in lege decretum
53 adeſt futuram † irritans conſuetudinẽ,
nec immemorialis ſuffragatur ad legis
correctionem, vt ex Gemin Felin. Butr.
Abb. Io. Andr. & Decian. obſer. Alder.
Maſcard. concl. 8. nu. 78. Hoc tamen fun
damentum merito viſum fuit DD. nõ
multum ſtrigere, quia non cõſtat de hu
iuſmodi decreto irritanti.

Potuitq; aliquando forſam executiõ
54 fieri aduerſus † fideiuſſores exceptionẽ
non proponentes, & id non indiſtincte
ius vniuerſale cõſtituere, vt pulchre ex
Bald. Caſtr. & Purpur. Cur. ſen. Socin.
iun. & Craue. cenſuit Rota apud Farin.
deciſ. ciuili. 74. ex num. 5.

Ex antecedentibus iuris firma † præ
55 fata fuit concordi DD. voto confirmata
in proceſſu D. Ioannis Georgi Fernan-
dez de Heredia Comitis de Fuentes, &
aliorum, anno 1613. declaratio vero etiã
denegata fuit, licet non toto curſu, quia
partes interim compromiſſerunt, ſed
nec fiendam exiſtimarem, nec crede-
rem ex ante dictis.

Michael Paſtor Lib. Art. & V. I. D.

DECISIO CCIIII.

Pulchra quædam in materia caducitatis emphyteoſis, & ſignanter, an tertius domino directo Canonem offerens, & nullum ius habens in bonis emphyteoticis, emphyteotam excuſet à caducitate.

SVMMARIVM.

Soluere poteſt tertius creditori, etiam inuito, & ignorante debitore, nu. 1. & 11. & Reſpublicæ intereſt homines à nexu obligationis liberari. num. 2.

Tertius poteſt ſoluere pro debitore, & creditore renuente recipere, deponere. n. 3. limita, nu. 4. 5. 21. 22.

Directo domino renuente Canonem

emphyteoticariamq; partitam de Larienda per Regiam Audientiam apprehendere fecit; quo in processu directæ dominæ, & dominus vtilis apud Regiã Audientiam diu multum de validitate, & virtute declaratę caducitatis controuerterunt.

Et prima quidem cõsideratione pro Monasterio directo domino, & caducitate per ipsum declarata, non leuibus fundamentis iudicandũ videbatur. Primo, quia licet vicinus dicti oppidi de Signes Canonem Abbatissæ obtulisset, nullo tamen modo mandatum habuit
1 ad soluendum; & licet regulariter † tertius soluere possit, & debitorem insciũ etiã, & ignorantẽ a nexu obligationis, eximere, l. soluẽdo, de neg. gest. l. soluere, de solut. docẽt Paul. de Cast. per tex. ibi in l. tale pactum, §. post diuisionem, de pact. Neguſ. de pig. p. 5. m. 3. in prin.
2 nu. 39. Ex quo Reipublicæ † quoadatenus interesse videatur, homines ab obligationibus liberari, vt considerauit D. R. Monter decis. 2. num. 42. & 49. vt & tertius quoque non solum ad oblationem debiti creditori faciendam, verum & ipso accipere renuente, ad depositio-
3 nem † prosilire possit, vt resoluit idem D. Monter dict. decis. 2. num. 54. Ea tamen reg. in emphyteota locum non ha-
4 bet, † peculiari iuris ratione. Quod directo domino interest, non solum canonem recipere, quem à tertio cum plenario effectu recipit; verum etiam pro directo domino recognosci, quod nisi ab speciali procuratore emphyteotæ fieri non potest; ex qua ratione in eo nuncupatim, Neguſan. d. p. 5. m. 3. in prin. num. 41. restringit, & limitat antecedentem regulam.

Secundo, aduersus emphyteotas de Signes Regius Senatus perpendebat, antecedentem dubitationem vrgentius astringendo, multo minus † fas esse ter-
5 tio persoluere canonem, quando specialiter dominus directus ab illo recipere recusat, ex auctoritate Bal. in l. acceptã, n. 37. C. de vsur. & aliorum quos refert, & approbat Corbul. de cau. pri. ob non solut. can. lim. 7. nu. 2. & 3.

Tertio deniq; adducebatur, pro Monasterio dño directo aduersus emphyteotas, inutilem extitisse oblationẽ Canonis, quam statim depositio † penes Iu-
6 dicem sequta non fuit, ex Alber. in l. iuris gentium, §. sed cum nulla, num. 3. de pact. Præsertim in Regno, ex obser. 1. de posito, & obser. 4. de pæn. Quibus cauetur recusationem debiti, à creditore factam, ita demum debitori offerenti prodesse, si debiti subsignatio, & depositio pœnes Iudicem fieret.

His tamen non obstantibus Senatus Regius concordi DD. suffragio referente doctissimo, & prouectę praxis D. Gaudioso de Azailla, pro emphyteotis iudicauit, in nullã incidisse caducitatis causam, motus primo. Quia congruis loco, & tempore ipsomet die solutione Canonis destinato, vere, & realiter oblatus fuit Canon Abbatissæ D. directæ, quem recipere se nolle disertis verbis professa fuit, vt instrumẽto publico in processu exhibito constitit, vt merito communis reg. vissa fuerit emphyteotis opitulari, qua cauetur, Canonis legitimam †
7 oblationẽ emphyteotas à caducitate excusare, ex l. qui decẽ, 72. §. cum stichum, vers. idem respondi, de solut. cum concordantibus allegatis ab statim referendis, glos. fin. in l. pen. de naut. fœno. & in l. 2. ver. secundum legem, & ibi Iaſſ. nu. 181. C. de iur. emphyt. Bar. in l. Prætor, §. si quis paratus, de noui oper. nunt. & in l. si vxorẽ, §. agri plagam de leg 3. & in l. acceptã. C. de vsur. vbi Salicet. num. 18. Bald. in l. 1. nu. 4. C. ne liceat in vna eademq; causa, Raphael. Castren. & Alex. in l. qui Rom. in prin. de ver. oblig. Rip. in l. quod te, nu. 10. si cert. pet. eleganter Alex. in l. si mora, fal. 5. solut. matr. & conf. 130. num. 11. in quarto.

Secundo ponderabatur, Canonem in eo casu fuisse duabus solutionib⁹, & terminis diuisũ: Vnde, tametsi in vno termino emphyteotę defecissent, incaducitatem non incurrissent. Quamuis enim

8 contractus is,sicut & cęteri † ex conuē
tione partium legem accipiat,vt ab Spe
cul.tit.de emphyt. num. 111. habuerunt
posteriores,tamen, si diuisus est canon
9 † in plures terminos,& solutiones,om-
nes terminos expectandos esse,& in om
nibus deficiēdum probabilius videtur,
vt aduersus Specul. sup. mediam quan-
dam sententiam probantem concludit
Io.Andr.ad eundem sup.num.110.lit.B.
Idem quoque tenuerunt Cin. & Iass. in
d.l.2.C.de iur. emphyt. Quæ sententia
10 pro vitanda † saltem caducitatis pœna,
certissima vissa fuit Cassador.tit.de loc.
decis.3.num.8.

Et quamuis non ignorem,fas esse cō-
trahentibus contrariam sibi dicere le-
gē,& dictam videri in casu nostro, qua-
tenus instrumentum cantat. *Que sino pa-
garen el treudo en los dichos plaços, y no cum-
plieren con las dichas condiciones, &c.* Ex-
pressius tamen agendum erat, & magis
in indiuiduo cauendum,caducitatē in-
11 currendam esse, ob cuiuscumq; † solu-
tionis alterutrius termini defectu;illaq;
verba: *Y no cumplieren con las dichas condicio
nes, &c.* Potius vissa fuere arguere di-
uersum ius in defectū aliarum conditio
num, quam in defectū solutionis vnius
termini versaretur, seiūxerunt enim, &
distinxerunt cōtrahentes vnū ab alio,
& in solutione Canonis dixerunt: *Que
sino pagaren el treudo en los dichos plaços*: vn-
12 de verba sequentia generaliora: *Y no cum
plieren con las dichas condiciones. &c.* Ad a-
lias referenda videntur,ex l.doli clausu
la,vbi cōmunis,ff.de ver.oblig.Stephā.
de Frederi.in tract.de interpre.iur. p.fi.
nu.63.Alber.de stat.q.20.num.3.Celsus
Hugo.de claus.in prin.num.6.copiosius
Peregrin.de fideicom.art.16. nu.107. &
clausula ea generalis,defectus conditio
num,ad proprium obiectum referatur,
13 non vero † ad Canonis solutionem, de
qua nominatim meminerant paulo an-
tea,conferunt traddita per Honde. con
sil.4.num.36.in primo.

Mihi tamen(si fas sit proprium inter-
ponere iudiciū)prius fundamētū tutissi
14 mum † videtur,posteri⁹ vero forsam in
Regno ob vim carthę ambiguū,& dubi
tabile. Sed ad solutionē argumentorū
propositorū pro parte Monasterij dire-
cti domini properemus, qua emphyteo
tarum de Sigues optimū ius dilucidius
fiet,& apparebit.Priori dicimus,solutio
15 nē factā, vel oblatā a tertio † mandatū
non habente nomine emphyteotarum
de Sigues,eosdē à pœna caducitatis exi
misse;quia manifestissimi iuris esse vide
16 tur,mandatū † enuntiatū in instrumen-
to pręsumi in soluēte,ex quo nec ipse ia
ctasse suū credendus sit,ex l.cum de in-
debito,de probat.ex qua antiquioribus
relatis,ita censuit Rota decis. 2. de cau.
pos. & propriet. in anti. Id quod multū
cōmendat Felin.in c.sicut,de re iud. Be
roi.cons.43.nu.56.in 3.& q.fam.39.nu.4.
Gamb.de aucto.leg.lib.6.de pension. n.
678.latius Menoch.lib.2.præsu.33. & in
terminis nostris docēt ex alijs Caualin.
Milleloq.228.Lud.Rom.cons.103. & ibi
Mandos.Corbul.de cau.pri.ob nō solu.
can.limit.6.& 7. nu.1. Qua de re consu-
lēdus omnino est Io. Baptist. Bouius in
tract.de stat.vrbis præscrip gl.19.n.230.
quo loci ex Rom.cons.491.n.3.& 4.&
Bal.in l.arboribus,§.quod tamē, de vsu
fruct.expresse docet,non solū in solutio
ne vnius anni facta ab extraneo nomine
emphyteotę, verū etiā in ea,quę fieret
17 proprio † extranei nomine,à pęna cadu
citatis emphyteotā excusari, præscribit
Boui. duas elegantes rationes.Prior est,
Canonis solutionē oneri reali æquipara
ri,quod sufficit à quocumq;persolui.Po
18 sterior,† quia cū solū tractetur de con-
seruatione iuris emphyteotæ,nihil re-
fert,quomodo,vel a quo fiat, dū tamen
fiat Canonis solutio,l.qui fundū,ff.quē.
seruit.amittan.& punctualiter ita deci-
sum fuit apud Rot.Rom. decis.26. præ-
clara ad propositum,2.p.in nouissim.

Cessat quoq; secundū argumentum
partis aduersæ: quia ex veriori Docto-
19 rum censura,quando extraneus absque
mādato soluit,nō quidē ꝓprio nomine,
sed nomine emphyteotę,quamuis is ni-
hilo-

hilominus solutionem ratificare, & sic emphyteosim recognoscere cōpelli possit, securus tamē est à caducitatis incursu: & in his terminis, quidquid satis Corbul. se ipsum inuoluat dict. lim. 6. & 7. decidit ur is articulus à Ioā. Bap. Bobio. d. glos. 19. num. 230. & à Dominis de Rota d. decis. 26. 2. par. in nouissim.

Cessat deniq; & tertia dubitandi ratio, quæ à Regio Senatu pro Monasterio d. directo perpendebatur: nēpe oblationē canonis non intercessisse in occurrenti casu. Quia respōdetur primo, oblationem intercessisse, & etiam factā post terminum solutionis decursum emphyteotis profuisse, præcedēte recusatione Abbatissæ dñę directę tēpore habili, & ipso met die solutioni præfixo, nec enim
20 debitor † morosus considerari potest in non consignādo, vel deponendo, quādo creditor se nolle recipere declarauit, vt hoc casu securissime intret magistralis ea distinctio, quā cōmunē appellat Iass. in d. l. 2. nu. 182. C de iur. emphyt. & ex Iul. Clar. & Vitio Corbul. lim. 37. nu 11. Concludentes solā oblationē verbalem
21 absque consignatione, † & depositione nō sufficere ad liberationē obligationis quantitatis persoluendæ, sufficere tamen ad vitandam caducitatis pœnam.

Planius tamen, securius, & euidētius respondetur, ex cōmuni DD. censura, decisum fuisse per Rotam d. decis. 26. 2. par. in nouissim. declarante domino directo, reali sibi facta oblatione canonis, se illum † recipere nolle, nullius deposi
22 tionis, seu subsignationis coram Iudice opus esse, vt caducitas vitetur, vt merito Senat. Regius die quinto Septe. anni 1598. iudicauerit pro oppido de Sigues domino vtili, aduersus Monasteriū præfatum dñm directum, ex antecedentibus, & fuit hæc prima causa, quā defendi, & in qua obtinui † in Reg. Aud. Act.
23 P. de Roda scriba mand. D. N. R. in processu Abbatissę, & Monialium S. Crucis de La Seros ordinis D. Benedict. ciuita. Iaccæ, super apprehen. in art. lit. pend.

Quæ Regij Senatus decisio in principali articulo. An tertius absq; mandato
24 emphyteotæ nomine soluere possit, † illumq; excuset à pœna caducitatis, benignior, & ęquior, à grauissimisq; Doctoribus approbata est. Exoptaui nihilominus valde videre quid in ea curia D. Iustitiæ Arago. censuisset, dum in facto subsequentis decisionis se iterum obtullit præsens articulus discutiēdus, ac proinde vt exactior si iterum occurrere contigerit, imo exactissima eius resolutio habeatur, pro choronide huius decisionis non absre visum fuit DD. vtriusque opinionis, & fragmentū motiuorū præclari Senatus Regij referre. Extraneum igitur pro emphyteota canonē offerre posse eiusq; oblationē caducitatis pęnā vitari in expresso docuerunt.

Primo, additio ad Specul. tit. de emphit. nu. 104. Quæ à nostris frequentius allegari solet, sub tit. de loc. §. nunc aliqua, vers. 82. quęro, quam aliquibus placuit esse Ioan. Andr. aliquibus vero Bal. vt placet Corneo cons. 115. num. 12. in 1.

Secundo, Bald. in l. arboribus, §. quid tamē, ff. de vsufruct. & in l. solēnitatib⁹, C. de rei vin. vtrobiq; allegans Andr. de Pisis, & Guillem. de Cuneo.

Tertio, Ludo. Rom. accerrimus in ꝓposito emphyteotarū defensor, & adiiciens hanc esse veritatem, cons. 103. numer. 1. & 491. & sing. 556.

Quarto, Angel. in l. lex vecti. ff. de pig.

Quinto, Corne. cons. 115. num 12. in 1. qui & strictius tertij solutionem, etiam factam suo nomine emphyteotam tueri à caducitatis incursu, defendit.

Sexto, Iass. in l. 2. C. de iur. emphyt. nu. 99. vbi, & Corn. mox subiectam ampliationem probat.

Septimo, Deci. cons. 58. n. 2. cui quoq; & Corne. extensio arridet.

Octauo, Grammat. cons. ciuili 107. n. 6. referens huius opinionis Anto. de Alexādris ad Bart. in d. l. 2. C. de iur. emphy. quem in meis non inueni.

Nono, Marian. Soc. iun. cōs. 70. n. 2. in 1.

Decimo, Horat. Mandos. ad Rom. d. cons. 103. addit. 1. vbi profitetur hanc es-

se crebriorem sententiã, citans in eam Corset. in reperto. Abb. ver. emphyteota, in quo tamen, punctum, licet legerim, & relegerim inuenire non potui. Et nimirum, cum etiam eo loci retullerit Mandos. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. glos. 9. num. 259. Cum tamen quæstionem solum proponat, & plerosque referat huius opinionis defensores, discedẽs tamen expresse ab ea, nu. 262. vt statim in prædicamento DD. alterius classis, & opionis videbimus.

Vndecimo denique accedat auctoritas Rotæ Rom. decis. 26. numer. 6. 2. par. diuers. vbi alio modo latius protendit antecedentem opinionem, vt oblatio canonis à tertio facta negotiorũ gestori aut procuratori dñi directi emphyteotam præseruet à caducitatis pœna.

E contrario tamen stant nonnulli ex antecedentibus † Doctoribus, sibi in
25 proposito non satis subsistentes, & alij pleriq; supremæ quoque classis.

Primo, Bald. sibi contrarius in l. acceptam, num. 37. C. de vsur. nisi concilietur, vt infra à me.

Secundo Salicet. in eadem l. acceptam, quæst. fin.

Tertio, Iass. in eadem l. 2. num. 70. & in cons. 49. & 74. in primo.

Quarto, Nata cons. 194. num. 8.

Quinto, Redoan, de reb. Eccle. q. 19. cap. 3. num 7.

Sexto, Bertran. cons. 320. 1. par. nu. 3. vbi non solum in emphyteosi, verum in quocumque alio annuo redditu, recognitionem futuræ solutionis exigente, hãc probat sententiam.

Septimo, Negusan. de pigno. mem. 3, 5. par. prin. num. 9.

Octauo, Marsil. singul. 367.

Nono, Lancel. Gallia. in l. 4. §. cato. de verb. oblig.

Decimo, Cur. iun. in l. quod te, nu. 15. ff. si cert. pet.

Vndecimo, Tiraq. d. §. 1. glos. 9. num. 262. referẽs Iassonem hoc casu tenuisse constanter, oblationem nec subsignationem Canonis à tertio factas emphyteotam excusari á caducitatis incursu.

Duodecimo, Corbul. lim. 7. num. 2.

Decimotertio, bene perpensus idem quoque sentit Caualin. Mileloq. 228. nu. 6. quamuis frequentius in contrarium (sed male vt statim demonstrabo) allegari soleat.

Decimoquarto, Cagnol. in l. inuito, num. 10. de reg. iur.

Decimoquinto, Carot. de oblat. p. 2. q. 24. num. 6.

Decimosexto, Iosephus Ludo. decis. Purus. 35. num 5.

Decimoseptimo, Surd. decis. 174. n. fin.

Decimo octauo, vt decisio præcedẽs Rotę 26. suis non careat contradictoribus, in ea parte, qua docuit, oblatione facta procuratori, aut negotiorum gestori caducitatẽ vitari, illi aduersantur Afflict. decis. 119. num. 11. Abb. Bald. Bursat. Alexan. Beroi. Corbul. & alij multi, quos retullit, & sequutus fuit ex mente Senatus Mantua. Surd. decis. 181. ex nu. 10, & ante eos Specul. sup. num. 154.

Ex antecedenti relatione auctorum
26 vtriusq; sententiæ, in difficili, † hoc & ancipiti articulo, satis constare videtur, non procedere absque maxima controuersia dictũ Lu. Rom. d. cons. 103. asserentis, priorem opinionẽ veritatẽ continere, & multo minus dictũ Horat. Mando. ad eundẽ, profitentis, priorẽ opinionem esse crebrius receptã; quidquid enim sit de veritate, magis tamen recepta Doctoribus calculatis est posterior sententia aduersus emphyteotam: potissimũ sublatis de medio, his, qui sibi ipsis contradicunt, & animaduerso, quod nonnulli loquuntur, domino solutionem tertij recipiente, qui casus expeditissimus extra controuersiã versatur, in quibus terminis loquitur Iass. num. 70. qui hac ratione inter se componi potest, cũ dictis ab eodem num. 71. posteriorem sententiam probante, quando dominus tertij oblationem expresse recusat.

Et animaduerso rursus, plerosque ex
27 Doctoribus alterius sententię fuisse loquutos de tertio bona emphyteotica possidente

sidête, in quo casu †ambe opiniones cõciliãtur, & hoc modo mihi videtur componẽdus sibi met Bal. in d.l. acceptã, & in d.l. arboribus, §. quid tamẽ. Ratio vero ob quam, æquissime & iustissime oblatio tertij emphiteotica bona possidentis caducitatem euitet manifestissima est, subest enim tunc instissima causa probabilis ignorantiæ obligationis soluendi in emphiteota, qui bona necretinet, nec possidet.

28 Et denique alij ex doctoribus prioris sententiæ loquuntur in oblatione tertij ius hipothecæ habentis in bonis emphiteoticis, quẽ † pro eius conseruatione (quam consequi non potest nisi caducitatem vitando) ad oblationem admititur, ex limit. Corbul. 7. n. 4.

29 E diuerso autem DD. posterioris sẽtentiæ nullam ex his paciũtur † exceptionem, nullamq; interesse admitunt repugnantiam, nullo denique studio cum aduersarijs reduci, aut conciliari possunt: Imo vero, exprese, & irrefragauiliter rationibus vrgentibus, & iuribus magnæ ponderationis resoluunt, & docent, oblationem canonis a tertio factam emphiteotam minime excusare a pena caducitatis.

Negari tamen nõ posse videtur, quim Regio Senatui (sedentibus in eodem doctissimis integerrimisque DD. Gaudioso de Azailla Relatore, Io. Lopez Galuan ordinario Assessore, Martino Monter de la Cueua meritissimo deinceps Sacri Supremi Consilij Coronę Arag. Regente, Ioanne Francisco Torralua dignissimo deinceps Cancellariã Regiam huius Regni Regente, & Francisco de Santa Cruz & Morales integerrimo & vigilantissimo nunc Regij

30 Fisci Aduocato) placuerit †magis prior sententia in dict. processu Abbatissæ & Monial. S. Crucis de La Seros ex sequẽti motiuo.

Motiuum.

Nec obstat comisum prætensũ pro parte Abbatissę & Monialium S. Crucis de La Seros. Quia cum 110. solidi soluendi in die Sanctæ Crucis mensis Maij anni 1596. eadem met die per Martinum de Lera vicinum, qui se dixit & proc. loci de Signes, Ioanni Bõnet Monasterij proc. & idem Abbatissę in Balbis, seu en el Torno dicti Monasterij (licet verbaliter) fuerint publico Instrumẽto mediante oblati, ipsaq; Abbatissa eos exprese recipere recusauerit, ex rationibus in d. instrumento contentis; prædicta verbalis oblatio, domino recipere recusante, ad penam caducitatis vitandam sufficiens videtur. Nec pręd dictis refragatur, non constare demandato, nec qualitate vicini dicti Martini de Lera offerentis. Quia licet reguliter in solutione Canonis, cum in ea non solũ agatur deliberatione emphitheotę, sed etiam de recognitione domini directi, mandatum requiratur: tamen, quando honor & recognitio dominij sunt in tuto, emphiteota non negante, nec ius domini inficiante, sed eius ius periclitatur, quia in fine termini, vt in præsenti casu, & commiso, inminẽte tunc, quẽlibet etiam tertium, ad finem impediẽdi comisi & caducitatis euitandæ, offerre & soluere posse videtur. Quid quod versamur in actu qui sine mandato fieri non consueuit, & in quo de impensa & de soluendo tractatur: quo casu ex verbis enuntiatiuis instrumenti, mandatum præsumi, licet de eo aliàs non constet, non sine ratione dici, aut solutio tã quam facta abeo cuius intererat, ratione communis interese, aut a negotiorũ gestore, ad excusandam prędictam penam caducitatis. Hactenus Domini Regij Consiliarij.

Quorum motiuum si consideretur
31 penitius, facile erit † coniicere, præsensisse Regium Senatum articuli summã difficultatem, cum licet recedant a regula, qua non admititur oblatio a tertio, cum vltra solutionem honor & recognitio dominij directi desiderentur; discesserunt tamen ex tot coniecturis in eo casu concurrentibus; & potissimũ quia

quia ius domini directi quoad honorem & recongitionem in tuto adhuc consistere videretur; e contrario autem ius emphiteotæ termino solutionis instante iam iam periclitabatur imminente commisso,

Sed ut verum fatear non mihi videntur coniecturæ & circunstātię occurrētes sufficientes, vt iudicaretur ea inspetie contra Monasterium dominum directum pro Oppido de Sigues emphiteota, nisi amplexa priori ęquiorique & venigniori sententia, quę si non procederet, ratio instantis periculi commissi & enunciatio quod Martinus de Lera canonem offerens esset procurator aut vicinus loci de Sigues (de his qualitatibus in processu constito) relevari nō posset. Vt sūma totius disputationis sit, doctoribus interse collatis maxime pro vt superius contullimus & perpendidus, magis communiter receptum videri, oblationem canonis a tertio factam † nullum prorsus in bonis emphiteoticis ius habente, nequaquam excusare emphiteotam a caducitate. Posteriorē autem sententiam tanquam ęquiorem & venignius se habentem cum emphiteotis in materia odiosa, pęnali, & stricte interpręrationis, magis placuisse Senatui Regio, & secundum illam ineo facto iudicasse.

Michael Pastor Lib. Art. & V.I.D.

DECISIO CC.V.

In eadem caducitatis materia. An emphiteota post elapsum terminum solutionis (ante tamē declarationem caducitatis a domino factam) admitendus sit moram compurgare propena caducitatis vitanda, tan in viam iuris, quam ex praxi Regni.

SVMMARIVM.

Caducitas non incurritur nisi declarante domino directo, etiam si adsit clausula vt incurratur ipso facto, & iure non soluente Vtili prestituto die canonem. nu. 1. Rota idem sentit nu. 2. ex ratione de qua n. 3. declara nu. 26. 27.

Moræ purgatio locum habet in materia num. 4. quod in Ecclesia facilius procedit, cum sit æquitatis cultrix, & venignior, ideoque ad moræ purgationem congruentius admitit. nu. 5. declara. num. 28. 30.

L. 2. C. de iur. emphiteo. & cap. potuit de locato, & Corbul de causa priuat. ob cā. nō solut. limi. fi. n. 19. vbi Doctores afirmantes moram purgari posse, recensetur. num. 6.

Moræ purgatio admititur, celeris ex parte vtilis domini, etiam si adsit clausula, quod ipso facto incurratur caducitas ob non solutum canonem die præstituto. num. 7. hac autem compurgatio vltra duos menses non trahitur. nu. 8. 16. amplia num. 17.

Purgatio morę nō admititur obstante pacto, quod ipso iure, & facto incurratur caducitas non soluendo canonem die præstituto, cum vera & communi resolutione decissionum num. 9. & ordinariorū num. 10. 18. 19. & debet ita iudicari. num. 20.

Emphiteota vel creditor non excusatur ab in cursu moræ vel caducitatis, etiā si fiat oblatio canonis vel debiti creditori celeriter, nisi congruentibus loco, & tempore, id est domi creditoris, & ante lapsum termini solutioni destinati. num. 11. & in

& in terminis emphyteosis traduntur doctores id attestantes num.12.

Emphyteota an possit purgare moram ut cumque adsit clausula, quod ipso iure & facto incurratur caducitas non soluente tempore praestituto, dummodo accedat soluturus canonem, antequam directus declaret, vel litem contestet. num.13.

Mora non purgatur nisi solutione canonis celeriter intra breue tempus & pro iudicantis arbitrio facta, numer. 14. ratio tradidtur. num.15.

Purgatio morae non admititur adiecto pacto resolutionis contractus, & adiecto pacto, quod ipso iure & facto incurratur caducitas, nec tunc requiritur ulterior domini declaratio, praeter ea quae posita fuit in contractu quae sententia legendo, consulendo, iudicando & decidendo sequenda venit. num. 21. quod omne facit pactum resolutiuum & secus sine eo numer. 22. in Regnoque securius procedit. num.25. & declarantur doctores, qui in contrariũ allegantur. num.31.33.

Rote Rom. decisio 28. lib.2. & 572. lib.1. & Putei.46. lib.3. declarantur. n.23.

Morae purgatio admititur de iure canonico, secus Ciuili, & Couar. lib.3. resolut. c.17. n.4. vers. multo minus periudicat textus, declaratur n.24.

Clausula posita in fine contractus ad omnia praecedentia referri debet. num.29.

Carros. decis.9. nu.13. omnibus doctoribus abeo relatis perpensis, reprobatur n.30. qui solus remanet in sua opinione. n.32. & licet Cesar de Barzis cum eo concordet, similiter reprobatur. num.33.

Carthae ubi standũ est, & instrumẽta habẽt executionem paratam & ad est clausula, quia emphyteota renuntiat quibuis exceptionibus, tunc mora non purgatur. num.34.

Pacto stante resolutiuo contractus mora non purgatur, sed emphyteota debet esse solicitus ante aduentum diei solutioni praefinitũ, quod iudices sensisse videtur. nu.35.

Purgatio morae in Aragonia ob vim chartae non admitur, & decisio Regiae Audientię, & Curiae D. Iust. Arago. traditur. num.36. motiuumque adducitur num.37. & licet Pleban. contrarium in Arago. seruari scriptum reliquisse videatur §. tributum num.18. declaratur ibidem, incaute tamen locutus fuit de mora loquẽdo, nobis enim sentit in §. Arbiter. num. 24. vbi moram in Aragonia non purgari tradit. num.38.39. aliud motiuum traditur, & declaratur. num.40.

INSPECTIONI antecedentis decisionis proxima est altera subtilis & apud nostros DD. valde controuersa, quã habui ex facto, & circa eius resolutionem, diu hac mulrum egi cum eruditissimis & integerrimis DD. locum tenent. Illustrissimi D. Iust. Arago. in processu don Martini de Ferreira Castellani Emposthae super apprehẽ. in art. litis penden. Inquo cum Gregorius de la Silla Ciuis Cesaraug. & Appolonia Martinez coniuges habuissent a Castelano Emposthę emphyteosis iure quasdã domos situatas in platea vulgo el mercado eiusdem Ciuit. sub clausulis ordinarijs, quod soluere tenerentur annuũ canonẽ praestituto die, & alias ipso facto, & iure caderent a possessione & vtili dominio: morosi fuere praefati emphyteotę, per non nullos dies in canonis solutione quibus elapsis, ante declarationẽ tamẽ caducitatis incursae per Castellanũ D. directũ factã obtu lerũt

lerunt, media persona cuiusdam famu-
li eidem Castellano canonem, qui ta-
menillum recipere expresse recusauit,
ac deinceps caducitatem declarauit, &
ad iudiciale sequæstrum, & bonorum
apprehensionē prosiliuit. Exquo facto
circa resolutionem causę exactisime
apud Curiam eandem ac diu, & multū
disputatum ame & DD. fuit. Vtrum in
viam iuris & in Regno, emphiteota pro
vitanda caducitatis pęna, quandocum-
que, ante tamen declarationem eiusdē
posit directo soluere, & offerre, pro
incursæ morę compurgatione, & pro
sui iuris conseruatione.

Et pro excusatione emphyteotæ il-
lud potissimum ponderabatur; caduci-
1 tatem nempe, vt cumq; † expresse scrip
tura emphyteosis caueat, ipso iure, &
facto incurri, ob canonem non solutū
prestituto die, nihilominus nō commi-
ti nisi domino directo eam declarante
Bart. in l. 2. num. 2. & ibi Bal. num. 1. in fi.
Ang. num. 4. Fulg. & Salice. num. 3. Iass.
num. 6. C. de iur. emphy. & plerique alij
ex recentioribus copiossisime conge-
stis a Rota decis. 28. ex num. 1. 2. p. in no-
uissim. vbi num. 6. adjiciunt DD. nomi-
2 natim † idem procedere tametsi scrip-
tura, caducitas ipso iure & facto incur-
renda comminetur; vt per Bal. in l. fi. in
fi. C. de reuo. don. Corne. cōs. 115. in prin.
in t. Deci. cons. 138. nume. 6. ex euidenti
ratione. Ne aliquando contingeret ca-
ducitatem pro cōmoditate & vtilitate
domini directi introductam † in ipsius
3 odium verti, quam rationem nec præ-
termisit Sacrum Palacium dict. decis.
28. ex altera Cassadori 2. tit. de loca.

Secundo ponderabatur pro eadem
emphyteotę parte, declarationem de
inceps a domino factam prout ex nunc
4 effectum habituram, † non autem pro-
ut ex tunc, id est, cum retrotactiuo effe
ctu ad tempus quo emphyteota moroso
potuit a domino declarari, ac proinde
locus futurus videtur morę purgatio-
ni, vt per eosdem DD. d. decis. 28. ex
nume. 8.

Tertio adstruebatur emphyteotę in-
tentio & excusatio, exquo versaremur
in emphyteosi Ecclesię, quæ tanquam
ęquitatis cultrix non ita pasim ad decla
5 rationem caducitatis progreditur, † &
quæ longe facilius quam secularis sua
venignitate ad moram compurgandam
emphyteotas admitere, & soleat, & de-
beat, ex Alex. in l. si insulam nume. 15. &
Rippa num. 37. ff. de ver. oblig. Ias. in l.
2. q. 29, C. de iur. emphyteo. Couar. lib.
3. resolutio. cap. 17. num. 4. Clarus §. em-
phyteosis q. 8. in fi. Redoan. de reb. Ec-
cles. quęst. 23. vers. sed quod emphyteo-
ta num. 17. cumulate Menoc. cons. 545.
num. 5. vers. respondetur primo.

Quarto denique referebantur; tum
6 regula vulgaris ordinariorum † in l. 2.
C. de iur. emphy. & in cap. potuit de lo-
ca. Qua passim circūfertur, compurga-
tionem moræ fore admitendam, mode-
rando illam quoad tempus admitendi
secundum quinque opiniones relatas
in proposito per Corbul. de cau. pri. ob
non solut. can. limit. fi. ex num. 19. Tum
etiam varij DD. interminis docentes,
celerem saltem moræ compurgationē
emphyteotæ admitendam esse. Et pri-
mo illi multi, qui referuntur a Rota
decis. 572. p. 1. in nouissim. & apud Puteū
decis. 63. lib. 3. & apud Guid. Papæ. cum
incerto addicion. nouissimo. Et dein-
ceps Cepola, cautel. 135. Deci. cons. 138.
num 6. & cons. 452. num. 20. Redoan. de
reb. Eccles. rub. 1. cap. 22. numer. 16. Cor-
bul. limit. 9. numer. 9. Cassador. decis. 2.
& 3. delocato Carot. decis. 9. numer. 13.
Viui. com opi. 552. Petrus de Beninten.
decis. 37. Borg. decis. 43. num. 47. part. 1.
Bertazol. cons. ciuili 60. numer. 26. Ce-
phal. cons. 25. numer. 29. Osasc. decis. 71.
in fi. Iac. de Nigris in l. si insulam nume.
286. de verb. Ronchegal. in l. 2. num. 33.
de duob. reis. & denique authoritates
Rotę Romanæ d. decis. 28. par. 2. in no-
uissim. & alterius Arresti de quo memi
nit incertus additionator Guid. Pap. d.
decis. 171.

E contrario autem aduersus emphy
teo-

teotam eius intentionem & facultatē
moræ compurgandi pro Castellano
Emposth.æ D.directo, ponderabam pri
mo.Quod quamuis in terminis simpli-
cibus, quando emphyteosis lege in ex-
preso & specifice cautum non est,quod
ob non solutum canonē die prestituto
ipso iure & facto resoluatur vtile domi
nium & possessio emphyteotæ, celerē
7 moræ compurgationem,id est, factam
intra breue tempus † pro prudentis iu
dicantis arbitrio,admittendam fore,pro
vitanda caducitate, & excusando em-
phyteotā, ex glo.in d. cap. potuit ver.
celeri, Bart. in d.l.si Insulam. numer.3.
vbi Rippa hanc esse communem profi-
tetur, sicut & professi fuerunt Bertran.
conf.43 num.4. in 3. & Menoc. casu 7.
8 numer.10. ex quibus morę compurga-
tionem vltra duos menses † nunquam
protrahendam fore, authores sunt Cor
bul lim.fi.nume.fin in fi.& Matheus ad
Guido Pap.decis.123. nihilominus tamē
quando emphyteosis lege nominatim
9 cauetur, † quod emphyteota in termi-
no non soluente,ipso iure,& facto cadu
citas incurratur, vtileque dominiū &
possessio eiusdem resoluantur,nec cele
rem moræ compurgationem fore ad-
mittendam, & vera & communis resolu
tio est, vt per Rotam Putei 63.lib.3.&
572. lib.1. in nouissimis, hec videtur in
his terminis communis quoque ordina
10 riorum † scribentium in d. l. si Insulam
de verb. & in d.cap. potuit de loca. vbi
post Ant.& Imol. tenet Beroi.num. 137.
&.nu.143. oblationem canonis non ex-
11 cusare, quandocumque ante † declara
tionem creditoris, imo nec celeriter
factam nisi congruentibus loco & tem
pore fiat,id est,creditoris domi, & an-
te prolapsum terminum solutioni de-
stinatum, ex l.si soluturus de solut. &
generali regula l.semel mora solut.ma-
tri.Negusan. de pignor.2.p. 3.mem.5.p.
prin.numer.9. Hippol. Rim. conf. 613.
numer.7.& optime Roder.de annu. re-
ditib.lib.2.cap 15.numer. 4. & in specie
12 & terminis nostris oblationem † cano-
nis emphyteotici fieri debere congruis
loco & tempore,& ante incursam cadu
citatem ex parte emphyteotæ, & sic in
tra terminum solutioni canonis presti-
tutum,& deinceps factam nihil prodes-
se, docuerunt glo. in l.semel mora sol.
matrim.Iaco.de Nigris in rep. d.l.si In-
sulam,de verb.oblig.numer.14.Ias.in l.
qui Romæ in prin.nume.13.eodem, Af-
flict.decis. 150.numer .11. Negusan. vbi
proxime, Menoc.casu.132.Rol. conf.53.
numer.39.& 40.in 1.Quos in proposito
& pdicto Corbul. sequitur, de cau. pri-
uat.ob non sol.can.lim.37.nume.5.& 6.
multis id modis amplians.

Verum articulus is penitius adhuc
& vlterius perpendendus & examinan-
dus est, conueniunt etenim receptiori
sensu DD. post incursam caducitatem
ab emphyteota morę purgationi locū
non superesse. At disconueniunt valde,
vtrum caducitas incurratur, vt cumq;
13 emphyteota morosus sit, interim † at-
què dominus directus sui ex parte ca-
ducitatem declarauerit. Imo declara-
tione non pręcedente,quandocumque
posse purgari ante litis contestationem
ex Guidone Pap.decis.133.per totam,&
Bursat.conf.233 num.4.

Contraria tamen sententia, nempe
14 ex oblatione † canonis ab emphyteota
moroso caducitatem non vitari,tametsi
fiat ante domini declarationem,nisi ce-
leriter & intra breue tempus pro iudi-
cantis arbitrio fiat, verior & receptior
videtur ex Menoc. casu 7. numer. 13.
Claro §.emphyteosis quæstione octaua
in fine, Surdo conf. 157.numer.32. opti-
me Alciat.in dict.l. si Insulam nume.13.
Olasc.decis.72.num.50 .& ex P.Iacobo
Aurelian. in praxi tit. de actio. in rem
pro re emphyteo. sic docet in expreso
antiq. addi. ad Guido. dict. decis. 123.
subdens,hanc sibi videri sanam opinio-
15 nem pulchra & subtili ratione †.Quia
cum semel a iure emphyteota ceciderit,
quasi facta a lege exactione nullā ex
inde admittitur morę purgatio l. qui ob
rē. ff. de condict. inde. l. iam tamen 2.
resp.

resp.iudi.sol.l.si is cui,de leg. 2.glos.in cap.mora de reg.iur. in 6.vt prudenter Abb.in dict cap.potuit,num. 12.docuerit,admissam ab eo textu celerem more compurgationem nunquam protahi
16 vltra duos † menses; & istam esse in viam iuris communis receptam sententiam profitentur Corbul. de cau.pri.ob non sol.can.limit.41.nume.fi. & P. Matheis ex nouissimis addentibus ad Guido Pap.d.decis.113. vt merito Apalonia Martinez, quæ non solum non venerat intra duos menses ad moram com-
17 purgandam, sed post tres annos,nullo modo admitenda videretur, Iass. in d. l.2.numer.84.Rippa.in dict.l.si Insulam numer.36.Surd.cons.257.numer.33.Rota dict.decis.572.n.1.& 2.1.part.in nouis-
18 simis.Et eiusmodi distinctio † simplicis concessionis emphyteosis, & illius cui adjicitur clausula,quod cessans emphyteota statim, ipso iure & facto priuetur resoluaturque ipso iure contractus,vtileq; dominium & possessio consolidentur directo,vt priori casu,celeris purgatio moræ,aut etiam tarda,secundũ DD. opiniones relatas, ante declarationem domini admitatur, posteriori vero non ita,videtur receptissima a DD.legendo & profitendo.vt per Alex.in dict. l.si Insulam nume.15.Rippa numer.39.Pechi. in dict.reg.mora numer. 18.de reg. iur. in 6.& ex l.magnam.C.de contr. stipul. & ex l. traiectitiæ de actio. & oblig. receptissimum profitetur Alciat. in d. l. si Insulam nu. 15. tractandoque eandem regulam firmissimam tenuerunt Salicet.trac. de mora 2. quæst. princip. num. 5. Æmil Ferret. eodem tract nu. 3. qui post exactam eius conclusionis rationis inuestigationem, tandem con-
19 cludit, eam positam esse † in consensu DD.a Cuneo Rayn.& Din. vsq; ad duos Salicetos & Alex. quem turba communis sequuta postea est, sunt formalia verba Æmilij Ferreti.At ego dicerẽ potissimum in Regno,rationem in consensu potius contrahentium quam DD.

positam esse,qui de resolutione contractus ipso iure,& facto, & de consolidatione vtilis dominij cum directo, diser-
20 tis verbis egerunt, aquibus † iudex recedere non potest, Rebuf. de nominat. quæst.27.num.16.consulendo vero cum eadem sententia per transiere Menoc. cons.372.nume.fi. & ex Alex. cons. 105. num.11.in 3.Beroi.cons.120. nume.21.& cons.126.num.17.in 1.Corne.cons.121.in fi.in.1. quem refert & sequitur Menoc. cons.410.numer 26.Hiero, Grat. cons. 93.numer. 61. in hæc verba. *Secundo,quia nõ admittitur ad purgandam moram; si per moram contractam facta esset resolutio contractus secundum Bald.in c.1.in prin.Quo tẽpore miles arg.l.commissoriæ C.de pact. inter emp. Ang. in l.si Insulam de ver. & est firma conclusio vt per Alex.in d.l.si Insulã col. 13.sed in casu nostro per moram contractam ipso iure resoluitur contractus ex voluntate partium, vt probatur in instrumento.*hec Grat.

Vt doctores contrariam sententiam tenentes, vel inuiti adigantur fateri cõmunem DD. sententiam, profitendo tractando, & consulendo esse adiecto pacto resolutionis contractus,& consolidationis ipso iure & facto incurrendę & faciendæ,excludi omnem moræ pur-
21 gationem,† neque vlteriorem domini directi declarationem requiri, præter eam,que suffuit in concessione emphiteosis, quæ per actum contrarium non mutata,stare præsumenda est.Præterea & iudicando, ista quoque sententia a Rotis & Senatibus recepta est, vt apud Puteũ & nouissimas mox allegatas, & apud incertum add. Guido.in sepe allegata decis.123.Aquibus ratio assignatur quod vt aliquid addat conuentio dispositioni iuris, durius agitur cum emphyteota per dominum directum vi pacti
22 resolutiui, † quam ageretur a lege eo pacto defficiente,vt in pũcto cõsiderat Grat.dict.cons.93.& ita distinxisse quatuor ex quinque in supremo Rotæ subselio votãtibus autor est Pute. decis.66.

nu.1.

num.1.& 2.lib.3. & in expreſo Rota nouiſsima d.deciſ.572.num.3.1.par.

23 Inter quas Rotæ † deciſiones nouiſsimas 28. lib.2. & 572. lib. 1. (vt illud quoq; obiter animaduertam) nulla cõtrarietas ſubeſt. Determinatio etenim deciſ.28. indiſtinctè loquitur, & in terminis ſimplicis emphiteoſis procedit, & ſic quando lex contractum reſoluit. Alterę vero Putei 66.lib.3.& 557.nouiſſimar.lib.1. loquuntur, quando reſolutioni legis ſuperaddita fuit hominis reſolutio.

Inſuper, vt omnis ſcrupulus ceſſet, Rota in d.deciſ.28.num.6.dum determinationem ampliat pro emphiteota, ne cadat, niſi domino declarante, tametſi in inueſtitura cõminata fuiſſet caducitas ipſo iure vel facto incurrenda, intelligenda eſt in priori dubio, in quo Rota reſoluit pro effectiua reſolutionis cõtractus domini exigi declarationem, quod in ſe veriſsimum eſt; cum enim in eius fauorem ea cõditio appoſita fuerit eo nolente nihil operatur. At in queſtione noſtra deciſa ibi per Rotam in 2.dubio, loquuta fuit Rota in terminis ſimplicis emphiteoſis.

Quinimo vbi repugnantia aliqua inter prędictas deciſiones Rotæ conſiderari poſſet, non eſſet recedendum a deciſionibus Putei 66.lib.3. &572. lib.1.in nouiſsimis, quia plures, quia conformiores, & cõſonantiores communi DD. ſententiæ, vt vltra ſup.alleg.&Hoſtien. & Bal.tenet Ant.Mathe.ad Guido.Pape.deciſ.166. Et deniq; quia apud alios Senatus ſecundum eas iudicatum eſt, vt ſententiatũ fuiſſe anno. 1584. die 27. Iulij pro heredibus Ferraſij Briancon. (ſubdicens in quo Senatu) refert in certus additionator ad Guido. Pap. deciſ. 171.

24 Secundo perpendebã ſententiã† doctiſsimi Dida.lib.3.reſolut.cap.17. num. 4.verſ.multo minus periudicat tex.diſtinguentis inter traditiones Ceſareas & Pontificias, vt attento iure Ceſareo cadat ipſo iure emphiteota ex reſolutione legis irremiſibiliter & abſque ſpe moram compurgandi, per l.2.C.de iur. emphiteo. De iure vero Põtificio benignius ſe habente celcrem admiti compurgationem moræ.

Tertio contendebam ſecurius multo præcedẽtia procedere de iure † Regni, tum ob reg. generalem, quod iudices teneãtur ad cartham iudicare, tũ ex quo ex eius receptiſsima praxi, pactum hoc reſolutiuũ adiectum emphiteoſi ex principijs attractiuis dominij vtilis & paſſeſsionis naturalis potentẽ & irrefragabilem reſolutionem contractus dominij & poſſeſsionis operatur, ex for. vni. de iur. emphi. & ex obſer. Item in Aragonia de gener. priuileg.obſer. Item iudex de fi. inſtru. qua ſtante, ſtandum quoque rigori eſt, ex Iaſſ.in d.l.ſi inſulam num.5.Ripa nu.13. Rim.conſ.653.num.5. Ratio eſſe poteſt, quia ſtante lege, quod ad carthã iudicetur, proceditur ex iure ſtricto & riguroſo, Borgni.deciſ. 38, nu 3. p.1. Bouadilla lib.2.polit.cap.3.nu.4.

25

Nec refragari videbantur argumenta pro excuſatione emphiteotę, & admitenda purgatione moræ quandocũque ante domini declarationem ſuperius perpenſa. Primum enim fundamentum, aut intelligendum eſt in eo ſenſu† ne caducitas incurratur, etiam ſtante pacto reſolutiuo, domino directo nolẽte, quaſi tandem pro effectiua reſolutione eius voluntas deſideretur; & hoc caſu autoritates DD.in fundamento relatę plane procederent, veręque iuris reſolutioni conuenirent. Aut ſane intellectum in alio ſenſu, quod videlicet dominoqnoque directo inuito permiſſum ſit emphiteotæ, quandocumque ante declarationem domini incurſam moram compurgare predicto pacto ſtãte, deuiarent argumẽtũ & authoritates a communi cenſura DD. & ab arreſtis & rebus iudicatis apud Rotam Romanam&alios grauiſsimos Senatus vt ſup. nec de illis proinde multum curandũ eſſet.

26

Se-

Secundum fundamẽtum cessat, quia nihil inconuenit, quod resolutio contra ctus vi conuentionis retro trahatur, &
27 operetur prout ex tunc, idest, ex tempore admissæ morę ab emphyteota, non autem prout ex nunc, idest, à declaratione domini. Imo potius quamuis subsequatur declaratio, illa tamẽ reflectitur in tempus admissæ moræ, & alioquim à verbis conuentionis, & à cõmuni DD. sententia recederetur: de vero sensu decis. 28. Rotæ. p. 2. in nouissimis actum est mox.

Tertio fundamento respondetur, nihil interesse, quod emphyteosis nostra concessa esset ab Ecclesia; DD. enim in argumento allegati cõtradictoribus nõ
28 † carent, vt per eandem Rotam nouissimam. 572. numer. 3. par. 1. per hæc verba. *Neque obstat oblatio, quia stante pacto resolutiuo non potest mora purgari. Pute. decis. vlt. de transact. & lib. 3. 63. Grat. cons. 93. nu. 6. cum pluribus alijs citatis per informantes*; Et cum talis clausula † apposita fuerit in fin. cõ-
29 tractus, debet ad omnia pręcedentia referri. c. secundo requiris de appellat. l. talis scriptura §. fi. de leg. 1. Nec in dubiũ verti potest Rotam id decidisse in terminis Ecclesiasticę emphyteosis, vt ex eadem apparet num. 1.

Respondetur secundo, dato (citra veri preiudicium) quod facilius dominus directus Ecclesiasticus teneretur admittere compurgationẽ moræ, adhuc tunc
30 † futura illa esset celeris, nec tarda admitteretur, vt ex Doctoribus superius allegatis, & communi per eos resoluta liquidissime constat.

Quartum denique, & vltimum fundamentum cessat. Reg. enim, quod emphyteota saltem properans, & celeriter moram compurgari innitens admittendus sit, declaranda, & intelligenda est iuxta decisiones, & distinctiones DD. superius enucleatas, a num. 22.

Doctores autẽ, qui ab aliquibus quasi in terminis referuntur, vt existimem⁹, etiam stante pacto resolutionis dominij & possessionis ipso facto incurrendæ,
31 nequaquã † id probant, aut conuincũt: qui congesti fuere a Carrot. d. deci. 109. num. 13.

Prior enim refertur Cepola caut. 135. qui tamen non reperietur loqui adiecta pœna conuentionali pro resolutione cõtractus.

Secundus Deci. cons. 138. num. 6. & 452. num. 20. Quoniam, quod principaliter conuincit, est, stante etiam prędicta conuentione, quod faciendã executionẽ expectãdam esse domini declarationẽ, quod nunquam inficiatus sum. Et quãuis prima consideratione Deci. d. cons. 138. videatur refragari antecedentibus, admittens celerem intra octo dies, & ante declarationem caducitatis, moræ compurgationem, dominus ea in specie (vt ipse refert) solutionẽ acceptauit: ex quo omnis caducitas antea incursa ex apertissimis iuris regulis cõpurgata fuit: in altero vero cons. 452. num. 20. apud Deci. non intercessit pactum resolutiuum.

Tertius, Redoan. de reb. Eccles. rub. 1. cap. 22. num. 16. tantum abest, quod obsit, quod imo nobiscum expresse sentit.

Quartus refertur Corbul. lim. 9. n. 9. Sed male; quia Corbul. ipse lim. fin. n. 19. saltem stante lege, quæ viget in Regno, quod stetur rigori, velquod instrumenta habeant executionem paratam, nunquam admittit purgationẽ moræ.

Quintus citatur Cassador. decis. 2. & 3. de locato, sed nihil obest, quia tantũ de facti executione loquutus exigit declarationem domini.

Sexto Viuius opin. 522. sed pessime, quia statim, num. 1. tenet cum communi morę purgationem in emphyteota, celerem, & paucorum dierum pro iudicis arbitrio requiri. Imo Viui. ibi num. 12. Stante pacto resolutiuo, neque ex ęquitate Canonica morã purgari posse disertissime verbis sequẽtibus docet. Et quãuis mora de ęquitate Canonica purgari possit, tamen hoc claudicat, si fuerit appositum pactum resolutiuum cõtractus,

ctus, secundum Bald. in cap. 1. in princ. quo tem.mil.Angel.in l.si Insulam, col. 13. Grat. dict.cons. 93. num. 61. & Pute. decis.11.de transactio.

Septimus citatur Petrus Beninten. decis.37.Qui tamē solū loquitur de fructibus,vt nō veniāt nisi à declaratione.

Octauo circumfertur Borg.decis.43. nu.47.1. par.Qui tamen solum decidit, stante tempore certo ad soluendum, & iuramento, ex veriori, & communiori sententia,non admitti morā purgationem,nec de æquitate canonica post declarationem;in Doctore vero argumentum à contrario sensu fuctile,hac debile est. Et licet Borg.ibi, num. 47. dicat ante declarationem moram non committi, loquitur tamen indistincte,vt merito ad simplicem emphyteosim,non vero ad stabilitam sub pacto resolutiuo referendus sit; Aut sane, ex Crauc. cons. 231.num.8.& cons.212.num.5.& Didac. lib.2.cap.17.ex num.4.quos Borgn. aut refert,aut referre voluit,loquitur de effectuali caducitatis incursu, vt quoad executionem facti spectanda sit domini declaratio.

Nonus alegatur Bertazol.cons.ciuili.60.nu.26.Qui non loquitur stante pacto resolutiuo,Sicuti nec Abb. cons.67. nu.2.in 2.Crot.in d.l.si Insulam, nu. 47. Marsil.sing.463. Qui quamuis àCarrot. pro sua opinione citentur nihil ei fauēt, stante saltem lege resolutionis.

Decimus allegatur Cephal. cons. 25. num.19. Qui tamen præcisse non loquitur stante pacto resolutiuo, & vbi in his terminis loqueretur,contradiceret cōmuni DD.sentēt.& reb⁹ sepe iudicatis.

Vndecimo refertur Osasc. decis. 71. in fi.sed perperam.Quia nobiscū sentit.

Duodecimus Iacob. de Nigris in l. si Insulam nu. 286. qui tamen non loquitur stante pacto resolutiuo.

Decimus tertius citatur Ronchega. in l.2.num.33.de duob.rei.sed nec is loquitur stante prædicto pacto.

Decimoquarto loco refertur Rota. sępe dicta decis.28.p.2.in nouissim.Quę tamen loquitur in terminis absolutis,& simplicibus, ex concordia superius perpensa.

32 Vt ex præcedentibus solus in nostris terminis obloquatur Carroc. † d.decis. 9.num.13. motus satis inaduertenter ex Doctoribus sup.allegatis.

Cum Carrot.concordari videtur Cæ

33 sar de Barzi.decis.50.nu.45.† quatenus loquutus in nu. antecedenti,de emphyteosi cum pacto resolutionis,profitetur ante declarationem termino solutionis elapso nullam pœnā cōmissam, nec caducitatē incursam, & adiicit hanc esse cōmunem: sed male ex pręcedentibus, in terminis saltē adiecti pacti resolutiui.

Imo vero Cęsari Barzio d.num.45.& seq. idem contigit,quod Carrot. in allegat.DD.ad suā adstruendā sententiam. Citat enim in eā Clarū. §.emphyteosis q.9.Non.cons.2.nu.17.Iass.in l.2. nu.79. C. de iur. emphyt. Gabr.cons.75. lib.2. Quorum tamen aliquis non loquitur in terminis adiecti pacti resolutiui contractus ipso iure & facto, multoque minus stante statuto, quod rigor literę seruetur,& quod instrumenta habeant paratā executionē,multoq; minus stantibus

34 aliis capitulis, quæ adiecta fuerunt † in nostra emphyteosi,per quæ emphyteota renunciauit iuri, & quibusuis exceptionibus , cuius clausulæ vigore beneficio morā purgandi renunciatū censeri docuerunt Deci.cons.452. n.18. Afflict. decis.174.nu.4.& Corbul.lim.fin. nu.6. Quæ sententia,quamuis in viā iuris controuertatur á Corbulo, in Regno tamē ob vim carthæ dubio procul cum Decio.& Afflict.transeundum foret.

Substiti diu anceps in editione huius decisionis,ex quo processus ille D. Martini de Fereira Castellani Empostæ, in quo cūDn̄is articulū discussus fuit,decisus non fuerit per sententiā. Deinceps eā editione nō omnino indignā arbitratus fui;motus, quia nō erit forsam, nec inutilis, nec omnino iniocundus labor is noster, saltem ex parte, quæ disputationi Dominorum Locumtenent.

adscribi potest. Et etiam quia probabiliter quantum fert integritas DD. Locumten. in non propalandis ante sententiam eorum mentibus, conieci eos admodum propensos in fundamẽta huius partis, quod nec aduersam omnino latuit, cum instante iam termino prolationis sententiæ, vltro se obtulit negotium transactione finire, enixe rogans Castellanum, ne compositionẽ respueret, illique omnes litis expensas voluntarie offerens, quarum ego ab aduersa parte portionem pro laboribus causæ accepi. Et maxime ad editionem me impullit, quod bene perpensa motiua Senatus Regij, data in processu Abbatissæ & Monialium Sanctę Crucis de La Seros, relata in antecedẽti decisione, non
35 obscure Regij Senatores † senserunt, oblationem pro excusatione emphyteotę in Regno stante pacto resolutiuo contractus, faciendam esse ante prolapsum terminum solutioni canonis præstiturum.

Et vlterius me mouit, quod aliàs †
36 decisum fuerit, tum in Regia Audientia, tum in Curia D. Iustitiæ Aragonũ purgationem moræ (potissimum vbi ius domini, aut alterius creditoris esset factum deterius, regulæ qua cauetur ad earcham iudicandum esse) contra ire, ita fuit decisum in processu Alphonsi de Vega super Iur. firm. graua. fact. die 11. August. 1607. concordi DD. Locumte. suffragio. In ea facti specie, in qua Sanctius Bolea caplebauit Petrum Sardera captum ad instantiam D. Iulianæ de Aragon, pro debito censualis, sub obligatione eum constituendi in carceribus pręsentis ciuitatis certo die, aut quantitatem soluturum, eum non constituit præfinito termino, à nonulis tantum horis elapsis. Et cum adeo celeris extitisset morę purgatio, eo in casu prætensum fuit, illam admittendam fore, quæ tamen nulla ratione admissa fuit. Fragmentum vero motiuorum Curiæ D. Iust. Arag. in ea causa propositum nostrum attingens sequens fuit.

Fragmentũ motiui.

37 Nam licet pro capleuando † dicto P. Sardera capto Sanctius Bolea se obligauit in fauorem d. Michaelis Nasfare pro quantitate quadraginta mille solidorum, cum conditionibus contracarthæ, quas infra octo dies Sanctius Bolea adimplere tenebatur, quibus elapsis, cum P. Sardera nõ reperiatur repręsentatus in carceribus, minusque pensio dicti censualis fuerit soluta, iuxta cõditiones dictæ contracarthę, & in Aragonia non admittatur purgatio moræ, quia standum est carthę, quod idem de iure communi procedere dicẽdum est, vbi ius actoris deterius factum est, vt in præsenti casu contingit, ratione superuenientis emparamenti, & reliqua, &c.

Nec huic motiuo refragratur † Ple-
38 bani auctoritas, in §. tributum, ex num. 18. vbi hæredem emphyteotæ etiã post cõmissum, & recursũ ad iudicẽ admittit ad celerẽ moræ purgationẽ, quia moræ purgatio in Arag. admittatur. Quia præterquã q Pleb. auctoritas eximiæ Curię D. Iust. Arago. auctoritati nullo modo est conferenda. Respondetur, Pleban. non constituisse regulam, quod moræ purgatio in Aragonia admittatur; imo casus ille hæredis probabiliter ignorantis qualitatem bonorum non deciditur ex morę purgatione, cui potius oponitur probabilis emphyteosis ignorantia, sed potius ex capite iuxte excusationis, quæ suffragratur hæredi quam primum emphyteosis commissi notitiam habenti, ad solutionem canonis celeriter properanti.

Vt ex his constet incaute, & improprie dixisse Pleban. eo in casu hæredẽ emphyteotæ defuncti ad morã compurgandã admitti, cum vere, & propric, potius eniter, vel vt à principio morę incursum, soluẽdo quam primũ data scientia emphyteosis, vt cautius loquutus fuerit in materia purgationis more in Regno nun

39 non admittenda † Pleban. ipse §. arbiter, nu. 24. docens, in sententia arbitrali non admitti moræ purgationem. Ratio autem equa militat in canone emphyteoticario, si non strictior.

Et quamuis Senatus Regius in dict. processu Alphonsi de Vega, super manifestatione bonor. deinceps ducto per viam grauaminum factorum ad Curiam D. Iust. Arago. præsentationem admisserit, ex voto trium dominorum de Regio Consilio, factam de persona Petri Sardera capti per Sanctium Bolea, duobus dominis Consiliarijs reclamātibus, & firmantibus, moræ purgationem non esse admittendam, nec cæteri tamen

40 qui illam admiserunt † fundamentum vllum fecerūt in moræ purgatione, sed in eo, quod ius D. Iulianæ de Aragon creditricis deterius effectum non fuisset, ex quo nonnullis horis elapsis à termino, in quo repræsentandus erat in carceribus P. Sardera, eundem Sanctius Bolea capleuator repræsentauerit. Quibus nec visum fuit obesse emparamento, vt ex illo intelligeretur ius creditricis effectum deterius, cum verosimiliter impedimentum emparamenti antea quoq; & in termino repræsentato P. Sardera euenisset: tum etiam potissime, quia ex facto eiusdem creditricis, ex eius nempe hypothecis impedimentum emparamenti euenit.

Michael Pastor Lib. Art. & V.I.D.

DECISIO CCVI.

Quibus casibus vrgendus sit posterior creditor, cui solutio facta fuit, anteriori creditori præsolutam pecuniam restituere.

SVMMARIVM.

Obtinens in art. litis pendentis processus apprehensionis cautionem præstare tenetur, vt bona apprehēsa vna cum fructibus abeant in eum, qui vicerit in alio articulo, casu quo superetur. nu. 1. amplia, vt num. 2. & 12.

De praxi offerendi reseruationis schedulas fori, neque obseruantia, imo nec practici meminerunt. num. 3. 17. declara. n. 4.

Praxis offerendi schedulas reseruationis in processu apprehensionis, in capitibus prudentum residet. num. 5. & Vincens in alio articulo, rem cum fructibus recuperat. ibidem.

Reseruationis schedularum natura ea dignoscitur, vt iura illęsa permaneat, & intacta, ei qui eas offert. nu. 6.

Clausula (saluo iure tertij) operatur, vt omne ius tertij saluum remaneat, in quocunque iudicio. num. 7.

Iurium reseruatio eius natura est, vt dispositionem cui adiicitur ad metas reseruationis modificet. nu. 8. quod procedit non solum, quando adest compatibilitas inter ius dispositum, & reseruatum, sed etiam quando contrarietas, & repugnantia, & tunc reseruatio tanquam specialior dispositiō pręualet. num. 9. amplia, vt num. 10. limita, num. 11. 38.

Verba illa sententię litis pendentiæ (reseruatis iuribus reseruari supplicantibus) & illa articuli iuris firmarum (recepit iur. fir. & mandat restitui, rem simul cum fructibus lite pendēte perceptis) quid importent, & cuius sint effectus. num. 13. 39. 46. 47.

Sententia lata inter partes, ius quoad illas facit, num. 14. quia lata, secundum eam, & non de ea in executione procedendum est, ibidem.

Sententię latæ tanta est auctoritas,

quib⁹ litis pendentiæ propositio recepta fuerat, constringendi essent restituere fructus omnes lite pendente perceptos Hieronymo del Verde & Stephaniæ Moreno coniugibus, creditoribus anterioribus, qui in articulo litis pendentię contrariam non obtulerunt propositionem, sed oblata schedula reseruationis iurium, eadem tantum sibi reseruari supplicarunt, ac deinceps in plenario possessorio, (q. in Regno iur. fir. iudiciũ appellatur), iura sua deduxerunt & creditores præfatos, qui obtinuerant in summarissimo possessorio, litis pendentis indicio, deuicerunt, fuitq; recepta iuris firma Hiero. del Verde & Stephanię Moreno coniug. & fuerunt condemnati Hiero. Orcauz. & T. Tienda coniug. posteriores creditores præfati, vt restituerent bona apprehensa, vna cum fructibus lite pendente perceptis, anterioribus creditoribus præfatis.

Quo in facto ego aduocatus Hiero. del Verde & Stephaniæ Moreno, vt Regius Senatus adduceretur ad compellendos prædictos posteriores creditores, qui obtinuerant in articulo litis pẽdentię, non solum bona apprehensa, & fructus qui supererant a suo credito, sed omnes indistincte, sequentia fundamẽta ponderabam.

Primum, casum prçsentem vnum esse ex expræsse contentis in foris item por dar forma 23. & declarando 24. tit. de apprehen. quibus cauetur, obtinentem in arti. litis pendentiæ, superatum
1 †deinde in plenario possessorio, siue iur. for. iudicio, cautionẽ præstare debere, vt bona apprehensa vna cum fructibus abeant in eum, qui vicerit in alio arti-
2 culo. Quæ decisio sua in generalitate † non obscure videtur præsentire, imo determinare, victum & superatum, rem restituere debere cum omnibus fructibus indistincte, tam necessarijs, & correspondentibus pro credito, quam alijs, loquuntur enim fori illi indistincte, tam in eo, qui obtinuit iure dominij, quam in eo, qui iure crediti.

Nec refragatur, foros prędictos, nec aliud quempiam, imo nec obseruantiã Regni, nec foristarum opinionem, qui-
3 bus † caueatur praxis offerendi reseruationum schedulas iura sua in alio articulo posse deducere, fructusque consequi, & vendicare ab anteriori creditore, qui sub bona fide & proprijs sumptibus (quæ non solent esse leuia in harum litium prosequtione) litem prosequutus, minime reperiri. Respondetur
4 quippe, nec omnino † deesse aliquem inter practicos Regni, qui harum schedularum reseruationis iurium mentionem fecerit, cum huiusmodi effectu recuperandi rem vna cum fructibus omnibus perceptis, vt per Petrum Molin. praxeos Regni nostri bene instructum in sua practica, in formula processus apprehensio. fol. 220. ibi, vna cum fructibus.

Quid quod, cum non detur forus obseruantia, vel sentencia practicorum quibus contrarium disponatur, satis superque foralibus principijs sententia hæc confoueri videtur, cum inter iudices, aduocatos, & causarum procurato-
5 res † in capitibus semper habitum fuerit pro constanti, oblatis & admisis per sentenciã eiuscemodi schedulis reseruationum iurium, indistincte illum, cui reseruata fuere iura sua, vincentem in alio articulo, vel processu, consequi a victo non solum bona apprehensa, verum omnes quoq; fructus.

Secundo principaliter ponderabam, huiusmodi futurum reseruationis iurium ipsius creditoris anterioris effectũ
6 vt eius iura omnino integra †, & illessa præseruaret, vt ex Authen. si testis C. de testib. & ex l. fideiussor ff. qui sat. cog. & ex l. Bębi⁹ de pact. dot. obseruat Bal. de pronunciatione iudicis cum reseruatione iuriũ alterius partis, in indiuiduo loquutus, in cons. 104. comparuerunt numero quarto, in quinto. quem

vbiq; a posterioribus probatum video,
vt per lass. sub alio tamen numero consilium referentem in l. naturaliter §. nihil commune numer. 109. ff. de acqui. possessio, & per Natam in terminis loquentem, de sententia, perquam victor immissus fuerat in possessionem bono-
7 rum. *Saluo iure tertij*; & resoluit, per hanc clausulam, omne ius tertij saluum manere, tam impossessorio, quam in petitorio: & hanc Bal. sententiam vt receptissimam probat & sequitur Peregrin. de decreto quoque iudicis loquens, cons. 26. numer. 36. in 5. & singulariter videndus nouissime Aldouin. Aldouin. cons. 5. numer. 30. & cons. 110. numer. 12. vers. & illa clausula, & numer. seq. cuius verba elegantissima & puncti decisiua trascriuere libuit. *Et illa clausola transactionis expresse reseruationis iurium DD. Somedorum his verbis concepta.* Pero con expressa riserua al Someda de lle ragioni de lla societa, & dell action principale, *Indubie significat, & operatur, vt nihil praeiudicij aut damni ex ea transactione eis allatum fuerit, inuictissimeque tutata est, ac tutatur omnia illorũ iura occasione dictae societatis & causae principalis vt intacta, salua & illesa semper fuerint & sint, cum hec sit pecularis vis & virtus reseruationis, sine clausulae reseruatiue, ne illa dispositio cui clausula reseruatiua inserta est, reseruanti in iure reseruato vllum praeiuditium inferet; sed vt ius reseruatum reseruanti in omnibus & per omnia, saluum & illesum maneat.* Hec Aldouen.

Que communis & receptissima sentencia cousque procedit, tantamque ac talem virtutem reseruatio ista iuriũ
8 habere dignoscitur, † vt dispositionem cui adijcitur ad metas reseruationis modificet, vt ex glos. in l. item Labeo vbi Bal. & Angel. ff. fam. hercis. & ex Castren. cons. 311. numer. 4. in 1. & alijs in numeris optime docet Bertazol. cons. ciuili. 1. ex numer. 98. imo vero, virtus hec reseruationis iurium procedit, non
9 solum quando compatibilitas † datur inter dispositum ius, & reseruatum, sed etiam vbi contrarietas & repugnantia; quia nihilominus reseruatio tanquam specialior dispositio preualet, vt ex Craue. cons. trigesimo tertio num. decimo septimo & alijs obseruat idem Bertazol. dict. cons. 1. numer. 102.

Et etiam plenissimum effectum † o-
10 peratur, quoties, vel non habet quid modificet, vel si habet modificatum ius omnino extinguit, & in nihilum redigit, tametsi ad nugationem, dispositionem resolueret, vt ex Ang. cons. 290. numer. 4. docet Bertazol. qui sup. num. 100. apud quẽ & apud Beci. cons. 74. ex n. 14. & Surd. cons. 487. n. 4. copiosa antiquorum DD. allegatio ad propositum reperietur.

Non negarunt DD. reseruationem iurium schedulam solum reseruationis offerentis, effectum operaturam, sed
11 illum restringebant † ad id solũ, quod obtinere posset is, cuius iura reseruata fuissent in vlterioribus articulis, cum priuilegio executionis sententiae, & tanquam in processu cisterno apprehensionis.

Verum intelligere nunquam potui
12 † rationem discriminis, inter hosce reseruationis effectus, & quare magis admitendus sit effectus is priuilegiatae executionis sententiae, quam ille restitutionis bonorum apprehensorum, cum omnibus fructibus lite pendente perceptis: licet enim discrimen hoc inde DD. iustificari dicerent, quod equum non videretur creditorem, qui vigilauit, & litem fuit prosequutus licet posteriorem, priuari per anteriorem, qui desidens, & negligens fuit afructibus receptis sub bona fide, & authoritate sententię. Non tamen mihi videtur iniquum, quod creditor posterior huiusmodi rigorem sufferat, qui tan conformis est in concusae praxi Regni, receptissimisque iuris communis dispositionibus. Nec persuaderi possum incõcussam

& in

& immemoriabilem praxim offerendi reseruationum schedulas, nec minus in concussum stylum Supremorum Regni Tribunalium eadem iura nominatim reseruanti in sententijs, ad priuilegium tantũ executionis sententiæ respexisse, in quo nullus fere, aut breuis tantum tẽporis effectus considerari potest; imo existimo, habuisse respectũ ad reseruationem iurium in eorumdem sublatione, quę potissimum in prioritate temporis consistit. Presertim cum contrarius sensus non compaciatur generalitati verborum, quibus et in suplicatione & in sentecia anteriori creditori iura reseruãtur: in quibus nulla præfatę restrictionis vmbra.

Tertio perpendebam, eiusdem met. sententiæ † (cuius pars æque principa-
13 lis reseruatio est) authoritatẽ. Cũ enim in ipsa priori sententia litis pendentiæ, iura Hieronymi del Verde, & Stephaniæ Moreno anteriorum creditorum fuerint reseruata indistincte, similiterq; eisdem ingressis plenarij possessorij, siue iuris firmarum articulum & processum, illorum iuris firmam receperit, disertis verbis percipiendo, quod bona cum fructibus lite pendente perceptis eisdem restituantur, non video quo modo, rerũ sic iudicatarum authoritati, Regioque; præcepto satis fiat, eximendo posteriorem creditorem vincentem in summarijssimo possessorio, & victum in plenario, a restitutione omnium fructuum lite pendente perceptorum. Imo vero vtraq; sententia inter partes lata, tam reseruationis quam habitæ victorię in plenario possessorio, ius facit vniuersale † inter easdẽ, iuxta tradita in l. fin. ff.
14 de eo quod certo loco, maxime respectu fructuum perceptorum ab ipsa contestatione litis, vt per Cephal. & Gabriel relatos in proposito per Cesar. de Barzis decis. 53. numer. 23. Quod solum fundamentum videretur sufficiens pro victoria, cũ post iudicatũ, secundũ sẽtẽciam & non de sententia in executione procedendum sit, cuius tanta est authoritas
15 vt de nigro † soleat facere album & vice versa; ius enim oritur & actio efficax ex sententia tamet si erronee, vel iniquę lata fuisset, pro consequtione eorum quę in ea continẽtur, vt in proposito obseruauit Barzis. dict. decis. 57. numer. 22. infi.

Sed contrarium censuit & iudicauit
16 † Senatus Regius die 25. mensis Septen. anno. 1613. in præfato processu Iur. Montis. sup. apprehen. in art. iur. fir. actuar Ripol, eximendo, & liberando Gasparem Orcauz & T. Tienda coniuges, posteriores creditores, qui obtinuerant in artic. litis pendent. a solutione eorum omniũ fructuum, quos ex bonis apprehensis perceperunt, pro quantitate crediti recepti, & admissi in lite pendente.

Adducebantur DD. Primo, ex quo praxis hęc schedularum reseruationis, easque admittendi in sententijs, nullo
17 foro † & obseruan. comprobetur: Imo nec vix sentencia practici alicuius reperiatur, docentis perceptos fructus, posteriori credito correspondentes, fore restituendos, vt vagari posit iudicantis arbitrium, ex eoque, æquitate suadente, res ita componi & moderari inter creditores, posteriorem, qui obtinuerat in lite pendente, & anteriorem, qui vicit in art. iur. fir. vt ille fructus proprio credito correspondentes consequatur, huic vero restituantur qui supersunt.

18 Æquitas autem satis magna † a Dominis colligebatur pro posteriori creditore, ex quo vigilauerit, iuraque sua vsque ad sententiam prosequutus fuerit. Quę non ita negligenti creditori, licet anteriori, videretur suffragari, cuius desidia non videtur posse aut debere frustrare laborem, & diligenciam poste-
19 rioris creditoris, vigilantibus enim, & non dormientibus iura subueniũt, vt inquit iuris consultus in proposito & terminis nostris in l. si non ex pedierit ff. de bonis autoritate iudicis

possiden. & in l. pupillus, ff. de his quæ in frau. credit. Ex quibus rationem hāc passim nostri ponderarunt, vt per DD. statim allegandos.

Secundo principaliter moueuatnr Regius Senatus; quia in eo puncto (quē perdifficilem profitetur † Peregrin. de
20 iur. Fisci lib. 6. tit. 6. num. 8. vers. in hoc perdifficili puncto, valde dubitabilem Eug. cons. 89. numer. 2. cotidianum, & cōfusse á DD. pertractatū, vt per Flor. de Menna var. qq. iur. lib. 1. q. 6. num. 1. & intricatum nuncupauit Vincen. Carrot. decis. 109. ante num. 1.) An creditor anterior auocare possit à posteriori, cui debitor soluit, pecuniam persolutam: à Senatibus vsu forensi magis recepta videatur opinio, quæ inter creditores similis hipothecæ, & iuris (vtpote, quia neuter vtitur iure particularis priuilegij, sed vterque gaudet iure communi) non admittit auocationem, vel repetitionē pecuniæ persolutę posteriori creditori, vt per Afflict. passim commemoratum decis. 190. Grammat. quęst. 1. post decisiones, Capic. decis. 178. quos sequitur & refert Peregrin. d. lib. 6. tit. 6. nu. 8. vers. in hoc perdifficili puncto; vbi ex prædictis Doctoribus sine delectu id vi
21 detur admittere, siue pecunia † bona fide per posteriorem creditorem accepta extet, siue non; ne aliàs generalis vsus commerciorum confundatur, † &
22 perturbetur, ac proinde recedere videtur prædicti DD. à Magistralibus distinctionibus, quas in proposito obseruaue runt Bart. in l. pupillus, ff. quæ in frau. credit. Io. Andr. ad Specul. tit. de oblig. & solut. in rubr. vers. nunc videamus, Bart. in l. 1. ff. de distrac. pignor. Fulgos. Salicet. & Bald. in l. mater, C. de rei ven dic. Alexand. & Iass. in l. cum seruum, ff. si cert. peta. & ex Paris. cons. 69. in 4. mul
23 tum esse attendēdam æquitatem † quę fauet creditori vigilanti in recuperatio ne debiti tametsi posteriori, considerat Matthæus Brun. tract. de cessio. bon. q. 24. ex num. 2. vbi num. 7. apposite ad casum nostrum addit Brun. id maxime procedere, † vbi solutio in contumatiā,
24 & negligentiam primi creditoris posteriori solerti facta est, quasi hoc casu locus sit futurus gratificationi, per tex. in dict. l. si non expedierit, §. 1. vers. quid ergo, & ibi glos. ver. noceat, & ex Alex. in l. fin. §. etsi pręfatam, C. de iur. delib.
25 & hanc esse magis receptam opinionē profitetur Menoch. cons. 25. nu. 2. quamuis ob particulares rationes eo in casu ab ea discedat, Surd. cons. 4. num. 12. assignans pro ratione, quia aliàs totus mundus litibus inuolueretur, Didac. pract. 29. num. 2. Et hanc opinionem sine du-
26 bio procedere, † & communem esse pluribus relatis profitetur Eugen. cons. 89. numer. 4. & 7. Honded. cons. 19. nu. 66. Cephal. consultus, cons. 86. in eodem casu, in quo Menoch. respondit d. cons. 25. Surd. decis. 60. num. 9. Costa de rem. subsid. remed. 37. num. 1.

Prẹmaxime, cum in occurrenti casu vterq; creditor sit ex causa † onerosa,
27 nec appareat apud posteriorem creditorem pecunias persolutas extare, multoque minus proponatur excusas fuisse facultates debitoris, & insufficiētes euasisse pro solutione crediti anterioris; quo casu, secundum plerosq; ex doctoribus tenentibus præcedentem sententiam, quasi contraria militante æquitatis ratione pro anteriori creditore, velut subsidiarie admitunt recursum aduersus posteriorem creditorem cui solutum fuerat, condictione ex lege, vel actione in factum, vt ex Bart. in dict. l. si non expedierit, §. 1. obseruat. M. A. Eugen. d. cons. 89. num. 10. & 11. & pro indubitato ponunt Cephal. dict. cons. 86. nu. 8. Costa dict. remed. 37. num. 2.

28 Quamuis isto in casu Carrot. decis. 109. ex num. 19. † non admittat omnimodam auocationem, & repetitionem solutæ pecuniæ, sed eius communicationem, vt partes faciāt æquales anterior, & posterior creditor. Qui mouetur, ex l. quod autem, §. sciendum, quæ in frau. credit. & quia immissio alterius creditoris in possessionem pignoris cęteris quo-

quoque prodesse videtur, vt per Bart. in l. cum vnus, numer. 20. de bon. aut. iudi. possiden. quod etiam consuluit Paul. de Castro cons. 169. in primo, quem refert Brun. dict. q. 24. num. 4. In quo tamē sub sistendum, & vlterius considerandum arbitrarer. Quidquid tamen sit ea resolutio casui nostro minime adaptatur, cum receptio litis pendentiæ non æquiparetur simplici immissioni in possessionem pignoris; imo potius credenda sit continere solutionem crediti ex fructi-
29 bus † Iudicis auctoritate, quo casu posterior creditor diligens, & solers reuocatoria non conuenitur, vt ex l. qui autem, §. apud Labeonem, ff. quæ in fraud. credi. & alijs obseruat Carrot. dict. decis. 109. num. 24.

Præcedentia mouerunt Regium Senatum ad pronunciandum pro posteriori creditore, cuius litis pendētię propositio recepta fuerat, & ad discernēdum eundem ab anteriori creditore, cuius iura in sententia pro posteriori lata reseruata fuere, conuentum in articulo Iuris firmarum, victumque ab anteriori, & condemnatum illi apprehensa bona restituere vna cum fructibus lite pendente perceptis, eximendum fore à solutione fructuum, siue quātitatis ab ipsis procedentis, suoque posteriori credito correspondentium, quasi iustis decretis rē sic temperando prout facere posse, & debere Iudices pro æquitate, & varijs figuris causarum, admonuit Flores de Men. sup. allegat. qui tamen absit, quod loquatur in terminis reseruationis iuris anterioris creditoris.

Inficias, non eo articulum hunc prima facie ancipitem mihi vissum fuisse, si tamen fas est post vlteriorem, & medio criter exactam eiusdem considerationem, & discussionem calculum super addere proprium, securius crederem, tum in viam iuris, tum in dubię ex praxi Regni, intercedente reseruatione iu-
30 rium † antecedentis creditoris, cautioneque pręstita per posteriorem, cui fructus pro solutione addicti sunt bonorū apprehensorum, eundū esse in priorem sententiam, & vbi casus is, qui passim, & indies occurre potest, iterum decidēdus se offerat, contrarium iudicandum, omninoq; compellendum fore posteriorem creditorem in lite pendente obtinentem, anteriori eodem iure eademq; hypotheca vtenti, ab integro cum bonis apprehensis omnes fructus restituendos esse, dum vicit in vlteriori articulo.

Et licet apud me suprema hac velut sacra semper fuerit, ac futura sit auctoritas Senatus Regij; longe liuentius in priorem sententiam decurro, ex quo haud dubię intellexerim, duos ex cla-
31 rissimis, & doctissimis Senatoribus † eādem probasse, & ab aliorum dominorū sententia secure discessisse. Imo potius, cum sententia interlocutoria fuerit, nec cliens institerit super reuocatione, forsam contigere potuisset contrario imperio Senatus consulti reuocatio.

Quo vero animo sedatiori, similes causæ iuxta priorem sententiam, & votum duorum DD. de Regio Consilio, qui illam probauerunt decidantur, antecedentibus duo adiicere libuit, vtrūquè maxime considerationis. Alterum à me pro veritate erudiendo, circa decisionem huius articuli, fuisse consultum perillustrem eximieq; eruditum, & Sapientissimum D. Auctorem Regentemq; meritissime Regiam Cancellariam Arago. D. Iosephum de Sesse, eundemque comperi prioris opinionis, cu-
32 ius grauissimo † accedente suffragio, iam non impares sunt DD. Regij Consiliarij.

Alterum vero ex multis ex grauissi-
33 mis Doctoribus † superius relatis asseruisse, priorem opinionem generaliter, & indistinctè esse creuiori Doctorum calculo receptam. Quod creditor antiquior nocet à posteriori (similē in omnibus hypothecam habēte) pręsolutam sibi à communi debitore pecuniam, vt magis ex æquitate quam ex iuris stricta ratione ab ea discedatur per Doctores qui

qui contrariam sequuntur, vt aperet ex
Afflict. d. decis. 190. Peregrin. d. tit. 6. nu.
8. Rim. cos. 192. num. 21. qui de communi
quoque profitetur, post Strachā de
Decoctor. q. vlt. num. 30. per tex. in l. fi.
§. & si præfatam vbi omnes DD. C. de
iur. deli.

Et in indiuiduo. Quod quādo posterior
creditor pecunias exigit absq; pręiudicio
34 iudicio † anterioris, in ipsumue peruenisset
cōditionaliter, interim ac donec
causa omnino, ac finaliter expediretur,
& longe tutius, quando de ipsis aliquo
in casu, vel vbi iudici placuerit restituendis
cautionem obtulerit, omni pror
sus dubitatione explosa, facultatem cō
petere easdem auocandi anteriori creditori,
similis iuris & hypothecæ, siue ex
tent, siue consumptæ fuerint, quia hoc
casu bonafides, quæ pro posteriori credi
tor ad debiti recuperationem properā
ti perpenditur, exunerare videtur pro
priori, qui nec desidens tunc iudicari po
test, vt videtur considerare Vin. Carot.
d. decis. 109. nume. 25. qui, quamuis pro
cōmunicatione pecuniæ loquatur, dictum
tamen generaliter est verum, &
indistincte procedit, vt merito Iosephus
Ludo. in solis terminis reseruationis iurium,
resolutionem hanc versari citra
omnem dubitationem fassus fuerit, de-
35 cis. † Perus. 45. num. 20. his verbis. *Quia
reuerendus Recuperatus, tunc temporis Perusiæ
Gubernator in publica Audiencia decreuit,
pecunias dictæ assecurationis exigi per dict-
os Rodulphum & Vincencium; easque retineri
per eos donec causa expediretur, sine præiudicio
iurium ambarum partium; adeo que versamur
citra omnem dubitationem, cum conditio-
naliter prædicti habuerint dictas pecunias.* Et
quamuis Iosephus Ludo. loquatur casu
quo illæ non fuerant consumptæ, idem
tamen iuris est, quando consumptæ sūt,
cum ratio conditionalis & resolutiuæ
receptionis tunc etiam militet, & presti
ta cautione de restituendis, iam est resolutio
tutior vt apud Costam d. reme.
36 37. num. 2. vers. quare, † his verbis. *Quare
cesante æquitate non est hæsitandum, quum pos-
sit anterior creditor auocare pecunias exactas
a secundo creditore, vti sibi obligatas, veluti
quando recipiens pecunias spopondisset restitue
re illas casu cuiuscumque molestiæ, vel quando
secundus creditor eas exigisset absque periudicio
ipsarum partium, vel conditionaliter peruenissent
pecuniæ ad secundum creditorem.* Vt nihil
aptius praxiue & stylo Regni magis
consonum afferri posse videatur.

Hoc enim in casu tantum abest quod
subsit æquitas, ex qua prior contraria opinio
substinetur, ex præcedentibus &
Iosepho Ludo. d. decis. 45. nu. 10. Quod
37 potius videretur iniquum, anteriorem †
creditorem, qui sepe propter inopiam
litem forsam non persequitur, quiq; sub
bonafide publica Regia, tam in ipsa priori
sentencia, inqua iura sua præseruantur,
quam in posteriori, qua verbis diser
tissimis præcipitur, bona apprehensa
sibi per obtinentē in lite pendente vna
cum fructibus ea durante perceptis eos
sibi restitui postulat, fraudaretur, consij
enim credendi sunt anterior creditor,
& eius aduocatus eiuscemodi praxis,
& styli Regni, quibus non freti, ad
litis prosequutionem properassent.

Nec videtur reseruationi iurium sa-
38 tisfieri, ex quo † processus sequens, iuris
firmarum, & proprietatis cisternus
sit antecedentis apprehensionis, & tanquam
talis gaudere possit priuilegio executionis
prioris sententiæ. Nunquam
enim intelligere potui discriminis rationem,
propter quam, reseruationis clausula
magis hunc quam illum effectum
sit habitura: Nec practicum Regni reperi,
qui differentiam hanc constituat, cū
tamen aliàs indefinitæ reseruationis na
tura omnia ad vnguē, & mordicus præseruet,
vt sup. n. 6. & sint DD. grauissimi,
qui nominatim teneant, hoc in casu
auocationi, & recuperationi, præsolutarum
secundo creditori pecuniariū, priori
competere.

Denique sciscitarer, quisnam futurus
esset præstitæ cautionis de restituendis
bonis apprehensis vna cum fructibus
39 effectus † si non præsens? Si etenim dixeris

xeris, cautionem bonorum apprehenso rum domini, & possessoris, aliorumue, qui iure crediti propositiones obtulerunt iura pręseruare, non comperio, quare quoque extendenda non sit ad fauorē creditoris cuius iura reseruantur, cum nec dubitaretur, cautionem hanc profuturam offerenti iure dominij reseruationis schedulā, & in alio articulo vincentem creditorem, qui obtinuerat in lite pendente. Vt ex prędictis
40 securissima † sit præcedens resolutio; priorem creditorem, qui tantum obtulit reseruationis suorum iurium schedulam in art. lit. pen. ac deinde in vlterioribus articulis, posteriorem cuius litis pen. propositio recepta fuerat compellendum omnino fore, non solum bona apprehensa, & vlteriores a suo credito fructus, verum omnes integre restituere.

Ex quibus rationibus dubitandi, siue potius fundamentis, quæ tres DD. mouerunt ad contrarium iudicandum sit satis.

Submouetur enim prima, quia ex decisione for. item por dar forma 23. &
41 for. declarando 24. de apprehen. cautionem prestandam esse cauentium, ab eo cuius propositio lit. pen. iure dominij, siue crediti oblata recipitur, de restituendis bonis vna cum fructibus (quæ indefinita in lege certisime vniuersali ęqnipollet) magis est, quod intelligamus, resolutionem nostram foralibus decisionibus communiri, pręterquam quod id constans semper habitum fuerit in capitibus prudentum, & omnino consentaneum praxi offerendi eiuscemodi schedulas reseruationū, ac vtriusque sententiæ conceptioni; cum ab initio Regni, siue praxis processus apprehensionis, Vincenti in plenario possessorio, vel propietatis articulo, verbis disertissimis bona apprehensa, vna cum fructibus lite pendente perceptis in sentētijs semper, & vbique restitui fuere mādata.

Quod vero in eodem primo fundamento vel motiuo adijciebatur † de
42 æquitate pro posteriori creditore, qui tanquam solers litem prosequutus fuit, facile quoque cesat: Imo iniquius vt animaduerti sup. nu. 37. foret anteriorem creditorem fretum indubia hac & in concussa Regni praxi sub bona fide, in aliud tempus differentem sui crediti exactionem, prioritatem temporis suę hypothecæ, exindeque & sui iuris præstancia defraudari in fructibus rei sibi multo antea hypothecatæ. At vbicumq; æ-
43 quitas cesat pro posteriori, & multo † magis quando vrget pro priori, ipsimet doctores fautores aduersæ sententię ab illa recedunt, vt per Iosephum Ludo. d. decis. 45. num. 20. per Flor. de Mena d. q. 6. num. 9. per Costam d. rem. 37. numer. 2.

Quod vero innoluitur in eodem fundamento, de reg. vulg. quod iura vigilā
44 tibus subueniant † non dormientibus habere non potest locum in his quorū somnus legibus probatur. Ac proinde cum anterior creditor in concussa Regni praxi permitente, iustisq; forsam de causis obdormiens, vllam penam, nec meretur, nec sufferre debet, essetque grauissima si quandoque ob debitoris inopiam præcisse recuperatione crediti priuaretur, sepeque ad minus, maximis cum incommodis, è priori posterior efficeretur.

Secundo principali fundamēto satis euidens exantecedentibus solutio colligitur: cum in terminis simplicis exactionis, vel solutionis posterioris crediti magis sit, quod ex iuris rigore receptio-
45 rique sentencia, anterior † creditor debeat admiti ad auocandam pecuniam posteriori præsolutam, quamuis hoc in casu, æquitate sugerente, eum non esse admittendum, Senatibus frequentius placuerit. At in exactione, & solutione conditionalibus & ab anteriore protestatis, a iudiceque, imo & alege ita qualificatis, vt fieri intelligantur absq; pręiudicio † iurium anterioris creditoris,
46 nulla iuris nec æquitatis ratio eundem ante-

anteriorem periclitari permitit, vt casus is certissimus,& extra omnem dubitationem, vtcumque solicitam positus deprehendatur a Iosepho Ludo. d. nu. 10.&aCosta dicto rem.subsidia.37.n.2.

47 Imo vero cautio prestita a posteriori in litis pendentiæ articulo, cum constituit velut depositarium † Curiæ, quo casu indubia quoque est obligatio susceptam pecuniam restituendi, quod nec pretermisit Flores Menna d. lib.1. var.q.6.num.17.

48 Quibus in casibus doctores præfati omnino reiciunt considerationem causę,ex qua creditum processit,an illa onerosa fuerit,† an lucratiua,neque aliam, an debitoris facultates exaustę sint,nec ne,neque aliam, an præsoluta pecunia extet,an potius consumpta fuerit: Imo vniuersaliter, & sine delectu admitunt eius auocationem in fauorem anterioris creditoris.

Prædicta & pro solutione contrariorum fundamentorum,& pro absolutione articuli principalis sufficere videbātur: quo tamen vlterior resolutio materiæ habeatur,nō absre mihi vissum fuit pro coronide huius decisionis sequętes animaduertere ac subjicere, conclusiones.

49 Prior, quę hactenus resolui, procedunt inter creditores ius realis hipothecę habentes. Quippe inter eos,† qui personalem tantum actionem habent præsoluta pecunia posteriori nullo modo auocatur ab anteriori,nullum priuilegium habente, par enim est illorum conditio; & sic vigilantis iura, vel eius cui debitor ex gratificatione soluit,semper sunt potiora in integro debito, ex tex.& glo.in l.inter eos de re iud. &in l. qui autem §. sciendum ff. quæ in frau. credito. & in l. si non expedierit §.1.de bon. aut.iud. posi & in l. si pupillus ff. quæ in frau. credit, hanc sequitur Bart. in d.l. pupilus, vers. si vero,quāuis sub varijs distinctionibus,de quibus per eū, quas ex ordine ampliationum, & limitationum præcedentis conclusionis pro

sequitur Flor. de Men.d.lib.1.q.6.art.1. num.1. vsque ad 6. & de hac quoque intelligerem Carrot.d.decis.109.num.38. quatenus tertiam decimam subijcientē in proposito conclusionem refert,posteriorem creditorē, quando diuersa sunt credita, vrgeri non posse ad communicationem præsolute pecuniæ.

50 Secunda sit conclusio, inter creditores similium iuris & hipothecæ,tametsi vnus specialem hipothecam alter vero generalem † haberet, anterior de iure stricto admitendus est ad auocandum pręsolutam pecuniam posteriori creditori (in casu quidem conditionalis solutionis,protestationisque,&reseruationis iurium, & pręstitæ cautionis restituendorum bonorum apprehensorum & fructuum eorundem, generaliter, & indistincte, vt sup. nu.20.) ex opinione forsam receptiori,quamuis ex praxi Curiarum suadente ęquitate non, vt per DD.sup.relatos. Quam conclusionem similiter ornat Flor.de Men.vbi sup.ex num.9 & pro eius exactiori intelligencia Bartol. ex Iaco. de Arer. distinguit, cuius distinctionem ornat & prosequitur Peregr.d.tit.6. num.8. & per plures conclusiones Carrot. d. decis. 109. ad quā pro factorum occurentia eundum erit.

51 Tertia esto conclusio. Inter creditores similis † hipothecæ,disimilis tamen iuris,quia alter priuilegiatus est,duuio procul ac generaliter, temporis prioritas,eorum iura potiora reseruat,ideoq; anterior solutio, nullum ius posteriori tribuit, quim ab eo per hipothecariam præsoluta pecunia auocetur,etiam consumpta. exemplum sit in Fisco ex l. pecunia C.de priuileg. Fisci, potissimum si debitor sit inpos,nec habeat aliūde vnde soluere possit, l. deferre §. vlt. de iur.Fisci Didac.d.prac.29.in prin.Surd. cons.4.num.16.& 48. nisi forsam in Fisco particularis ratio contrarium suadēret,vt in consultatione Menoc. d. cons. 25. Quod extendes, & limitatibis, vt per Gutier.pract.q. 100.ex num.1. cum sequen-

sequentibus,& per Pereg. d.nu. 8.vers. ad in creditoribus priuilegiatis Costam d.rem.37 nu.3.Carrot.d.dec.109.nu.18. Flor. de Menna vbi sup.nu.9.quod præ dixerat Bart. in d l. pupillus nu. 1. vers. aut prętendunt priuilegium.Grego.Lo pez in l.10.tit. 15.p.5. vers. que torne. & in l.11.tit.14.eadem p.5.vers. non an de manda in fine.

Quę tamen conclusio procederet in Fisco hipothecam habente,non tamen
52 in eodem † personali actione agente,in ter personales enim effectum hunc auo catorium iura non admitunt , neq; etiã sub prętextu priuilegij , arg.l.sia debi tore ff.quæ in frau.credit. Quod & præ senserunt glo.in d. l. si pecunia , & Bart. in d.l.pupillus, latiusq; prosequitur Flo. de Men.sup. nu.6. Quod & rursus mo dificabis ex traditis per Peregrin. vbi proxime. Qui ibidem hoc extendit ad alias personas priuilegiatas,videlicet ad vxorem ratione dotis, ad pupillum & si miles,vt per Gutier.d.q.100.vbi latissi me.

Illud tamen priuilegium Fisci in Re gno in quęstionem merito vocaretur, in quo Fiscus vtitur iure priuati.

Quarta conclusio. Quando concur runt diuersi creditores ad bona debito ris, tametsi alterius aliquis sentenciam
53 reportauerit, concursum faciunt in eis, si omnibus non sufficiunt pro rata † cu iusq;debiti, quamuis , qui posteriorem sentenciam reportauit , vbi properaret ad executionem cæteris præferretur, l. in iudicati actione ff.de re iudi. glo. & DD.cõmuniter in l.inter eos,de re iud. vbi Alex. Grego. Lopez in l. 11.tit.14. parti.5.ver.non an demanda.

Quam conclusionem intelligerem ego in creditoribus solam personalem absq; hipotheca reali habentibus,in cę teris enim componenda res esset iuxta sup.resoluta.

Quinta conclusio,in creditoribus ra tione eiusdem negotiationis , vt puta, cuiusdam societatis,vnius vigilãcia pro debiti exactione,vel a debitore gratifi cante,vel a prætore ius dicente,cęteris non obesset,in his enim non est melior occupantis conditio : Imo solutio fieri
54 debet cautione† præstita super resartio ne cæteris concreditoribus & consocijs facienda,vt per Grego Lopez d.l.11.tit. 14. parti. 5. ver. que vence sub debda, quod & Bart.prædocuit in d.l.pupillus, vers.aut sine extorsione , vt ex l.verum §.si intres ff.pro socio, ita obseruat Car rot.d.decis.109.num.31.

Quam limita , nisi cõsocij essent cre
55 ditores ex eodem contractu, † cũ clau sula vt vnicuique in solidum soluere tur;quasi tunc melior futura sit occupã tis conditio, ex l. ex duobus. 2.de duo. reis:Tunc enim virtute eius clausulæ so cietas dissoluitur , creditaque diuidun tur,& de perse stant,quod latius decla rat Carrot.sup.ex num.31.

Finalis sit conclusio. Quoties cumq; posterior creditor iuxta supra positas resolutiones , iure in foro contentiosso
56 compellendus erit , ad restitutionẽ per solutæ pecuniæ,vel liuerandus ab ea,te nebitur quoque in foro conscientię,vel immunis erit ab onere restituendi,cum omnia faciat legis auctoritate , qua de re lata manu Flor.de Menna d.lib. 1.q. 6.§.2. ex nu.1. Multe aliæ conclusiones proponi possent in materia pro exactio ri eius eneucleatione, selegi tamen pręcipuas & cętere reperinntur apud.DD. supra relatos , præsertim apud Carrot. qui sexdecim in proposito conclusio nes collegit.

Michael Pastor Lib. Art. & V.I.I.D

DECISIO CC.VII.

De probatione criminis noctu commissi.

SVMMARIVM.

Testes de crimine noctu commisso deponentes non aliter concludunt, quam

quam si ex voce sibi nota cognouisse delinquentem asserant, lumen vel luxisse, delinquentem vel sibi admodum esse propinquum.1.

Testi vox noctu delinquentis notissima esse debet, adeò quod verosimiliter decipi non posset.2.

Testis in delictis noctu commissis, si dicat, vidi quia erat lumen vel ignis, non concludit.3.

Testis dicens, vidi de nocte, habet contra se presumptionem, & debet addere, quod vidit, & bene cognouit delinquentem.4.

Testis an debeat depositionis qualitatē exprimere, etiam non interrogatus.5.

1 Estes deponentes de crimine noctu commisso, non aliter concludunt, quam si ex voce cognouisse delinquentem asserant, & vocē sibi notam, vel lunam, aut lumen aliud luxisse, vel deniq; delinquentē sibi admodum fuisse propinquum addant, Soarez recept. sent. fol.337. vers. testes de nocte, in communib. opinio. tomo 5. idē Bonacossa in communib. opin. crim. 2. tomo, fol.540.1 col. in fine, quam dicit communem opinionem Bossius de indicijs num.171. quod naturaliter reprobatur talis testis dicens, Titium denocte fecisse maleficium, nisi dicat, quod luna, vel lumen lucebat, Polid. Ripa de noctur. temp. cap.57. vel nisi alijs testib⁹ id probaretur Felin. in cap. Sicut nu.5. in fin. de re iud. Roland. cons.7. n.29. in 1. vel quod cognoscebat vocem quam notā habebat; & ab hac opinione nullus discrepat, secundum Iul. Clarum §. fin. quest.21. nu. 1. vbi dicit, quod † hoc de
2 voce nota debet accipi, vt adeo nota sit testi, quod decipi non posset verisimiliter, Farin. in tract. crim. q.61. num.32.

Plus dicit Felin. in cap. sicut, de reiudicat. num.5. in fin. † quod non conclu-
3 dit testis, si dicat, quod vidit de nocte, quia erat lumen, vel ignis: quia potuit videre corpus, & non cognoscere, & sic debet se explicare taliter, quod non cōtineat præsumptiue falsitatem iustificādo dictum suum. Attento quod dicendo quod † vidit de nocte, habet ex sui
4 serie contra se presumptionem, vnde secundum eum, debet addere, quod vidit & bene cognouit delinquentē, fin. Bart. in l. stigmata. C. de fabricens. lib. 11. vel tenetur probare per alios testes, quod erat lumen. Et secundum Felinum non est necesse, quod testis dicat vidi de nocte, quia erat lumen, si non fuit interrogatus de ratione, iustificando tamen suum dictum, vno ex duobus modis, vt dixit Farin. latissime quæstione 61. num. 38. & 39. 40. vbi de communissimo quod testes deponentes se vidisse de nocte, nulla adhibita ratione, vt quia luna lucebat &c. puniuntur tanquam falsarij q in mille processibus, passim, & quotidie, me iudice existente fuit pronunciatum, & practicatur, ob idque vulgaria non refero.

DECISIO CC.VIII.

Remissio.

R*Emissio delinquentium regulariter non datur de loco ad locum in Aragonia, hoc si dominus loci habeat iurisdictionem criminalem, vt in nu.1. 4.6. alias secus nu.5.*

Remittitur captus in loco Baronis, vel alterius, si aufugiat, & ad hoc compellit Iustitia Aragonum: vide simile n.2.

Remittitur is qui in absentia condēnatus est. Et ad instantiam partis vbi cūq; reperiatur capi debet. & etiam cū litteris Regiæ Audientiæ vel Iustitiæ Arago. remittetur Baroni condemnanti.3.

Regu-


Egula est de foro, quod in
1 criminalibus non datur re
missio delinquentium de
loco in locum obser. Item
licet, de foro cōpet, si om-
nes habeant iurisdictionem, obseru. itē
notandum de priuileg. milit.
2 Fallit, si quis captus in loco Baronis,
vel alterius aufugiat; nam debet ad eū
remitti, & Iustitia Aragonum compel-
lit ad remittendum, obserua. itē licet.
de foro compet. sic in processu Anto-
nij de Campos, super manifeste. die 24.
Ianuarij. 1614. fuit remissus in Curia
Iustitiæ Aragonum.
3 Fallit 2. † in condemnato foraliter
in absentia per aliquem, nam potest &
debet capi ad instantiam partis, vbi cū-
que reperiatur, & etiam cum literis
Regiæ Audientiæ, & Iustitiæ Aragonū,
& remittetur Baroni, qui condemnauit
& è conuerso Baro debet remittere of-
ficialibus Regijs, qui etiam condemna-
runt per for. *Como cerca la punicion*. De ho
micidio.
Et licet per obseru. item per forum
vers. malefactor, de priuil. milit. domi-
nus loci non teneatur remittere captū,
in suo termino, sed ipse eum punire de-
4 bet foro. 4. de for. compet. † si talis ha-
beat iurisdictionem: tamen dicta obser.
fallit in casu dicti fori de homicidio
quando talis captus in loco Baronis,
etiam habentis iurisdictionem, esset cō
demnatus in absentia per officiales Re-
gios, & postea vigore dictarum litera-
rum esset captus in loco Baronis, debet
eum remittere ad officialem qui eum
condemnauit, aliàs regulariter domi-
nus loci habens iurisdictionem non de-
bet remittere captum in suo territorio
ad locum vbi deliquit; sed debet eum
punire d. obser. item per forum foro 4.
de foro competenti †: Si vero nō habet
iurisdictionem, remittet eum ad offitia
les Regios locorum magis conuicino-
rum d. obseru: item per forum. & ita in
telliguntur obser. penult. de foro com-
pet. & for. 4. de homicid. & forus vni-
cus tit. de furtis & reb. per rapin. abla-
tis. vbi captus debet remitti ad locum criminis, commissi dominus que loci te netur remittere captum in suo loco ad offitiales Regis puniendum, nam in dicti fori, & obseruantiç debent intelligi, quando dominus talis loci † nō habebat iurisdictionem criminalem in suo loco: quia tunc semper tenetur criminosum remittere ad offitiales Regios, sic loquuntur d. for. 4. de homic. & for. de furtis, & d. obser. penult de foro cōpet. Secus si dominus loci habet iurisdictionem criminalem: quia tunc non remitit. sed debet eum punire d. obser. item per forum ver. male factor, de priuileg. milit. d. foro 4. de foro compet. qui sic intelliguntur; & hic est intellectus istorum, secundum Mol. ver. remissio, per obs. item per forum, cum seq. de priuil. milit. vbi non fit remmissio ab habēte iurisdictionem alteri eandem habenti, quod tamen fallit in casu fori Calatajubij. *Como cerca la punicion*. De homicid. & in casu obseruantiæ licet de foro, de foro compet. de quo vide determinationem infra 8. Decembris in processu Paschasię Latorre.

Inquo processu die 8. Decēbris 1602. in Curia Iustię Aragonum super manifestatione personarum, & scripturarū, fuit petita remitti quędam mulier, quę aufugerat a carceribus de Estercuel, & postea capta in territorio de Alcañiz, & fecit se manifestari per Iustiam Aragonum; Dominus villæ petebat remitti & renuntiabat manifestationi, ipsa petebat se liberari, fuit denegata liberatio quia non fecerat tres requisitiones, secundum forum, & fuit mandata remitti. Idem fuit pronuntiatum in processu Ioannis Romeu, super iuris firma in Curia Iustitię Aragonum, die 5. Iunij. 1601. & in processu Ioannę de Algayo super manifestatione 15. Iulij 1603. in eadem Curia.

†

De-

DECISIO CC.VIIII.

An iudex requisitus remitere, habeat circa remissionem aliquam cognitionem causę, & vtrum remissio debeat fieri citata parte, & in iudicio, & aliqua de materia consuetudinis.

SVMMARIVM.

Delinquens, qui remissurus est, an debeat citari ad verificanda requisita remissionis. num. 1.

Iudex requisitus remittere tenetur se summarie informari de requisitis remissionis n. 2. sed cōtrariū est verius. n. 3. Glos. in clementina 2. de re iudicat reprobatur. n. 3.

Iudex remittens tanquam nudus exequtor, nullam cognitionem de crimine adhibere debet, sed solum remittere num. 4. distingue vt num. 8.

Iudex exequens sententiam, siue legalem, siue hominis iurisdictionem exercet in exequendo. num. 5.

Iudex requisitus remittere, in remitendo nullam iurisdictionem exercet, sed tantum est executor, bene tamen potest ad sui instructionem se sumarie informari, ad supersedendum & remittendum negocium iudici requirenti num. 6.

Iudex requisitus remitere habet aliquā cognitionem de crimine comisso, nisi delictum sit notorium in loco ipsius iudicis requisiti, vel vehemens fama contra petitum remitti, num. 7. & num. 10.

Iudex executor in comissione de conferendo beneficium cognoscet de vacantia beneficij. num. 9.

Remissio reciproca in hoc Aragonum Regno est notoria, & quod fiat domi, & parte non citata. num. 11.

Consuetudo vniuersalis Regni non eget probatione, quia propter eius generalitatem videtur trasiuisse in ius commune nō scriptum. num. 12.

Consuetudinē notoriā iudex suplere potest. num. 13.

Consuetudo notoria inducitur ex inspectione plurium instrumentorum, & sic processuum, & Doctori asseueranti de ea credendum est, num. 14.

Consuetudo non impeditur ex diuersitate reperta in actibus, qui se inuicem cōpatiuntur. num. 15.

verba statim, indilate, prompte, & in continenti excludunt omne interuallum ex sui natura. num, 16.

Verba fori, vel statuti si dirigantur ad iudicem, & non ad partem, tunc videtur reiecta cognitio, & citatio. nu. 17.

Citatio partis & iudicialis cognitio cēsetur reiecta quando committitur examinatio alicuius iudici. nu. 18. & 27.

Consuetudo sequenda est in dubijs, quae est optima legum interpres. nu. 19.

Lex positiua modificat & interpretatur legem diuinam. num. 20.

Consuetudo & statutū dicuntur pars iuris ciuilis. num. 21.

Obseruantia subsequta declarat intētionem legis. num. 22.

Iudices moderni temporis debent credere quod antiqui fuerunt fororum obseruatores. num. 23.

Obseruantia vt inducatur non requiritur

ritur, quod aliquid sit obtentum in contradictorio iudicio. num. 24.

Doctori attestanti in suo foro de consuetudine credendum est. num. 25.

Iudex in Regno Aragonum, ex offic. inquirit de stylo, & consuetudine, & vsu Regni. num. 26.

Commissio Iudici facta de examinando aliquem si est dignus, vel non à natura rei, non exigit probationem parte citata. num. 28.

Iudex cui committitur remissio facienda habetur loco executoris, & non Iudicis. num. 29.

Citatio non requiritur in processu executionis gratiæ. num. 30.

Citatio partis non requiritur, quando proceditur extraiudicialiter. num. 31.

Remissio, & executio statim facienda est, si pars contra quã imploratur officium Iudicis, nihil dicat, vel alleget. n. 32.

Citatio partis, & si requiratur in remissione, tamen non est necessaria vbi est contraria consuetudo. num. 33.

Citatio realis potentior est alia. n. 34.

Articulus & actus remissionis est de ordinatiuis. num. 35.

Citatio partis non requiritur, quando agitur de probanda consuetudine circa ordinem litis, quod idem est in quolibet actu circa ordinem litis. num. 36.

Remissionis sententia interlocutoria est. num. 37.

Sententia interlocutoria, quæ modicum infert præiudicium parti, non requirit eius citationem. num. 38

Recursus non datur in Regno a Cancellario competentiarum, & ab arbitris. num. 39.

Citatio non requiritur parte præsente. num. 40.

Veritas ne lateat diffugiisque pereat curari opportet. num. 41.



IN hoc Regno Aragonum per forum nouum editum in Curijs celebratis Tirasonę, anno 1592. sub tit. de remissionibus, cauetur, & disponitur, quod detur remissio de hoc Regno ad alia suæ maiestatis (quod antea per foros antiquos erat prohibitũ) de personis, quæ deliquerint extra Regnum, & in eo se receptarunt si tamen ipsæ personæ extraneæ, & nõ Regnicolę sint: & data etiam reciproca remissione de illis Regnis, quæ petunt remissiones ad hoc Regnũ: ita quod mutua sit, & reciproca remissio: & hoc in certis tantum, & limitatis delictis, de quibus in dicto foro, & non aliàs, cuius fori verba sunt, sub tit. de la remission delos delinquentes, in foris Tirasonæ, fol. 11.

Fragmentum fori, de Remissionibus.

E que el Lugarteniente general de su Magestad, y de sus successores, o el que presidiere en la Real Audiencia, y qualesquiere Iuezes Ordinarios de las Ciudades, Villas, y Lugares, donde los tales delinquentes seran hallados, sean tenidos, y obligados de prender al tal delinquente, y hazer la dicha remission, luego, que les fuere pidida, con letras despachadas por el Iuez en cuyo territorio, y districtu el delicto fuere perpetrado, o por otro qualquier competente, con que en las letras del Iuez requiriente se narre, que el delinquente que se pide ser remitido, està acusado en su Tribunal de alguno, o algunos de los delictos sobredichos, contenidos en el fuero de la via priuilegiada, y en este fuero, especificando el juez en sus letras el tal delicto.

Et in verſ.ſequenti cauetur,ita demum fieri remiſsionem,ſi detur remiſsio reciproca de alio Regno requirente, in noſtrum Regnum ſub his verbis.

Alia verba Fori.

Con que aſsi miſmo la aya reciprocamente en los miſmos delictos de las perſonas,que auiendo delinquido en eſte Reyno, ſe huyeren , ò fueren hallados en los otros de ſu Mageſtad,o de ſus ſucceſſores, auiẽdoſe pidido la dicha remiſsion de la forma arriba pueſta:y que lo diſpueſto por el preſente fuero ſe obſerue,y guarde en reſpecto de los Reynos,y Prouincias de ſu Mageſtad,y de ſus ſucceſſores, y de qualquiere dellos reſpectiuamente,donde ſe permitiere la tal remiſsion a eſte Reyno, por ley,o coſtumbre,y no en reſpecto de otros, & etiã diſponitur,quod remiſsio fiat ſolum de exteris,& non Regnicolis,vt in ver. *por tanto*,ibi,*aya remiſsion de las perſonas eſtrangeras*,niſi in caſu,quando ſcilicet,Regnicolę eſſent officiales domus Regię, tũc debent remitti,ſicut exteri,vt in §. *Otro ſi ſe eſtatuye, y ordena.*

Euenit caſus, quod quidã homo origine Cathalanus,& miles, de hoc Regno,vbi reſidebat,& moram pro tunc faciebat,contulit ſe in Regnum Caſtellę, cũ duobus eius ſeruitoribus, & Madriti cum eius aſsiſtentia, pręſentia,& auxilio,vnus ex ſeruitorib⁹ doloſe, & proditionaliter, eum enſe percuſsit quemdam vocatum D.Petrum Pacheco militem Ordinis S.Iacobi , & hoc interueniente pecunia ſibi data, & promiſſa à domino ſuo : cumque fuiſſet dominus ibi accuſatus de aſsaſsinio(quod eſt vnũ ex delictis remiſsionis) & etiam mandatarius ipſe , & prouiſio ibi facta de capiendo eos, & iam ipſi aufugiſſent,& in hoc Regnum ſe cõtuliſſent. Fuerunt pro parte Iudicis Ordinarij dictæ Villę repetiti, & ſeu remiſsio de ipſis petita, mediantibus literis requiſitorijs,in quibus narrabatur perpetratio delicti, & etiam , quod fuerat commiſſum delictum mediante pecunia, & ſic erat aſſaſsinum. Regens officium Gubernationis mandauit domi remitti dictum Dominum mandatorem ; die ſexto Maij anno milleſimo ſexcenteſimo decimo tertio. Vide in proceſſu remiſsionis D. Ioſephi Ferrer,& aliorum,dict.die & tempore. Dubitabatur an illa remiſsio debuerat fieri in Curia, vbi de foro omnes cauſæ tractantur,& pronuntiantur, for.1.de iuſtitia miniſtranda,parte citata,& audita. Potuit namque pars opponere ſe eſſe Regnicolam, & ſic remiſsioni locum non eſſe. Deinde potuit probare non dari remiſsionem de Reno Caſtellæ, ad hoc Regnum,& ea ceſſante nõ poſſe fieri remiſsionem, quam probationem non potuit facere præuctus ſententia remiſsionis ipſius Aſſeſſoris domi facta parte inaudita, & in die feſtiuo, de quibus conquerebatur, vt in proceſſu D. Ioſephi Ferrer ſuper iuris firma 12. Auguſti 1613. Et ſic concludendo dubitabatur , an Iudex † requiſitus remittere, debeat partem remittẽdam citare,in verificandis requiſitis remiſsionis, ſi aliqua verificari debent,& generaliter aliquam cognitionem adhibere: & an poſsit eam facere domi, & die feſtiuo? Et fuit per Dominos Locũtenentes,vel maiorem partem reuocata firma, die decimo Septembris anno milleſimo ſexcenteſimo decimo tertio, per quam remiſsio impediebatur ſub dictis dubijs, & ſublatã inhibitio.Pro quorum iuſtificatione faciunt ſequentia. Et primo , diſtinguendo materiam, circa exiſtentiam criminis dixerunt aliqui, † quod debet Iudex requiſitus ſe ſummariè informare, Oldrad. conſil. 124. verſ. 2. Felin. in cap.fin. numer. 9. de foro competent. Abb. conſil. 24. circa fin. Marian. Socin. in cap. poſtulaſti, numer. 15. de foro competenti , Decian. tom. 1. criminal. lib. 4. cap. 19. numer. 15. fundantur omnes in gloſ. Clementinæ 2. de re iudicat. Barr. in l. 1. C. vbi

C. vbi de crimine agi oportet. Sed contrarium est verius, secundum Iass. in l. Magistratibus in principio, de iurisdictione omnium iudic. dicens, quod nec summariam cognitionem adhibere debet, sequutus Bart. in l. fin. §. 1. ff. de publican. Salicet. in l. 1. C. vbi de crimine agi oportet Cinum in Authent. qua in
3 Prouincia eod. tit. reprobantes † glos. in dict. Clemen. tanquam male loquentem, Alexan. in dict. l. Magistratibus, num. 4. concludens contra glos. Anton. de Butrio in cap. fin. de foro competen. Paul. de Castro in dict. l. Magistratibus, num. 2. dicens, quod nullam cognitio-
4 nem † de crimine adhibere debet Iudex remittens, sed solum remittere tanquam nudus executor, quos sequitur Couar. practicarum quæst. cap. 11. num. 8. dicens, ita in praxi receptum, & contrariam opinionem falsam de mente multorum, quos ibi allegat, fundati omnes: quia iste est merus executor, qui aliud facere non potest, quam solum exequi, l. si prętor, in principio, ff. de iudic. Innoc. in cap. de cætero, in fin. de re iudicat. Socin. Decian. & omnes supradicti sequuti Bart. in l. à diuo Pio, in principio, ff. de re iudicat, & colligitur ex §. sententiam Romæ, ibidem, nec mirum id est; quia si non licet Iudici requisito, vt sententiam exequatur, intromittere se de meritis sententiæ exequendæ, ad pronunciandum aliquid contra ipsam executionem, Bart. vbi supra, num. 9. Innoc. vbi supra, in fin. Cinus in l. si vt proponis C. de executione rei iudicatę vers. quid si coram isto, & Salicet. ibi per d. l. si prętor vt bene resoluit Gui. Papę decis. 554. ergo multo minus id licebit iudici requisito ad remitten-dũ. Ratio diuersitatis est, quia quando
5 iudex † exequitur sententiam siue legalem, siue hominis iurisdictionem exercet in exequendo l. missi opinatores. C. de exactione tributorum lib. 10. refert Alex. in d. §. sententiam, Xuarez in declaratione legis Regni ad l. post rem iudicatam in 5. quæst. numer. 22. At ve-
6 ro executor † ad remittendum nullam iurisdictionem exercet, sed nudum ministerium, & factum respectu negocij principalis eo modo, quo sibi iniunctũ est. Fatentur tamen omnes, facta in hoc pace, quod ad sui instructionem posset cognitionem aliquam adhibere, ad supersedẽdum, & remittendum negotiũ Iudici requirenti, si inueniret, quod aliquid ad id moueret: ita Innoc. vbi supr. num. 4. & probatur in d. c. de cętero, & in d. l. si prętor, & nota quod Innoc. loquitur in mixto executore, Innoc. sequitur Bart. in d. l. à diuo Pio, num. 9. vbi id expresse tenet, quod ad sui tantum instructionem ad effectum remittendi negotium ad requirentem, habeat cognitionem requisitus, non aliás: ita Cinus, & Salicet, vbi supra, & est bona additio ad Guidon. Pap. vbi sup. in litera A. quod notandum.

Supradicti tamen DD. qui in materia remissionis faciendæ concedunt Iudici requisito aliqualem cognitionem, licet contrarium verius, vt supradixi; limitant suam opinionẽ duobus modis.
7 Primo † si notorium esset in loco Iudicis requisiti, vel fama vehemẽs, contra petitum remitti, de commisso delicto; nam tunc non habet cognitionem, sed statim remittet, ita Marian. Socin. in c. postulasti num. 5. de foro competen. vbi in vers. si tamen id, expresse tenet Abb. dict. cons. 24. in fin. concedens istam cognitionem requisito, nisi delictum esset notorium, vel famosum, sequitur Oldr. dict. consil. 124. circa fin. ibi, nec aliqua procedit infamia, &c. Decian. tom. 1. criminal. lib. 14, cap. 19. num. 15. vbi in specie id ita tenet alios allegans.

Modo ad propositum, si illa communis opinio est sequenda, quod scilicet Iudex requisitus nullam habet causæ cognitionem, intentum habet fiscus petens remissionem, si vero contrariam sequamur, vel ex eo, quod multi nõ paruę auctoritatis eam sequuntur, vel aliter

8 dicamus distinguendo † materiã; quod communis illa opinio procedat respectu scilicet, delicti remissionis, non autẽ respectu eorũ, quę incũbere possunt mero executori, vt in exemplo tradito per Inno. in dict. cap. de cętero, quẽ sequitur Bart. in l. à diuo Pio, veluti, quando aliqua ante executionem verificari debent, de quibus requirens cognoscere non potuit, ex defectu iurisdictionis, vel aliàs, vt in commissione de conferẽ-
9 do beneficium, † si vacat: nam de vacãtia cognoscet executor. Non propterea iudicatum per Dominos Locumtenentes corruet; quia ijdem illi DD. qui de iure concedunt aliqualem cognitionẽ Iudici requisito, male tamen fatentur,
10 quod in duobus casibus † eam non habeat, veluti si notorium sit delictum, vel de eo fama, vt supra dixi. Ergo & in hoc casu, cum non plus liceat Iudici requisito cognoscere de requisitis fori, denegabitur etiam ista cognitio, in illis duobus
11 casibus supradictis; cũ nihil magis † notorium, quam reciproca remissio in Regno, & quod fiat domi, & extra iudiciũ, parte non citata; prout re vera fuerunt facte fere omnes remissiones sine citatione partis, vt apparet per processus.
12 Hæc autem consuetudo † vniuersalis Regni nulla eget probatione: quia propter eius generalitatem videtur transiuisse in ius commune non scriptum, §. ex non scripto, institu. de iure naturali, Mascard. conclus. 428. & sic non est probanda: imo dicit Socin. iun. cons. 65. nu.
13 39. Iudicem hanc † consuetudinem notoriam posse supplere. Bald. in l. filius familias. §. veterani. de procurat. Alex. cons. 14. in 5. Curt. iun. in tracta. de feud. 1. par. quæst. 1. num. 13. dicens, Iudicem teneri supplere, & de ea inquirere, Mascard. conclus. 423. & dicit Aymon de antiquitate 1. par. §. ampliatur, numer. 16.
14 Quod inducitur † consuetudo notoria ex inspectione plurium instrumentorũ, & sic processuum, Curt. iun. cons. 106. & Doctori asseuerãti de ea credendũ est; vt supra, & licet reperiretur aliquando fuisse factã remissionẽ parte citata, ni-
15 hil obstaret; quia quando † diuersitas reperitur in actibus, qui se inuicem cõpaciuntur, ex eis consuetudo non impeditur, Bart. in l. de quibus, col. 6. in fin. de legibus, vbi ponit exemplũ; vt si in quęstione decem librarum hodie procedatur extra iudiciũ, cras iudicaliter, vtroque modo valebit processus, Rochus de Curte in c. cum tanto, sect. 4. nu. 68. fol. mihi 63. in 4. Quod autẽ sit Cathalanus, quid magis verum, & manifestum, cum in tanto tempore, nec in cedulis, nec in firmis, vbi omnes suas defensiones deduxit, nihil in contrarium dixit, & dicere erubuit, & si dixisset, incõtinenti conuictus fuisset de mendatio, per exhibitionẽ librorũ natiuitatis. Vltra quod in iudicio cũ iuramẽto deponendo asseuerauit, per testes se Cathalanũ esse, & veritas amplectenda a iudicibus timoratæ conscientiæ, & manifesta calumnia repelenda à limine iudicij.

Secundo præmittebatur, quod forus de remissionibus loquẽs disponit, quod remissio sit facienda statim, & inconti-
16 nenti, quo fuerit petita; quæ verba † statim, indilatè, prõpte, & incõtinẽti excludunt omne interuallum ex sui natura. Alex. in l. 1. §. qui pręsens, de verb. obli. Iass. in l. diuortiũ. nu. 3. solut. matri. vt in terminis similis remissionis tenet tex. in c. vt Inquisitionis, ibi statim, de hæret. in 6. & sic videtur reiicere omnẽ causæ cognitionẽ. Et licet DD. dicant hoc ciuili modo esse intelligendi, Ita vt aliquod curriculũ temporis non excludatur, secundũ necessitatẽ casuum, Decian. vbi sup. lib. 5. c. 54. nu. 3. qui multos allegat. Verũ hoc arbitriũ intelligunt respectu tẽporis, non vero cognitionis, & quãdo de vtroq; sentirẽt, verũ esset dicere, q̃ à die nascentis fori, remansit in dubio, intra quod tẽpus, qualis, & quomodo
17 probatio fieri debeat. Deinde † verba fori diriguntur ad iudicẽ, & non ad partẽ, & tunc etiam secundũ aliquos videtur reiecta cognitio, imo & citatio, Bal. in l. certum est, num. 5. C. vnde legitimi,

&cog-

& cognati, notatur in l.3.§.penult.de bo
norum poſſ. & ibi gloſ. ſicut quando
18 committitur †examinatio alicuius;quia
tunc cognitio iudicialis cenſetur reie-
cta, & partis citatio, Bald. in cap. 1. de
iudic.& in l.neque natales num. 10. C.
de probat.. ſaltem negari non poteſt,
quin hoc ſub dubio ſit, à die naſcentis
19 fori: at in rebus dubijs † amplectenda
eſt vetuſtę conſuetudinis interpretatio;
propter dubietatem: nam in dubijs ſe-
quenda eſt conſuetudo, quæ eſt opti-
ma legum interpres. l. ſi de interpre-
tatione, ff. de legibus, c. cũ dilectus, de
20 conſuetudine, & ſicut lex † poſitiua mo
dificat, & interpretatur legẽ diuinam,
notatur in cap. quæ in Eccleſiarum de
cõſtitutionibus; ita dicendũ eſt de con-
21 ſuetudine, † & ſtatuto; nam illa dicun-
tur pars iuris ciuilis, l. omnes populi, de
iuſtitia & iur.§.ex non ſcripto inſtituta,
22 de iure naturali, & obſeruantia † ſubſe-
quta declarat intentionem legis, Caſtr.
de leg.pęnali, lib.1.c.1. Lodou. concl.38.
Surd.conſ.140.in 1. Sed à die naſcẽtis fo
ri fuit obſeruatum, quod fiant remiſſio
nes extra iudicium parte non citata, &
tacente: ergo illa obſeruanda eſt pro
lege à iudicibus, quibus maiorum ſuo-
rum exempla præiudicant. l. ſi cohorta-
lis, C. de cohortalibus lib.12. & credere
debent † Iudices moderni temporis,
23 quod & antiqui fuerunt fororum obſer
uatores, vt in ſimili ſuadet Annania, 6.
colu. in fin. in cap. in ciuitate, de vſur.
Nec obſtat, quod non ſit † in contra
24 dictorio iudicio, quia hoc non requiri-
tur ad obſeruantiam inducendam, ex
communi opinione, Abb. in cap. cum tã
to, de conſuetudine, dicẽs communem,
idem Rochus de Curte in d. capit. cum
tanto, ſectione 4. num. 34. de conſuetu-
dine: maxime cum hic agatur de actib9
extraiudicialibus, & etiam iudicialibus
cognitis á toto populo, quos in ſimili-
bus cauſis obſeruare debet Iudex; ma-
ximè vbi ſunt plures actus, & ſententiæ
prouiſionales in præſentia totius Regni
factę, de quibus atteſtantur DD. practi-
ci, † quibus atteſtantibus de conſuetu-
25 dine in ſuo foro credendum eſt, Bart. in
l. de quibus in 4. quæſt. principali, ff. de
legibus, Rochus de Curte ſect.8.n.9. vbi
allegat alios. Supradicta omnia ſuadẽt
remiſſionem hanc poſſe, & debere fieri
extra iudicium, quolibet die ſine citatio
ne partis: nam totum hoc reperitur in
obſeruantia poſitum, quę à notorio cõ-
ſtat cum ſit vniuerſalis, & per Iudicem
inquirenda; & maxime in Regno, vbi iu
26 dex †ex officio inquirit de ſtylo, & con
ſuetudine, & vſu Regni, obſeruan. item
cum aduocatus de probat.
27 Sed ne amplius tempus conteratur
in his, quæ conſtant, † inſiſtendum pau-
lulũ circa citationem, ne illius defectus
rem iniuſtificet. Illa neceſſaria non eſt,
quando probatio, & cognitio concludit
ſoli iudici, veluti ſi ab eo petatur, quod
aliquid faciat; quia tunc cum ſolo indi-
ce agendum eſt. l.3.§.penult. & ibi glo.
ff. de bonorũ poſſ. Bald. in l. certum eſt,
C. vnde legitimi, & in l. neq; natales, n.
10. C. de probatio. Concludẽtes, ꝙ quã
do iudici committitur examinatio ali-
qua, nõ requiritur citatio partis, de qua
facienda eſt examinatio; quia ſufficit, ꝙ
probatio concludat ſoli examinatori,
Bald. in c.1. de iudic. glo. in Clem. vnica,
in verb. repererint, de offic. de legat. &
ibi Cardin. Bald. in l. non dubium, C. de
legib. Soci. regul.406.2. fallen. Et aduer
tendum, ſecundum aliquos, quod huius
dicti ea ſola ratio non eſt, prout aliqui
28 exiſtimarũt, quia ſcilicet eſt cõmiſſio †
de examinando aliquẽ, ſi eſt dignus, vel
nõ, quę à natura rei nõ exigit probatio-
nẽ parte citata, & quod ſic hęc cõmiſſio
ſit potius conſenſualis, quam iudicialis;
quia etiã vera ratio eſt, ſicut ex eorum
mente colligitur ſecundũ Gabriel. tit.
de citatio. concluſ.1.nu. 292. Quod iſte
Iudex † cui committitur habetur loco
29 executoris, & non iudicis, Innoc. in c. fi.
de trãslatione Prælatorũ, Bellam. deci.
30 4. & propterea in ꝓceſſu executionis †
gratię nõ requiritur citatio, Goza. cõſ.
2. & 5. Ruin. conſ.80. vol.1. & cõſ.70. in 5.

Sed prima ratio verior;quare aliter didicendum est, quod illud est verissimũ
31 scilicet, quod non requiratur † citatio partis,quando proceditur extraiudicialiter: nam tunc non requiritur citatio; secus si in iudicio procedatur. Ita declarat Abb.in cap.2.num.7.de testibus,l e lin. ibidem in 1. & 2. limitatione,hic autem iam satis probatum est procedi extraiudicialiter, ergo,&c.Deinde Belluga in speculo, rubr.11 §. tractandum, num.4. Agens etiam de remissione dicit, † quod si pars contra quam implo-
32 ratur officium Iudicis,nihil dicat,vel alleget, statim est facienda executio & remissio,& licet in fine videatur velle, quod pars citetur ad recipiendam summariam informationẽ; tamen illud non
33 procedit, vbi contraria est consuetudo, vt dixi & infra latius. Præterea, quia hic non defuit citatio, † cum adsit rea-
34 lis,quæ potentior est, l. 1. C. qui bonis cedere possunt, Angel. in l.1. C. de iudic. colum.2. Marian. Socin in cap.pro posuisti, in quarto principali artic. q.6. & potuit opponere,& defensiones allegare contra remissionem, quod non fecit,sed tacuit omnino sciens, & certioratus, & hæc est potissima ratio huius rei.

Tertio negari non potest,quod actus
35 & articulus † remissionis sit de ordinatiuis;quia quod accusetur hic, vel alibi facta remissione ordinem respicit Bald. in cap.fin.vt lite pendente, vt sic fuit declaratum in Curia D.Iustitię Aragonũ, in processu Iosephi Gazol, super iuris firma,anno 1597.Nos de Inhibitionibus cap.5.§.9 n.108. Vbi alia exemplaria allegantur,& hoc etiam si aliquid de decisiuis includatur sub tali articulo, quia ad totum articulum attendendum est.
36 At quando † agitur de probanda consuetudine circa ordinem litis,nõ requiritur citatio partis,Anton.de Butr. in c. fin verf.ad primum,de cõsuetudine,Felin.in c.2.in 12.limitatione, de testibus, & ibi apostilla ad Abb. Bart. & Floriao. in l. 4. de testibus, Alexan. & Bald. in l.1.C.vt quæ desunt aduocatis,Hipolytus in l. de vno quoque. num. 70. de re iudicat. Alexan.cons.14.in quinto.Supposito,quod sint intelligendi in consuetudine circa ordinem litis,secundũ Gabriel.tit.de citatio.nu.339. Qui licet loquantur in probanda consuetudine,idẽ erit in quolibet actu circa litis ordinem; cum ratio sit eadem, scilicet parui præiudicij, Mieres de maioratibus, 3. par. quęst.18.nu.1.Euerard.in loco à ratione legis,etiam in pœnalibus,Paramo de origine Inquisit. quęst. 10. num.93. Quod enim accusetur hic,vel alibi parui præiudicij est,& ideo citandus nõ est, cum possit suas defensiones coram Iudice illo allegare, & ibi se defendere: & licet hæc ratio secundum aliquos non sine dubio transeat, quia quando pœna delicti potest alterari in alieno territorio,videtur,quod nõ sit facienda remissio DD.in d.c.fin. & in l. cunctos populos,C.de Episcopis, tamen Iudices contrarium iudicarunt.

37 Quarto negari non potest,quin † sententia de remittendo sit interlocutoria, quando non sit prima prouisio;quia spe
38 ctat diffinitiuam post se: at † interlocutoria, quæ modicum infert præiudiciũ parti, non requirit eius citationem, ex quo non est admodum præiudicialis, Abb. Butri. in cap.auditis, de procurator,Bart.in l.nec quidquã, §.vbi decretum,de offic.proconsul.&legat.Marsil. in l.de vnoquoq; de re iudicat. Paul. in l.recusare,in prin.ad Trebel. Lanfranc. in cap.quoniam contra,in §. de appellationibus,de probat.Marian.Socin.de citatione 22. casu, Felin. in capite secundo de testibus, Rebuf. in l. quod iussit, in glos. magna, numer. 20. de re iudicat. Aymon cons. 182. ita Ferrer in praxi, in processu de literis subsidiarijs. Hæc omnia proueniunt à modico præiudicio, vt per Bart. in l. de quibus, vers. secundo probatur,ff. de legib. Socin. consil.39. in vltim. lib. Dec. consil. 402. Socin. consil.36. volum.4. Ex quo nascitur id quod practicamus in Regno, scilicet

39 scilicet à † Cancellario competentiarum, & ab arbitris non dari recursum, quia præsumendum est, quod ita bene Iudex Ecclesiasticus, sicut secularis, & è conuerso iudicabunt, & ita partis modicum præiudicium inter esse videtur, vni magis quam alteri ex iudicibus cõtendentibus adiudicari. Et sic quia ex tali adiudicatione modicum præiudicium parti generatur, ideo non datur recursus, nec appellatio, Innocent. in cap. Pastoralis, numer. 3. & 8. de rescript. Portol. in foro 1. de las competencias, numer. 27. Regens Sesse de Inhibitionibus, cap. 9. §. 2. num. 27. Si igitur ibi, vt hic, potest se defendere, vbi doctissimi simul, & pijssimi Iudices sunt, quid quæso eius intersit non remitti? Sed quia possent aliqui non obstantibus his, in quibus Curia se fundauit ad sic decidendum, considerare aliquod præiudicium, in casu præsentis remissionis, vt dicitur in 113. decisione loquendo de sententia Cancellarij, & etiã propter dissimilitudinem legum; ideo sunt aliæ multę rationes, quibus congruum responsum dari non potest, & præcipue, quod sine difficultate est,
40 si † parte præsente non requiritur citatio, Angel. & Imol. in l. de vno quoque, de re iudicat. Francus in cap. cum parati, de appellatio. Alexand. consil. 123. in secundo, Iass. in rubric. C. de in ius vocando, & ibi Deci. communem dicens, quomodo hic reus tempore remissionis, & post in tanto tempore non allegauit aliquam exceptionem, circa requisita remissionis: vnde cum Iudi-
41 cum præcipuum munus sit, ne † veritas lateat, & diffugijs calumnijsque pereat, Lucas de Pena in l. quotiens, C. de naufragijs, lib. 11. Et hic cum notoria adsit veritas circa eius natiuitatem, & alia fori requisita, merito sic iudicandum visum est.

(?)

DECISIO CCX.

Procurator Vniuersitatis, an sit Procurator singulorum etiam eorum, qui in concessioni mandati interuenerunt.

SVMMARIVM.

Pœnas leuare, & exequi contra fractores statutorum, & contra tallantes, seu venantes in montibus vetatis pertinet ad Iuratos, quod intellige. n. 1. 10.

Accusare an possint plures in eodem libello aliquem propter diuersa delicta, vel è conuerso. num. 2.

Procurator Vniuersitatis non est procurator singulorum, etiã eorum qui interuenerunt in concessione mandati. n. 3. & 5.

Quod amplia, vt num. 4.

Mandatum Vniuersitatis est mandatum singularium, quando in mandato sunt verba distributiua singuli, & similia, quod intelligitur respectu singularium, nominibus scilicet proprijs, nu. 6. Quod intellige. num. 7. & 8.

Mandatum Vniuersitatis solum dicit interesse vniuersale, & non particulare alicuius, & sic non comprehendit singulares. num. 9.

Defectus mandati inducit nullitatem notoriam. num. 11.



NICOLAV Falcon, & Ioannes Sanz Iurati loci de Bordó, accusant criminaliter Iacobum Feliz Iustitiam dicti loci, ob vsurpatam iurisdictionem, quia dictus Iustitia fecit executionem in bonis particularium,

 quia

quia vindimiarunt ante festum Omniũ Sanctorum, quod facere non poterant particulares, nisi à dicto die, & non potuit Iustitia dictam executionem facere, nisi vsurpando iurisdictionem, cum ad Iuratos pertineat † leuare pœnas, &
1 exequi cõtra fractores statutorũ, & contra talantes, seu venantes in mõtibus vetatis, obserua. 2. de moderatione rerum venal. & propter alia delicta cõmissa circa potestatẽ quam habent dicti Iurati, secundum dict. obseruan. similiter, & particulares eum accusant in dict. processu propter easdem executiones, & etiam quidam Çabazequia accusat eũdem Iustitiam, quia fecerat eum capi; ex eo, quia dictus Çabazequia fecerat quasdam executiones, cum re vera non fuisset creatus Çabazequia, nec in suo officio iurasset, & tandem Iurati, & particulares accusant Iustitiam in vno, & eodem libello ratione diuersorum delictorum, sub diuersis diebus cõmissorũ: dubitatur an hęc accusatio procedat, & veniat Iustitia absoluendus ab obseruatione iudicij. Et videtur, quod sit absoluẽd⁹, & nõ procedat accusatio, omisso, an plu
2 res possint † in eodem libello accusare aliquem propter diuersa delicta, vel è conuerso, vnus possit plures accusare in eodẽ libello, de pluribus factis, de quo Salicetus in l. accusatoribus, C. de accusatio. Roman. cons. 240. Iul. Clar. in praxi q. 13. qui late. Illud certum est, quãtum attinet ad accusationẽ Iuratorũ, quod dicta accusatio est instituta sine parte legitima quia in processu nõ apparet nisi de vno procuratorio Iuratorũ, scilicet vniuersitatis, & singulariũ personarum vniuersitatem facientiũ, & est certissimũ, quod procurator vniuersitatis non
3 est procurator singulorũ, etiam eorum, qui interuenerunt in concessione mandati, l. 1. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine, vbi, si municipes, vel vniuersitas aliquẽ procuratorẽ faciunt, non sic accipitur, quasi à pluribus datũ; hic enim pro Republica, vel vniuersitate interuenit, non pro singulis, Dec. in c. eam te, vers. & ad hoc facit, de rescript. idẽ cons. 61. num. 3. Roman. cons. 400. nu. 5. Et multo minus † erit procurator singulariũ, qui
4 interuenerunt in dicta concessione mãdati in qualitate, & ratione officiorum suorum, veluti si sint tutores, executores, Iurati, Maiordomi, Çabazequię, & similes, pulchre Ægidius de Bellamera decis. 5. quem sequitur Vantius in tit. ex defectu mandati, num. 76 77. Ex quo sequitur, quod quando Iustitia vsurpasset iurisdictionem Iuratorum executando, totum interesse, & ius accusandi pertineret peculiariter ad Iuratos, & non ad vniuersitatem ob d. obseruan. 2. & per consequens, Iurati debuissent exhibere peculiarem potestatẽ suam, quod non fecerunt, & tantum exhibuerunt procuratorium vniuersitatis, quod non
5 sufficit; quia † procurator vniuersitatis non est procurator singularium personarum, & multo minus, vt dixi singularium, qui in qualitate officij interuenerunt, Çabazequia etiam non accusat, cũ particulari mandato à se concesso, sed solum cum supradicto procuratorio vniuersitatis; in quo nullo modo ipse interuenit, & sic habet minus dubium, & per consequens eius nomine agitur etiã sine mandato. Et licet secundũ aliquos
6 mandatum † vniuersitatis sit mandatũ singularium, veluti, quando in mandato sunt verba distributiua, singuli, & similia; sed hoc intelligitur respectu singularium nominibus, scilicet proprijs, vt per Alciat. cons. 4. in 2. dubio, Ruin. in primo volum. cons. 175. & in 4. volumi. cons. 129. num. 12. Sed non † debet intel-
7 ligi respectu singularium in qualitate suorum officiorũ interuenientium; quia tunc etiam si adsint verba distributiua, nunquam ad eos extenditur tale mandatum vniuersitatis, vt sic in casu nostro datis verbis distributiuis non cõprehendantur Iurati, vt Iurati, quo nomine debuerant accusare, sed nominibus proprijs.

Præterea supradicta regula, quod mã
8 datum vniuersitatis † est mandatum singula-

gulariũ, vbi ſunt verba diſtributiua, veluti, ſingulariter, particulariter, &c. debet intelligi in cauſis, in quib⁹ vniuerſitas habet intereſſe, quia tunc ſingulares videntur velle ſe obligare vna cum vniuerſitate, eam coadiuuando, ſecus autẽ in cauſis inquibus vniuerſitas non habet intereſſe, vt pulchre Alciatus conſ. 4. & eſt rationi conſonum, quia aliàs cũ mandato vniuerſitatis, cum verbis diſtributiuis, vt ordinarie fit, poſſet procu rator vniuerſitatis exigere quecumq; ſingularibus debentur, & eos obligare, & eorum cauſas proſequi, quod abſurdum eſſet, & hactenus non viſum; & cũ in noſtro caſu vniuerſitas non habeat aliquod intereſſe, ex quo ad eam non pertinent tales executiones caloniarũ, ſequitur quod Iurati nõ potuerunt, nec etiam Çabazequia accuſare cum mandato vniuerſitatis Iuſtitiam, nec particulares, tam nomine particulariũ, quã in qualitate officiorũ, & licet iurati ſint nominati in dicto mondato, illud eſt ratione officiorum ſuorum repreſentando vniuerſitatem, quia aliàs non valeret mandatum vniuerſitatis, obſeru. notandum eſt de procuratoribus, & vniuerſitas eſt certum quod nõ poteſt exe qui pęnas ſtatutarias, ſed ſolum Iurati, & ſic ipſa intereſſe principale nõ habet,

9 & † mandatum vniuerſitatis ſolum dicit intereſſe vniuerſale, & non particulare alicuius d. l. 2. l. ſicut, eod, & ſic non comprehendit ſingulares vt ibi; & reſpectu ſingularium, qui ſunt nominati in mandato nequaquam eſt ſufficiens poteſtas, quia ſingularibus non competit ius exequendi penas ſtatutarias, & ſic cum non habeant intereſſe principale non poſſũt accuſare, vt dictum eſt, ſolũ igitur pertinet Iuratis, vt Iuratis hoc ius accuſandi peculiariter, quia eſt qualitas officij, & non perſonę hoc ius, & cũ non adſit mandatum Iuratorum vt Iura torum ſequitur, quod ipſi non accuſant & quod nod datur pars legitima ad accũſandum, quia mandatum vniuerſitatis non repreſentat Iuratos, vt Iuratos deperſe, & ſeparatim, ſed ſimul cũ vniuerſitate, quod non ſufficit ad acuſandũ quia debuerat exhiberi ſpeciale mandatum Iuratorum.

10 Dici etiam poſſet, quod iuſticia executando non vſurpauit iuriſdictionem, quia licet hoc expectet ad Iuratos d. obſ. 2. non intelligitur † priuatiue, ſed comulatiue ad iudicem ordinariũ Angel. in l. 1. C. vbi & apud quem, Decius conſ. 3. num. 4. Gramm. deciſ. 30. num. 9. Rom. & Felin. & alij relati a Menoc. de arbitr. q. 40. facit in argumentum Nauarr. in cap. cum contingat remed. 1. interminis Azebed. lib. 3. tit. 6. l. 14. nu. 7. & 20. Auend. de exeq. mand. cap. 8. & 19. nu. 5. quod pro nunc nõ examino, Ex ſuperiorib⁹ tamẽ fundamẽtis; quia omnes acuſabant cum mandato inſuffi-

11 cienti, ſilicet vniuerſitatis, fuit abſolutus iuſticia acuſatus ab obſeruancia iudicij; quia defectus mandati inducit nul litantem notoriam, Vanci. ex defectu mandati in prin. vide improceſſũ Iurato de Bordon ſuper crim. de mẽſe Marcij. 1597. in Curiæ Iuſtitiæ Aragonum.

DECISIO CCXI.

Incendij materia tractatur.

SVMMARIVM.

INcendium omne criminaliter eſt punibile. num. 1.

Culpa leuiſſima in incendio nõ eſt punibilis. num. 2.

Culpa leuiſſima in incendio non eſt ſufficiens ad æſtimationem ſi in omittendo conſiſtit. num. 3.

Incendium commiſſum per leuem culpam alicuius teneturincendiarius ad dãni æſtimationem. num. 4.

Incendium commiſſumper leuẽ culpã ſi be-

si erit incendiarius, potest criminaliter damnari, non ad pœnam capitalem, sed pecuniariam, si commitatur culpa in tacendo non vero commitendo. num. 5.

Culpa grauior est tacere, quam ommittere, num. 6.

Culpa lata dolo proxima criminaliter punitur. num. 7.

Culpa proxima latæ culpæ, quæ dicitur leuis, punitur criminaliter. num. 8.

Culparum ordo est, leuissima, leuis, lata dolus. num. 9.

Culpa leuis in faciendo comissa est punibilis citra corporis pœnã. nu. 10.

Dolus, & lata culpa indistincte criminaliter punitur. num. 11.

Processus duo non sunt necessarij in materia incendij, nam vnico processu condemnatur incendiarius ad pœnam, & damnum. num. 12.

Culpam leuem committit pater vel dominus committens lumen seu lucernam accensam in manibus pueri in stabulo, seu alio loco periculoso. nu. 13.

Culpa maior est quã leuis, quẽ immittere ignem per se ipsum in stipulas tali tempore & loco, & tali modo, quo faciliter arbores vicinę essent comburendæ. n. 14.

Culpa leuis est illud ommittere facere, quod quilibet diligens pater familias eiusdem conditionis fecisset, traditur que exemplum. nu. 15.

Culpa lata est euitatio indeliberata, ab ea diligentia, quę inest communiter omnibus, qui sunt eiusdem conditionis & professionis. nu. 16.

Culpa lata in materia incendij quando committatur, traditur exemplũ. n. 17.

Dolus maior vel malitia maior quomodo in materia incendij possit coniecturari. num. 18.

Dolus, cum consistat in animo potest probari vere. num. 19.

Dolus probatur coniecturis, præsumptionibus & indicijs perspicuis. num. 20.

Dolus cognoscitur per exteriora & per verba loquentis. nu. 21.

Animus delinquentis cognoscitur per verba ab eo prolata. nu. 22.

Dolus in casu huius decisionis liquidissime constat. nu. 23.

Dolus & malitia aperte resultat, cũ factum nisi in malam partẽ accipi nõ possit. num. 24.

Traditur decisio circa dicta in Regio Consilio Criminali Aragonię. nu. 25.

1 ABEMVS in materia incendiorum varias culparum species a doctoribus cõsiderari, nam nec omne incendiũ criminaliter est punibile, nec omne incendium punitio ne caret, vt apparet difuse per Angel. de Malefici. in vers. incendiario, Bal. in l. data operaC. qui accusare non possũt, erudite per Ioseph. Ludouic. decis. 15. Thom. Grammat. decis. 3. & allegatos
2 per eos, † & ante omnia læuissima culpa in incendio punibilis non est, secundum Angel. vbi supra vers. quarto &c. Ludouicum vbi supra num. 13. Hiero-
3 nym. Gabriel cons. 159. imo nec ad dãni † ęstimationẽ sufficiet, si in omittendo consistat (nisi aliud ex natura contractus veniat) l. si cuius, aliàs, si vsufructus §. denique ff. de vsufruct. glo. in l. si mora, vbi Bartol. & alij ff. solut. matrimon. Gabriel vbi supra num. 3. Ludouic. n. 13. Couarrub. in 4. d. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 13. qui omnino videndus, Angel. in d. vers. 4. &c. quicquid dicat Grãmat. vbi sup. ideo ommissa culpa leuissima, ad alias transi

transitum facere oportet, & primo statim post læuisimam se offert leuis culpa, de qua hæc est communis resolutio,
4 † quod si incendium commissum sit per leuem culpam alicuius, tenebitur incendiarius ad æstimationem damni, Angel. vers. 3. casu &c. cõmunem dicit Ioseph. Ludouic. num. 10. vbi alios allegat, ita glo. communiter recepta in vers. debet in §. præterea instit. quib. modis re contrahir. obligatio, & sic quoad dãni emendationem nemo discrepat, † sed quoad
5 pænæ impositionem criminaliter agẽdo satis varij fuerunt DD. Verum Angel. vbi supra Bal. vbi supra Bart. quem Angel. refert, tenent incendiarium ex culpa etiam leui posse criminaliter damnari, non ad pænam capitalem, sed pecuniariam, & sic citra corporis pęnã saltem si committatur hæc leuis culpa
6 in faciendo, nõ in ommittendo, † nam secundum Bal. grauior culpa est facere, quam ommittere l. si eius §. de præteritis ff. de vsufruct. fundantur ij DD. in l. si fortuito ff. de incẽdio ruin. naufrag.
7 † vbi punitur criminaliter culpa dolo
8 proxima, ista est lata culpa, † item punitur ibi culpa proxima latæ culpæ, &
9 ista est læuis culpa, nam iste est † culparum ordo, leuissima, leuis, lata, dolus vt & omnes sciunt, qui textus omnino
10 est aduertẽdus, † nam absque dubio & satisfactione probat leuem culpam saltem in faciendo commissam esse punibilem, saltem citra corporis pænam, & sic pæna pecuniaria, qua lege moti idẽ tenẽt Ioseph. Ludouic. vbi supra nu. 11. vbi alios allegat in hanc sententiam, Iacob. Menoch. de arbitra. iudicũ quęstion. 162. lib. 2. casu 390. n 22. cũ sequẽt. & alij multi relati per Menochi, & Ludouic. moti ratione illius legis, cui responsum optimum vix dari potest.

Ex quibus tantę auctoritatis viris, & tã forti illius legis ratione nemo dubitare debet leuem culpam aliquo modo punibilem esse.

11 In lata vero culpa & dolo nullus vnquam dubitauit, nec modo dubitatur quin puniatur & criminaliter, secundũ varias pænas de quibus per DD. vbi supra, & ciuiliter damni scilicet restitutiõ ne per incendium dati, ita Angel. Ludouicus Menoch. vbi supra Gramm. & omnes, & hoc est notissimum omnibus iuris professoribus, & sic cum omnes in hoc concordent non est immorandum iuxta glo. 1. in l. 1. ff. de eo quod metus
12 causa, † nec necessarij erunt duo processus de iure, imo ex eodem processu, in quo incendiarius condemnabitur criminaliter, cõsequetur sua damna actor absque alia formatione processus, secũdum allegatos per Ludouicum vbi sup. num. 9. Angel. vers. 2. casu &c. & multo fortius in Regno ita quotidie fit & practicatur.

13 † Deueniendo modo ad casum propositę quæstionis est videndum, latam, vel leuem saltem culpam commisserit Michael Mallada, nam si de his, vel aliquo illorum constiterit, dubio procul condemnandus erit, & puniendus. Et primo quod leuem culpam commisserit, nullus dubitabit. Nam si culpa læuis est secundum Cagnol. in l. contractus num. 70. ff. de regul. iur. & Ludoui. vbi supra num. 22. & relatos per eos, quod scilicet pater, vel dominus lumen, seu lucernam accensam committanr in manibus puelli in stabulo, seu aliquo alio lo
14 co periculoso, † moior culpa lęuis erit, per se ipsum quem immittere ignem in stipulas tali tempore, & loco, & tali mo do, quo faciliter essent vicinę arbores
15 comburendæ, † non ne leuis culpæ est illud ommittere facere, † quod quilibet diligens pater familias eiusdem cõditionis fecisset? sic profecto, ita diffinit Bartol. in tract. testimon. num. 115. sane talis pater familiãs diligens eiusdem cõditionis, videns æstum vigere, & in magna quantitate stipulas ibi esse, non vndique per varias fundi partes, sed paulatim, & sensim ignẽ immisisset, ne sic im moderatis flamis & increscente igne facilius vicini arbores incẽderẽtur. Pręterea quis vnquam diligens agricola, vi dens

dens ventum ante accensum ignem flare, ita ignem immisisset? nullus certe, Vel saltem ita moderate vt ventorum vi, ignis longius non perduceretur, & tamen hic iam flabat ventus, vt ex depositionibus testium productorum pro parte accusantis apparet, ergo læuem culpam proculdubio commisit.

16 Quinimo & latam, nam si lata culpa est deuiatio indeliberata ab ea diligẽtia, quæ inest cõmuniter omnibus, qui sunt eiusdem conditionis, & professio-
17 nis, & † hic resultat apertissime: quia nullus reperietur agricola, qui in continenti non laborasset circa extinguendum ignẽ omnibus modis, quibus posset; quinimo & conuocasset vicinos, vt auxilium sibi circa illud prestarent, quod Michael Mallada nunquam fecit, vt apparet per testes accusantis, quod si aprincipio fecisset, dubium non est, quin ignem extincxisset, ex quo lata
18 culpa ita videtur resultare, vt nihil amplius expectari possit. † Verum strictius procedendo considerandum est, ex quo facto maior dolus, maiorq; malicia coniecturari possit, quam ex isto quod sequitur: nam cum inter fundum suum in quo ignis erat, & ortum Petri Lopez, vbi erant arbores combustæ, transiret in longum medio itinere, & via, quidã aquæ ductus, seu vt ita dicam azequia, aqua plena, quæ poterat impedire, ne ignis ad arbores perduceretur, dictus Mallada data opera, dolo, malo animo, & malitia, aquã inde in alium locum diuertit, & illico, cum aliquid impedimẽto igni non esset, ceperunt ardere stipulæ intra dictum aquæ ductum, & per eas ita ardentes, itidem & arbores, quę ibi erant comburi, quæ omnia per ocularẽ inspectionem Çalmetinæ constant, & sic contradictionem non recipiunt, cum hoc genus euidẽtis probationis omnes alios superet Hippolit. de Marsil. in rub.
19 de probat. num. 157. † & si verum est dolum (cum in animo consistat) vere pro-
20 bari non posse, † & sic ex coniecturis, & præsumptionibus, & indicijs perspicuis fore probandum l. dolum C. de dolo, est videndus Mascard. qui late hoc prosequitur in verb. dolus, Hippolyt. de Marsil. in l. 1. n. 27. C. ad l. Cornel. de Si-
21 car. DD. ad glos. in d. l. 1. † Quę dicit, cognosci dolum per exteriora, & non solũ per factum, sed etiam per verba loquẽ-
22 tis, † cum per talia animus delinquentis cognoscatur l. labeo. §. idem Tubero ff.
23 de supellect. legat, † certe in casu præsẽti constat de dolo liquidissime, quod enim magis argumentum doli, quam quod aquam alio diuertat, quæ alias impedimento fuisset, quominus ignis ad arbores deuenisset, & si tunc ex traductione aquę aliquid boni vel cõmodi intendisset, forsan talis venia dignus esset; verum ad nullum finem poterat sibi prodesse in suo fundo aqua, cum nullum in eo esset periculum arbores comburendas fore, cum nullæ ibi essẽt, & deinde expidiebant ibi comburi in totum stipulas in suo fundo, non vero ignem extingui in eo. Et sic resulat ex huiusmodi facto, quod sibi non prode-
24 rat, alii vero nocere poterat, resultare dolum, & malitiam manifestam, cum tale factum non nisi in malam partem accipi possit Mascard. vbi supra num. 7. & ex superioribus apparet. Accedat his, dictum Mallada fuisse monitum, ne illud faceret, & de periculo certioratum, qui his non obstantibus, verbis iniuriose prolatis, & iracundis, respondit, se velle illud facere, dicẽns *Habeo, vnde dãnum soluam*: qui ergo scit damnum & incendium oriri posse, & se illud soluturũ vt ipse dicebat, & hoc non obstante in malo opere prosequitur, non ne dat indicium manifestum malitiæ suę & doli? & pręsertim cum dictus Mallada tã male opinionis existat, cum infamatus sit ex furtis mille, & pręsertim de alio incendij crimine sit irretitus, quod simili modo commisit in alia hæreditate, & fundo, quod in processu probatur: vnde in eodem genere mali malum fuisse & esse præsumitur, ex regula semel malus vbi Din. de regul. iur. in 6.

His

His attentis dictus Michael Mallada fuit exiliatus per aliquos annos, & condemnatus in expensis & damnis. Vide in processu Petri Lopez de Pasqualia contra Michaelem Mallada super criminali in Regio Consilio Criminali, circa annum 1587. me existente aduocatio in dicta causa.

DECISIO CCXII.

Minor quatuordecim annorum si delictum cõmittat an veniat puniendus, pœna ordinaria?

SVMMARIVM.

Facti species proponitur. num. 1.

Pupillus doli capax proximus pubertati si delinquat non punitur pœna ordinaria, sed mitiori, & hęc duo sunt necessaria, & proximitas pubertati, & doli capacitas. nu. 2. 3.

Si doli capacitas desiit, etiam si proximus pubertati sit, non punitur. num. 4.

Si doli capax sit non tamen proximus pubertati nunquam punitur. nu. 5.

Impubes doli capax committens furtũ tenetur ad damnum furti condictione furtiua, & lege Aquilia, tamen si non est doli capax, neque de furto, neque de consilio, neque de opere tenetur. num. 6. 7.

Impuberes doli capaces dicuntur quãdo sunt proximi pubertati. nu. 8.

Impuberes proximi pubertati dicuntur quando masculi habent decem annos, & dimidium, fœminæ vero nouem, & dimidium. num. 9.

Traditur opinio Saliceti quãdo dicantur proximi pubertati. num. 10.

Proximi pubertati quando dicantur arbitrio iudicis relinquitur, nu. 11.

Multi reperiuntur breuiori tempore magis dolosi, quam alij, qui tota vita simplices sunt. nu. 12.

Refertur opinio Ananiæ circa doli capacitatem. nu. 13.

Iura ad absoluendum, quam ad condẽnandum potius inclinant. nu. 14.

Nemo tenetur pro eo, quod alij fecerunt, sed pro eo, quod fecit, nisi constet clare quod auxilium dederit. nu. 15. 16

Ætas debilis vix potest aliquid mali facere. num. 17.

Tractatus, & deliberatio non est punibilis. num. 18.

Homicidiũ præsens inopinate, & indeliberate non punitur. num. 19.

In nostro cassu inopinate præsens fuit. num. 20.


Ex presentia non potest dici insultantem factum fuisse audaciorem, nisi fuisset armatus, & constaret quod ex proposito illuc venisset. nu. 22.

Festinatio cum possit se habere ad vtrumque, in dubio pro reo iudicandum est. num. 23.

Negatiua percussi te non animo occidendi, nec alios iuuandi, probari potest per præsumptiones. num. 24.

Traduntur præsumptiones quæ faciũt in nostra specie. num. 25.

Traditur sententia lata a Regijs Consiliarijs. num. 26.



Aluator Beltran quondã vicinus loci de Burjalaroz in terminis eiusdem loci, (super reparatione cuiusdam zequię orta quæstione inter eũ & Antonium Villagrasa

sa maiorem natu dicti loci vicinum) Antoninum verbis opprobrij & infamię affecit, quibus dictus Antonius commotus & affectus filios suos (qui non longe ab eo distabant, pęnes dictum locum, pergentes, vocatos Dominicum & Antonium Villagrassa vociferando) uocauit, qui ad eum velociori progressu pergentes, ipsum quæ consequuti, causaq; vocationis scita, vlterius per eandem viam, qua venerant, progredientes, in eadem, casu, dictum Saluatorem Beltrā obuiam venientem aggresi fuerunt, & dictus Dominicus Villagrassa prior incedens, sic dictum Beltran vulnerauit vno ictu & interfecit, dictis Antonio Villagrassa eius patre, & eius fratre absque armis, & sine præstatione auxilij, ibidem repertis. Accusatur dictus Antonius Villagrassa minor, qui tunc temporis erat ętatis duodecim annorū, quod ipse dictum homicidium perpetrauerit seu saltem, eidem auxilium præstiterit, aut ex proposito vel animo deliberato illuc cum patre & fatre venerit.

2

Primo certissimum est, pupillum doli capacem proximum pubertati delinquentem posse pro delicto puniri, non tamen ordinaria pæna, sed mitius, etiā pro graui delicto, ita vt eius pæna sit citra mortem, & membri mutilationem cap. 1. & 2. de delict. puerorum, & pluries iudicari & seruari refert Iul. Clarus lib. 5. §. fin. quæst. 60. col. 1. vbi allegat iura, Hippolyt. in l. si infans num. 15. in fin. ff. de sicar. idem in l. si quis te, num. 2. C. eo. Panormit. in cap. 1. num. 3. de delict. pue-
3 rorum. † Quod ita intelligendum est, vt & vtrumque concurrat, scilicet, capacitas doli, & proximitas pubertatis, Angel. de malefici in ver. vos scienter & dolose, a num. 60. vbi refert se ita in facto obtinuisse, & pluries habuisse &c menti perpetuo tenendum, Iul. Clar. vbi supra, † adeo vt si doli capacitas de-
4 fiit, etiam si proximus pubertati sit, nunquā puniatur, ex Iulio Claro in prima col. Ioannes de Anania in cap. 1. in 3. col.
5 de delict. puenor. & † econtrario, licet doli capax sit, non tamen proximus pubertati, numquā punietur, allegant tex. in l. hæredibus in fine ff. de dolo, vbi dicitur, quod pupillus non potest conueniri ex dolo suo, nisi proximus pubertati sit, concordat glos. 1. in verb. capax, in l. impuberem, quæ allegat alia iura ff. de furtis; in qua etiam lege clare
6 probatur iuncta glo. fin † quod si impubes doli capax cōmitit furtum, & damnum, tenetur furti & condictione furti-
7 ua, & etiam l. aquilia, † aliàs si non est doli capax, neque de furto neque de cō silio, neque de opere tenetur vt in simili vult glos. in vers. non esse, in principio in cap. 1. de delict. puerorum, ita Anania vbi supra in 3. col. † Sed dubitatio
8 est in casu nostro, an tempore perpetrati delicti iste accusatus, qui tunc erat duodecim annorum, posset dici doli capax & proximus pubertati, in quo nō est per saltum transeundum, sed maxime considerandum. Et licet dici soleat quod tunc dicatur quis doli capax, quā-
9 do est proximus pubertati, † tunc autem proximus pubertati, quādo masculus habet decem annos & dimidium fęmina vero nouem & dimidium vt voluit glos. 1 in l. pupillū ff. de regul. iur. & glo. in verbo infantię §. pupillus instit de inutil. stipulat, & alijs iuribus & hoc ea ratione, quam Anania adfert vbi supra in 2. col. circa medium, vt tempus intermedium a finita infantia vsque ad pubertatem per medium diuidatur; ma-
10 gis † tamen placet Salicet. in l. impunitas C. de pænis, vbi nō credit, quod quātum ad doli capacitatem proximus pubertati dicatur ille, qui ad infantia &c sic septimo anno excedit medietatem
11 annorum pupillaris ætatis, † sed quod imo istud tanquam indeterminatum a iure, debet iudicis arbitrio relinqui, argumento l. 3. in prin. de testib. l. 1. cum si-
12 mil. de iur. deliberan. † Reperiūtur enim aliqui breuiori tempore magis dolosi, quam alij, alij vero, qui tota vita simplices sunt, hoc idem tenet Anania in 3. col.

col. † vbi pulchre dicit, quod etiam si quis sit proximus pubertati, & excedat illam medietatem annorum, non propterea præsumitur esse doli capax, vt voluit bene glo. in verbo pubescere & ibi in margine in cap. 1. de delict. puerorũ, quam bonam glossam appellat Panor. ibi nu. 5. & sic licet reperiantur iura, quæ faciunt mentionem de doli capace, nõ tamẽ reperitur textus in iure, qui clare indicet, quando quis dicatur doli capax & sic erit arbitrarium iudici hoc cog-
14 noscere: † vnde cum hic agamus de defensione, & absolutione rei, vbi iura declinant ad absoluendum potius quam ad condemnandum, & in casu nostro iste sine armis, vocatus a patre & timidus reperiatur, quem & hodie magis certe simplicitas, quam malitia commitatur, iustissimum erit, vt eum pro non capace doli iudices reputent, vt sic hoc re requisito deficiente nullatenus puniatur.

15 † Secundum, certum est, quod cum nemo teneatur nisi pro eo quod fecit, & non pro eo, quod alij fecerunt, l. si in ri-
16 xa ff. de sicar. † nisi quando constat clare quod auxilium dederit, & fauorem, secundum Hippolytum in l. si in rixa nu. 31. ff. de sicar. idem in l. nihil interest nu. 14. nam non debet aliquis pro alterius facto puniri, vt notant DD. in cap. 2. & fin. de constit. & in canon. 1. pri. quæst. 4. & in casu nostro iste vulnus non intulit, sequitur, vt solum teneatur de auxilio, si clare de eo constet, & si bene con
17 sideretur, multum abest ab eo, nam † atenta debili illius ætate, in qua vix poterat aliquid mali facere, & præsertim, quia iste accusatus dum villam rediret, absque prauo animo nocendi alicui vocatus fuit a patre, vt veniret vna cum fratre suo ad reficiendum aquæ ductum de quo quæstio fuerat inter illorum patrem, & mortuum, dum viueret, de quo regressu constat in processu per testes fide dignos ex aduerso productos, vocatos Iacobum Samper, & Ioannem Palã cio, ex quo clare cõstat quod absque de liberatione aliqua iste accusatus patrẽ
18 sequebatur, † Iam ergo ex tractatu & deliberatione non potest puniri aliqua ratione, cum tractatum non habuerit, neque deliberationem, quantumcumq; delictum exinde fuerit subsequutum, vt bene notat Hippolyt. in d. l. nihil interest nu. 21. ff. de sicar. Clar. lib. 5. § homicidium in vers. alia etiam est defen-
19 sio, vbi dicit, † quod si aliquis intersit homicidio ex improuisso, inopinate, non vero deliberate, nec ex proposito, nulla ra-
20 tione debet puniri, † vt in casu isto constat, quod inopinate iste, & ex improuiso, & non ex proposito, nec deliberate venit ad maleficium: quinimo, licet aliquis auxilium dederit maleficio inopinate, & absque animo deliberato, etiã nullo modo punitur, ex Iulio Claro vbi supra, & est communis opinio ex Menochio de arbitrar. lib. 2. cẽturia 4. cas. 349.
21 † Nec dici potest, quod ex præsentia suã insultans fuerit factus audatior, insultatus que timidior, & maleficium actum, vt eo modo dicatur auxilium præstare, secundum Bald. in l. non ideo minus in pænul. colum. C. qui accusare non possunt. Hippolyt. in d. l. si in rixa num. 45. †
22 quia hoc procederet, quando fuisset armatus, & constaret, quod ex proposito illuc venisset; nam si casu ibi fuisset, nõ esset aliquo modo puniendus, ex Iulio Claro in practica criminali quæst. 90. vers. quæro nunquid ille in fin. Nec obstat dicere, quod iste festinauit cũ eius fratre & patre contra Saluatorem Beltran, relictis Vincencio Beltran eius famulo, & quodam puero vocato Ioanne Sana Huja. Nam hoc licet aliquãtulum obstet, nõ tamen adstringit: quia cum iam ipsi venirent currendo, quia nox appropinquabat, & recta via, per quam & alij versus eos veniebant, necessario debebant, relictis illis duobus, quos prius adierant, versus Saluatorem, qui eadem via incedebat, pergere: & licet Dominicus Villagrassa homicida talem animum occidendi duceret, iste accusatus, in eodem non erat animo & licet

patet

pater ad idem aspiraret. Adhuc tamen ex hoc, & ex festinatione non potest in minore induci animus nociuus, quia patrem sequebatur currendo, ad quod cũ naturalis inclinatio impellebat, insciius futuri sceleris.

23 † Cum ergo ista festinatio habere se posit ad vtrumque, scilicet, & ad damnum inferendum, & etiam ad sequendum patrem, in dubio pro reo iudicandum est, & eius liberatione, vt est notissimum in iure, in dubio, & in pari causa fauendum esse reo, cap. fin. cum vulgat. de sent. & re iudicat. Nec obstat illud quod videatur impedijsse, quominus Vincencius Beltran abstulerit sicam homicidę, festinando contra eundem vna cum patre suo: nam hoc esset diuinare; nec sequitur, intuli vulnus vni, vel irrui contra aliquem, ergo feci illud gratia dandi auxilium aliis rixantibus: & vltra id quod hęc consequentia non valet,

24 † ista negatiua, per eusi te nõ animo occidendi, nec alios iuuandi probari potest per præsumptiones, iuxta glos. in l. 2. C. de sicar. in qua fundauit suam defensionẽ Cæpol. in 1. consilio criminali, multæque sunt prę-

25 sumptiones in casu isto † ad probandũ hanc negatiuam. Aduertẽdo, quod Vincentius Beltran testis pro parte acusantis deponens, erat consanguineus, siue frater patruelis defuncti, vt ipse in sua depositione respondendo interrogatio ni forali fatetur, & erat etiam famulus dicti defuncti tempore eius mortis; vt ipse etiam in eius depositione in principio asserit: & sic duas patitur exceptiones, & quamuis daremus, quod vna illarum non impediret in heremo: duæ tamen impediunt & de foro in causa criminali consanguinei interfecti, cũ agitur de morte eius, non admittuntur in testes, sed reputantur pro inimicis, vt in obseruantia item nota 1. tit. de probat. Fuit ex his lata sequens sententia.

26 Die secũda Septẽbris † 1588. in dicta causa, Illustres Domini Regij consiliarij causarum criminalium præsentis Rega

27 ni pronuntiarunt † pro vt sequitur. Di Locumtenent. G. attenti. contentis &c. de consilio pronuntiat, & condemnat Antonium Villagrassa accusatum ad exilium duorum annorum a præsenti ciuitate Cæsaraugustę, & loco de Burjalaroz, & eorum respectu terminorum, cũ comminatione, quod si prædictum fregerit exilium, sit exiliatus ab eisdẽ per tempus quatuor annorum, & in expensis, & damnis in posterum taxandis, & liquidandis. Improcessu Saluatoris Beltran contra Antonium Villagrassa.

DECISIO CCXIII.

De damnatis ad bestias & falsarijs monetę.

SVMMARIVM.

Onetam tondentes damnantur ad bestias, & quæ sit ista pæna declaratur. num. 1.

Pæna damnati ad bestias) secũdum Hippol. sententiam) ad curandas, vel custodiẽdas exponitur. nu. 2.

Pæna damnati ad bestias etiam ad tergendas vel custodiendas intelligitur. n. 3.

Pæna vt quis bestijs subiciatur, est vltimo supplicio damnari. numer. 4.

Minsingerij sententia est, subicij bestijs esse, eos, qui in nullam pugnam damnantur, sed magis vt a feris statim dilanientur. num. 5.

Montalti sententia est, idem esse damnare ad bestias, & illis subici. num 6.

Deportatio successit hodie in locum istarum pænarum antiquarum damnare ad bestias & illis subici. num. 7

Deportationẽ successisse loco pænarũ antiquarum auctor concordat. nu. 8.

Decretum Regiæ Audientię. n. 9.

POE-

ÆNA damnati ad bestias, quæ de iure sit, nondũ plene visum est, nam Alberic. in l. quicumq; de falsis, vbi † tõ
1 dentes monetam dantur ad bestias, teste Menoch. de arbitr. casu 316. num. 34. Hyppolit. in l. qui falsum num. 109. ad l. Cornel. de fals. expo
2 nit ad † curandas, vel custodiendas, nõ tamen vt occidatur ab eis: quia sic esset maior pœna liberi, quam serui, qui tamen seuerius per legem illam punitur, quia punitur vltimo supplicio, quæ pœna maior est, quam damnatio ad bestias: Hęc Alberic. vbi obiter pro eodẽ accepit dari, & condemnari ad bestias, idem Alberic. in l. qui cum vno, §. 1. ff. de re milit. exponit, datus † ad bestias,
3 scilicet tergendas, vel custodiendas, nam aliter dicendo, id est intelligendo de vltimo supplicio, non augeretur pœna profugienti: qui debet capite puniri secundum illum textum: secus au-
4 tem secundum Alberic. est, si † quis bestijs subijciatur, vel obijciatur, quia tunc vltimo supplicio damnatur, l. fin. C. de plagia, l. penult. ff. ad l. Pompei. de parricid. hucusque bene Alberic. in alijs autem se multum inuoluit.

Angelus Aretinus in §. pœnę instit. quib. modis ius patriæ potestat. solui-
5 tur, dicit, subijci, † & obijci bestijs eos, qui in nullam pugnam damnantur, sed magis, vt a feris statim dilanientur, d. l. pœna, in quo conuenit cum Alberic. sed damnatos ad bestias intelligit, qui in schola venatoria exercitati conficiũdis in teatro bestijs adducuntur, & per hoc fiunt serui pœnæ. l. aut damnum, §. quicumque, ff. de pœnis, sed ibi loquitur tex. de damnatis in ludum venatoriũ, & in hoc secundo Angelus non discrepat ab Alberico: quia pœna in hoc casu est etiam munus, & officium bestiale, citra mortem tamen, sicut etiam Alberic, constituit, licet glos. in d. l. pœna de parricidi. ponat in hac pœna mortẽ, quæ tamẽ falsa est, secundũ Montal. inf.

6 Montaltus † autem de reprobatione sententię Pilati. 2. dub. nu. 60. sentit idẽ esse damnare ad bestias, & subijci bestijs, & pœnam subiectorum bestijs dicit esse, vt cũ eis comedat, & deducar, aliaque bestialia similia faciat, secundũ glos. in §. pœnę vbi supra, licet glos. in l. qui vltimo, ff. de pœn. aliter sentiat, scilicet, quod in tali pœna sit mors, & am-
7 plius dicit, quod hodie † loco istarum pœnarum antiquarum, vt est ista, & pœna aquę, & ignis, successit deportatio, vt habetur in l. Gallus, §. & quid si tantum, vbi glos. & DD. de lib. & posthum. Hęc Montaltus qui tertiam opinionem solam facit.

Alciat. lib. 2. Parergon. declarando legem ad bestias, dicit idem esse damnari ad bestias, & obijci bestijs, & exponit ad bestias damnatos, solitos bestijs obijci, & consumi. Iam igitur Montal. & Alciat. sibi oppositi nõ distinguunt: vnde
8 magis † mihi placet opinio Alberic. sed & illud Montalti mihi placet, scilicet, loco harum pœnarum deportationem successisse, vt sup. & sequitur Carolus Sigoni de antiquo iure, tit. de iud. lib. 2. c. 3. lib. 3. c. 3. & c. 16. Et sic in vim superio-
9 rum, fuit id † omne, quod sequor, decisum, & sic motiuatum in processibus sequentibus Iuratorum Cæsaraugustę cõtra Benitum Flaquet, de mense Martij 1608. In consulta Çalmetinæ, & alias multoties in eodem Consilio fuit iudicatũ, me ibi existente, quod attestor.

DECISIO CCXIIII.

Barateriæ delictũ testibus singularibus probatur.

SVMMARIVM.

Barateriæ delictum atrocissimum est, pariterq; est falsitatis, sicque minor probatio sufficit, & testes alias inhabiles admittuntur. num. 1.

Barateria probatur etiam cum testibus singularibus propter eius atrocitatem, in alijs

in alijs autem delictis secus.num.2.

Barateria iudicis per tres testes singulares de proprio, vel singulari facto deponentes, sufficienter probata dicitur. nu.3.



1 ARATERIÆ delictũ est atrocissimum, & falsitatis, & ob id minor probatio sufficit, & testes etiam aliàs inhabiles sufficiunt, Hyppolit. in l. Cornelia, num.13. ff. ad l. Cornel. de sicar. Et cum barateria & receptio muneris fiat per iudicem clandestine, admittitur propterea probationes, quæ aliàs minime admitterentur, Bart. Iass. in l. si quis ex argentarijs, §. prætor ait, ff. de edend. Alexand. cons. 10. in 2. Bald. in l. in illa stipulatione, ff. de verbo. obligation. Thomas Grammat. vot. 3. Carrerius Reginus in l. obseruare, C. quorum appellat. non recipia. num.165.

2 Et licet testes † etiam mille singulares non probent, Bald. in l. iuris iurandi, C. de testib. Felin. in cap. licet ex quadã

3 de testib. tamen † tres testes singulares etiam de proprio, vel singulari facto deponentes, sufficiunt ad probandum iudicis barateriam, ob excogitatas fraudes iudicis illam committentis, argumento eorum, quæ notat Ioan. Andr. in cap. ex literis, de iure iurand. Bal. in rubr. de officio Iudicis, & in l. emptione, C. plus valere, Decius consil. 18. in princ. Ioannes de Platea in l. fin. C. de vsur. fisc. lib.10. Iass. in l. licet Imperator, ff. de legat. 1. Afflict. in constit. Regi. rubr. 6. nom.19. Aymon Crauet. de antiquit. 4. part. vers. sed enim, num.12. Sic fuit habitum pro constanti in denunciatione Don Gabrielis Blasco de Alagon, anno 1602. Licet non fuisset probata barateria. Verum in processibus Inquisitionum, contra officiales delinquentes, vidi ex hoc eos suspensos, & punitos, quos non nomino.

(??)

DECISIO CC.XV.

Computum, computatores Regni.

SVMMARIVM.

IVris firma grauaminum fiendorum cõtra computatores Regni prouideri recte potest. num.1.

Decretum Curiæ Iustitię Aragonum, in quo fuit firma prouisa contra computatores Regni, traditur. num.2.



1 ONTRA † computatores potest prouideri iuris firma grauaminum fiendorum, si aliquid iniuste volunt facere, veluti executionem aliquam desaforatam, vel aliquem contra iustitiam grauare, veluti, non admittendo in suis compotis aliquam partitam iustam, nam solet dari firma, vt eam admittant, si talis videatur Locumtenentibus.

Denique potest contra eos prouideri firma, sicut contra alios Regni Iudi-

2 ces: sic fuit prouisa † iuris firma in anno 1594. vide in processu Don Francisci de Moncayo super iuris firma, & in processu Gondizalui Martinez de Marzilla super iuris firma, eodem anno, vel sequenti: vide in processu Prioris de Sancta Christina, & aliorum, super iuris firma, credo, quod anno 1583. & in processu Alphonsi Villalpando, super iuris firma, anno 1598. vide in alio processu D. Sanctij Hernando Abbatis Monasterij de Piedra, & aliorum super iuris firma, 14. Iunij 1588.

DECISIO CCXVI.

Consulant Deputati Regni Locumten. Iust. Arago.

SVMMARIVM.

DEputati Regni consulere possunt Locumtenentes, in quibus rebus sunt expen-

expendendæ pecuniæ Generalitatum, vltra quantitatem sibi permissam, quæ est vsque ad 3000. libr. nam vltra eam absq; consulta expendere nequeunt. num. 1.

2. *Diputati an in transitu alicuius Principis sufficientem causam habeant consultandi Locumtenentes, & illi respondere consultæ, dilucidatur. num. 2.*

3. *Decretum Curiæ Iustitiæ Aragonum circa huiusmodi consultas, & quod tantum consulant ad expendendum pro causis, quæ respiciant vtilitatem, & beneficium Regni, & Regis, & hoc est arbitrium Iudicis decernere. num. 3.*

4. *Deputati consultare possunt cum Locumtenentibus, si ad mittendos ambassiatores ad Regem pro conseruatione libertatum expendere possint quantitates pro sumptibus. num. 4.*

5. *Decretum Curiæ Iustitiæ Aragonũ circa supprimendum sex mille libras rentales, annuales, ex quatuordecim mille, quæ consumuntur in sustentu guardiæ ordinariæ Regni, quas Deputati distribuunt, declaratur. num. 5.*

6.

1 DEPVTATI possunt consulere Locumtenentes in casibus pro tempore occurrentibus, in quibus sunt expendendæ pecuniæ Generalitatum, vltra quantitatem sibi permissam, quæ est vsque ad 3000. libras, nam vltra eam non possunt expendere sine consulta. Sed videamus an † erit
2 sufficiens causa consultandi, & respondendi consultę, transitus alicuius Principis, vt bona (non eius, si sit de domo Regia Hispaniæ, quia sunt liberæ) suorum comitantium sint libera, vel quod pro illis soluantur iura Generalitatis administratori expensis Regni. Forus dicit, quod solum consulant ad expendendum pro causis, & negocijs, quæ respiciant beneficium Regni, & Regis, & sic est † arbitrium Iudicis in hoc discerne
3 re hoc beneficium, nam fuit hoc iudicatum pro beneficio Regni, & Regis, vide in processu Deputatorum Regni super consulta, die decima Maij millesimo quingentesimo nonagesimo primo, & in alio processu die primo Februarij anni 1593. & in alio die primo Aprilis 1585. & in alio simili processu Deputatorum Regni, super consulta in mense Septembris 1595. & in alio processu 14. Iunij 1591. in Curia Iustitiæ Aragonum.

4 Consultare possunt † Deputati cum Locumtenentibus, si ad mittendos ambassiatores ad Regem pro conseruatione libertatum, possunt expendere quantitates pro sumptibus, qui se offerunt in hoc, & solet dari licentia, & permissum à Locumtenentibus, & tunc possunt ratione sumptuum expendere maiora salaria, quam continentur in actibus Curiæ, vide in processu Deputatorum Regni, super consulta, die 22. 23. Nouemb. 1597.

In mense † Septembris anni 1599. quã
5 do Dominus Rex Philippus II. transiuit per hanc ciuitatem eundo Madritum, interposuerunt consultam Deputati, an
1 possent supprimere sex mille libras rentales annuales ex illis quatuordecim mille, quæ cõsumuntur in sustẽtu Guardiæ ordinariæ Regni, & quas distribuũt Deputati, an possent eas supprimere, & dare Domino Regi pro aduentu suo, quia venerat ad supplicationem Regni pro celebrandis Curijs, quas tamen non celebrauit. Et fuit per meos collegas responsum, quod sic, & licet responsio fuerit data sub ambiguitate (quam nondũ Deputati intellexerunt) tamen, re vera hoc fuit factum, & sic
5 habuit effectum prætensum per Deputatos. Duo tamen Locumtenentes eam denegarunt, ex Deputatis fuit vnus, qui fuit voti, quod non poterat hoc consultari.

DECISIO CC.XVII.

Actore non probante, quomodo reus absoluatur.

SVMMARIVM.

Actore contumace etiam lite contesta ta, nec probante, nondum dato termino ad probandum, reum se non defendentem absoluendum ab obseruatione iudicio, non tamen diffinitiue traditur. n. 1.

Contrarium de praxi, scilicet diffinitiue absolui. num. 2.

Reus diffinitiue absoluitur, vbi vtraque parte præsente probationibus statutus est terminus. num. 3.

Actore intra terminum non probante absoluitur reus ab instantia iudicij pro bono Reipublicæ, vt iterum accusari possit, de iure secus est. num. 4.

Sententia absolutoria simpliciter lata diffinitiua est, vtriusq; tamen idem est effectus. num. 5.

Actore non probante, reus absens ab eo tempore, quo assignatur terminus probatorius, absoluitur ab instantia tantum, diffinitiue tamen de praxi, etiam si reo absente, & contumace, nec lite per eum contestata actor, qui probationis viam elegerat in ea defecerit, vel non habuerit terminum ad probandum, cum probationem non obtulerit. num. 6. & 7.

Actor si assignato termino contra reũ semper absentem non probat, absoluitur reus ab instantia tantum, vt hoc casu minus imputetur actori, quia si reus adesset forte agnosceret intentionem agentis. numer. 8.

Si reus non semper fuit absens, sed lite cum eo contestata, cæpit esse absens eo tempore, quo assignatur actori terminus, absoluitur reus diffinitiue. num. 9.

Negans a principio, & postea absens præsumitur, quod semper in negatiua perseuerauerit. num. 10.

Paria sunt, quod a iure, vel a partibus terminis statuatur ad propositum pronunciandi contra absentem, & præsentem. num. 11.

Reus absoluitur, licet non petierit se absolui. num. 12.



IN Processu Francisci Litago super Iuris firma, 4. Februar. 1603. in Curia Iust. Arago. fuit absolutus reus ab obseruatione Iudicij tãtum, quia non probauit actor aliquid, in processu ciuili, vbi reus fuit semper absens.

1. Regula.

1 ACtore contumace, etiam lite contestata, nec probante, nondum dato termino ad probandum eius petitionem, reum præsentem, nec docentem iura sua, nec propriam defensionem, absoluendum ab obseruatione tantum, non diffinitiue, tradunt textus, vbi glo. & communis in l. admonendi, ff. de iureiuran. & l. properandum, §. cũ quidem, C. de iud. Bart. & commun. in dict. l. admonendi, glos. & communis in Authent. qui semel, C. quomod. & quando iud. moderni, in l. qui accusare, C. de edendo, Couar. lib. 1. var-
2 riar. cap. 1. numer. 8. in fin. vbi de praxi contrarium seruari testatur; vt actore absente, & contumace, & ideo non probante reus, licet quidquam in sui defensionem non probauerit, diffinitiue absoluatur.

2 Re-

2. Regula.

3 EX frequẽtiori opinione DD. actore non probãte reus diffinitiue debet absolui a petitis, saltem vbi vtraq; parte pręsente fuerit eidem statutus terminus ad probandum, glos. in Authent. qui semel, vers. locum habet, C. quomod. & quando, Couarru. numer. 8. vers. nam licet, vbi allegat Bart. & Doctores in l. admonendi numer. 3 de iure iuran. Abb. in cap. examinata, columna vltima de iud. l. argentarius, §.
4 cum autem, de edendo, Castr. & alij in l. qui accusare, C. de edendo, Alexand. & alij in l. properandum, §. & si quidem, & §. sin autem reus, C. de iud. (apud quos habes, an reus sit a petitione actoris absoluendus, vel ab obseruatione iudicij, quando nec actor probauerit, nec ei fuit statutus terminus ad probandum) Mascard. conclus. 36. numer. 58. Neuizan. cons. 19. numer. 15. Pacian. lib. 1. cap. 67. num. 30. iuncto num. 33. & 39. vbi alij multi, vt sic communis hæc sit. Verum Couarr. dicit, in causis criminalibus ex praxi Regni contrariũ seruari, quoties accusator intra terminum sibi datum á Iudice non probat, nam absoluitur reus ab instantia tantum Iudicij, ob bonum Reipublicæ, vt iterum possit accusari, idque apud Gallos seruari dicens ex Rebuf. quem ibi allegat, & refert hanc praxim eam sequens Pacian. vbi supra num. 42. vbi limitat id ita procedere, vbi aliter non constaret de innocentia rei, nam si constaret, tunc secundum eum esset diffinitiue absoluendus. Sed in hoc Regno secus est, quia diffinitiue in criminalibus absoluitur; ex eo, quia in processu pręsentię, dicit for. como cerca la punicion, de homicid. quod absoluatur, aut condemnetur, & absolutio simplex diffinitiuam denotat, vt dicam, ergo, &c.

Itaque sententia absolutoria simpliciter lata diffinitiua est, glos. in dict. Authent. qui semel, vers. locum habet, 5 dict. l. argentarius, §. cum autem, fatentur omnes, in dict. l. admonendi. Et idem si reus absolutus fuerit, ex eo, quod actor non probauerit, Couarru. vbi supra, communem dicit Abb. in capit. examinata, columna vltima de iud. Bart. in dict. l. Titia, ff. de accusatio. Nam inter vtramque pronunciationem nulla est differentia, scilicet, quod simpliciter absoluatur, vel ex eo, quod actor non probauerit, quia vtra què diffinitiua est, Pacianus libro primo, capite 67. numero trigesimo septimo. Et tunc iterum res tractari non potest in iudicio, Alexand. in l. properandum, §. & si quidem num. 14. C. de iud. Couar. vbi sup.

Verum regula hæc supr. tradita, ita demum accipienda est, vt tunc demum procedat, quando lite contest. fuit a Iudice terminus probatorius assignatus, secus si ante litem contest. assignatus fuisset, quia pro non dato haberetur, nisi in casibus specialibus, capit. quoniam, & ibi glos. regulariter, vt lit. non contest. Rippa in l. admonendi, numer. 71. columna decimatertia, vbi Purpurat. numer. 99. Pacianus vbi supra, numer. 38. & non solum procedit supradicta regula in assignatione termini probatorij facta per Iudicem, vt Doctores supradicti tenent, sed etiam, quando esset assignatus a iure, vt frequenter contingit in statutis, quæ ponunt terminum instantiæ, & ipso iure assignant partibus terminum ad probandum, & probatum habendum; nam lapso dicto termino reus diffinitiue debet absolui, Bald. in cap. fin. numer. 11. de iure iuran. Aretin. in d. l. qui accusare, columna fin. C. de edendo, Pacianus, numer. 35. & ex hoc cap. in Regno absolui debet reus actore non probante, diffinitiue, in processu præsentiæ, attento, quod de foro iam est statutus terminus ad probandum, & probatum habendum, per for. de modo, & form. proced. in crim.

Limitatur tamē supradicta conclusio procedere, quando actor nihil omnino probauit in termino probatorio; secus autem, quando semiplene probauit, & ei competebat iuramentum suppletorium, sed propter absentiam ipsius actoris, non potuit sibi deferri, quia post assignatum terminum, & semiplene probatum recessit, quoniam tunc reus absoluitur tantum ab obseruatione iudicij, Alex. in d. l. properandum, §. & si quidem, num. 14. C. de iud. Pacian. num. 41. Mascar. num. 59. vbi alij.

3. Regula.

6 Supradicta regula procedit, quando terminus probatorius fuit assignatus post contest. litis, & vtraque parte præsente: quid autem quando terminus assignatur absente reo, siue ante, siue post litis contestationem, traditur in sequēti regula, secundum Accurs. & alios cōmuniter, vt referunt Alex. & nouiores in l. properandum, §. sin autem reus, C. de iud. Reus etiā lite contestata absens actore non probante ab obseruatione iudicij tantum debet absolui: imo quod plus est, Bald. in l. quod si nollit, de ædil. edicto, Rippa respons. 77. Innoc. in cap. prout, de dolo, & contum. & alij, asseuerant actore non probante intra terminum sibi etiam lite contestata præfixum, absente tamen reo, & contumace, ferendam esse sententiam non diffinitiuam, sed absolutoriam tantum ab obseruatione iudicij, glos. in dict. Authent. qui semel, ver. locum habet, in fin. Mascard. dict. conclus. 36. num. 59. dicens, quod si actori assignatur terminus probatorius absente reo, quia tunc, licet actor non probet, tamen reus non absoluitur diffinitiue, sed tantum ab instantia; quasi minus hoc casu adscribatur actori; nā si reus fuisset præsens, fortasse confessus fuisset petitionem actoris, allegat Bald, Neuizan, & alios, Pacianus vbi supra num. 39. Rippa in dict. l. admonendi numer. 77. Cur. iun. numer. 30. de iureiuran. Et ita fuit pronuntiatum in supradict. exemplari Fran. Litago, de quo supra est verum,

7 quod Couarr. vbi supra, ver. in ciuilibus, &c. de praxi contrarium dicit seruari in Regio præto. vt scilicet actore non probante reus diffinitiue absoluatur, etiam si reo absente, & contumace, nec lite per eum contestata actor, qui probationis viam elegerat, in ea defecerit, vel non habuerit terminum ad probandum, cum se probationi non obtulerit. Sed quia hæc resolutio licet cōmunis, displicet Hyppolito singul. 269. incipi. nota est regula, & non citra omnem rationem, vt aduertit Couar. vbi supra, vers. qui omnes, & etiam displicet Bart. in d. l. admonendi num. 13. vbi dicit generaliter, reum diffinitiue absoluendum esse, si actor in termino sibi assignato nō probauerit. Ideo posset cōciliādo dici si cōmunem sequi nolis, quando reus semper fuit absens, à principio vsque ad finem, & citatus non

8 comparuit: tunc procedit opinio Inno. scilicet vt actore non probante intra terminum sibi assignatum absoluatur reus ab instantia tantum, per rationem supradict. quia scilicet, si fuisset præsens, potuisset fateri intentionem actoris, cui ob id minus imputatur, vt supradixi. Si vero post lit. cont. cum eo cæpit reus esse absens eo tempore, quo terminus

9 fuit assignatus actori ad probandū, tūc diffinitiue absoluatur, actore non probante, secundū Couar. Hyppol. & alios; quia ex quo á principio negauit, præsumitur, quod in hoc semper perseuerasset. c. maiores in fin. & ibi glos. ver. perdurare, extra de baptis. ita Purpurat. in

10 d. l. admonendi, nu. 99. vers. secundo limitatur, columna. 19. Pacianus. numer. 40.

11 Et idem quando terminus esset à partibus assignatus, vt in compromisso nam habet tunc vim termini peremptorij,

rij, & absoluetur reus diffinitiue, Bart. in dict. l. admonendi, num. 13. Pacian. 50. vbi late, etiam in vltima die termini, num. 53.

Quod si terminus probatorius nullus assignatus est, tūc nullo modo reus absoluetur diffinitiue, sed ab instantia. Pacianus num. 43. vbi late.

12 Imo quod plus est † absoluitur reus, licet non petierit se absolui actore non probante, Roland. cons. 58. num. 8. in 2. Rot. decis. 3. aliàs 120. actore nihil pro bante, de re iudic. Pacian. vbi sup. num. 21. late cap. 68. num. 34. vbi dicit ex officio debere absolui, licet non petierit, iuxta distinctionem Aretin. in rubr. de exceptio. inst. num. 22. Mascard. vbi supra, nu. 65. per tex. in cap. licet causam, in fin. de probatio. licet contrarium teneat Cur. in l. qui accusare, nu. 7. C. de edendo: in praxi tamen video id semper peti per reos, & aliter Iudices non ferre sententias, quousque petatur, vel in defensionibus, vel in aliqua alia parte processus. Non ferunt inquàm sententiam in fauorem reorum, sed solum pronunciant, supplicata per actorem locum non habere, loquendo cum actore ratio esse potest. Quia in Regno iudex ex officio nihil facit, nisi parte petente, & ita fuit multoties pronunciatum in Cur. Domini Iustit. Arag. me ibi existēte, vide in process. domnę Briandę Çurita super apprehens. anno 1583.

In iudicio tamen apprehensionis in Regno, si ex 3. aut. 4. opponētibus vnus solus petat sententiam, & suam propositionem recipi, poterit sola illa recipi, de alijs nulla mencione facta, nisi amplius diceret, cętras reijciendo & repellendo, nam tunc aperiret viam pronunciandi super alijs propositionibus, licet alij non petierint pronunciari, & sic poterit iudex, vel eas recipere, vel reijcere, prout fuerit iustitię.

In processu tamē criminali seruatur, quod in processu pręsētie, licet reus nō petat se absolui, si tamen bene probauit intentionem suam, vel accusator non probauit, debet absolui diffinitiue,

18 quia per forum, como cerca la puniciō de homicid. quando quis accusat aliquem, debet Iudex pronunciare condēnando, vel absoluendo: verum hoc non seruatur in proces. crimin. absentiæ, est ratio. Quia cum absens possit millies accusari, Bart. in l. 1. ff. sepul. viol. ideo non debet absolui diffinitiue, nam aliàs nō posset iterum accusari, debet ergo dicere Iudex, supplicata per accusatorem locum non habere, & sic practicatur in Regio Consilio causarum crimi. vt alibi dixi.

DECISIO CCXVIII.

Quæ probatio requiratur in crimine falsi, criminaliter agendo.

SVMMARIVM.

Falsitas non probatur indicijs, & præsumptionibus, sed probationem concludentem, & necessariam requirit, & magis clariorem, & concludentem quam in alijs delictis, num. 1. Quod intelligitur quantum ad condemnandum criminaliter, secus si ciuiliter agatur, & redit rationem. num. 2.

Falsitatis delictum strictiorem probationem postulat, quam alia delicta. numer. 3.

Præsumptiones, & coniecturas sufficere ad condemnandum aliquem de falso, non pœna corporali, sed alia extraordinaria. num. 4.

Pręsumptiones, & coniecturæ non sufficiunt ad pœnam ordinariam in crimine falsi, sed tantum ad extraordinariā. num. 5. quod intellige, vt num. 6. & 8.

Præsumptiones, & indicia orientes ex vitio inuisibili; sufficiunt ad tollendam

dam fidem instrumento ciuiliter agendo. num.7.

Pœna extraordinaria, quæ imponitur falsario, qualis posit esse. num.9.

Indicia & præsumptiones probant in crimine falsi, quando quæritur de corpore delicti falsitatis, quod intellige. numer. 10. & 11.

Et quales debeant esse coniecturæ, quãdo quæritur de auctore falsitatis, & an probent. num.12. & in materia traditur Decretum Regiæ Audientiæ. nu.13.

Delicta facti transeuntis probantur indicijs, & coniecturis vehementibus. num.11.

Coniecturæ, vt sufficiant ad condemnandum in criminalibus, debent esse plus quam duæ. num.14.

Indicia indubitata sufficiunt ad pœnam ordinariam in Regno de consuetudine. num.15.

Indicia indubitata, proxima, & remota, quæ sint remissiue. num.16.

Indicia sufficiunt in criminalibus, vbi non est locus torturæ, vt in nostro Regno, quod consuetudine extensum est, & practicatum fuit, quando sunt plura, & vrgentissima indicia. num.17.

Probationes duæ semiplenæ, licet de iure non iungantur ad pœnam ordinariam in criminalibus, etiam si sint eiusdem generis, in Regno tamen secus, num. 18. Et seruatur in Regno doctrina Baldi, in l. si quis ex argentarijs, in principio. ff. de edendo. num. 20.

Confessio extraiudicialis parte absente facta, & legitime probata per duos testes, plene probat in Regno, & si de iure ciuili secus. num.19.

Testes de visu, & testes de confessione in Regno æquiparantur. num.21.

Consuetudo non extenditur, etiam ex identitate rationis. num.22.



VÆ probatio sit sufficiens ad condemnandum criminaliter aliquem, tanquam falsarium, fuit multoties dubitatum in Regio Consilio, alijs dicentibus in prædicto crimine non sufficere suspicionem, seu
1 præsumptionem falsitatis, sed probationem concludentem, & necessariam requiri, per quam concludenter probetur rem aliter se habere, quam cantat instrumentum, vt decis. præsenti, numer.8. Imo clariorem, & magis concludentem quam in alijs criminibus, glos. in l. iurisgentium, §. quod fere, verbo approbetur, de pactis, cuius opinio cõmuniter est approbata, ex allegatis per Marian. Socin. iunior. qui de communi, consil. 39. num.44. & cons. 61. nu.9. in 2. Cagnol. & Bolognet. in l. singularia, ff. de rebus credit. qui dicunt veriorem, Decius in cap. porrecta de confirmatione vtili. Alexan. cons. 73. nume. 2. in primo, Cepola cons. 21. num.18. Iass. cons. 153. colum. 5. in 2. Castro. 317. lib. 1. Gratus 60. lib. 2. vbi de communi, Siluan. cons. 7. numer. 16. vbi de magis communi, & veriori, Bosius de official. corrup. num.14. Clarus §. falsum, num. 30. Farin. lib. 5. tit. de fals. quæst. 152. numer. 7. Hondedeus consi. 109. dicens,
2 quantum ad † condemnationem criminalem, & pœnam irrogandam non sufficere coniecturas, sed requiri probationes concludentissimas, euidentissimas; secus si agatur ciuiliter, vel ad inquirendum, vel capturandum, quo casu dicit sufficere coniecturas, huius opinionis supradictæ ratio est, propter criminis grauitatem, Magon. decis. Lucẽsi 41. & 43. Ludou. decis. Lucens. 15. num. 3. Gar-

Gargiar.conf. 124.1. tom. consiliorum
criminal. in editione magna, imo dicit
Bosfius in hoc casu, nec violentissimas
3 suspiciones sufficere, alij † strictiorem
probationem postulant, quàm in alijs
delictis, Gramatic.conf.19. num.3. &
conf.30.nu.3, Decius 175.col.4. 601.nu.
9.615.col.1.

Alij tamen contrarium tenentes di-
4 cunt, in prædicto delicto † sufficere præ
sumptiones & coniecturas ad condem-
nandum de falso, nõ quidem pæna cor
porali, sed alia extraordinaria, Petrus
Ioan. Anchar.quæst.criminal, quęst. 73.
p.1. contra Curtium seniorem contra-
rium tenentẽ conf.55. vbi tenet, quod
per indicia & pręsumptiones potest quis
condemnari de falso; licet in eadem
causa contrarium consuluerit Iasf. cõf.
155.in 2. Anchar. sequitur Iosephus Lu-
douicus decis.lucens 13.nume.50.in 1.p.
vbi in pulcro casu loquitur in materia
falsitatis, vbi de cõmuni, Magoni decis.
lucens. 42. Gargiar.conf.121.a nu.7. in 1.
tom.criminal.in editione magna & cõf.
124.num.23. Nata 633. Anania in l.licet
nu.6. de crimine falsi, Decius, 175.n. 4.
Gabriel lib.7.conclus.6. num.1. Monti-
cel.regul.criminal.15.nu. 121. Alba. 485.
num.5. Hondedeus 109.num.5.in 1. Me-
noch.538.in 6. Nebizan.8.num.38. certũ
est enim, quod falsitas probatur per prę
sumptiones, & coniecturas, Anania cõf.
49. vers. est etiam multum ponderan-
dum, Gargiar.conf.123.nu.10.& 121. nu.
10.& num.11. respondit iuribus & DD.
contrarijs Iasf.in l.licet Imperator n.8.
delegat.1. Ex quibus constat quam con
trouersa sit hæc quæstio, sed prędicta
contrarietas componenda venit duob⁹
modis imprimis quod 1. opinio proce-
dat & vera sit, quando agitur de impo-
5 nendo pęnam ordinariam † in crimine
falsi, quo casu præsumptiones non suf-
ficiunt, sed tantum ad extraordinariam
pænam. Nata 635. nume.5.lib.3. Aymon
234.num.39 Bertazol. conf. 91. num. 35.
Ludouicus decisione Lucens. 13.nu.50.
Surdus 132.num. 71. & quod dicit suffi-
-cere ad pęnam extraordinariam, † intel
6 lige verum esse, si suspicio falsitatis oria
tur ex vitio vissibili, & patenti, quo
casu sufficiunt ad pęnam extraordina-
riam, Menoch.de præsumptionibus lib.
1.q.99.nu.11.in fin. Nat conf. 633. nu.5.
lib.3.& est de mente DD. omnium tenẽ
7 tium præsumptiones † orientes ex vi-
tio inuisibili sufficere ad tollendam fi-
dem instrumento, ciuiliter agendo, vt
dixi in decisione præcedenti, Farinac.
de fals. q.152.num.18.

8 Vbi vero oriuntur suspiciones † ex
vicio inuisibili & latenti, tunc solę, nec
ad pænam extraordinariam sufficit in
criminalibus agendo, Innocen.in cap.1.
nu.8. de fide instrumentorum, Bossius
de falsis num. 6. vbi de communi, Fari-
nac.num.14. vbi supra, Bertazol.521. nu.
6. Mascard.conclus.739.num. 6. Sforcia
Od. cõf.78.nu. 13. nisi concurreret etiã
mala fama accusati, aut publica fama
delicti, Curtius Senior conf. 55. numer.
26. Aym.178.col.1 in fin. Farinac. vbi su
pra num.17.& 23. hæc autem pæna ex-
traordinaria potest esse vltra pecunia-
riam, etiam corporalis, vt relegationis,
vel triremiũ, quando scilicet præsum-
ptiones sunt vehementes & falsitas ma-
gna, Farin.num.22. Secundo componi-
tur supradicta differẽtia, vt dicta prima
opinio procedat, quando quæritur de
10 corpore delicti † falsitatis, nam tunc, li-
cet regulariter probetur per indicia &
pręsumptiones, cum sit delictum facti
transeuntis, & difficilis probationis, Ga-
briel conclus.17. num. 13. lib. 7. Bossius
de delictis num. 32. Farinac.de inquisit.
quæst.2.num.21.& 23. dicens delicta fa-
cti transeuntis † probari indicijs & con-
11 iecturis, quod & nos fatemur; tamen
requiruntur præsumptiones fortiores,
& magis vehementes qualis sunt, quæ
oriuntur ex vitio visibili: nam si de in-
uisibili, non sufficerent solæ coniecturę,
nisi adesset mala fama accusati, aut pu-
blica fama de delicto, vt supra dixi; at
12 vero, vbi solum quęritur † de authore
falsitatis, tunc minores sufficiunt con-
iectu-

iecturæ, dummodo non sint leues, friuolę & temerariæ, quæ non impellunt animum iudicis ad sic credendum DD. in cap. fin. de crimine falsi, sed graues, vrgentes, & violentę, nam sufficerent ad condemnandum criminaliter, & sic respondetur ad Hondedeum. Vnde secunda opinio procedit, vbi agitur & quæritur quis falsitatem commisserit, tunc enim procedit dicta secunda opinio, quando scilicet, constat de visibili falsitate scripturæ, vel inuisibili, si cum inuisibili falsitate concurrat mala fama accusati, aut publica fama de delicto; & dubitatur quis falsitatem commisserit, nam tunc præsumptionibus probatur author falsitatis, non ad pænam ordinariam, vt supra dixi, sed ad pænam tantũ extraordinariam. Idem est quando falsitas, quæ allegatur, prouenit à notario instrumentum conficiente, vel à producente scripturam falsam in iudicio, in specie Bald. Salic. Castrens. & alij in l. iubemus C. de probat. Bossius de fals. col. 2. & 3. Angel. in l. si quis decurio. C. de fals. Gargiar. alios referens cons. 121. nu. 11. & 125. num. 16. tom. 1. criminal, in additione magna, & cons. 126. num. 11. vbi dicit hanc opinionem cum prædicta distinctione nullum habere contradictorem; deinde in fin. consilij plura alia refert, Nata omnino videndus cons. 633. Castro. 103. volum. 2. Crauet. 134. nu. 34. Ruin. 35. n. 9. in 4. Mandel. 99. Goffredo in Summa tit. de crimine fals. numer. 11. Bald. cons. 402. vol. 5. Barbat. consil. 54. num. 16. volum. 3. Marian. Socin. Iunior, 132 colum. vltim. vol. 3. & hanc opinio

13 nem amplexi † sunt omnes Regij Consiliarij in processu fragantiæ Hierony. Baietola sup. criminali de mense Aprilis 1587. Nam ex omnium voto fuit condemnatus dictus Baietola ad exilium trium annorum, a præsenti Regno, cum cõminatione sex annorum, & in expensis. Ex eo quia deleuit à quadam exhibita cuiusdam processus ciuilis contra dictum Baietola actitati ad instantiam Ducis Villę formosæ, sequẽtia verba, *si & in quantum, &c. desuper apud acta continuatum, &c.* non constit. de falsitate per testes de visu, sed per coniecturas & indicia, vt apparet in articul. 12. petitionis. Intitulatur processus fragantiæ Hieronymi Baietola super crimin. actuar. Pablo Gurrea.

14 Et hæc cõiecturæ debent † esse plus quam duæ, vt in criminalibus sufficiant ad condemnandum, licet in ciuilibus sufficerent duę, Farin. num. 23. Hondedeus vbi supra, licet multi duas etiam †

15 criminaliter agendo dicant sufficere, Decian. cons. 108. num. 76. lib. 2. & cons. 99. num. 11. eodem lib.

16 In Regno tamen nostro † ex indicijs induuitatis datur pęna ordinaria, de cõsuetudini Regni a multis annis hucvsque obseruata refert Çurita, prout in multis partibus, Ita obseruari tradit lul. Clar.

17 Quæ autem dicantur inditia † induuitata, & duuitata, proxima, & remota late Farinacius de indicijs, q. 36. & 37. sũdatur hoc comuniter, quia vbi non est

18 locus torturæ vt in hoc Regno † sufficiunt inditia in criminalibus, Anton Gomez tomo 3. variarum cap. 12. in fin. Sed hoc non concludit, quia tali casu pæna deberet esse extraordinaria vt tenet Gomez vbi supra, & probatur in ob. l. 1. de probat, in illis verbis, *Tamen, vbi solum probatur per coniecturas, & indicia non potest se qui pæna mortis corporalis, nec mutilationis membri, sed alia arbitraria de qua ibi, ...*

Consuetudine tamen arbitrium hoc extensum est ad pęnam ordinariam, & quando essent multa vrgentissima indicia, illud practicarem, prout aliquando practicaui.

19 Datur aliud speciale in Regno: quia licet de iure in criminalibus † non iungãtur duæ semiplenæ probationes, etiã si sint eiusdem generis, veluti in confessionibus, & multo minus, si sint diuersi generis ad pęnam ordinariam, & corporalem, veluti vnus testis de veritate facti, alter confessione, Franciscus Curcius in l. admonendi num. 62. de iur. iur.

Go-

Gomez tom.3.variarum cap. 12. nu. 26. vbi de communi, Iass.& alij in d.l.admonendi, Bardax.de officio Gubernat.cap. 1.num.7.licet in ciuilibus iungantur, Gomez vbi supra, vers.secus tamen. In Regno tamen totum contrarium est: quia vnus testis de veritate delicti, alter de confessione iunguntur ad plenã probationem, & pœnam ordinariã, Bardax. vbi supr. Molin. in verbo confessio vers. confessio accusati, vide Portol.n.7, & fortius hoc de foro procedit si sint eiusdem generis semiplenę probationes, veluti confessiones, licet factæ diuersis loco, & tempore, quia sicut de iure iunguntur in ciuilibus l.quæro §. fin. de ędilitio edict. sic de foro Bardax. vbi supra: horum ratio est, quia in criminalibus probationes debent esse liquidissimæ, & claræ, & semiplenæ probationes non probant glos. in cap. veniens 1. de testibus, secus in ciuilibus, est verum quod de iure, licet non iungantur ad pęnam ordinariam mortis, vel corporalē, iunguntur tamen ad extraordinariã pænam; sicut etiam sufficiunt ad torturã Gomez vbi supra vers. aduertendum tamen, & de foro etiam est aliud speciale quia confessio extraiudicialis parte absente facta, & legitime probata per duos testes plene probat, Portol & Molina in verbo confessio, sicut & de equitate cannonica Marant. in praxi 6. parte tit. de confessione, nume. 19. vbi allegat alios: cum tamen de iure ciuili confessio facta parte absente probet tantum semiplene glos. & Abb. in cap. fin. col. 3. de succes. ab intest, Alex. cons. 24. colu. penult. in princ. in 2. Marant. nume. 24. seruatur etiam in Aragonia doctrina
20 Bald. in l. si quis † ex argẽtarijs, in principio. ff. de edẽdo, vt scilicet cũ vno teste de visu, & fama bene per duos testes probata, iuncto alio indicio bene probato dătur pœna ordinaria, quam doctrinam sequũtur & alij quos allegat Mascat. conclus. 460. num. 11. quæ tamen doctrina est contra communem opinionẽ DD. prout dicit Gomez vbi supra Mascard. vbi supra num. 13. dicens hoc verũ quoad inferendam torturã, secus quo ad condemnandum, videndus idẽ Mascard. conclus. 1227. ex generali regula, quod præsumptiones, & indicia non sufficiunt ad condemnandum: quid quid tamen sit de iure, hoc seruatur in Regno. Imo, quod plus est practicatur idẽ, etiam si non sit testis de visu, sed de cõ-
21 fessione extraiudiciali: quia † æquiparantur in Regno testis de confessione, & testis de visu, sed hoc est extendere dictum Baldi, quod non licet, quia con
22 suetudo, exorbitans & contra ius non extenditur, etiam ex identitate rationis Rocus de Curtæ in cap. cũ tanto, sectio. 4. a num. 3. cum sequentibus, Aymon de antiquitate 4. part. num. 76. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. nu. 20. & 21.

DECISIO CCXIX.

Procurator Astrictus an cumulare posit plura delicta & de delictis extra regnum cõmissis accusset, & aliqua de materia remissionis delinquentium.

SVMMARIVM.

Procurator astrictus per viam accumulationis potest deducere criminã in quibus non est pars legitima. nu. 1.

Accumulatio debet fieri de delictis similibus, de quibus accusatur delinquens per procuratorem astrictum. nu. 2.

Procurator astrictus non potest accusare de criminibus commissis extra Regnum. num. 3.

Accusatus ad publicam vtilitatem non potest inquiri pro delictis commissis extra territorium. num. 4.

Parte

Parte instante, quis in Aragonia de delictis in alijs Regnis commissis bene poterit accusari.num.5.

Accusatus, casu quo ab Astricto accusari possit de delictis aliunde commissis,non tamen posset condemnari in dãnis.num.6.

Procurator Astrictus per forum nouũ Tirasonæ potest accusare quoslibet delinquentes de delictis commissis extra Regnum,& Regna Regis nostri, veluti in Francia,& alibi commissa.n.7.

Remissio delinquentium fieri debet in locis sub eodem Principe subiectis. nu.8.

Forus generaliter loquens generaliter est intelligendus.nu.9.



Procurator Astrictus,an per viam cumulationis possit deducere alia crimina, in
1 quibus non est pars legitima? dic† quod sic,dũmodo non principaliter ea deducat,sed tantũ ad finem cumulandi,& augẽdi pœnam, vide in processu Balthasaris Claramunte super iuris firma anno. 1597. vbi hoc
2 fuit resolutum,debet † tamen cumulare delicta similia illis, de quibus accusatur,sicut est de iure.
3 Procurator † Astrictus non potest accusare de criminibus commissis extra Regnum,ex quo capite fuerunt multi liberati per viam priuilegiatam,vt refert Portol.in tract.de via priuilegiata.
4 Huius ratio est,quia accusat ad publicã vtilitatem,ratione † autem solius publicæ vtilitatis non potest inquiri pro delictis extra territorium:quia publica vtilitas Aragoniæ nõ est læsa, ex quo in Frã-
5 cia fiat delictum,ad instantiam † tamen partis bene poterit accusari quis in Aragonia de delictis in alijs Regnis cõmisis:quia læsus prosequitur suam iniuriam,astrictus autem publicam,& sic ad instantiam astricti non potest accusari de delictis commissis in alio Regno,nec fieri inquisitio, quia vtrumque tendit ad publicam vtilitatem. Hãc rationem tradit Ioannes Andreas ad Speculat.tit. de cõpetẽ. iudice adit.§.1. vbi glo. Bal. cons.199.vel.199.Marian. c.qualiter & quando 2,nu. 121. de iudi. Ex hoc sequi
6 tur, quod † casu quo procederetur inquirendo, vel instante astricto vi statuti hoc disponentis de delictis in alio Regno commissis,non posset accusatus cõdemnari in damno, quia nullum fuit passa damnũ Respublica hęc,licet posset castigari delinquens.
7 Verum iam per forum † nouum Tirasonæ astrictus potest accusare de delictus commissis extra Regnum, & Regna Regis nostri, licet sint commissa in Italia,Francia & alibi,& hoc non obstãte, quod forus nouus de la priuilegiada solum loquitur,de Regnis Regiæ maiestatis,& non de alijs, & non obstante
8 quod † remissio debet fieri in locis eodem Principe subiectis,Couarrub.*practicar quæstionum* 11.numer. 10. *Boer.* decis.29. & non obstante quod ante foros Tirasonę astrictus non accusabat de delictis commissis extra Regnum, quia interesse suum est publicum contra delicta Regni, secundum Ioannem Andream vbi supra, Ancharra.in c. statuta,de constit. in 6.nu. 280. obs. fin.de inint.Aymõ cons.70.nam per foros nouos Tirasonæ fuit ampliatum ad delicta commissa vbique gentium , vt astrictus
9 sit pars ad accusandum de eis, quia † forus generaliter loquitur & generaliter debet accipi. Vide sic declaratũ in processu Sansonis de Ayns super manifestatione 11. Iannuarij. 1601 .in Cur. Iustitię Arag.

DECISIO CCXX.

De materia turbatæ possessionis.

SVMMARIVM.

Turbari possessio quibus modis dicitur.nu.1.

Iudi-

Iudicialis turbatio seu contradictio obscuritatem parit.nu.2.

Turbatio iudicialis quæ.nu.3.

Negatio simplex possessionis alterius, non est turbatio iudicialis.nu.4.

Quid vbi criminaliter agatur de turbatione.num.5.

Protestatio iudicialis quæ non turbat.num.6.

Sequestrum obtinens iuditialiter turbat.num.7.

Turbationis extraiudicialis modi .n.8.

Censans soluere quãdo turbet,vel vim inferat.nu.9.

Seruitute vti impediens quando turbat.num.10.

Et vti re sua impediens.num.11.

Censum prohibens solui etiam indirecte.num.12.

Opponens se etiam dicitur turbare. num.13.

Criminaliter etiam agi potest contra turbantem actione iniuriarum,nu.14.

Tunc pro bandus est dolus.num.15.

Quid vbi agitur ex dispositione statuti sẽtẽciã Curiæ Iustitiæ Aragonum circa hæc.num.16.



Irca materiã turbatæ possessionis ad intentandum interdictũ retinendæ, primo nota,quod possessio dicitur † turbari multis mo-
1 dis. Primo iudicialiter,nam turbare est ius possessoris obscurum reddere; quã
2 obscuritatem parit iudicialis † contradictio, secundum Menochi.de retinen remed.3.quęst.42.num.297.(Imo accusari potest de possessione turbata,ex sta tutorum dispositione, si iusta defuit litigandi causa, & is possessor impeditur frui possessione sua,quinimo ob calumniam grauius puniendus foret-) Quæ
3 autem sit ista iudicialis † contradictio, per quam turbatur possessio, explicat idem Menochi. quęst.62. vbi,qui negat in iudicio aduersarium possidere, asserens se solum possidere, dicitur turbare, quod procedit etiam si cum bona fide negat illum possidere, Felin.in cap. licet causam,num.11.de restit. spoliat,se
4 cus si solum negaret † aduersariũ possidere,& non diceret se solum possidere, quia non daretur hoc interdictum, Menochi.num.471. Deinde supradicta
5 vera sunt ciuiliter agendo, secus autem criminaliter agendo, quia tunc sola illa rei conuenti negatio cum supradicta assertione non sufficeret, d. quæst.62.n.
6 473. sola etiam iudicialis protestatio † in iudicio sine iusta causa non inducit turbationem Bal. cons.447. lib,3.col.1. alijs etiam modis turbatur iudicialiter possessio,de quibus Menoc. Inter alios
7 turbat iudicialiter † qui a iudice sequestrum obtinet,quo alterius possessio sub illo sequestro fit num.475. vbi alij & Ancharran.cons.248.
8 Extraiudicialiter † multis modis turbatur possessio a nume.476. ex sola
9 cessatione solutionis † non inducitur turbatio, sed si adsit negatio cum cessatione nequaquam inducit vim turbatiuam, bene tamen expulsiuam, Castr. cons.57.Menoch.num.479.in fin.& nu.
10 480.Turbatus qui impedit me † vti seruitute fundi, quod intellige in seruitute continua. Turbare etiã dicitur,qui pro-
11 hibet me † vti re mea, etiam si per literas iudiciarias impediat, ne sua posses-
12 sione quis vtatur. In incorporalib9 † turbat,qui prohibet censum mihi reddi,licet indirecte. Et turbat etiam,qui se mi
13 hi opponit num.498.nam qui cõtra me est,me turbare dicitur, sed an pro turbata possessione agatur etiam crimina-
14 liter, † sicut ciuiliter,determinat Menochi. quęst. 69. quod sic,actione scilicet iniuriarũ, Bald.in cap. licet causam,de probat.& cons. 493. in 2. Bossius tit. de pluribus violentijs n.48. hæc vera dicit Rebuf.de mater possess. articulo primo glo.

glos.2.num.45.cum agit actione iniuriarum,ob turbationem sequutam, post silentium iam impositum a iudice, non si dum contendant, & ambo dicant se possessores,quod mihi placet,per l.1.de Abigeis,secundum Plotum.

Verum hic est notandũ,quod si agatur criminaliter actione iniuriarum ex
15 dispositione iuris communis, debet † probari dolus,alioquin sequi debet absolutio, Menoch. allegans alios quæst. 663,num.611.

16 Si vero agatur † ex dispositione statuti punientis talem vim, tunc si pœna indicitur corporalis,dolus debet probari,nec sufficit lata culpa,quia pœna corporalis nunquam indicitur sine dolo; si vero statutum indicit pœnã pecuniariã contra turbatorem, tunc aliter distinguendum est secundum Menoch.a nu. 613.cum sequent. vbi adducit causas excludentes dolum.

Et ex his dum accusarentur homines
17 de † Alcorissa, quia turbauerunt possessionem visitandi,quam habet Villa Alcañisij, & sic ex consequenti videbantur fregisse firmas,tolli fortias super his obtentas; tamen quia fundabantur in priuilegio regio, per quod fuerunt dismẽbratæ aldeę a Villa &ex hoc habebant excusationem,& exclusionem doli,ideo ex hoc fuerunt absoluti die credo 22. Octobris 1603. in Curia Iustitiæ Aragonum inprocessu Iustitię & iuratorum Villę de Alcañiz super criminali contra los de Alcorisa.

DECISIO CCXXI.

Pręceptum & mandatum superioris.

SVMMARIVM.

Præceptum superioris est obseruandum alias qui venit contra eũ,peccat. n.1.

Excommunicatio non fertur, nisi pro peccato mortali.num.2.

Contumax in non parendo in re magna,dignus est excomunicatione, aliàs secus.num.3.

Contumacia,quæ consistit in non comparendo,excõmunicatione digna est. n. 4.

Præceptum superioris in foro conscientię non obligat ad peccatum, nisi quando illud esset factum in materia,in qua aliàs secundum ius diuinum vel canonicum transgresio ad pecatum mortale obligaret. numer.5.

Pręceptum iudicis, & Principis secularis non obligat ad peccatum.nu.6.

Iudex Ecclesiasticus ad petitionem secularis, inobedientem excommunicare potest.num.7.

Præceptum superioris non obligat ad peccatum inferiorẽ, quando ex aliqua iusta causa inferior præcepto superioris non obtemperat.num.8.

Præcepto iniusto summi Pontificis parendum non est.num.9.

Mandatis & præcepto superiorum in foro exteriori non semper est parendum.num.10.

Præceptum Principis, deuians prima fronte ab honestate, subdito immediatè parere non expedit.nu.11.

Subditus debet differre mandatum, & rescribere,si videat inter alia statum Ecclesiæ suæ posse ex mandato turbari. num.12.

Subditus potest supersedere executioni pręceptorum apostolicorum suadente legitima causa,veluti si peccatum immineat.num.13.

Mandatum durum Principis, non debet

debet illico per subditum exequi. nu. 14.

Mandatum superioris etiam euidenter iustum, a subdito autem habitũ pro iniusto debet illud contradicere. num. 15.

Mandatum superioris, inferior non tenetur parere, quando adsit causa rationalis non parendi. nu. 16.

Decretum Regiæ Audientiæ. n. 17.

1 IVris canonici, est certissima regula quod veniens † contra præceptum superioris peccat. c. 2. de maiorat. & obedien. imo & mortaliter secundum Abbat. Innocent. ibi, Corset in reporto. ver. præceptum, cuius ratio est, quia secundum illum textum potest, & debet iste talis excommunicari;
2 Excommunicatio † autem non fertur, nisi pro mortali peccato, cap. nullus c. nemo 11. quæst. 3. ita DD. in dicto cap. 2.
3 quod † intellige quando contumacia in non parendo esset in re magna, aliás nõ esset digna excommunicatione, Abb. in cap. 1. num. 10. de iudi Deci. nu. 12. licet sic correctione, & alia pœna ad arbitriũ superioris, vt de pœna contemnentis mandatum legis pulchre ponit Bald. in l. legis virtus ff. de legib. sumpto argumento a mandato legis ad mandatum
4 superioris: Sed si † contumacia consistat in non comparendo, digna esset excommunicatione. Verum superiora limitantur in vtroque foro multis modis
5 & primo in † foro conscientię non obligat ad peccatum præceptum superioris & legis, nisi quando præceptum esset factum in materia, in qua aliàs secundum ius diuinum, vel canonicũ transgressio obligaret ad peccatum mortale vel quando quis ex contẽptu non obediret pręcepto superioris Ecclesiastici contra ius humanum, (dixi Ecclesiasti-
6 ci ad excludendum præceptum † iudicis, & Principis secularis, qui nõ potest obligare ad peccatũ, Antoni. de Butri. in cap. nã concupiscentiam, de constit. Immol. in cap. 2. de maiorat. & obedien. dicens quod non habet potestatem respectu peccati, quod respicit animam, quæ spiritualis est, argumento cap. de cernimus. de iudicijs; licet cõtrarium teneat additio ad dictum cap. nam concupiscentiam, in liter. D, dicens hoc esse contra dicta Apostolorum, & Abb. in d.
7 cap. 2. dicens quod † nõ obediens Principi seculari peccat mortaliter, & potest Iudex Ecclesiasticus ad petitionem secularis inobedientem excommunicare, idem Abb. in c. 1. de officio ordinar,) vel quando a Iudice Ecclesiastico pęna peccati expresse iniungeretur, Deci. in d. cap. nam concupiscentiam vbi supra. Quinimo in duobus posterioribus casi-
8 bus ex supradictis non † obligaret ad peccatum pręceptum superioris, quando inferior ex aliqua iusta causa præcepto superioris non obtemperauit, & habuit aliquam iustam causam contranepiendi Abb. in cap. licet ex quadam col. 2. de testib. in cap. eam te 3. not. de rescrip. veluti si præceptum superioris esset iniustum: quia lex iniusta non ligat in foro conscientiæ, can. erit autẽ lex. d. 4. Decis. in ca. 1. de constir. Quini-
9 mo præcepto † iniusto Summi Pontificis non est parendum Inno. in cap. inquisitionem, de sententia excommunicat. not. Abb. post alios in cap. significauit de offici ordina. in cap. cum teneamur de pręben. declarat superiora Deci. in d. cap. nam concupiscientiam, num. 3. de constit.

10 Similiter ad institutum accedendo, non † semper in foro exteriori mandatis & pręceptis superiorum est parendum, vt supra de sumo Pontifice dicebam, quia secundum glo final. in cap. cum teneamur de præbendis mandatũ superioris non est per necesse adimplẽdum, vbi ratio non adimplendi potest reddi. Et quia multum conducunt ad propositum nostrum verba Romani Põtificis Alexandri Tertij habita ad Cistercienses fratres, ea hic inserere decreui. Si quando, inquit Roman. Ponti-

fex

fex,aliqua,(id est mandata) tuæ fraternitati dirigimus, quæ animum tuum ex asperare videntur, turbari non debes, qualitatem negotij,proquo tibi screbitur,diligenter considerans,aut mandatum nostrum reuerenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non possis,rationabilem causam prætẽdens,quia patienter sustinebimus,si nõ feceris,quod praua nobis fuerit insinuatione suggestum. Hęc Roman Pontifex in cap.si quando de rescrip.per rationẽ & decisionem huius tex. DD. omnes in eo alijsq;in locis ac signanter Abb.Felin.Deci.& alij varia inferunt, tum ad diserendam iniustam voluntatẽ,& mãdatum superioris, tum ad temperandã inconsultam, ac nimis festinatam superioris celeritatem,& primo Abb.n.1. di
11 cit quod † vbi præceptũ Principis, seu superioris, prima fronte deuiat ab honestate,non tenetur subditus, immediate parere,sed differre executionem, & rescribere,quare parere non expediat; nec ex ista dilatione debet Princeps & superior turbari,eo tex.imo debet inferior,qui rescripsit,expectare secundam iussionem. Quod verum est etiam si superior mandasset sub certa pæna,puta
12 excommunicationis: nam adhuc † subditus debet differre,& rescribere, si videat inter alia statutum Ecclesiæ suæ posse ex mandato turbari, secundũ Innocen.in cap.Inquisitionem de sententia excommunicatio. quod notatu dignum dicit Abb.vbi supra. Ratio est quia subditus authoritate legis illud facit, cap.si quando. Vnde dicebat Felin.
13 vbi supra num.2.quod † potest super se deri executioni præceptorum Apostolicorum suadente legitima causa, veluti si peccatum immineat, turbatio Ecclesiæ,seu alteratio,vel alia huiusmodi inconuenientia,vt per Ancharr.conf.308. multa ad propositum congerit Deci. in d.cap.si quando,facit pro superioribus
14 quoniam, quando † Princeps mandat aliquid durum,non debet illico per subditum exequi, sed debet supersedere per triginta dies,& rescribere vsque ad secundam iussionem l.si uendicari C.de pæn. vbi Angel. & fuit facta illa lex a Theodosio Imperatore ad instantiam diui Ambrosij,Can.cum apud Thesalonicam ij.quę. 3.vt refert Deci. in d.ca. si quando, & alibi dicit Imperator, quodvbi per consultationem aliquid rescripserit, non vult suã responsionem sequendam esse per inferiorem, si quis non recte responsum putauerit,l.nemo C.de senten.& interlocut. omni. iudic. & quod plus est dicit Abbas Panormit. in cap.ad aures nu.2.in fine de tempo.
15 ordinat. quod † licet superior præcipiat aliquid iustum etiam euidenter,si tamẽ subditus habet conscientiã, quod est iniustũ,& contra statum ordinis sui, & illam conscientiam non potest deponere,adhuc debet contradicere, & licet prelatus eum mandet puniri,ferat illud patienter. Quibus verbis innuit quod subditus potest non obedire,si ad sit ratio aliqua non parendi & si prelatus male ferat,quod subditus pet patiẽtiam mereatur: multa ad propositum
16 dici possent, sed sufficiat docuisse: quatenus secundum † canones & Doctores Ecclesiæ,leges etiam seculares, licitum sit subditio non parere, si adsit causa rationabilis non parendi, sed interim debet rescribere, & expectare secundam iussionem, quam postea teneatur sine replica executioni tradere.
17 Sic † multoties vidi iudicatum in pluribus causis,in quibus de huiusmodi pręceptis agebatur veluti in process. Antonij Sancho super crim.in reg.cons.anno 1608.& in processu Michaelis Ynes sup. criminali eodem anno, & in specie in præcepto Domini Regis aliquid præcipientis,quod videbatur deuiare a regulis foralibus, & ob id non fuisse statim obtemperatum,sed rescriptum suæ maiestati,vidi practicatũ non semel occurrentibus negotijs,quę obliuioni tradita fuerunt.

DECISIO CCXXII.

Quo tempore, & à quo petitio criminalis offerri debeat ad iustificandam captionem.

SVMMARIVM.

Captus in vim appellitus, non liberatur per viam priuilegiatam, quamuis petitio non offeratur ab eo, qui appellitum dedit, dum tamen alius in delicto appellitus intereſſatus dederit appellitum legitime, & petitionem obtulerit intra tempus. num. 1.

Captus iuſte quoad iudicem, licet iniuſte, quoad partem recomẽdari poteſt, nec iniuſtificatio capturę recomẽdationem inualidat. num. 2.

Appellitus nouus non eſt neceſſarius quando tertius qui offert propoſitionem eſt intereſſatus in primo loco, quod ita fuiſſe deciſum refertur. num. 3.

Intereſſatus in primo delicto fragantiæ poteſt eo omiſſo aliud delictum deducere principaliter in petitione ſine appellitu, ſecus ſi non fuerit intereſſatus in primo delicto fragantiæ, quod ita fuiſſe deciſum refertur. nu. 4.



DVBITARI ſolet, an ſi quis ſit captus, tam per appellitum, quam in fragantia, & ille ad cuius inſtantiam captus eſt, non dederit petitionem criminalem contra captum intra tres dies, iuxta foros antiquos, ſcilicet forus, cosa es, de manifeſtatione perſon. & forus è porque, de procurator. Aſtrictis, & hodie intra ſex dies in caſibus Aſtricti, in for. de la via priuilegiada, de anno 1592. & alius in dicto tẽpore pro eodem, vel alio delicto, petitionem dederit, an captio iuſtificata maneat, an vero captus liberari debeat, non obſtante recomẽdatione, in quo varie actum eſt apud tribunalia. Et primo materiam diſtinguendo, quando quis † in vim appellitus, & clam ab eo emiſsi aliquem capi fecit, & petitionem criminalem non dederit cõtra captum intra prædictum tempus, ſi tamen alius etiam extraneus, & non intereſſatus in delictis appellitus, dederit appellitum legitime, & petitionem obtulerit contra captum, illud ſufficit ad iuſtificandam captionem, nec liberabitur captus per viam priuilegiatam; ita concludit Portol. in tractatu liberatiõnis per viam priuilegiatam, §. 6. à num. 56. & maxime num. 61. cum ſequentibus. Nam † vbi quis reperit aliquem in carcere captum, qui tempore recomendationis iuſte detinetur per Iudicem, licet iniuſte quo ad partem detineatur, ſi ipſum tunc recomendari faciat cum nouo appellitu, ſiue ſit extraneus, ſiue intereſſatus in primo delicto, recomendatio valet, & omnino ſuſtinetur, nec ex iniuſtificatione poſtea oſtenſa recomendatio, quæ facta fuit tempore, quo iuſte reus detinebatur, retractanda erit, Bal. conſ. 90. in 5. volu. Bart. in q. lapus, Bart. in l. ſed ſi eximendi, §. 1. & ibi Caſtrenſ. & Socin. ff. ſi quis eum, Iaſſ. in l. 1. nu. 10. eod. tit. Alex. conſ. 159. nu. 8. in 2. ſed in noſtro caſu recte captus detinetur quoad Iudicẽ, ergo recte recõmendabitur, ita Porto. n. 63. & licet hoc caſu reus debeat liberari à prima captione, ex quo ratione illius nõ fuit data petitio, tamẽ non liberabitur à ſecunda. Suadẽtur ſuperiora; quoniam for. è porque, & forus coſa es, vbi ſupra, imperſonaliter loquntur, nec aperiunt, à quo petitio danda ſit; igitur ſufficit ſi à tertio alio offeratur.

Si autem iſte tertius, qui dat † petitionem, non ſit extraneus, ſed intereſſa-

tus potius in primo delicto, pro quo captus extitit, tunc ille interessatus potest pro illo delicto dare petitionem sine pouo appellitu, vt in processu Franciscæ Miranda, nec non Mariannæ de Tarascon super manifestatione personarum, die 7. Iunij 1584. vt refert Portol. vbi supra, num. 56. Ex ratione supra immediate posita. Quibus primo loco dictis, non obstat contrarium exemplar allegatum per eundem Portol. num. 48. vbi non data petitione criminali per eum, qui primo appellitauit, & capi fecit captum, liberatus fuit captus per viam priuilegiatam, non obstante, quod tertius ratione alterius delicti, intra dictum tẽpus trium dierum nouum appellitum, & petitionem dederit: quoniam vt refert idem Portol. nu. 58. in eo processu, qui petitionem obtulit, ex alio differenti delicto, quam in appellitu deducto petitionem obtulit. Secus autem vt dixi, quando non ex alio, sed ex eodem met delicto, quamquam à diuersa persona deducto, petitio oblata extitit: & quod ideo ipsa diuersa persona admittenda fuit: sed quia hæc responsio multum limitat, & restringit materiam, & nos idem dicimus etiam, quando ob noua delicta, per viam tamen appellitus recomendatio fit, ideo aliter dicendum est, quod prædicta determinatio Ioan. Matthæi Iuneos non sit vera.

4 Verum si aliquis sit † captus in fragãtia alicuius delicti, tunc interessatus in illo delicto potest eo omisso aliud delictum deducere in petitione principaliter, & idem dic de quocumque alio interessato in primo delicto fragantiæ, vt luti fratre, sorore, & similibus, secus in eo, qui non sit interessatus in primo delicto; nam non poterit pro alio delicto petitionem dare, nisi appellitando, & in dictis casibus non liberabitur captus per viam priuilegiatam. Denique interessati possunt omisso delicto fragantiæ dare petitionem intra tempus fori pro alijs delictis: sed non interessati non poterunt, nisi appellitando de nouo: alias mille fraudes fierent; nam pro qualibet fragantia cuiuslibet delicti posset capi quicumque etiam guidatus, & habens firmam, & dari contra eum petitio, etiã per non interessatum in fragantia: quod esset absurdum; ita est intelligendus Portol. vbi supra numer. 65. vbi, quod quãdo aliquis in fragantia furti captus est, necessarium non est, quod petitio pro furto offeratur, sed satis est, quod petitio ad instantiam partis legitimæ in processu se opponentis super alio crimine, veluti homicidio petitio offeratur, intelligendo tamen, quod id fiat cum nouo appellitu, si est extraneus non interessatus in delicto fragantię, qui recommendationem facit, vt ita declarat idem ipse Portol. circa medium, vbi de secundo appellitu intelligit: ita intelligit Ferrer in sua methodo procedendi de processu criminali, vers. fraganti maleficio, fol. mihi 46. *Dicens, quod in fragantia processu sepe se opponit ille, cuius interest, & offert petitionem criminalem, quandoque nulla offertur petitio, sed antequam dicti tres dies labantur ad offerendam petitionem, offertur appellitus ad instantiam cuius interest, & recomendatur captus intra triduum, & offertur petitio, & fit processus omisso fragantia.* Quibus verbis supponit Ferrer, quod si omittatur delictum fragantiæ, & velit quis pro alio conqueri, debet nouum appellitum offerre, sequitur Bardaxi de officio Gubernationis in criminalibus, cap. 8. in principio, vbi dicit: *Quod offerenda est petitio ab appellitante, vel si facta est captio in fragantia ab eo, qui ex delicto dicta fragantia est damnificatus, offerri debet, vel potest quiuis alius intra tempus, quo est offerenda petitio, omisso delicto fragantiæ, pro suo interesse appellitare, & sic pro nouo delicto, & facere dictum captum in fragantia recomendare in vim appellitus.* Quibus verbis luce clarius tenet Bardaxi, quod extraneus non interessatus in delicto fragantiæ, in quo captus est reus, non potest de nouo delicto conquæri, nisi de nouo appellitando, quod si vero sit interessatus, poterit sine appel-

sine appellitu petitionem offerre, non solũ pro delicto fragantiæ, sed etiã pro alijs delictis, ita Portol.dict.num.65. sic fuit iudicatum in Curia Iustitiç Aragõ, in processu procuratoris Fiscalis contra Ioannem la Costa aliàs Falcon super criminali 24. Augusti 1602.& in processu fragantiæ Didaci, & Francisci Martinez, super criminal. Actuario Gregorio Villanueua, in Curia Iustitiæ Aragon, referente Portol.dict.numer.65.& hæc teneas.

DECISIO CCXXIII.

De duobus simul frangentibus pacem, an possint accusari, vel non, propter incertitudinem.

SVMMARIVM.

Facti species cum determinatione consilij circa fractionem pacis.nu.1.

Rixa, absque facto, solis verbis non dicitur fieri.num.2.

Statutum loquens de rixa non loquitur de verbali.num.3.

Procurator astrictus solus in fractione pacis est pars legitima ad accusandum, quando non constat quis ex duobus qui eam fecerunt, fregerit. nu.4.

Pacem quando non constat quis fregerit nemo ex ea aget.num.5.& 7.

Quod intellige, vt num.6.

Dolus cum dolo non compensatur, quãdo pœna venit applicando fisco, ex quo vertitur interesse Reipublicæ. num.8.

Procurator Astrictus solus est pars legitima ad accusandum de fractione pacis omnes, qui eam fecerunt, quoad interesse Reipublicæ, & eius pœnam fisco applicandam quando nescitur quis de illis quis eam fecerunt fregerit, siue pœna sit temporalis, siue specialis, siue pecuniaria. num. 9.

Pœnam pecuniariam, & temporalem solum requirunt DD. quoad interesse publicum, & vindictam publicam, non vero, corporalem, & loco pecuniariæ, quæ in Regno locum non habet, succedet pœna exilij, & relegationis, quæ non est corporalis.num.10.

Pœna exilij non est corporalis, quando exilium non est perpetuum, & traduntur exemplaria in materia decisionis. numer. 11.



1 D instantiam Astricti ciuitatis Burgiæ, †fuit accusatus Petrus Ortin: quia postquam fecit pacem cum Ioanne Paulo Garcia, fregit eam rixando, taliter quod non constabat, quis illoum incipisset, quo casu respectu accusatoris de publico ambo tenebantur: licet vnus alium accusare nõ posset, & fuit condemnatus ad exilium vnius anni a toto Regno, vide in processu fragantiæ Petri Ortin, die decimo quarto Octobris, anno millesimo sexcentesimo nono, consultante Iustitia ciuitatis Burgiæ.

Et fuit etiam accusatus de eodem facto, & delicto, de quo sup. Ioannes Paulus Garcia in alio processu, & fuit absolutus; quia licet non constabat (vt dixi) quis prius incepisset † rixam actualem, facto, & opere: cum alias solis 2 verbis sine facto non dicatur fieri, vt declarat Decian. respons. 56. num. 6. tom. 1. Bonacosa quęst. criminal. p. 1. verb. rixa, 3 vbi ꝙ †statutũ loquens de rixa intelligitur de rixa reali, nõ de verbali, prout sic

iudicatum dixi in tracta. de Inhibitio. c. 8. §. 4. nu. 61. & sic redeundo ad materiam licet non cõstaret de inceptore rixæ, quo casu † procurator publicus,
4 quem Astrictum appellamus, poterat accusare, licet non pars; tamen quia cõstabat, quod dictus Ioannes Paulus fuit prouocatus à Petro Ortin, & quod nolebat rixare, & quod Petrus Ortin fuit causa rixæ prouocando, & instando: ideo fuit absolutus Ioannes Paulus: in processu Iuratorum, & Procuratoris Astricti ciuitatis Burgiæ, contra Ioannem Paulum Garsiam, die 14. Octobris 1609.

Pro quorum resolutione est aduertendum, secundum Abb. in cap. 1. num. 3. de tregua & pace, † quod si nescitur
5 quis prius fregerit pacem de duobus, qui eam fecerunt, nemo ex eis ager de pace rupta, etiam ad pœnam conuentionalem, idem tenet Bart. in l. cum pater, §. libertis, in fin. de legat. 2. dicens, quod tali casu vnus alium non accusat, sequitur rationem in materia Paul. Castrens. in l. qui seruum, ff. de verborum oblig. Felin. in cap. 1. de tregua & pace,
6 numer. 5. Et hoc, † quoad interesse partium, quod propter incertitudinem cõpensatur; secus quoad interesse Reipublicæ, vt idem tenet Bald. in l. 1. 12. quæstio. C. vnde vi, & in l. vt vim, circa fin. de iustitia & iur. Annan. in cap. significasti 2. de homicidio, 29. colum. Idem, quod † partes non possint se accusare,
7 tenent alij multi relati per Felin. dict. num. 5. & hanc dicit opinionem communem Alexand. in l. si seruum, §. sequitur, ff. de verborum obligat. & ibi Bart. glos. in l. 1. §. cum arietes, & ibi Bart. ff. si quadrupes pau. feci. dicatur, Bertach. verbo pax, fol. 58. idem tenent Decian. tom. 1. delictorum, capit. 33. vbi limitat, num. 15. Nisi pœna veniret applicanda
8 fisco: † quoniam tunc non compensatur dolus cum dolo, ex quo vertitur interesse Reipublicæ, & idem tenet quoad interesse Reipublicæ Socin. regul. 86. in fin. dicens posse accusari
9 ambos † quoad interesse Reipublicæ, & eius pœnam fisco applicandam, siue sit specialis, siue temporalis, siue pecuniaria. & ita ad instantiam accusatoris de publico, qui Astrictus appellatur, fuerunt accusati omnes, qui pacem fregerunt simul ad vindictam publicam, in supradictis exemplaribus, & vnus fuit condemnatus ad exilium, alter vero fuit absolutus propter rationes, de quibus ibi: quia in vno exemplari constabat de prouocatione, in alio non. & aduerte, quia Doctores quo
10 † ad interesse publicum, & vindictam publicam, solum requirunt pœnam pecuniariam, & temporalem non vero corporalem: ex quo sequitur, quod loco pecuniariæ pœnæ, quæ in hoc Regno locum non habet, succedet pœna exilij, & relegationis, vt criminalistę passim tenent: pœna enim exilij, & relegationis non est pœna corporalis, tex. in l. absentem, de pœnis, vbi exponitur absentem pœna corporali puniri, nec condemnari ad eam posse, & tamen potest exilij pœna coherceri, facit tex. in l. 1. C. de requir. reis cum glos. in verbo grauia, & ita nor. Bart. ibi Anton. Gomez l. 79. Tauri numer. 1. & 3. ibi pœnam mortis, vel corporalem, & sic supra relegationem, & in vers. Item etiam ibi pœna capitalis vltra relegationem, Iul. Clar. receptarum sententiarum, §. fin. quæst. 44. num. 1. vers. hanc tamen conclusionem.
11 saltem hoc est verum, † quando pœna exilij non est perpetua: quia tunc non dicitur pœna corporalis, cum exilium non sit perpetuum, vt est glos. communiter recepta in l. 1. C. ne Christian. mancip. cum iuribus ibi allegatis, vt not. Bart. in l. 2. de public. iud. num. 10. Padilla in l. transfigere, C. de transact. numero trigesimo tertio. Et sic in primo exemplari fuit exiliatus accusatus ad instantiam publici accusatoris: in secundo vero exemplari, licet etiam fuit ad instantiam eiusdem accusatus, tamen quia constabat de prouocatione

catione, ideo fuit absolut⁹. Sequitur ex his omnibus, quod licet non constet, quis prius fregerit pacem, possunt accusari propter interesse publicum, ad instantiam publici accusatoris, & vniuersitatis, non vero ad instantiã partis, quæ similiter fregit pacem.

DECISIO CC.XXIIII.

An possit accusare de furto furem ille, qui habet securitatem aliquam de re furata, vel habet recursum contra alium ad recuperãdam rem furatam, saltem in Regno, vbi omnia fiunt ad instantiam partis legitimæ, & cuius principaliter interest.

SVMMARIVM.

Facti species proponitur.num.1.

Fideiussor dicitur proprie debitor. num.2.

Actio furti ei datur cuius interest rẽ saluam fore.num.3.

Beneficium excussionis non habemus in Aragonia.num.4.

Authent. presente habet locum cum principalis debitor, pro quo fideiussor intercessit est præsens.num.5.

Fideiussor potest repetere a reo expensas litis. num.6.

Authent. præsente non habet locum in correis debendi.num.7.

Obligans se simul cum vsurario principaliter, & insolidum dicitur correus debendi, ita quod non habeat beneficium de fideiussoribus, quod procedit.n.8.& 11.

Fideiussores simul cum debitore principaliter obligatos correos debendi dici. num.9.

Pars legitima solum admittitur ad accusandum in Aragonia.nu.10.

Fideiußori non interest rem saluam fore.num.12.

Dominium rei non consideratur in actione furti intentanda, nec aliquid aliud regulariter, sed tantum interesse rei saluæ, quod exemplificatur.num.13.

Actio furti, vt detur non sufficit interesse, sed oportet, quod interesse sit coniunctum cum iure reali.num.14.

Creditori depositario cum nullum competat ius in re deposita, nõ dabitur ei actio furti.num.15.

Actione furti, vt agatur necesse est probare dominium, vel quasi rei furatæ, vel eius possessionem, aut detentationem.num.16. Quod intellige.num.17.

Hæres ante acceptam hæreditatis possessionem, non aget furti pro re substracta hæreditati: quia in hæreditatem iacentem, nec in hæredem non transit possessio. num.18.



ARTINVS Martinez cursor, vulgo † nominatus de Percha, Iuratus in posse, & manibus Iuratorum præsentis ciuitatis Cæsaraugustæ dedit in fideiussores eadem die, loco, & in eodem instrumento Ioannẽ Pasqual, & alios in eodem instrumento nominatos, qui tales fideiussores se constituerunt, sub talibus, vel similibus verbis: *Quod dictus Ioannes Pasqual, & alij iunctim, & de per se cum ipso Martinez, & sine eo tales fideiussores, & principales debitores pro omnibus suis factis, & debitis in illo officio contractis, se constituebant, & obligarunt large in persona, & bonis.*

1

Euenit casus, quod dictus Martinus Martinez veniens ad inopiam, dissipatis fere omnibus eius bonis aufugit, è cuius domo quidam nomine Ioannes Dara furatus est quam plurima bona, pro quibus fideiussores intercesserant: dictus Ioannes Pasqual coram Çalmetina dictæ ciuitatis Cæsaraugustæ appellitauit contra dictum Ioannem Dara furem prædictorum bonorũ: qui appellitus prouisus fuit simpliciter, sicut petitus fuerat, isq; fuit executatus, executio neq; facta dictus Ioan. Dara missus fuit in carcerem: pro parte dicti Ioan. Dara petitur reuocari prædictus appellitus.

Et quod non debeat reuocari suadẽt
2 sequentia: Primo, quia fideiussor † dicitur proprie debitor, vt tradit Bart. subtili ratione motus, in l. cum quis, nu. fin. C. de iur. & facti ignor. idem Bart. in l. 1. nu. 34. & ibi Alex. nu. 48. Socin. num. 53. Iaf. nu. 49. Dec. 97. Rip. 103. ff. si cert. pet. Maxime in nostro casu, in quo dict. Io. Pasqual fideiubendo principaliter se cõstituit debitorẽ, vt cõmunem dicit Io. Bota cons. 48. n. 3. & 4. Cacheran. decis. Pedemon. 2. nu. 9. plures allegans, & si proprie est debitor dict. Ioan. Pasqual, prout est: ei conuenit bona dicto Martino Martinez furata salua fuisse, ne ea sicut verus debitor soluat. Actio † autẽ
3 furti ei datur, cuius interest rem saluã fore, etiam si dominus rei nõn sit, Mascard. conclus. 809 num. 7. l. manifestissime, C. de furtis, l. is cui⁹ interest. ff. eod. §. furti autem inst. de oblig. quæ ex delicto nascuntur, vbi Fab. & Ang. notant, & Bonifacius de Vitalinis, tit. de furtis robarijs, & latrocin. nu. 2. Boss. in pract. tit. quomodo procedatur per actionem in delictis, nu. 4. ergo dictus Io. Pasqual recte appellitare potuit contra dictum Io. Dara furantem bona dicti Martini Martinez cursoris, pro quibus ipse Io. Pasqual fideiusserat. 2. Moueor, quia in
4 Aragonia non habemus † beneficium excussionis, de quo in Authẽ. præsente, C. de fideiuss. sed in optione est creditoris prius conuenire fideiussorẽ, quam principalem debitorem, obseru. de triginta, de gener. priuil. tot. Regni. & notat Moli. verb. fideius. in vers. fideiussor fatigatus, & dato, quod tale beneficium in Aragonia haberetur, adhuc procederet nostra sententia: quia beneficium d.
5 Auth. † præsente habet locum, cũ principalis, p quo fideiussor intercessit, est præsens, vt d. Auth. innuit: quo casu etiã requiritur, quod principalis sit soluendo, prout resoluunt communiter post alios Ant. Gabr. de fideiuss. concl. 2. nu. 50. Portius lib. 1. suarum conclus. regul. 41. vers. 5. limita, sed tempore, quo appellitus fuit prouisus ad instantiã d. Io. Pasqual, poterat pro bonis furatis fieri executio in bonis d. Ioan. Pasqual, cum nec posset ipse excipere de beneficio excussionis, nec dict. Martin. Martinez cursor principalis: pro quo ipse fideiusserat, esset præsens in ciuitate Cæsaraugustę, nec dato quod pręsens esset, erat soluẽdo, ergo iuste potuit prouideri appellitus ad eius instantiam, cõtra d. Io.
6 Dara: & nota, quod fideiussor † potest repetere a reo expensas litis, Bessius in praxi, tit. de carcerat. fideius. committẽ. num. 57. fol. 24.

Tertio facit pro hac sententia indubitabile fundamentũm, quod ex verbis in fideiussione positis apparet: ex illis enim apertissime constat dictũ Io. Pasqual, ac alios fideiubẽtes pro d. M. Martinez cursore reos debendi, ita principaliter se constituisse, sicut dictus cursor est constitutus: ita quod prędictus cursor, & dictus Io. Pasqual, & alij, qui pro dicto cursore fideiusserunt, correi debẽ
7 di omnes dicantur: quo casu nec d. Authen. pręsente. locus aliquis datur, nec dictus Io. Pasqual fideiussor dici potest; sed reus principalis, prout sentit Bald. in l. exequi, col. 5. vers. sed statim quæro, C. de execut. rei iud. vbi asserit obligantem se simul † cum vsurario principali-
8 ter, & insolidum dici correũ debendi, ita quod non habeat beneficium de fideiussoribus: quia in hoc contractu ambo pariter obligantur; idẽ tradit in alio

casu

casu, idem Bald. in l. dictantibus, colu. 2. vers. & prædicta faciunt, & ibi Salicet. nu. 3. in fin. C. de testam. Caualc. 1. p. decis. fori Fiuicanen. decis. 31. nu. 20. Gabr. d. tit. de fideiuss. concl. 2. nu. fin. vbi om-
9 nes concludunt taliter fideiubentes † correos principales debendi dici cum debitore principali, quod dictum in nostro casu, in quo ipse Io. Pasqual, & alij fideiussores se obligarunt simul eodem tempore, ac in eodem instrumento, cũ reo principali, esse sine dubitatione cõcludit Alex. cons. 32. nu. 12. vol. 4. Iasson cons. 58. num. 3. volu. 3. concludentes neminem in hoc dubitare. si igitur dictus Io. Pasqual fideiussor nõ dicitur: sed correus prin. debendi cũ dicto cursore, eodem modo erit pars legitima ad accusandum dict. Io. Dara, sicut & ipse cursor.

E contra autem quod debeat reuocari appellitus facit primo: quia in Ara-
10 gonia † sola ipsa pars legitima ad accusandum admittitur, cuius principaliter interest, obseru. Item in publico, & obseru. Item in criminalibus de homicidio, sed dicto Ioan. Pasqual fideiussori, non principaliter interest: cum a posse alterius bona sint furto substracta, & ipse habeat recursum contra alium: ergo dictus appellitus, tanquam ad instantiam partis non legitimæ debet reuocari.

Secundo facit, quia licet verum sit fideiussorem se principalem debitorem constituendo dici reum debendi, quemadmodum, & principalis debitor dici-
11 tur, pro quo fideiussit: tamen illud † procedit respectu solutionis faciendę creditori (vt argumentis contrarijs respõdeatur) non tamen ad hoc, quod ipse pro rebus furto substractis possit agere actione furti, quemadmodum poterat cursor principalis debitor: quia † cum
12 fideiussor habeat obligatum principalem debitorem, & habeat recursum cõtra eum, si quid pro eo soluit, non interest sua rem non furatã esse, cum possit recurrere contra Martin. Martinez, dict. §. furti autem inst. de oblig. quæ ex delict. nascũtur, vbi dicitur, quod actio furti ei competit, cuius interest rem saluam esse, licet dominus non sit: itaque nec domino aliter competit, quam si eius intersit rem non perire; vnde constat creditorem de pignore surrepto furti actione agere posse, etiam si idoneum debitorem habeat: quia expedit ei potius rei incumbere, quam in personam agere, adeo quidem, vt licet ipse debitor eam rem surripuerit; nihilominus creditori competat actio furti, §. item si fullo inst. eod. vbi fullo agit furti, non dominus, quia contra fullonem habet
13 recursum dominus, &c. si † dixeris in actione furti intentanda non considerari dominium rei, nec aliquid aliud regulariter, sed tantum interesse rei salue, ita quod multoties domino rei actio furti non datur: cum eius non intersit rem furatam saluam fore, & detur multoties ei, qui dominus rei non est, interest autem eius rem saluam fore, dict. §. furti autem, &c. sequentibus, & dict. l. manifestissimi, &c. d. l. is cuius interest sup. allegat. & cum hic dicto Ioan. Pasqual intersit rem è domo cursoris furatam per dictum Io. Dara saluã fuisse: quia si salua foret, tolleretur ab eo obligatio eam soluendi, tanquam correo debendi principali cum cursore, videtur, quod competat actio furti, &c. per consequens, quod recte appellitum obtulit cõtra dictum Io Dara dicta bona furantem: nam respondeo, quod nõ sufficit hoc interesse remotum, nisi iungatur cum aliquo iure reali dominij, vel possessionis, vt dicitur, & probatur in dict. §. item fullo, & alijs, §§. quia simul cum interesse erat aliud ius reale.

Tertio facit, quia non sufficit inter-
14 esse, † adhoc vt detur actio furti; sed oportet, quod interesse sit coniunctum cum iure reali, ita quod agens habeat rei ius in re furata, qualecumque ius illud sit dominij, custodiæ, pignoris, possessionis, vel vsusfructus, glo-

glos.communiter recepta,& ibi omnes, maxime Castrens. vers. circa secundum, in l. manifestissimi. C. de furtis, vnde cũ
15 creditori depositario † nullum competat ius in re deposita, neq; dabitur actio furti, quamuis eius intersit, Salicet. in d. l. manifestissimi, verbo circa secundam
16 glo. Pro quo facit, quia vt agatur † furti necesse est probare dominium, vel qua si rei furatæ, hoc est rem fuisse alicuius tempore furti, Mascard. verb. furtum, conclus. 819. num. 2. vel saltem illum talemhabuisse saltem possessionem, custodiam, detentationem, vel aliud simile interesse vt possit agere, Mascard. nu. 27. l. rẽ quæ nobis, ff. de adquir. poss. l. hæreditariæ, ff. de furtis, Marian. Socin. sen. consil. 8. numer. 4. in primo, Crauet. consil. 144. in primo, glos. rei, in §. 1. inst. de oblig. quæ ex delict. nas. in fin. Quod limitat Mascard. nisi accusator publicus accuset, dixi in alia decis. † &
17 quod dixi probandum dominium intellige incidenter per possessionem, l. quidam in suo vbi Doctores, ff. de condit. instit. Ratio est, quia vt dixi ad agẽdum furti probanda est possessio, vel detentatio illius, cui res est subtracta, dict. l. rem quæ nobis, vbi Rippa numer. 11. declarat, & probatur in l. 1. §. Sceuola, ff. si quis testamẽ. lib. esse iuss. dicens. Sceuola ait possessionis, (idẽst rei possessæ ab aliquo) furtum fieri, quod si nullus possessor sit, furtum fieri negat. & ob id hæreditas non agit furti, quia non possidet, cum possessio
18 sit animi, & facti; imo nec hæres † ante acceptam possessionẽ aget furti, pro re subtracta hæreditati; quia in hæreditatem iacentem, nec in hæredem non transit possessio: licet transeant dominium, & alia iura, secundum illũ tex. & ibi glosam latius, Gom. in l. 45. Tauri, numer. 103. Solum autem hęres aget de expilata hæreditate, & punietur extra ordinem substrahens, l. 2. ff. de crim. expil. hæredit. Bart. in l. 1. ff. de effractor. Plotus de in litem iur. numer. 516. idem probatur in l. hæreditariæ, ff. de furtis, vbi rei hæreditariæ nõ fit furtum, nec datur actio furti ex eo, quia deficit possessio, vt dict. §. Sceuola, & ita sunt intelligendi Marian. Socin. senior cons. 8. numer. 4. in 1. vers. secundo principaliter, Crauet. consil. 244. in 1. Ex quibus videtur concludi, quod cum in casu isto non habeat fideiussor (licet sit principalis debitor) aliquod ius reale, possessionis, vsusfructus, detentationis, vel dominij, non aget furti ob solum interesse remotum, de quo supra.

DECISIO CCXXV.

An literæ narratiuæ, de quibus quis fidẽ fecit ipsi producẽti noceant, quoad probationes contra eum receptas in eo processu, a quo literæ narratiuę desumuntur.

SVMMARIVM.

Fragantia delicti debet iustificari aliter, quam per relationem officialis capientis. num. 1.

Producens instrumentum cum protestatione in parte, & passibus non iuuat, si aduersarius non consentit, & num. 3.

Protestatio pro parte, & passibus, non iuuat in iudicialibus, & num. 4.

Remissio datur in Aragonia in delictis. num. 5.

Protestatio producentis instrumentum non iuuat, si instrumentum est cum eo confectum. num. 6.

IN PRO


N processu Dominici Biarge & Ioannis de Casaban super manifestatione personarum mense Octobris 1608. in Curia Iustitiæ Aragonum fuit Casaban captus per Calmedinam in fragantia vulneris illati in personam cuiusdam Clerici. ipse fecit se manifestari, asserendo quod non constabat de fragantia, & petendo se liberari per viam priuilegiatam. Dicebat astrictus non fore liberandum: quia iam cõstabat de fragantia per relationem officialis, tum quia dicta fragantia reperiebatur iustificata per probationes † in Calmedinatu ad instantiam procuratoris vniuersitatis Cæsaraugustæ, (licet postea se separasset dictus procurator vniuersitatis quia alius processus fiebat in Regia Audientia) Et cum ante separationem se oppoluisset astrictus, ideo dicebat eam sibi non nocere, & iam esse iustificatam fragantiam: replicabat Casaban dicendo, quod ipse fecerat fidem per literas narratiuas de dictis probationibus & alijs actis in Calmedinatu, si & inquantum; vnde probabant in sui fauorem, quantum ad tres requisitiones † per eum factas, non vero in alijs quę sibi nocere poterant, vt fũt probationes contra eum receptę, maxime, quia pars aduersa eas non reproduxerat contra eum. fuit dictum, quod sibi nocebant, & non poterat eas in parte acceptare, † & in parte non ex multis. Primo quia astrictus non consenserat protestationi, & sic non iuuabat protestatio in parte, & partib. Secũdo quia illa protestatio non iuuat in exhibitione actorum iudicialium, & per consequens sibi fecit præiudicium sicut fauorem, † & per consequens sibi fuit denegata via priuilegiata, quia nõ cõstitit de aliquo casu illius, & postea Regia Audientia eum remisit ad Regnum Valentiæ, a quo petebatur, propter quoddam homicidium, qud ibi fecerat. † Quę omnia desumpta sunt ex his quæ tradit copiose Aymon pri. part. de antiquit. temp. §. viso de verb. enuntiatis a n. m 68. cum sequent vbi habes & Decius in l fin C. de edendo dicens quod protestatio pro parte & passibus non iuuat in actis iudicij, nec instrumentis productis in iuditio post quam sunt producta. Osascus decis. 38. num. 16. vbi veriorem & receptiorem dicit quod protestatio non iuuet, saluis in duobus casibus, supra dictis eleganter Crauet. consi. 201. num. 5. Felin. in cap. cum venerabilis nume. 23. ver. quinto est casus vbi quod protestatio non iuuat in instrumẽtis semel productis in iudicio, quia iam sunt facta communia, & maxime hæc dicta procedũt quando iura, † quæ producũtur, sunt cũ producente confecta, quo casu non iuuat protestatio in parte & passibus. Secundum Osascum Felinum, Crauet. & alios quo omnes conueniunt.

1 rat
2 in sui fauorem
3 acceptare
4 sibi fecit
5 cidium
6 munia

DECISIO CCXXVI.

Liberatio.

SVMMARIVM.

Liberatio capti non potest fieri ab eo qui non habet causę cognitionem. num. 1.

Liberatio capti non potest fieri a seruientibus & baiulis municipiorum, licet possint sistere, arrestare & capere. num. 2.

Baiuli & seruientes possunt etiam liberare captos, de generali consuetudine in leuibus, & facta pace. num. 3.

Causę omnes tam ciuiles, quam criminales debent tractari in publico loco. n. 4.

Liberatio potest fieri domi si non est data petitio, vel pars consentia. n. 5.

Liberatio per viam priuilegiatam nõ non habet locum in capto, per iudicem Ecclesiasticum. num. 6.

Liberatio

Liberatio per viam priuilegiatam non habet locum, si quis pro iniuria verbali in fragantia capiatur. num. 7.



1 REGVLARITER,† qui nō habet potestatem de causa cognoscēdi, nequaquaquā habet facultatem liberandi captum, iuxta regulam in l. 3. ff. de re iudi. & ibi Iass. tex. in l. nemo qui condemnare ff. de reg. iur. & ibi Deci. & Cagnol. dicentes, quod quādo hoc prouenit ex defectu iurisdictionis, est indubitatum. vt tradit Rebuf. 2. tomo de tract. de liter. requisito. in pręfatione num. 17. vbi dicit, quod seruientes, & bayuli † municipiorum possunt sistere, & arrestare, ac capere, sed non liberare captum: quia non possunt absoluere, nec possunt condemnare, d. l. 3. & d. l. nemo, & in num. 16. quod seruientes post quam ceperunt aliquem, non poterunt illum liberare, quod si fecerint, puniendi sunt: est tamen verum, quod in † leuibus, & facta pace, poterunt liberare captos de generali consuetudine, si tamen habebant potestatem capiendi, licet non cognoscendi, prout omne id fuit iudicatum in processu Iust. & Iurator. Ville Alagoni, contra Michaelem de Espital Iuratum loci de Alcorissa super criminali circa annum 1597. in Curia Iust. Arag. ex quo efluxit, quod Iurati Aldearum & vicorum, licet possint capere, non tamen poterunt liberare, sed remitere ad locum iurisdictionis in tra triduum, for. quandocumque de appellit. fin. col. Molin. ver. domini locorum fol. 105. col. 1. obser. cum per forum. §. malefactor de priuilegi. milit. & licet secundum forum causę† omnes ciuiles & criminales debent leuari in publico loco, foro quęrientes de officio cancellarij, & foro quod in factis vsurarum. tamen ex immemoriali consuetudine reperitur practicatum in tribunalibus, quod si captus est quis in fragantia, & non est data petitio contra eum, & petat se liberari in domo iudicis, potest iudex eum in domo mandare liberare: præsertim si pars interesata hoc cōsentiat; idem quando pars interessata hoc consentit in quo cumque estatu, vide in processu procur. Fiscalis contra Carrasco & Fiscalis contra Franciscum Cauallos super criminali die 30. Septem. 1599. vbi ex quo fuit absolutus a domino rege de resistencia, & consensit Fiscalis, quod liberaretur domi, ideo in ea mandaui eum liberari, & sepius

5 feci domi. & quia, ex quo non † est data petitio, vel pars consensit, non est necesse eum in Curia mandare liberare, sed vel domi fit vide in pcessu proc. Fiscalis, seu fragantię contra certos milites fortalitię de la Aljaferia super criminali die 23. Augusti 1597; vel etiam in carcere solet fieri in visita per Regētem, & sepius fuisse factum audiui.

7 Liberatio per viam priuilegiatam non habet locum in capto per iudicem Ecclesiasticum, Portol. in tract. de uia priuilegiata, sic fuit determinatum in processu Iacobi Oliber super manifestatione, mense credo quod Februarij vel Ianuarij 1598. in Cur. Iust. Arag. & in processu Marianæ Viñerta super manifestatione personę mense Septembris vel Augusti 1600 in Curia Iustitię Aragonum.

6 Item liberatio † per viam priuilegiatam non habet locum, si quis pro iniuria verbali in fragantia capiatur, (licet ita sit, quod de foro pro hoc delicto detur accusatio, non tamen debet incipi a captione): est ratio, quia pro hoc delicto nemo capiatur, vt dicit forus, sed debet procedi per viam accusationis, vt fit contra officiales delinquentes tamen cum casus vię priuilegiatę sint certi, non debent extendi ad hunc casum: habebit tamen locum liberatio per viam simplicem, vide in processu Hiero. Martinez super manifestatione mense Septem. 1598. in Curia Iust. Arago.

DECISIO

DECISIO CCXXVII.

Scientia, notitia.

SVMMARIVM.

Scientia præsumitur in omnibus eiusdem loci earum rerum, quæ publicè fiunt & præconizantur, & quæ sunt notoria, & de quibus est fama publica. nu. 1.

Scientia præsumptiua punibilis est num. 2.

Ignorantia debet esse probabilis, non supina & crassa. num. 3.

Pæna extraordinaria puniendus est quis propter scientiam præsumptiuam. numer. 4.

1 PRESVMITVR † sciri ab omnibus eiusdem loci, quæ publice fiũt, & præconizantur & quæ sunt notoria, & de quibus est fama publica in dicto loco, Abb. in capi. 1. num. 16. apostilla, prælato, Iass. in l. is potest num. 17. de acqui. heredi. Bossius vbi alios allegat tit. de rapinis, num. 18. cum sequent. Maran. in d. l. is potest num. 29. Iass. cons. 46. nu. 3. Mascar. conclu. 1137. Nellius de Banni. 3. part. 2. tempo. quæst. 10. glos. Bart. in l. 1, §. 1. de recepta. & hæc est scientia præsumptiua, siue sumatur ex publicatione Banni, ædicti, seu constitutionis, de qua Abb. in d. cap. 1. de postul. prelato: siue sumatur ex notorio & fama & d. l. 1. vbi glo. & Bart. & scientia hęc † punibilis
2 est, vt in processu Iust. Iurat Alcagni. contra Gabrielem Alloça de Alcorissa super crimi. in Curia Iust. Arago. codẽ anno 1600. vide me in tract. in hibitio. cap. 5. §. 8. numer. 99. & licet ista sit præsumpta scientia, potest tamen contra eam contrarium probari, Iass. Abb. vbi supra; sed non de facili debet ei credi Abb. num. 12. propter contrariam præsumptionem: verum est tamen, quod
3 † hæc ignorantia: quæ probatur, debet esse probabilis, non supina, & crassa, nã hęc habetur pro scientia, Abb. & alij in cap. Apostolicæ de cleri excom. Marãt. vbi supra num. 111.

Verum licet glo. & Barto. in d. l. 1. & allegati per Bossium vbi supra num. 30. ver. glos. & tex. dicant puniri scientem præsumptiua scientia eadem pæna qua vere sciens: tamen Bossius cũ mul-
4 tis dicit extraordinarie † puniendum tantũ iuxta glos. in l. in leg. ad l. corne. de sicar. & non pæna corporali Aymon cons. 193.

Alio modo id temperatur, vt ista sciẽtia puniatur in faciendo, non tamen in omitendo secundum Iass. cons. 46.

DECISIO CCXXVIII.

Condemnatus criminaliter in contumacia an ad nouas defensiones admittatur & dicere possit de nullitate.

SVMMARIVM.

Bannitus & condemnatus in contumaciam quomodo admittatur ad se defendendum; de iure admititur. nu. 1.

Practica in contrarium damnatur a Doctoribus. num. 2.

Contumax ad que audiatur. num. 3.

Contumax in Regno quare post sententenciam non audiatur. num. 4.

An contumax, si habeatur pro confesso adhuc captus debeat admitti ad defensiones. num. 5.

Identitas personæ quatenus comprobetur in executione statuti contra habitos pro confessis. num. 6.

Nullitatem an allegare permittatur con-

in hoc nullus dubitat,&fit ad solum animum iudicis informandum, siue per confessionē partis, siue per testes, absque eo quod in eo pars audiatur,nisi in promptu,& notorie vellet hoc ad oculum demonstrare: sic fuit practicatum in processu procuratoris Fiscalis contra los de Aynça super criminali in anno 1574.in Curia Iustitiæ Aragon.

7 Super nullitate † autem,si eam allegaret,deberet audiri,hoc intendunt allegati per Rolan. num.30. & hoc sentit Bossi.num.18. ver. aliter bannum esset nullū, Benedict. de Plumbin. in l. pæn. §.ad crimen nu.59. ff. de public.iudici. Iul. Clar. §. fin. quæst. 32. vers. quæro an in causa, Bald.in l. reos, numer. 35. C. de accusat. Menoch.de arbitr.lib.1. quæst. 80. numer. 81. & alij quos refert Portol. in schol. verb.firma, num. 164. vbi refert, sic prætextu nullitatis allegatæ, & probatæ,per absentem condemnatum, fuisse datam firmam, & inhibitionem ad impediendam executionem sententiæ criminalis, in processu Fortunij Garsia,& aliorum, super iuris firma 21. Octobr.1557. & in processu Antonij Labata super iuris firma, die secunda Augusti 1580. in Curia Iustitiæ Aragonum. Imo secundum eum per procuratorem allegare poterit absens condemnatus nullitatem sententiæ; nā licet dici soleat,condemnatum in absentia: quia contumax, nullam exceptionem allegare posse, Barto. in l. sepulchri,num. 2.ff.de sepul. violat. & quod elapsis terminis foralibus absens contumax non auditur ad defensionem, seu contradictionem allegandam, nisi personaliter, & voluntarie compareat,for. fin. in fin. de modo & forma proceden. for. è por dar mas breue expedicion,in fin.tit.de proces.contra absentem:Hæc tamen non obstant; nam procedunt quando contumax vellet ostendere iniquitatem sententię, vel innocentiam suam, quod non posset: secus autem si nullitatem sententię ex actis ostendere velit; nam tunc admittendus est, Roland.cons.29.nu. 44. in primn: Alexan. cons.60. num.15. in quarto, & DD. supradict. ita Portol. num. 651. Quia nullitas notoria, nisi expresse tollatur,non censetur exclusa per verba generalia, Van. vbi supra. Contard.in l. vnica, limit.7.C.de si de moment. pos. ego late de Inhibitionibus, cap.5. §. 5. Maxime si notoria sit nullitas: Etsi hæc licent in Curia Iustitię Aragonum,licebunt etiā in Regio Consilio: nam non diuerso iure vtitur Regium Consilium: vide me in tractatu Inhibition.cap.1.§.2. nu. 44. & cap.5.§.5.num.3. & sic quod talis condemnatus possit allegare nullitatem, est res sine dubio, vt sic fuit factum in processu intitulato, in causa processus Procuratoris Fiscalis, contra los de Aynsa, super criminal. anno 1591.in Curia Iust. Arago. vbi fuit concessa copia ex titu, & memorialibus Petro de Angulo, quem postea ego liberaui per viā priuilegiatam ex capite: quia erat persona diuersa, á persona condemnati, & sic dicebat, & bene sé captum sine appellitu, & petitionem non fuisse contra eum datam, & sic liberandum: & licet secus fecerim in alio, in causa illius processus contra Martinum de Basaluij, hoc ideo fuit:quia clare constabat

8 † de identitate, & alijs requisitis, & pars, seu procurator rei etiam per me requisitus noluit mecum stare ad docendum de nullitate, seu diuersitate personæ,& sic fuit cauillum,& calumnia notoria illa dilatio, quæ non debet retardare executionem. Sed licet ita sit, quod possit allegare nullitatem cōdemnatus in absentia, tamen si capiatur,vel se representet,non se poterit liberare per viam priuilegiatam, in Curia Iust. Aragonum; ex quo non fecit tres requisitiones, secundum forum coram iudice capiente. iuxta forum,è por que,de Procur. Astrict. Portol.in tract. liberat.per viam priuileg.§.10.vbi late, allegare tamen potest nullitatem, & ei dari debet copia ritus, ad alios effect⁹, veluti obtinendi supersedimentum á

Iudice

iudice capiente & impediendi executionem sententię & similia: sicut per viã iuris firmæ posset in Curia Iustitię Aragonum, imo quod plus est, si verum est, quod tradit Portoles in tract. liber per viam priuilegiatam, §.10. num. 16. quod scilicet tres requisitiones faciendę ante causæ conclusionem solum attenduntur, quo ad petendam liberationem in Curia iustitiæ Aragonum iuxta forum e porque, de procurat. Astrict. & quod secus est coram iudice ordinario ipsius causę, qui in quolibet statu processus requisitus potest, & debet liberare reum, etiam si post conclusionem causę, in quolibet statu causæ requiratur, referens ita iudicatum esse in regio consilio: quia allegatio huius nullitatis notorię, non est per forum denegata coram eo, & sic proponi poterit Vant. in tit. quot. & intra quod num. 4. DD. vbi supra quod videtur verum: in tali casu iam erit de †

9 effectu allegatio huius nullitatis ad petendum se liberari, in quocumque statu fiant requisitiones ipsi iudici ordinario per ipsum reum absentẽ captum, vel voluntarie representatum, supponẽdo, quod talis sit nullitas, quæ de foro inducat liberationem per viam priuilegiatam veluti iuxta foros antiquos, si appellitus sit prouissus ab incompetenti iudice, & alijs casib⁹, quos refert Portol. vbi supra. iuxta for. autem nouum, si petitio intra 3. dies non fuerit data a die contumatiæ, quas nullitates & vitia absit, quod captus seu se representas censeatur approbare, & renunciasse iuri suo vt est vulgatum.

DECISIO CC.XXIX.

De materia consortij & fideicommissi legalis, & de exceptione tertij omnino exclusiua iuris agẽtis.

SVMMARIVM.

Consors non potest ante diuisionem portionem suam bonorum consortio suppositarum alienare in extraneos. nu. 1.

Exceptio de iure tertij obstat consorti alienanti portionem suam ante diuisionem. num. 2.

Hæres institutus cum obligatione distribuendi, si non distribuat successio reducitur ad causam intestati. num. 3.

Consortium & fideicommissum legale est conuenio, & participatio dominij in eadem re à lege inducta. num. 4.

Consortium à societate, in quo differunt. num. 5.

Consortes qui dicantur, & inter quos detur, & quomodo. num. 6.

Filius succedens patri, succedit cum eodem iure, eadem prærogatiua, & qualitate, qua pater existebat, dum viueret. num. 7.

Fideicommissum legale, & consortiũ qualiter inducatur ex vi representationis. num. 8.

Representatio perpetua, & in infinitum datur in linea descendentium, quod secus in linea colaterali. num. 9.

Nepos quomodo succedat auo vna cum patruo. num. 10.

Descendentes ad finem representandi dicuntur, qui descendunt ab vltimo possessore maioratus, licet non descendant à primo institutore. num. 11.

Representatio de iure ad succedendum datur: quando persona representata potuisset succedere, & qualis debeat ista capacitas succedendi personę representatę. num. 12.

Consors ante factam diuisionem non potest portionem suam extraneo vendere. num. 13.

Consors ante diuisionem non potest portionem

tionem suam extraneo hypothecare. n.14.

Consors non potest ante diuisionem disponere in vltima voluntate de sua portione in extraneos.num.15.

Portio consortis alienantis, vel in vltima voluntate disponentis in extraneos ante diuisionem accrescit alijs consortibus.num.16.

Consortes vindicantes portionem alienatam à consorte ante diuisionem possunt obtinere in iudicio apprehensionis.nu.17.

Consors alienans ante diuisionem portionem suam, si filios habeat, succedunt ei in portione alienata, & non alij consortes. num.18.23.& 25.

Oppositio de iure tertij non est admittenda de iure, nec de foro.num.19.

Emphyteota tunc cadit à iure suo, quãdo dominus id vellit.num.20.

Ius tertij non potest quis sine mandato domini in ius deducere. num.21.

Possessor, seu detentator actualis tempore motæ litis necessario debet obtinere in iudicio possessorio summarissimo litis pendentiæ.num.22.

Filij excludunt fratres, & alios cõsanguineos, quia in successione prima causa est filiorum.num.24.

Pater testans obstante legis prohibitione, licet de facto testatur, intestatus tamen decedit.num.25.

Exceptio de iure tertij, quando opponatur.num.26.



ARTHOLOMEVS Balles instituit sibi hæredem vxorem suam Elisabethã Bernat, cũ obligatione restituendi filijs hæreditatem; vxor contraueniens voluntati testatoris instituit fratrem suum, & sic per cõtrauentionem hæredis, fuit res redacta ad causam intestati. Cumq; testator haberet quinque filios, Bartholomeum, Ioannem, & alios, habuit vnusquisque, & sic Bartholomeus quintam partem hæreditatis communiter, & pro indiuiso: vnus ex fratribus, Ioannes scilicet, emijt tres portiones hęreditarias ab alijs tribus fratribus, & insuper recognouit se habere quandam domum communiter, & pro indiuiso cum Bartholomeo absente: & ita Bartholomeus absens habebat dimidietatem domus ratione consensus, & quintam partem hæreditatis, tanquam vnus ex quinque filijs. His sic prehabitis euenit, quod Ioannes tres illas portiones hęreditarias, quas emerat à tribus fratribus, vendidit quibusdam, qui tempore motæ litis reperti sunt in possessione portionum supradictarum. Apprehensis & sequestratis deinde his omnibus bonis prætendebat Bartholomeus absens primo dimidietatem domus: & in hoc obtinuit iuste: prætendebat etiam quintam partem hæreditatis, & in ea etiam obtinuit, & iustissime: sed difficultas versabatur in alio: quia petebat portiones alienatas per Ioannem consortem in tertios possessores, fundatus in ea ratione: quia per foros, & obseruantias
1 Regni, quando bona sunt † in consortio communiter, & pro indiuiso inter aliquos, non potest vnus ex eis portionem suam alienare in extraneos extra consortes: nisi post factam diuisionem cum eisdem consortibus, taliter, quod si facta fuerit alienatio est nulla, & pars alienata, quasi beneficio iuris ac crescendi accrescit alijs consortibus, ob seruantia Item si fratres 2. & ibi Bages, & Pertusa de consortib. obser. sed pone de consortibus, for. 1. & 2. communi diuidundo, Portol. de consortib. cap. 20. & cap. 9. obseru. Item de consuetudine, & obseru. Item sicut de consortibus, & ibi, Pertuf. & Bages, Molin. in repertor. verb. alienare, fol. 15. colu. 1. in fin. & in verbo

verbo frater, fol.162.colu.2.late Portol. dict.tract.de consortibus, cap. 10. cum sequentibus, qui in hac materia consortij, & fideicommissi legalis, ita exactè, & accurate rem peregit: vt præ omnibus, qui scripserint, laudandus, & commendandus sit. Sed cõtra Bartholomeũ opponebatur per tertios possessores bo
2 norum † exceptio de iure tertij, de iure scilicet filiorũ Ioannis alienantis, qui bus debebant accrescere portiones alienatæ, iuxta obseruãtiam, Item pone de consorti. & non Bartholomeo fratri: & in hoc erat tota dubitatio. In quo resolutio consilij fuit, quod obstabat talis exceptio: cum esset omnino exclusiua iuris agentis, & per consequens tertij illi possessores erant conseruãdi in portionibus hæreditarijs per eos emptis, & iudicatum in hoc contra Bartholomeũ.

Vltra ista † vt nihil facti omittatur di
3 cta vxor Elisabet Bernat, in suis proprijs bonis instituit similiter hæredem eundem met fratrem suum, cum obligatione distribuendi in filios suos, quo nõ facto per hęredẽ, redacta etiam fuit successio hæc suorum bonorum ad causam intestati. & sic in his bonis aliam quintam partem prętendebat absens, quæ fuit sit [illegible] adiudicata, & totum hoc in processu Ioan. Assensio, & Ioannæ Valles coniugum, super apprehẽsione, in articulo proprietatis 18. Aprilis 1611. in Regia Audientia; in quo fuerunt cõcordes omnes Domini de Regio Consilio.

Pro intelligentia decisionis aduer-
4 tendum, est † consortium, & fideicommissum legale in materia statutorum loquentium de consortibus, esse communionem, & participationem dominij in eadem re à lege inductam, vti intellexit Baldus in l. durum, in fin. C. de contrahend. emptio. Iasf. in l. 2. num. 22. C. qui admitti, Gregor. Lopez in l. 55. tit. 5. par. 5. in verbo comunalmente, & alij quos allegat Portol. de consortibus
5 cap. 1. num. 3. in quo † differt à socijs, & societate bonorum, quæ à conuentione partium, & non à lege pendet, vt diffuse declarat idem Portol. vbi supr. num. 4. iuxta l. societatem pro socio, ff. pro socio, vt sic distinguit Rebuf. in l. latæ culpæ, vers. societas, ff. de verborum signif. Rippa in cap. cum M. Ferrariensis nu. 9. de constitut. Dec. in l. 1. num. 8. C. qui testam. facere possunt. Hæc enim societas longe distat à nostra societate, de qua loquimur, l. 2. ff. communi diuidundo, & sic applicando ad Regnum no-
6 strum. consortes † dicerentur esse filij nepotes, & pronepotes, & reliqui descendentes, ad quos peruenerint bona immobilia ex successione patris, matris, auorum, & aliorum ascendentium, ante tamen factam diuisionem; nam ea facta, definit esse consortium, for. 1. & 2. communi diuidun. & ibi Ioannes de Patos, obseruan. Item sicut, & toto tit. de consortibus, Molin. in repertor. in verbo alienare, & verb. auolorium, & non solum inter istos datur cõsortium, & fideicommissum legale, sed etiam inter alios, aliquando ex vi successionis, & subrogationis, aliquando vero ex vi representationis. De primo exemplum erit, si existentibus tribus fratribus in consortio in hęreditate paterna, vel cõsanguineorum, vnus ex fratribus ante diuisionem decedat relicto filio, tunc filius succedens patri succedet cum eisdem qualitatibus, & pręrogatiuis, in quibus erat pater tempore mortis, & cum pater fuisset in consortio, similiter & filius erit in consortio cum patruis ea
7 ratione: quia † quotiescumq; filius patri succedit, semper cum eodem iure, qualitate, prærogatiua, in quibus existebat pater, dum viueret, succedet, vt ex Alexan. Tiraquel. Bursat. Castro, & alijs optime deducit Portol. de consort. cap. 1. num. 19. quod omne probatur in obseruan. sed pone. de consortibus, quã ad hoc propositum defendit, & bene fundat. vbi sup. à num. 33. cum sequenti
8 bus. De secundo † autem, quando scilicet ex vi representationis inducitur fideicommissum legale, & consortium: exem-

exemplum erit, veluti si ex duobus fratribus vnus moriatur relicto filio, & patre: tunc filius iste succedet vna cum patruo suo, auo decedenti per representationem, & hac via erit in consortio cũ patruo suo, non ex vi subrrogationis, & successionis cum eisdem qualitatibus defuncti: cum pater eius nondum in cõsortio esset, sed ex vi representationis, quia personã patris representat, obseruantia, Item si frater, de testam. in hac
9 enim † linea descendentium, perpetua datur representatio in infinitum, vt diximus in decisione 62. cum totum contrarium sit in linea collaterali, in qua non datur representatio, sed proximior præfertur, obseruantia Item si frater, obseruantia, Item in bonis, de testam. prout, & idem erat de iure ciuili antiquo, ante authenticos, vt diximus late in decisione 61. & sic in linea collaterali, vt supra diximus, nepos succedendo patruo cum alio patruo non succedit ex vi representationis, sed ex vi successionis cum eisdem qualitatibus, vt supra diximus: & idem erit quando filius succedit patri iam existenti in consortio cum aliquo fratre eius: tunc enim ex vi successionis, & subrrogationis subintrat filius in consortium, obseruantia. Item pone, & obseruantia sed pone, de consortibus, quod † om-
10 ne secus est, quando nepos succedit auo vna cum patruo: veluti quia tam nepos, quam patruus superuiuunt, & succedunt auo nepotis, seu patri patrui, iuxta obseruãtiã, Item si frater, de testamen. tunc enim sicuti pater, si superuixisset, successisset auo cum fratre: ita etiam eo mortuo filius eius personam suam representando debet succedere, ex vi representationis. Et hac via intrabit in consortium cum patruo, vt tenet Pertus. in obseruantia Item sicut, & obseruantia, Item si fratres, 2. de consortibus, Molin. in verbo filius, & probatur in obseruantia, Item si frater, de testamen. & idem erat de iure, §. cum filius, instit. de hæreditat. quæ ab intestat. deferuntur, & ibi Faber, & Angel. numer. 5. & 8. & additio ad Angel. numer. 11. vbi de communi, ita Paris. Benedict. Alexand. Decius, & alij copiosa manu allegati per Portol. dict. cap. 1. numer. 44. Et est aduertendum, quod ad effectum representandi di-
11 cuntur † descendentes, qui descendunt ab vltimo possessore maioratus: licet non descendant à primo institutore, quod erit, quando maioratus existit penes fratres, & collaterales institutoris, & eorum descendentes: ex eo quia successio intelligenda est ab vltimo possessore. Vnde si quis sit descendens à primo institutore, non vero ab vltimo possessore, sed sit eius transuersalis, non dicetur descendens, quoad representationem, sed erit transuersalis; & vt talis admittendus; etsi descendat ab vltimo possessore, erit descendens, & veniet in infinitum per representationem latissimè Molina. de primogen. lib. 3. capit. 7. & est summè
12 aduertendum, † quod representatio, de iure ad succedendum datur tantum, quando persona representata potuisset succedere, & in eo casu, quo potuit succedere. Vnde si illa fuit incapax successionis, & filij eius erunt incapaces, nec venient ad successionem per representationem patris, Bald. in l. veniamus, C. de in ius vocand. Molin. dict. lib. 3. capit. 7. de primog. Quod intellige, quando incapacitas personæ representatæ fuit perpetua á tempore natiuitatis; secus autem, si aliquando fuit capax, & postea fuit factus incapax, ex aliqua causa, puta quia factus Monachus, Clericus, cæcus, surdus, vel alia de causa: quia tunc non obest, quin filij per representationem patris succedant: ex quo in spe, & potentia illorum pater aliquo tempore fuit capax, ita Molin. vbi supr. vbi latè.

Modo ad punctum decisionis faciebat pro Bartholomeo absente, & contra

tra tertios possessores consideratio sequens, quod scilicet † ante factam diuisionem nullus ex consortibus partem suam extraneo vendere potest, foro 1. & 2. communi diuidundo, & ibi Ioan. de Patos, & Pertus. obseruan. sed pone in fine. obseruan. item de cõsuetudine, obseruan. Item sicut, de consortibus, vide Bages, & Pertus. noster practicus Molinus in verb. alienare, colum. 1. in fin. & in verbo frater, colum. 2. vt in simili facit lex quædam antiqua relata in l. dudũ, C. de contrahend. emptione, ibi, *Dudum proximis consortibusq; concessum erat vt extraneos ab emptione remouerent, neque homines suo arbitrio vendẽdo distraherent, &c.* Quam legem sequti sunt Aragonẽses, & aliæ nationes, prout refert Portol. de consortibus, cap. 9. num. 5. Tiraquel. de retract. linagier in præfatione, numer. 5. Imo nec † hypotecare potest consors partem suam ante diuisionem alicui extraneo, dict. for. 1. & 2. cõmuni diuidun. & ibi Pertus. & Patos. obseruan. Item forus, obseruan. Item de consuetudine, de consortibus, prout sic fuisse iudicatum refert Portol. de consortibus, cap. 10. numer. 2. in processu tutorum Mariæ Ximenez super apprehensione, die 21. Ianuar. 1564. in curia Iustitiæ Aragonum, neque donare poterit, dict. foro 1. nec aliquo alio modo in extraneum alienare, dict. foro. 1. & 2. obseruan. 1. obseruan. Item forus, obseruan. sed pone, obseruan. Item de consuetudine, obseruan. Item sicut, de consortibus, Portol. cap. 12. & tandem, neque † in vltima voluntate disponere in extraneos ante diuisionem, obseruã. 1. obseruan. Item si fratres, obseruan. Item pone, obseruan. Item de consuetudine, de consortibus, Molin. in verbo frater, Portol. cap. 15. vbi late. Quod si consortes † partes suas alienauerint in extraneos, ante diuisionem, vel aliter nondum facta diuisione decedant instituendo extraneos, portio sic decedentis, vel sic alienantis in extraneos, alijs consortibus accrescit, veluti ex quodã fideicommisso legali, for. 1. & 2. communi diuidundo, obseruan. Item si fratres, 2. obseruan. Item de consuetudine, & vtrobique Pertus. & Bages, obseruan. Item pone, obseruan. sed pone, de consortibus, Portol. cap. 14. & 20.

13

14

15

16

Cum igitur in casu nostro Ioannes frater, & consors alienauerit in extraneos tres illas portiones, quas emerat à fratribus suis, simulque consortibus: sequitur, quod illæ tres portiones hæreditatis accreuerunt Bartholomeo iure non decrescendi, & virtute fideicommissi legalis, & consortij, & quod sic debet illas recuperare, & in hoc articulo tenutæ, & possessorij inferioris obtinere. Certissima enim regula iuris est, consortes † rem indiuisam alienatam vindicantes posse, & debere in iudicio hoc apprehensionis, etiam in articulo tenutæ, obtinere, dummodo intra annum à die mortis alienantis veniant, non autem à die alienationis factæ; prout in omni materia, vbi per mortem substitutio verificatur tradunt Molin. in verbo apprehẽsio super foro à vezes, vt in l. 45. Taur. vbi DD. Castellani, & Molin. de primogen. lib. 3. cap. 12. numer. 1. & per totum, Matienzo libr. 5. nouæ recopilationis, tit. 7. l. 8. glos. 5 num. 3. & in terminis cõsortij ita tenet Portol. de consortibus cap. 20. num. 8.

17

Neque huic opinioni obstabit, si dicatur, † quod in portionibus alienatis per Ioannem consortem non possunt succedere alij consortes, & sic Bartholomeus, nec ius repetendi habent, quantumuis alienatio ante diuisionem facta sit; attento, quod Ioãnes habuit filios; quo casu, ad eos pertinere debet res alienata ante factam diuisionem, & non ad alios consortes, obseruan. Item pone, & obseruan. sed pone, de consortibus, & ibi Bages, & Pertusa, ita Molin. in verbo abolorium, & in verbo frater, resoluit Portol. de consortibus, capite decimoquarto, à num. 8. cum seqq. Nam hæc oppositio de iure filiorum

18

19 filiorum Ioannis esset oppositio † de iure tertij, oppositio autem de iure tertij non est admittenda de iure, nec foro obseruan. Item si pater de donationib⁹, obseruan. sed pone de consortibus, Molin. verbo exceptio, vers. exceptio, de iure tertij, Bart. in l. 2. & ibi Socin. de exceptione rei iudicatæ, Bertachin. in verbo exceptio de iure tertij, Crauet. cons. 80. num. 17. Nata cons. 274. numer. 13. Socin. cons. 78. numer. 4. in quarto, Menoch. de recuperand. poss. remedio 1. quæstione 3. numer. 49. Roland. consil. 56. numer. 21. in quarto. Portol. in verbo exceptio, numer. 62. Tiraquel. in l. si vnquam, in verb. reuertatur, à numer. 10. cum sequentibus, C. de reuocan. vbi latissime multa adducit Bart. in l. 2. ff. si ager vectigal. Vbi quod † tūc
20 demum emphyteota cadit à iure suo ob aliquam causam, quando dominus id velit: ita glos. in verbo volenti, in l. 2. C. de iur. emphyteo. Speculat. Salicet. Bald. & alij infiniti quos allegat Tiraquel. vbi supra, facit l. sed & loci corpus, §. competit, & ibi Bart. Angel. & omnes si seruit. vendicetur, & hinc fit, quod si bona mea à te possessore vendicauero, & tu obijcias de defectu dominij, asserendo, quod Titius præscripsit illa, cui tu, nec successisti, nec ab eo causam habes, audiri non debes: quia de iure tertij opponis, Alexand. in l. indebiti, §. fin. de cōdictione indebiti, numer. 9. Bald. Speculat. & alij allegati per Portol. vbi supra, numer. 65. vbi alijs modis exemplificat regulam hanc, mouenturque omnes supradicti ea ratione, quod sine mandato domini non li-
21 cet ius tertij in ius deducere: quia, si id liceret, posset excipiens de iure tertij ius illud deteriorare, adimere, & omnino extinguere succumbendo, non solum per collusionem, sed etiam licitè, quod absurdissimum est; Bald. in l. cum seruum, numer. 1. de seruis fugitiuis, ita Portol. 69. Concludendo igitur cum hæc exceptio de iure filiorum Ioannis opponenda contra Bartholomeum, & habentes ab eo causam esset de iure tertij, admittenda non esset ad excludendum Bartholomeum consortem à portionibus hæreditarijs, & quod sic tertij possessores succūberc debeant in hoc iudicio.

22 Sed his non obstantibus † quantum ad has tres portiones alienatas ante diuisionem iudicauit Senatus pro tertijs possessoribus, qui emerunt á Ioanne consorte ante factam diuisionem; isti enim cum reperiantur in possessione, seu actuali detentatione tempore motæ litis, necessario obtinere debent in hoc possessorio summarissimo litis pendentiæ, seu tenutæ: cum ita de foro, & de iure sit, foro. licet. de appellitu, foro por quanto, de apprehensionibus, diximus in decisione 55. toto titulo, vti possideris, §. retinendæ de interdictis, quod satis notum est. Hac sola ratione defendendi veniunt tertij possessores, si aliud eis non obstat, sicuti nec obstat argumentum desumptum ex consortio, & fideicommisso legali, videlicet, quod bona alienata per Ioānem in extraneos ante diuisionem debeant accrescere Bartholomeo consorti in vim fororum, & obseruantiarum: quoniam licet ita hoc verum
23 sit, tamen hoc fallit, quando † consors alienans rem indiuisam filios habet: tunc enim illi filij præferendi sunt alijs consortibus; & idem est, quando decedit consors ante diuisam hæreditatem: nam non ad defuncti fratres, & sic consortes expectat res consortialis, sed potius ad defuncti filios, & etiam ad filios alienantis, obseruantia Item pone, obseruantia sed pone, de consortibus, & ibi Bages, & Pertusa, Molin. in verbo auolorium, columna prima, & in verbo frater, columna tertia, & verbo diuisio, columna secunda, & in alijs locis allegatis per Portol. capite decimo quarto, à numero quarto. Ra-
24 tio istorum est: quia † in successione prima causa est filiorum ipsique in ea

Rr 2 defun-

defuncti fratres, & alios consanguineos excludunt, §.: in Authen.de hæredibus ab intestato venientibus, §.1.& ibi institutis, de hęreditatibus quę ab intestato deferūtur, Bald.in l.1. C.de legitim. hæred. & quando pater † restatur obstante legis prohibitione de re consortiali in extraneos, de facto testatur, & intestatus decedere dicitur, Castrens. cons.441.num.2. cum sequentibus, volum.2. Benedict. in cap. Raynutius, verb. vxorem, num.7.de testam. & sic merito filij tunc succedere debent exclusis patruis consortibus, non obstāte obseruantia, Item si fratres, 1. de consortibus: quia illa est intelligenda, quando fratres ipsi fratri consorti succedere volunt, non datis filijs, secus vero, si filij succedere velint: tunc enim ipsa successio, non tanquam ex iure accrescendi, sed ab intestato potius defertur, vt tenet Porrol. vbi sup. num.10. & idem est, quando pater consors pręmortuus in extraneos, vel in alterum consortē portionem suam alienauerit ante diuisionem: quoniam adhuc ad filios ipsius cōsortis alienantis ea portio alienata pertiuet, ipsique illam à patruo consorte vindicare poterunt. Ita Bages in dict. obseruan. Item si fratres: id enim, quod dicitur fratrem consortem posse suam portionem indiuisam in alterum consortem alienare, limitatur quando ille, qui alienauit filios habet: nam illi succedent in ea: pater enim consors portionem suam indiuisam, nec in extraneum, nec in alterum consortem alienare potest, sed omnino cogitur portionem illam filijs reseruare; et si secus fecerit, ipsi filij eam portionem, veluti ex quodam tacito fideicommisso eis debitam ab alijs cōsortibus, seu extraneis, in quos alienata fuit, reuocare possunt, sicut feudatarius feudum alienare in fratrem non potest, si filios habet, Alexan. cons.26.num.1.in quinto, Tiraquel. de retract. lignag. §.11.glos 6. num.14. & 21. Siltian. cons.15.num.3. Iul. Clar. §.feudum, quæst.42.num.5.& in expresso, ira hoc decidit obseruan. sed pone, de consortibus, vbi præfertur filia alienantis consortis ipsi extraneo, in quem stat alienatio. Hoc supposito iustissime opponi potest per tertios possessores exceptio de iure filiorum Ioannis: attento quod hæc exceptio est omnino exclusiua iuris agentis Bartholomei, scilicet, cuius actio, & ius ad vendicandam partem alienatam per Ioannem ante diuisionem omnino extinguitur, rollitur, & anihilatur existentia filiorum Ioannis. Et huiusmodi † exceptio de iure tertij opponitur, sicuti quando possessor excipit contra bona vindicantem, quod ipse non est dominus bonorum, sed quod bona ad alium pertinent; quo casu exceptio de iure tertij admititur, & si actor se dominum non probat, obtinere nequit: & hæc dicitur exceptio defectus intentionis agentis, l. cum seruum, & ibi glos. & DD. C. de seruis fugitiuis, Corne. cons. 102.num. 33. in 2. Gozadin. cons.4 num.20. asserentes, quod vbi exceptio de iure tertij in totum perimit ius agentis, admitti potest, & debet, Alexand. in l. si alienam. num. 8. solut. matrim. sic debitor contra creditorē excipere potest de iure cęsso cęssionario. l.3. C. de nouation. confirmat Portol. varijs exemplis, in §. exceptio, à num.71.79. cum seqq. cum itaque in casu præsenti portio hęc alienata non ad consortes, sed ad filios alienantis pertinet de foro, taliter quod filij si agerēt, obtinuissent in hoc iudicio, sequitur quod Bartholomeus ius non habet, & deficit in salutari, & per consequens obstāte eidem exceptione de iure filiorū Ioannis obtinere debeant tertij possessores, prout iustissime obtinuerunt in præsenti causa, ex motiuo sequenti.

25

26

Motiuum.

EX eo, & alias, quoniam ex deductis in processu hoc litis pendentię, cuius istę proprietatis est cisternus, constat

stat bona apprehensa fuisse communia, pro æquis portionibus, inter Bartholomeum Valles, & Elisabetham Berbat coniuges, patres Ioannis, & Bartholomei Valles fratrum tempore eorũ mortis, præsumuntur enim aequisita constante matrimonio; constat etiam dictũ Bartholomeum instituisse hæredem dictam Elisabetham coniugem in sua portione, cum onere disponẽdi inter filios, qua decedente, & nulla facta inter filios dispositione, nec diuisione, fuit redacta res ad causam intestati inter [illegible]s, ex quo quinque filij, qui remanserunt, suc cedẽtes ab intestato immediatate bonorum patris, vnusquisque domin[illegible] est in ea medietate, videlicet quintæ partis tãtum, in vim consortij, ad quam iure optimo admittitur Bartholomeus vnus ex fratribus, non autem ad alias fratrum portiones, etsi alienatas: quia cum decesserit Ioannes Valles cum filijs, ipsi patri succedunt, & non frater iure consortij, & huiusmodi exceptio, licet de iure tertij, cum sit omnino e[x]clusiua iuris agentis, debet admitti: in alia vero medietate, & portione matris eorum, non adesse cõsortium arbitramur, cum eius hæres facultatem habuerit disponendi de illa, vt cumque voluerit, si recte verba testamenti inspiciantur: succedit tamen dictus Bartholomeus in medietate domus, non habita ali[q]ua ratione consortij, ex pacto, & con[c]essione inter Ioannem & Bartholomeum fratres, instrumentaliter emissa, qua se inuicem dominos profitentur pro æquis portionibus, cui standum est, & cui Ioannes præiudicare alienan[d]o non p[o]tuit.

DECISIO CCXXX.

Quod post triginta annos non agitur de nullitate via actionis, licet sic via exceptionis, & quod defectus interrogationis testium, iuxta forum, Por quanto, de apprehensio. purgatur per taciturnitatem partium litigantium, & quando tertius non oppositus in processu possit agere de nullitate, & de defectu interrogationis.

SVMMARIVM.

INterr[o]gatio testium fieri debet à iudice in appellatu apprehensionis circa possessionem appellitantis. num. 1.

Appellitus apprehensionis sustinetur, si ex dep[osi]tionibus testium constat de possessione appellitantis, & alterius tertij. numer. 2.

Lex expressa non est in dubium reuocanda. num. 3.

Cauilari non debent verba statuti. num. 4.

Pr[ax]is [do]ctissimorum inconcusse erit obseruanda. num. 5.

Opinio vnius Doctoris [n]ullo contradicente pr[æ]l[at]e erit [ob]seruanda. num. 6.

Expr[es]sum dicitur à lege, quod maiorum auctoritate firmatur. num. 7.

Regulas generales adducere, vbi casum legis habemus expressum, refugium est miserorum. num. 8.

Doct[o]ribus attestantibus de praxi fori, in quo versantur, credendum est. nu. 9.

Doctores ius, in quo versantur, ignorare non præsumuntur. nu. 10.

Praxis & stylus curiæ obseruandus est. num. 11.

Consuetudo vera legum interpres dicitur. num. 12.

Leges in sch[o]lis deglutiuntur, in palatijs digeruntur. num. 13.

Geminatio verborum inducit enixã voluntatem.num.14.

Verbum hayan, debeant, teneantur, necessitatem inducunt.num.15.

Verbum sia tenido, formam substantialem inducit.num.16.

Interrogatio testium in appellitiu aprehensionis forma substantialis est.nu.17.

Verbum (sii) significat ipso iure. n.18.

Forma a statuto inducta semper præsumitur substantialis.nu.19.

Nullitas est in Regno omnis contra foros. nu. 20.

Nullitas inducitur ob non seruatã formam fori.nu.21.

Formę substantialis omissio inducit nullitatem, num.22. Licet nulla ponatur clausula annullatiua.num.23.

Forma substantialis aduenit rei existẽti in potentia, accidentalis rei existenti in actu.num.24.

Tempu[illegible] adiectum actui explicando formam sub[illegible]ialem inducit.nu.25.

Appellit[illegible] apprehensionis omissa forma substantialis [illegible] non potest transire in rem iudicatam.num. 26.

Formæ substantialis non potest per æquipolens suppleri. num.27.

Actus præter formam factus dicitur nullus, ac si esset factus contra formam. num. 28.

Formæ omissio etiam in minima parte vitiat actum in totum, quia forma est indiuidua.nu.29.

Nullitas ipso iure inducta perpetuo peti potest, quia eaque ab initio non valent, tractu temporis non conualescunt. num.30.

Nullitas nunquam transit in rem iudicatam.num.31.

Sententia nulla non firmatur taciturnitate.num.32.

Sententia nulla nunquam transit in rem iudicatam.num.33.

Sententia nulla sententia non est. num. 34.

Iudex, qui nulliter pronunciauit, iudicasse non censetur.nu.35.

N[illegible] velata & occulta, quæ probation[illegible] extrinsecis indiget, proponi non potest p[illegible] lapsum 30.annorum.num.36.

Nullitas notoria, quæ ex inspectione processus notorie resultat, perpetuo potest opponi.num.37.

Distinguere qui nescit, nescit soluere & diuisio terminorum amaritudinem tollit.num.38.

Nullitas, que resultat ex inspectione processus & eius actis, notoria est. numer. 39.& 40.

Præscriptio triginta annorum non excludit notoriam nullitatem.num.41.

Nullitas notoria proponi potest aduersus tres sententias conf[illegible]mes.num.42.

Præscriptio triginta annorum non excludit nullitatem i[illegible] iure inductam vel notoriam & euidentem, sed nullitatem occultam tantum & velatam, iure actionis intentatam.num.43.

Nullitas per viam exceptionis potest opponi perpetuo.num.44.

Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.num.45.

Præscriptio interrupta fuit in casu huius decisionis.num.46.

Actor dicitur, qui prius ad iudicium prouocat.num.47.

Reus perpetuo potest excipere de nullitate

tate sententiæ.num.48.

Reum nullitatem proponens excipere dicitur.num.49.

Præscriptio tollit ius agendi de nullitate directè, & principaliter, non vero incidenter.num.50.

Nullitas incidenter dicitur tractari, quando ex processu, & eius actis de ea constat absque aliqua probatione. numero. 51.

Præscriptio interrupta non procedit, neque obstare potest.num.52.

Præconia foralia, si non fiant, vel de eis in processu apprehensionis non constet, processus erit nullus.num.53.

Negligentia iudicis non debet nocere parti.num.54.

Notarij factum, vel imperitia non debet nocere parti. num.55.

Nullitatem proponi non posse via actionis post lapsum 30. annorum decisum fuisse in Regia Audientia refertur. n. 56.

Interlocutoria bis confirmata non potest reuocari.num.57.

Sententia interlocutoria reuocabilis, post latam sententiam diffinitiuam irreuocabilis redditur. nu.58.

Sententia mandata executioni transit in contractum.num.59.

Clausula, scientibus, & tollerantibus exprimere videtur actualiter possidentes, & ius aliquod habentes.nu.60.

Testis censetur interrogatis respondere. num. 61.

Possessio eadem apud duos esse non potest.num.62.

Interrogatio quæ ex responsione præsumitur, sufficit, vt eam interuenisse dicamus. num.63.

Interrogatio testium non requiritur in apprehensione in possessione iurium incorporalium fundata.num.64.

Interrogatio non requiritur vbi appellitans fundatur in titulo.num.65.

Præscriptio 30. annorum titulum tribuit, & pro titulo reputatur.num.66.

Apprehensionē, annullandam non esse, sed reuocandam ob defectum formæ fori. 3. de apprehensionibus probatur. numer. 67.

Verbum (tollitur apprehensio) intelligitur mediante reuocatione.num.68.

Factum suum nemo impugnare potest.num.69.

Fictus non interessatus, non est pars legitima ad petendam nullitatem apprehensionis.num.70.

Nullitas respiciens interesse priuatū, non potest per tertium non interessatum post lapsa præconia foralia proponi. nu. 71. 73. & 74.

Nullitas prouenient ex defectu solemnitatis publicæ potest à quolibet allegari. num.72.

Apprehensio ex defectu solemnitatis non reuocatur in totum, sed respectu præiudicij nullitatem petentis.num.75.

Forus per alium forum potest limitari, & ampliari.num.76.

Nullitas purgatur per litigantes vltra progredientes.num.77.

Actio petendi nullitatem per modum agendi perimitur spacio triginta annorum.num.78.

Nullitatis exceptio perpetua est.num. 79.

Exceptio descendens à iure agendi sublata actione tollitur. num.80.



AGNVS Magister
Ordinis & Religio
nis Sancti Ioannis
Hierosolymitani
obtulit appellitum
apprehensionis lo
ci de Aguauiua,
cum omni iurisdi-
ctione, & fuit prouisa apprehensio, &
bis confirmata anno 1574. & fuit man-
datum apprehendi. Factis postea præco
nijs foralibus, opposuerũt se in hoc pro
cessu Magnus Magister, & Ordo, & Re
ligio Sancti Ioannis, & villa de la Gine-
nebrosa, & obtulerunt suas propositio-
nes: & cum ad sententiam dictus pro-
cessus perueniret, recepta fuit primo
loco propositio Villę de la Ginebrosa,
respectu omnium iurium in ea deducto
rum, & secundo loco, & sine eorum præ
iudicio, fuit recepta propositio Magni
Magistri, & Religionis. Trãsactis dein-
de plusquam triginta annis, procurator
quidam Ordinis, & Religionis petijt re
uocationem, vel annullationem appre-
hensionis: eandem reuocationem pe-
tierunt quidam vicini loci de Aguaui-
ua, & Antonius Manero, & Gaspar Gon
çalez, & Martin⁹ de Lierta procurato-
res petierunt nomine proprio eandem
reuocationem, siue annullationem:
cum nemo prædictorum præter dictam
Religionem Sancti Ioannis obtulisset
propositionem, neque cedulam refer-
rę, in dict. processu qui intitulatur, Pro-
cessus Magni Magistri Sancti Ioannis,
super apprehensione in Regia Audien-
tia anno millesimo quingentesimo sep
tuagesimo quarto. In quo nullitas præ-
tenditur ex defectu interrogationum
testium, & ex defectu prçconium fora-
lium.

Et primo videtur apprehensionem
reuocandam: quia testes non fuerunt
interrogati per iudicem, an appellitans
1 † possideret bona per tempus saltem
triginta dierum, ante appellitus obla-
tionem, & an alius tertius in posses-
sione eorum erat: quia hoc fieri debe-
re suadet forus 3. de apprehensioni-
bus, Molin. fol. 30. colum. 1. & folio
22. colum. 3. versic. appellitus apprehen
sionis, idem Molin. fol. 23. colum. 4.
vers. appellitus apprehensionis infor-
matio, Ferrer in methodo fol. 22. de his
quæ requiruntur ad apprehendendum,
versic. si ad iudicium in fine, Portol. §.
apprehensio, 1. num. 50. Bardaxi de ap-
prehensio. quęst. 3. numer. 3. versic. & ad
hanc, versic. 4. & 7. & in for. 3. de appre
hensio. num. 4. & 5. ex quarto in versic.
2 quætit, resoluit quod † si ex depositio-
nibus testium constat de possessione ap
pellitantis, & alterius tertij, sustinetur
appellitus: ergo alias reuocaretur, idẽ
docet Bardaxi for. 21. de apprehensio-
sio. in principio, versic. iste forus versic.
tum etiam. Ergo videtur absque dubio
reuocationem huius appellitus locum
habere: cum habeamus dictum forum
tertium expresse hoc decidentem, in
quo omnes hucusque pro hac opinione
fundamentum constituerunt, & vbi
3 habemus † legem, vel statutum expres-
se loquentem, non est dubitandum, l.
ancilla, vbi Bald. & alij, C. de furtis, &
cons. 174. in fin. volum. 2. Vbi inuehi-
tur † contra aduocatos cauilantes ver-
4 ba clara statuti, quem retulit Mandos.
regul. 16. quæstio. 2. numer. 2. Aymon.
consilio trigesimo primo in fine, nume-
ro septimo.

Et licet nulla reperiretur lex, vel sta-
tutum, sufficeret tamen ita inconcusse
5 † à doctissimis viris in praxi fuisse ob-
seruatum: quorum opinio vt lex erit
obseruanda, ex Castrens. in l. mutum,
ff. de adquirend. hæredita. Iasson in l.
non eo minus, colum. 2. versic. 3. C. de
procuratoribus: præsertim nullo con-
tradicente (vt in pręsenti casu) Becius
6 cons. 35. numer. 18. quod † procederet
etiam si vnius tantum Doctoris fuisset
opinio, vt aduertit idem Becius consil.
2. numer. 11. adeo vt expressum dicatur
7 † à lege, quod auctoritate maiorum
Doctorum firmatur, idem Becius con-
sil. 23. numer. 6. dicens, ita intrepide res-
ponden-

pon lendum, & conf. 68.numer.6. Surdus decisione 229.num 35.& consil.313. numer.43. volum.3. & cons. 379. num. 23.eodem volum. Et sic non est recur-
8 rendum ad regulas generales:†cum ha beamus legem expresse nostrum casum decidentem, ne ad refugium miserorum,& asylum pauperrimi Doctoris re fugiamus, vt notat Borgninus decis. 15. numer.2.& decisione 44. & 37.& 39. & decisione 34. numer. 20. & decisione 43.numer.10. Becius consil.35 num.18. idem cons.8. numer.25. & cons. 2. num. 11.Simon de Pretis consil.79.numer.29. Rubeus consil.2.numer. 24. Paseta con sil. 120. Gomezius regula Cancellariæ prima,quæst.16. Cephalus cons. 363. in fin. volumine tertio. Rolandus consil. 69.numer.25.volum.3. Calcaneus cons. 61.num.10.

Rursus,& si legem non haberemus, adhuc secundum praxim obtinere deberet reuocatio petita, quia Doctores nostri practici antiquiores testantur de praxi tribunalium,& fori, vbi floruerunt ,& sic praxim probare videntur † quibus creditur argumento legis
9 secundæ,cum ibi notatis per DD. cum glosa, verbo deget, C. vbi de crimin. agi oporter, & ita intelligendum esse, Bart. in l. de quibus ,ff. de legibus docet Menochius de arbitrarijs iudicum, centuria 4. casu 360. numer. 94. Nata consil.812.num.4.in primo Aymon con sil.166. num.9. Mascard. conclus. 428. à numer. 19. vsque ad 23. & conclusione 528. numer.6. Roland. cons.94.numer. 22.volum.4. Gabriel commun.opin.tit. de probatio. conclus. 4. num.3. Becius consil.7. numer.30. Neque credendum
10 est viros graues,† & doctos ius ignorasse:turpe enim esset patricio,& nobili viro causas exoranti ius, in quo versaretur, ignorare, l. 2. versic. namque, ff.de origine iuris, l. regula, §. sed & iuris, ff. de iuris & facti ignorantia, ibi, vel sua prudentia instructus, & in l. si quis ex argentarijs, §. prętor ait, ff. de edendo,ibi instructus instrumento suæ professionis, optime Sarmiento selectarum interpretationum cap. 12. num. 2. versic. his consonant. Et cum hæc sit consuetudo, & praxis, scilicet, quod propter defectum interrogationum testium,an tertius possideat eo tempore, quo appellitans probare suam posses-
11 sionem contendit,obseruanda † erit, l. 1.C.quæ sit longa consuetudo, ibi, *Nam consuetudo praecedens, & ratio quæ consuetudinem suasit custodienda est.* Nata cons.406. numer.28. & 19. Et vera legum inter-
12 pretatio † ex consuetudine,& stilo desumitur, l. si de interpretatione, ff. de legibus, & Senat. consult. l. obseruandum, ff. de iudicijs, l. fin. ibi, *Aliaque omnia quæ in huiusmodi causis de more procedunt, solemniter obseruare decernimus.* C. de iniurijs, Bald. in l. fin. C. quæ sit longa consuetudo, Tiraquel. in tractatu le mort seisit, 2. part. declaratione 16. numer.4. facit l. 1. in fin.ibi:*Solet hoc in vsu obseruari*, ff. ad Sillanianum, Pinelus l.2. C. de rescindenda venditione, 2.parte, cap.4. numer. 2. Rebufus ad constitutiones, tom. 3.tit. de consuetudine vsu, & stilo in princip. & artic. 2. glosa 12. & 13. Muscatelus parte 1. glos. nullitatis, numer.8.& facit quod notabiliter dixit Bald. in l. Emilius, numer.11. in fin. de
13 minoribus,quod † leges in scholijs deglutiuntur,in palatijs digeruntur : quia practica scientia est digestiua.

Deinde pro hac parte ponderatur dictus forus tertius de apprehensionibus, dum disponit per verba geminata, iudicé debere interrogare testes, vtrum possederit alius tertius prçter appellitantem, eo tempore, quo appellitans contendit probare se possedisse : quæ
14 geminatio verborum †inducit enixam, & vehementem voluntatem legislatorum, vt prædicta forma inuiolabiliter obseruetur, Decianus consil.1.numero 42. & 43. volumine tertio, Gutierrez lib. 3.practicar. quæst.17.num. 134. Aymon

Aymon consil. 54. numer. 7. Roland. cons. 44. numer. 14. volum. 4. & consil. 61. num. 40. volum. 3. Becius consil. 20. numer. 12. 21. & 24. Euerardus loco 121. Præcipue cum verba geminata
15 sunt † talia, vt inducant formam, & necessitatem obseruandi, qualia sunt verba dicti fori ibi, ayan, & ibi, sea tenido, quæ idem operantur, quod verbum (debeant) & verbum (teneatur) hæc autem necessitatem inducunt, vt colligitur ex glos. debeat, in Clementina. attendentes, de statu Monachorum, capit. oblatę, versic. superior, de appellationibus, l. vnum ex familia in princ. ibi hæres eligere debet, & in §. si de falcidia eiusdem legis, ibi (*Qui quod reliquit omnino reddere debuit*,) ff. de leg. & fideicommis. 1. late Tiraquel. de retractu lignagier §. 1. glos. 15. Roland. consil. 80. numer. 55. volum. 3. & consil. 2. numer. 41. volum. 4. Padilla dict. l. vnum ex familia, in princip. numer. 7. vbi Peralta numer. 11. Sarmiento in §. si de falcidia, numer. 9. Molin. libro secundo de primogen. capit. 4. numer. 10. 11. 12. 20. & 21. & verba nostri fori, ibi, *Sia tenido*, formam substantialem indu-
16 cunt, † vt testatur Tiraquel. de retractu lignagier. §. 36. glos. 2. num. 29. vbi quod statutum loquens per verbum, teneatur, inducit formam substantialem, ita vt non obseruata actus corruat, ex Bald. in l. comparatio de fide instrumentorum, colum. 2. idem in l. humanum, C. de legibus. Quod vero solemnitas
17 hæc interrogationis testium † in appellitu apprehensionis sit substantialis, ita vt ea non seruata appellitus sit nullus ipso foro, probatur, quia verbum (sia)
18 Latine, sit, † significat ipso iure, ex glos. in l. amissione, §. qui deficiunt, versic. relegati, ff. de capitis diminutione, glosa, verbo priuatus, in cap. licet canon. de vita, & honestate Clericorum, Baldus & Decius in l. 1. notab. 5. C. de secund. nuptijs. Socinus Iunior. consilio 68. numer. 56. in tertio, Felin. in capit.

Rodulphus, numero 17. versic. & pro opinione Bartoli, de rescriptis, Tiraquel. in l. si vnquam, verbo reuertatur, numer. 180. Becius consil. 57. numero. 10.

19 Facit quod forma † à statuto inducta semper præsumitur substantialis, ex Bald. in l. comparatio, tertia oppositione, C. de fide instrumentorum, idem Tiraquellus de retractu lignagier, §. 36. glosa 2. numer. 29. Decianus consil. 46. numer. 2 & 72. numer. 27. lib. 2. Becius consil. 12. numer. 15. Octauianus decis. 165. num. 15. Medices de regul. iur. reg. 7. numer. 105. & ex consequenti forma inducta, in dicto foro 3. de apprehensionibus, substantialis est, & omnino obseruanda, ita vt ea non obseruata apprehensio nulla sit. Quæ sententia comprobatur ex foro prouidiendo, de apprehensionibus, ibi, Sean tenidos: Vbi si atrendatio bonorum apprehensorum non fuerit facta præsente iudice ordinario illius loci, vbi bona sunt sita ob non seruatã formam per verba, sian tenidos, inductam, arrendatio erit nulla, vt late resoluit Bardaxi super dict. for. prouidendo, 18. numer. 6. plura referens exemplaria: faciunt notata per Portoles, §. apprehensio. 1. numer. 73. & 74. Vbi etiam in terminis dicti fori ob illius formæ omissionem nullitatem inducit, dicens, ita decissum fuisse in Curia Iustitiæ Aragonum, in processu Iuratorum loci de Fabara super apprehensione.

Suadentur superiora, ex eo quia in Aragonia communiter per practicos
20 receptum est, quod omnis † contra forus est nullitas, Molin. folio 240. columna prima, versic. 1. in fine, & folio 165. columna quarta, verbo grauaminis, in versic. tamen præsupponendo, Bardaxi in foro quod extraneus à Regno non possit, num. 4. Et nos in tractatu de Inhibitionibus cap. 1. §. 6. numer. 5. & capite 11. numero nono. Vnde

Vnde Portoles in §. apprehensio.1. nu-
21 mer.80.nullitatem induci † affirmat ob
non seruatam formam traditam in fo-
ro, grandes abusos, de apprehensioni-
bus, exemplariaque huius sententiæ
retulit, & hoc procedit non obstan-
te, quod forus ille non inducat expres-
se nullitatem a[illegible], forma non serua-
ta: quia omissio [illegible]æ † substantialis
22 reddit actum null[illegible], ut supra diximus,
etsi nulla apponat[illegible]r in statuto clau-
sula annullatiua actus, vt [illegible] Van-
cius in tractatu de nullitatib[illegible] in tit.
quot & quibus modis, numer. [illegible] Octa-
uianus decisione 165. numer.8. & 14.
23 Ex eo enim solo, quod lex, † vel statu-
tum disponat, quod in aliquo actu ob-
seruetur certa solemnitas, aut certus
modus, vel ante quam fiat, vel in eo
faciendo, probatur, & colligitur for-
mam adhibuisse substantialem, & ea
non seruata actus dicitur nullus, quo
sensu procedit tex. in l. cum hi. §. præ-
tor. ff. de transactio. l. hac consultissi-
ma, C. de testamentis, Felinus in cap.
cum dilecta, numer.30. vers.& adde, de
rescriptis, Becius dict. consi.12. num.26.
Iasson in l. vniuerso numer. 7.8. & 11.
24 dicens, formam substantialem † adue-
nire rei existenti in potentia, acciden-
talem vero rei existenti iam in actu,
C. de precibus Imperatori offerend.
quam opinionem idem Iass. dicit ab
omnibus aprobatam, dict. numero. 11.
Et sic dictum forum tertium, quate-
nus disponit appellitum apprehensio-
nis tali modificatione fieri debere, vt
testes interrogentur de possessione ap-
pellitantis, vel alterius tertij, formam
substantialem inducere, probatur ex
Decio consil. 261. numer. 4. Riminal.
iunior. consil. 467. numer. 16. Surdo
decisione 268. numer.9. in fin. ex An-
charran. consil. 241. Becio dict. consil.
12. num.24. Octauianus dict. decis.165.
num.11.

Deinde formam substantialem con-
tinere videtur, ex eo quia dictus fo-
rus declarat tempus, quo interuenire
debet interrogatio testium, scilicet,
tempus quo offertur appellitus, &
25 quando tempus † adijcitur actui ex-
plicando, censetur forma substantialis,
ex Felino dict. capit. cum dilecta, de
rescript. numer.53. versic. octauum sig-
num, Becius vbi supra, nume.23. cum
pluribus sequent. adeo, vt talis appelli-
26 tus omissa forma † substantiali proui-
sus non possit transire in rem iudica-
tam, cum sit ipso iure nullus, vt pro-
uisus contra expressas rationes iuris,
& expressam dispositionem fori tertij
de apprehensionibus, vt in terminis
notat Mandelus consil.166. num.7. Ne-
què poterat supradicta forma suppleri
27 per equipolens, † quia actus erit nul-
lus, nec solum quando fit contra for-
mam statuti, sed etiam quando fit præ
28 ter † formam actus, erit nullus, latis-
sime Becius dict. consil. 12. numer. 16.
17. 22. 29. & 30. dicens formæ omissio-
nem in qualitate, vel in minima parte
29 actum vitiare, cum sit indiuidua, † Sur-
dus dict. deci[illegible] 268. nume. 9. Octa-
uianus dict. deci[illegible] numero 8.
Medices de reg. [illegible] regul. 7. numer.
[illegible]. 4. 35. 51. 61. 62. 70[illegible] cum sequen-
tibus.

Secundo principaliter annullatio-
nem, siue reuocationem petitam, in
præsenti casu ob defectum formæ sub-
stantialis locum habere, probatur: quia
etsi à tempore prouisi appellitus ap-
prehensionis, vsque ad tempus peti-
te nullitatis elapsi fuerunt plusquam
triginta anni, non tamen ex eo pars ista
priuatur iure petendi eam, neque in
eius odium, & alterius partis fauo-
rem ius istud petendi præscriptum di-
ci poterit, ex regul. glos. in l. sicut, C.
de præscriptionibus. Hæc enim nulli-
tas tripliciter peti potest: Nam aut pe-
titur, ex eo quod appellitus est ipso iu-
30 re nullus, † quo casu nullitas perpetuo
peti potest, absque eo quod possit vlla
tem-

temporis præscriptio obstare, ea enim quæ ab initio non valent, tractu temporis non possunt conualescere, l. quę ab initio, ff. de reg. iur. c. non firmatur, eod. tit. in 6. cap. auditis, de electione, l. inter stipulantem, §. sacram. de verborum significatione, l. sicut, C. de falsis, l. si seruo, ff. qui & à quibus, l. cętera, ff. de leg. 1. §. an seruo inst. de legat. capit. auditis de electione, Vancius in tract. de nullitatibus, in tit. quoties, & intra quod tempus, num. 8. in princ. & sic communiter
31 circumfertur nullitatem nunquã † transire in rem iudicatam, & Salicetus in l. si vt proponis, 2. C. quomodo, & quando iudex, num. 3. vers. item colligunt, dicit, quod sententia nulla non firmatur taciturnitate, † nec aliquo temporis
32 cursu, & quod hoc est generale in quolibet actu nullo ipso iure, ex cap. non firmatur, allegato à Vancio, vbi supra, de reg. iur. Balbus de prescriptio. 4. par. q. 32. num. 4. vers. ex quibus, referens verba Saliceti, Maranta de ordine iudiciorum, par. 6. tit. de sententia. num. 153. dicens, sententiam nullã nunquam † tran
33 sire in rem iudicatam, imo semper posse retractari, ex glo. vbi Bart. in l. si expressim de appellationibus, Mandelus cons. 119. numer. 7. dicens id procedere etiam si sententia esset sepius confirmata, Grauatius in additiones ad Octauianum Vestrium, lib. 8. cap. 1. nu. 30.

Confirmantur superiora, quia senten
34 tia nulla † sententia non est, nec tale nomen meretur DD. cõmuniter in l. 4. §. condemnatum, vbi Rippa nu. 3. & 4. dicens, quod non dicitur iudicasse iu-
35 dex, qui nulliter † pronunciauit, ex l. 1. §. fin. ff. quod quisque iuris, late Surdus varia exempla adducens, cons. 3. a nu. 9. cum multis sequentibus, Padilla in l. 1. C. de iuris & facti ignorantia, num. 32. dicens, quod quando contra sententiã nullam aliquæ proponuntur exceptiones [illegible]ntur pro[illegible] iteante sententiã, cum [illegible]tia nulla tale nomen non mereatur, [illegible] quod notat Paz in sua praxi, 1. p. tom. [illegible] de nullitate [illegible]n-tentiæ, num. 6. & 7. Bald. optime in l. data opera num. 59. in fin. C. de his qui accusare non possunt, vbi asserit sententiã ritum nullitatis habentem in forma ipsius, non conualescere, notat Balbus, dict. quęst. 32. par. 4. num. 2. Quod vero in præsenti casu appellatus apprehensionis ob defectum formæ substantialis, scilicet interrogationis testium, sit nullus satis probatum remanet ex superioribus, quibus addendus est Mandelus. d. cons. 19[illegible]. num. 7. Borgninus decis. 5. nu. 25 & 26. & decis. 11. num. 54. 1. par.

Aut agitur de nullitate per viã actionis, & adhuc respectu nostri casus locũ habet reuocatio, aut nullitas pretensa: quia Doctores communiter distinguere solent in hoc articulo inter nullitatẽ
36 velatam † & ocultã taliter, quod probationibus extrinsecis indigeat, & tunc non potest agi de nullitate, nisi vsq; ad triginta annos, & inter nullitatem euidentem, taliter quod de illa [illegible], ex eadem sententia, per reuolutionem, vel inspectionem processus, & ex eisdem actis, absque vlla probatione extrinse-
37 ca, & hoc casu † nullitas perpetua est, & perpetuo potest intentari, & nunquã transit in rem iudicatam, & nulla taciturnitate, & temporis lapsu confirmatur, & hoc procedit [illegible] in omnibus actibus nul[illegible] q[illegible]ctionem originaliter tra[illegible] Baldus in dict. l. data opera n[illegible]9. Balbus de prescriptio. 4. par. quæst. [illegible]. Alexan. cons. 59. numer. 15. lib. 4. Antonius Grauatius in additio. ad Octauianum Vestrium lib. 8. cap. 1. nu. 30. vers. item etiam intelligas, quorum Doctorum distinctioni standum est: nã
38 qui nescit distinguere, nescit † soluere, & ex diuisione terminorũ euitatur amaritudo, ex traditis ab Angelo cons. 376. Borgnino decis. 15. num. 2. & decis. 44. num. 37. par. 1. Magonius decis. 60. Lucę si, num. 17. & decis. 148. Florentina num. 14. Surdus decis. 1[illegible]6. num. 12. & decis. 54. num. 5.

Et quod nullitas, quæ resultat ex eodem processu, aut ex actis eiusdem sit

eundem

39 euidens † & notoria, tradit Afflictis decis. 283. num. 2. Couarr. plures allegans practicarum 35. num. 2. Farinacius de delictis, & pœnis, quæst. 11. num. 17. Muscatelus par. 1. glos. nullitatis, num. 25. & 26. dicens, quod etiam elapso termino ad docendum de nullitate, nullitates notoriæ manifeste, & euidentes, ex actorum facie resultantes, & apparentes, proponi possunt: illa enim dicitur notoria †
40 nullitas, quæ prima facie de iure communi talis est: licet possit subesse causa, propter quam reddatur falsa, Francisc⁹ Areti. in l. illa, col. 5. vers. tertio adde, de verb. oblig. & in cap. significauerunt, colum. penult. de testibus, Tiraquel. de pœnis. temper. in præfacio. num. 61. Et nos late in tractatu de Inhibitio. cap. 5. §. 5. num. 24. & de his nullitatibus etiam elapso termino agi potest, ex Vancio de nullitatibus in tit. quis possit dicere, numer. 51. 52. 53. & 54. Octauianus decis. 142. num. 33. dicens, quod licet regulariter iuri dicendi sententiam nullam præscri-
41 batur spacio † triginta annorum: attamen quando nullitas est euidens ex actis, potest perpetuo proponi, Nata cōsil. 172. num. 4. & 5 Rippa l. 4. §. condemnarum, num. 16. & 17. de re iudicata, vbi
42 quod etiam aduersus † tres sententias conformes potest proponi, & sic quamuis sententia sit confirmata, ex Mandelo d. cons. 199. num. 7. Et nos in dict. c. 5. §. 9. num. 42. & quod sententiæ notoria iniquitas illa dicatur, quæ ex actis, & instrumentis iam productis, & ex eorū inspectione resultat, pluribus relatis, diximus in eodem tractatu cap. 11. nu. 10. Azebedo lib. 4. tit. 21. num. 93. vsque ad 97. & secundum has doctrinas debet intelligi Vancius in tit. quoties, & intra quod tempus, num. 8. late Azebe. lib. 4. tit. 17. l. 2. à num. 30. vsque ad 36. Afflict. decis. 39. num. 6. Cæsar Vrsilis in additio. ad Afflict. decis. 283. num. 1. & 2. Becius cons. 12. num. 55. & 56. Muscatelus par. 3. in glos. prouocare, nu. 38. & 39. vbi quod hæc nullitas ex actis resultās potest proponi contra tres sententias conformes, Lancelotus de attenta. 2. par. cap. 17. numer. 105. & 117. Et sic etiam si appellitus apprehensionis in præsenti casu confirmatus esset, cum nullitas sit euidēs, licet lapsi fuissent triginta anni, potest peti an nullari, seu reuocari. Quare sententia Doctorum asser. [illegible], quod quando nullitas intentatur iure actionis, debet intentari intra triginta annos: quia eo
43 tempore præscribitur, † intelligi debet non in sententia ipso iure nulla, ob non seruatam formam statuti, neque in casu, quo nullitas notoria est, absque eo, quod indigeat extrinseca probatione, sed tantum procedere poterit in nullitate oculta, velata, & celata, quæ indigeat ꝓbatione extrinseca: in hoc enim casu, actioni nullitatis velatæ, & ocultæ obstat præscriptio triginta annorum, ex Bald. in d. l. data opera num. 59. C. qui accusare non possunt, Balbus dict. 4. p. de præscriptio. quæst. 32. Surd. cons. 49. num. 44. Mandelus cons. 192. numer. 12. Vancius de nullitatibus, in tit. quoties, & intra quod, num. 8. Maranta in tit. de sententiæ, par. 6. num. 154. Gail. lib. 1. obseruatio. obseruatione. 127. num. 8. Octauianus Vestrius lib. 8. cap. 1. num. 16. vbi Antonius Grauatius in additionibus ita declarat, litera L. num. 30. Et cum in casu præsenti, nullitas huius apprehensionis sit euidens, notoria, & manifesta, resultans ex inspectione processus, & ex actis eiusdem, opponi semper potest, nec ei obstat taciturnitas, vel quælibet temporis præscriptio, ex supradictis.

Aut denique agitur de nullitate sententiæ per viam exceptionis, & in hoc casu communiter omnes cōcordant, q̄ dicta nullitas † per viam exceptionis,
44 potest proponi perpetuo, Vancius vbi sup. num. 8. Mandelus dict. cons. 192. numer. 12. & Balbus dict. quæst. 31. & Bald. in dict. l. data operā num. 59. quia temporalia † ad agendum, sunt perpetua ad ex-
45 cipiendum l. pure, §. vltim. ff. de exceptione doli, glos. in cap. si autem de rescriptis, ea ratione: quia in potestate rei non est excipere contra actionem non pro-

productam, secus in potestate actoris, vt in pulchra specie, Bald. in l. cum mulier, colum. 4. quæst. 13. ff. solut. matrim. contra Bart. in l. miles, §. socer. ff. de adulterijs, qui communiter reprehenditur, secundum Alexan. in dict. l. cum mulier, num. 18. verbo vltra ea quæ hic tetigit Bart. & per Balbum in tractat. de præscriptio. in 4. par. quartę partis prin. 2. quæst. num. 9. in 7. limitat. & vide Gratianum decis. 151. per totam: Et nos in tractatu de Inhibitionibus cap. 2. §. 5. numer. 22. Et quod in casu præsenti † nullitas proposita contra appellitum apprehensionis proponatur excipiendo, probatur, quia post quam facta fuit diuisio iurisdictionis ab ipsa Religione S. Ioan. domina locorum de la Ginebrosa, & de Aguauiua, & separatus, vel dismembratus locus de Aguauiua à tribunali loci de la Ginebrosa, & post quam ab ipsa Religione fuit posita in executione talis diuisio, nominatiq; fuerunt ministri, & officiales, & tribunal in dict. loco de Aguauiua vicini loci de la Ginebrosa, die 23. Martij anni, vt fugerent dictam diuisionem, recurrerunt ad processum antiquum apprehensionis, de cuius nullitate agitur in pręsenti, & obtinuerunt literas de tolisforciá, & intimarunt eas post dictam diuisionem vicinis de Aguauiua, & sic à die, quo dictum tolisforcium intimarunt, nondum lapsi sunt triginta anni, imo neque vnius anni spatium, & ex consequenti etiam si hoc casu de nullitate ageretur per viam actionis, & nullitas non fuisset euidens, & notoria, non poterat considerari præscriptio triginta annorum.

46

Assignationes terminorū factæ sunt vniuersitatibus per Reges, vel Principes intuitu populationis, num. 72. decisione 149.

Assignatio terminorum ex quo fuit facta vniuersitati propter commorantes, & commorantibus propter vniuersitatem eo respectu cessante propter mortem vniuersitatis in totum corruere debet, num.87. decisione 149.

Attentata ante omnia demolienda sunt, & restituenda ad tempus litis institutæ, num.23.decis.154.

Attentantes offendunt partes, & iudices, num.27.decis.154.

Attentata non dicuntur quæ fiunt post sententiam, nu.7.decis.154.

Attestationes testium in scriptis redactæ habent vim publici instrumenti, tam de iure, quam de foro, & ita iudicatum in Regno, numer. 36. decisione 144.

Augmentum est additamentum præexistentis magnitudinis, num. 12. decisione 124.

Augmentum debet esse eiusdē qualitatis cum suo principali, cui accedit, num.28.decis.124.

Augmentum, quod superuenit rei comprehenditur in dispositione, quando dispositio fit per verbum collectiuum, & vniuersale, numer. 2. decisione 159.

Authent. præsente, C.de fideiussoribus habet locum cum principalis debitor, pro quo fideiussor intercessit est præsens, num.5.decis.224.

Authoritas concedendi leges data inferioribus censetur tributa sine praiudicio priuilegij concessi per ipsum Imperatorem, locis & personis Ecclesiastici cis, num.65.decis.113.

Authoritate propria, qui potest demoliri, ad iudicem etiam recurrere potest, num.39.decis.154.

B

Baiulus generalis Aragoniæ, an habeat iurisdictionem contra administratores, & arrendatores iurium, vulgo dictorum, Del peso del Rey, declaratur, num.1.decis.177.

Baiulus generalis ex sola pręscriptione prætendere potest habere iurisdictionem in hos officiales priuatiue ad alios, num.3.decis.177.

Baiulus generalis potest cognoscere in criminalibus de delictis arrendatoris iurium,

iurium, vulgo dictorum, del peso del Rey,num.4.decis.177.

Baiuli,& seruientes possunt etiam liberare captos de generali consuetudine in leuibus, & facta pace,num.3.decisione.226.

Bald.in l.1.§.quibus,C.de Iustiniano Codice componendo traditur, & declaratur, numer. 70. & 71. decisione 187.

Bannitus,& condemnatus in contumatiam quomodo admittatur ad se defendendum,de iure admittitur, num.1. decis. 228.

Practica in contrarium damnatur à Doctoribus,num.2.ibid.

Barateriæ delictum atrocissimum est pariterque est falsitatis, sicque minor probatio sufficit, & testes alias inhabiles admittuntur, numer. 1. decisione. 214.

Barateria probatur etiam cum testibus singularibus propter eius atrocitatem: in alijs autem delictis secus, nu.2. decis.214.

Barateria iudicis per tres testes singulares de proprio, vel singulari facto deponentes sufficienter probata dicitur,num.3.decis.214.

Bardaxi error circa consuetudinem competentiarum reprehenditur, num. 192.decis.113.

Bart.in l. eius qui in §. Celsus, ff. ad municipal. declaratur,num.41.decisione 149.

Bart. in l. quid tamen, ff. de arbitris explicatur,num.10.decis.167.

Beneficium excusionis nō habemus in Aragonia,num.4.decis.224.

Bona tanquam diuersa debent considerari,quando causę agendi sunt diuersæ: licet ad idem dominium bonorum, num.18.decis.126.

Bona apprehensa non committuntur commissarijs foralibus in secunda apprehensione,stante prima apprehensione lata in ea sententia in fauorem alicuius,num.3.Quod intellige, vt nu. 36. decisione,153.

Bona semel donata alicui ab eo auferri non possunt, & alteri donari, numer.1.decis.185.

Bona fides procedens ex errore iuris resistentis non est sufficiens ad acquisitionem fructuum, licet alij cōtrarium teneant, vbi concordantur opiniones, num.37.decis.136.

Bonę fidei possessor quoties tenetur fructus extantes restituere eos sibi acquirit triennij vsucapione,numer.35. decis 136.

Bona fides omnem culpam excludit, num.7.decis.169.

C

Caducitas excusatur facta legitima oblatione cannonis domino directo congruo loco, & tempore,num.7. decis.204.

Cannonis solutione diuisa in aliquas partes omnes termini expectandi sunt, & in omnibus deficiendum probabilius videtur, num. 9. decis. 204. Quod saltem ad euitandam caducitatem procedit,ex Cassado.num.10. ibid. ob vim chartę sentit in Regno.num.14.ibid.

Cannonem soluere potest tertius domino directo ad euitandam saltem pænam caducitatis,num.15.decis.104. non solum,si soluit nomine emphytheutæ, sed etiam proprio tertij,num. 17. ibid. Duabus rationibus,num.18,ibidem.

Canonis oblatio verbalis absque cōsignatione & depositione, licet non liberet a solutione quantitatis, sufficit tamen ad euitandam caducitatis pænā, num.21. decis. 204.

Canonis consignatio, vel depositio coram iudice necessaria non est, vt caducitas vitetur,quando fuit facta realis oblatio canonis,& directus declarauit nolle recipere,num.22.decis.204.

Canonem soluere, an possit tertius absque mandato ad vitandam caducitatis pænam,articulus anceps & controuersus est, numer. 26. decisio. 204.

Quod

quod sensisse videtur Senatus regius num.31.decisione.204.

Canonem soluens, licet tertius sit, si tamen bona possideat, pœnam caducitatis respectu emphyteotæ excusat n. 27.decisione.204, Ex concordi doctorum sententia & etiam auctoris assignantis rationem ibidem.

Canonis oblatio à tertio facta nullum ius in bonis emphyteoticis habente, non excusat emphyteotā à caducitate, ex equitate tamen contrarium Senatus regius censuit, num.31.decis.204.

Caupleta habet locum de foro quando debitum ofulcatur, .1. decisione, 230.

Captus vigore comandę, vel censualis multis casibus inuito creditore relaxatur sub fideiussoribus, numer. 11. quod intellige vt, n.27.de cisione, 128.

Captus pro debito ciuili regulariter rexalaxari à carcere sub fideiussoribus non potest. num.2 decis.130.

Captus in vim appellitus non liberatur per viam priuilegiatam, quamuis petitio non oferatur ab eo, qui appellitum dedit, dum tamen alius in delicto appellitus interesatus dederit appellitum legitime, & petitionem obtulerit intra tempus.num.1.decis.222.

Captus iuste quo ad iudicem, licet iniuste quo ad partem recomendari potest, nec iniustificatio capturę recomendationem inualidat. num.2. decis. 222.

Caput. ad nostram de rebus Ecclesię non alienandis. late declaratur.numer. 26 decisione 136.

Cap. pastoralis de rescrip.intelligitur.nu.51. decisione.113. Carroe, decisione,9.num.13.omnibus doctoribus ab eo relatis perpensis, reprobatur.nu. 30.qui solus remanet in sua opinione. num.32. & licet Cessar de Barzis cum eo concordet, similiter reprobatur.nu. 33.decisione.205.

Casus manifestus & notorius resultat ex instrumento.num.9. decisione, 123.

Castrum destructū, sine spe reędificationis authoritate superioris amittit omnia iura & priuilegia, nec illa recuperat, si rędificatur, secus si destruatur a tyrano, vel ab hostib⁹, quia si rędificetur, retinet omnia iura sibi antea competentia.num.31.decisione.149.

Cauilari non debent verba statuti. num.4.decis.230.

Causæ temporales profanæ & Ecclesiasticæ quę sint remissiue.nu. 18. decisione.114.

Causæ pręsentes, non autem futurę euocantur, licet cōtrarium verius sit.n. 5.maxime de foro.num.14.decis.117.

Causas officialium delinquentium non potest Dominus Rex vllo modo euocare.num.22.decis.117.

Causā non dicitur diuersā, sed eadē ex eo, quia datur diuersitas in acquisitione titulorum, quorum vnus mediate alter immediate competit. numer.17. decisione.126.

Causā immediata agendi in possesorio nō est ipsa possessio, sed titulus possesionis.num.20.decis.126.

Causa remota, & proxima, seu immediata equaliter attenduntur, vbi remota est proximæ coniuncta, nu. 4. decis. decisione.126.

Causa minor, non debet maiori pręiudicare.num.23.decis. 128.

Caussa debet esse impedimenti.nu. 21.decisione.141.

Causa sufficiens, & proportionabilis esse debet.num.2.decis.182.

Causæ iustificatio relinquitur arbitrio iudicis.num.3.decis.182.

Causa remota quæ non est immediata, non debet attendi.num.68. decisione.187.

Causæ omnes tam ciuiles, quā criminales debent tractari in publico loco.num.4.decisione.226.

Cautela Bart. pro soluendis oneribus realibus.num.7.decisione.129.

Censualia cum instrumento graciæ, & sic redimibilia, regulariter loquēdo inter mobilia computantur, nisi in casibus

sibus in quibus ex particulari legis, & fori dispositione aliud dispositum sit. num.36.decisione,122.

Censualia sine gratia redemptiua re putantur inter bona sedentia.num. 37. decis.122.

Census vere reseruatiuus non obstā te gracia inter mobilia computatur.n. 39.decis.122.

Censum prohibens solui etiam indirecte,num.12,decis,220.

Census consignatiuos licitos esse liciteque imponi nemo dubitat,certis tamen conditionibus.num.2.decis.116.

Census emptionem suspectam,odiosam & vsurarum succedaneam appellant,DD.num.3.decis.116.

Census redimendi facultas venditori restringi non potest. nume. 9.nisi superaddito iusto pretio. num.10. decis. 116.

Census reddimendi facultas nullo temporere prescribitur. num. 13. decis. 116.

Censum reddim ere nullo pacto cogi potest venditor.num.20.& sors principalis ista alienatur in venditione census,vt venditore inuito etiam ob moram solutionis reditus non posit recuperari.num.21.decis.116.

Census ab egentibus hominibus frequentius constituitur.numer.23. decis. 116.

Census conuertitur in mutuum,quā primum emptor deliberat sortem repetere,& exinde annuum redditum nō potest exigere.num.37.decis,116.

Census non transfertur in mutuum, licet in certo casu & culpa venditoris præcedente posit emptor prætium repetere,sed vera est emptio continens, pretium,& mercem, hoc est annuum redditum venditum,eo pacto.num. 61. decis.116.

Census iustificatio per pacta apposita prouenit ex eo, quod sint onerosa venditori.num.70.decis.116.

Cessans soluere quando turbet, vel vim inferat.num.9.decis.220.

Cesante causa quando cesset effectus num.102,decis.185.

Carthe standum est in Aragonia, nisi charta contineat aliquid imposibile: num.27.decis.188.& nu.21.

Cognitio rei spiritualis ad iudicem Ecclesiasticum pertinet priuatiue. nu. 11.decis.162.

Cognitio circa diuisionem & segregationem terminorum in hoc Regno est de reseruatis domino Regi num.12. decis.156.

Collecta imponi potest a ciuibus pro rebus in alieno territorio existentibus num.12.decis.129.

Collecta non est imponenda nisi euacuata bursa cōmuni. nu.14.decis.129.

Collecta soluenda est in loco originis & domicilij, non autem vbi bona sita sunt. num.15.& 16.decis.129.

Collecta forensi,non potest imponi ratione personæ, bene autem ratione rei existentis in loco collectæ. num.17. decis.129.

Collectam soluit quis, vbi habet bona.num.18.decis.129.

Collectatus emmittēs bona amplius non soluit collectas nisi iam decursas num.22.& 23.decis.129.

Collecta imponi non potest,si persona non est subdita ratione originis vel domicilij.num.12.decis.149.

Collecta non dicitur onus mixtum debitum a personis ratione rerum.nu. 18.decis.183.

Collitigantes & non collitigantes in quo differunt.num.36.decis.125.

Colonus qui dedit propositionem tanquam dominus,succumbet, si dominus fundi in replicis dicat testes falsos & ostendat instrumentum arrendationis.num.2.decis.165.

Colonus & inquilinus non posident nomine proprio, sed alieno, & sic non obtinent in iudicio possessorio. num,6. decis.165.

Comitatus adiunctus delphynatui gaudet eisdem priuilegijs. numer,6. decis.160.

INDEX.

Commissandi ius potius profluit à dominio directo, à quo vis resolutionis pendet, non à possessione ciuili, ius enim directi dominij semper est in actu permanenti, ex vi atractiua, num. 3. decis. 190.

Commissum producit effectus resolutionis, & consolidationis, etiam quoad possessionem naturalem, & obtinebit dominus per commissum in lite pēdente, & tenuta, licet non constet de possessione naturali dantis, constet autem de possessione naturali recipientis, & probetur solutio, & acceptio canonis, num. 4. decis. 190.

Commissarius curiæ respectu colliti gantium non dicitur possidere; secus contra tertium, qui non est collitigans, num. 8. decis. 115.

Commissarius curiæ, qui possidet rē per triginta annos præscribit contra tertium non collitigantem, & contra eum gaudet omnibus priuilegijs, ac si non esset commissarius curiæ, num. 9. decisione 115.

Commissarius possidet bona cum onere restituendi, & reddendi compota, num. 5. decis. 150.

Commissarius curiæ tenetur finita lite indici, & parti fructuum perceptorum rationes reddere, & in contumaciam non ostendendi libros rationum iuramentum suppletorium deferendū est, num. 7. decis. 150.

Commissarius curiæ primæ apprehēsionis non obstante secunda apprehensione debet vti sua commissione, nu. 2. decis. 153.

Commissarius foralis primæ apprehensionis debent vti sua prima commissione, non alia minusque contraria, num. 6. decis. 153.

Commissio bonorum apprehensorū quare fuerit inducta de iure, & foro, num. 16. decis. 153.

Commissio bonorum facta in prima apprehensione deseruit etiam pro secūda, num. 18. decis. 153.

Commissarij forales quare reuocationem attentatorum contra apprehensionem prætendere possint, non autem commissarij curiæ, numer. 1. decisione 154.

Commissarij curiæ, an habeant ius aliquod proprium, & qualiter, num. 2. decis. 154.

Commissarij forales licet absoluta potestate non vtantur. commissarij autem curiæ sic, & diuersitatis ratio adfertur, num. 3. decis. 154.

Commissarij curiæ quoad prohibendum ne ędifficetur azutum, nō possunt vti sua commissione, nisi per demolitionem azuti, numero trigesimo primo, decisione 154.

Commissarius curiæ qui obtinuit in lite pendente debet esse commissarius in omnibus alijs apprehensionibus, nu. 1. decis. 188.

Commissarius curiæ in secunda apprehensione debet iterum dare fideiussores, num. 3. decis. 188.

Commissarij forales, & commissarius curiæ, in quo differant, numer. 5. decis. 188.

Commissio iudici facta de examinando aliquem, si est dignus, vel non à natura rei non exigit probationem parte citata, numero vigesimo octauo, decisione 210.

Competentia iurisdictionis, quomodo formetur, numero primo, decisione 113.

Competentia iam formabatur de cōsuetudine immemoriali ante forum de las competencias, nu. 4. decis. 113.

Competencia iurisdictionis non solum est ad finem remittendi, sed etiam cognoscendi, & sic debet constare de vero titulo Clericatus, & sic de ea non potest cognoscere laic⁹, n. 114. decis. 113.

Competentiā iurisdictionis quis decidere debeat variè fuit arbitratum, num. 123. ibid.

Cōpromissum sequuto laudo est quędam transactio, num. 1. decis. 131.

Compromissum gestum cum tutore, aut pupillo in casu prohibito est nul-

lum à principio, licet ex post facto sit lucrosum pupillo, numero. 13. decisione 168.

Compromissum nullum à principio, si ratificatur, valet in vim pacti, num 16. decis. 168.

Concessio facta alicuius rei homini ad vitam illius, finitur suo naturali fine per eius mortem, & obligationes, vel hypothecæ medio tempore impositæ resoluuntur, num. 61. decis. 149.

Concessione facta ad tempus ea durante nihil innouari potest, nisi ad limites iuris concessi, numer. 36. decisione 149.

Concessio, vel assignatio terminorum facta per Principem, vniuersitati ad vitam vniuersitatis facta censetur, num. 70. decis. 149.

Concessiones Regiæ debent interpretari large, & latissimè, num. 1. decisione 160.

Concessa ea tacite videntur, sine quibus concessum explicari non potest, num. 8. decis. 185.

Concessum per viam contractus nō potest tolli, nec aufferri etiam indirecte, num. 98. decis. 185.

Concesso aliquo cum aliqua qualitate, cessante qualitate cessat concessum, numero. 100. & 101. decisione 185.

Concilium nullam habet iurisdictionem, nec actiuam, nec passiuam, quia in eis exercetur, tanquam in subditos, num. 54. decis. 187.

Concordia non est priuilegium, sed contractus, num. 44. decis. 187.

Condemnatus in contumatiam, & post captus, an prætendere possit liberationem per viam priuilegiatam, nu. 9. decis. 128.

Condictio ob causam competit donanti per donationem ob causam, causa non sequuta, numero 14. decisione 131.

Conditionem facit in testamento, sine dubio dies incertus, num. 25. decisione 128.

Conditio, quæ inest ex necessitate actus, si exprimitur non nocet, nec impedit transmittendi facultatem; secus quando exprimitur ea, quę tacitè inest, ex voluntate testatoris, num. 31. decisione 128.

Conductor, quādo dicatur, quod nō esset aliàs conducturus, num. [illegible] 26. decisione 186.

Conductor, licet contractus rescindatur, pretium tamen soluere tenetur, pro rata [illegible]poris, quo [illegible]sus fuit, vel per eum stetit, numero. 16. quod procedit, tam in rusticis, quam in vrbanis prædijs, numer. 17. & declara, vt num. 20. & 21. decis. 186.

Conductor conducendo rem ab alio censetur fęteri alienam esse, scilicet illius, à quo conducit, num. 13. intellige, vt num. 29. decis. 189.

Conductio rei est modus fictus transferendæ possessionis, num. 28. intellige, vt num. 13. decis. 190.

Conductio sola instrumentalis probat possessionem concedentis, quando non constat de vera possessione conducentis, sed ad probandam possessionem concedentis sufficit instrumentum locationis, & hoc si agatur inter ipsos contrahentes, & successores habentesquè causam ab eis, numer. 14. decisione 190.

Confessio emissa per verba enunciatiua, quando est necessaria ad validitatem actus, qui geritur, vel confert ad id de quo agitur probat, numer. 18. decisione. 113.

Confessio facta in pręcibus probat contra confitentem, & producentem, num. 88. decis. 113.

Confessioni dicentis se grauissimum delictum commisisse creditur, nu. 66. decis. 119.

Confessio est maior probatio omnium aliarum probationum, numer. 31. decis. 125.

Confessioni suæ quis contrauenire non potest, num. 32. decis. 125.

Cōfessio tacita nascitur ex pductione instru-

instrumenti,num.2.decis.138.

Confesio tacita resultans ex productione instrumenti potest reuocari docto de errore si sit facti alieni error, nu. 5. Non vero in facto proprio si agatur de damno vitando, vel de non perdendo lucrum iam quęsitum, num.6. idem de confessione facta in precibus, num. 7. idem de confessione facta in libello, seu positionibus,num.8.decis.138.

Idem de quacumq; confessione deliberata, siue iudicialis, siue scripta, num. 9. & 10.ibidem.

Confesio dicta in continenti dum non est acceptata per aduersarium reuocatur sine errore; postea vero docto de errore licet sit iurata, & deliberata, num.11.& 12.decis.ibidem.

Confesio supradicta ante sententiā, & conclusionem potest reuocari, non vero post sententiam,num.13.decisione ibidem.

Confesio qualificata, & in vnico facto non potest pro parte acceptari, & pro parte respui, numero primo, decisione 166.

Confesio continens duo capitula, & diuersa facta separata, potest pro parte acceptari,& pro parte respui, nu. 2. decis. 166.

Confesio continens duo capitula, etiam inter mercatores, inter quos solum agitur de bono,& ęquo potest pro parte respui, & acceptari, nnmer.3. decis. ibidem.

Confesio cedentis non nocet cessionario,num.1.decis.170.

Confesio, & recognitio facta de dominio in contractu si non fiat cum scientia præsumitur error, & non præsumeretur donatio, numero 47. decisione 189.

Chartę vbi standum est,& instrumēta habent executionem paratam, & ad est clausula quas emphyteota renuntiat quibusuis exceptionibus,tunc mora non purgatur,num.34.decis.205.

Citatio partium non riquiritur ad renouationem priuilegij factā ab eo qui poterat,num.136.decis.113.

Citatio obtenta contra diffamantem non expressa causa, in qua diffamans fundaretur, numero. 1. decisione 115.

Citatio in materia diffamationis debet fieri bina monitione,nec semel sufficit cum priuetur diffamans iure agendi,vel accusandi si non compareat, nu. 12.decis.115.

Citationem admissam fuisse, & pro D.Antonio de Ixar iudicatum fuisse in Regio Aragonum Senatu refertur, nu. 81.decis.ibidem.

Citari possunt in plenario possessorio iuris firmarum non colligitantes in summario possessorio inferiori, num. 1. decis. 125.

Citati in processu apprehēsionis præconio forali cum sint actores voluntarij non astringuntur deducere omnes causas,& titulos mediatos,sed magis sibi vtiles,num.13.decis.126.

Citatus in processu apprehensionis pręconio forali poterit in processu proprietatis deducere diuersum ius, & nouam causam superuenientem lite pendente, ibidem.

Citatio generalis quæ fit in processu apprehensionis, an solum paret præiudicium in illo processu non se opponentibus quo ad illum articulum tantum, qui tunc discutitur,an vero quoad alios articulos litis pendentiæ in nouis apprehensionibus, & an impediat nouam apprehensionem traditur decis. Curiæ Iustitiæ Aragon. & Regiæ Audientiæ, num.5.decis.156.

Citatio generalis attento iure communi parat præiudicium contra omnes qui non se opposuerunt intra quinquaginta dies in lite pendente, & tenuta, num.7.decis.156.

Citatio generalis processus tenutæ, & litis pendentiæ causat pręiudicium perpetuum in alio simili processu,nu.9. decis.156.

Citatione forali vocatus si non comparet contumax est,num.9.decisio.158.

Citare sufficit Economum in causis tangentibus capitulum alicuius Ecclesiæ, quod idem seruatur in Guardiano Fratruum Minorum, in procuratore Fratruum Prędicatorum, & consulibus vniuersitatis, numer. 3. decisione 159.

Citare, nec apprehendere totam rē no est necesse ad singulos actus, quando sub vno corpore plura continentur eiusdem naturæ, & qualitatis; secus si totum consideretur, vt quid indiuiduum, num. 4. decis. 159.

Citatio facta non seruata forma fori est nulla, numero secundo, decisione 160.

Citatus ad certam horam, vel in certum, diem solet, si non comparet ea hora, vel die in sequentem diem expectari de ęquitate, num. 6. decis. 160.

Citatus ad certum diem non debet reputari cōtumax eodem die ad quem est citatus, sed debet de rigoro iuris ad sequentem expectari, numer. 8. decisione. 160.

Citari non debent secundario interessati, vt actus valeat, & ille ad quos ius defensionis secundario interest, n. 2. decisione. 163.

Citatio fideicommissarij non est necessaria, quando sententia fertur contra institutum, nec substituti, quando do agitur cum hęrede, numer. 4. decisione 163.

Citatio partis, & iudicialis cognitio censentur reiectæ, quando committitur examinatio alicuius iudici, num. 18. & 27. decis. 209.

Citatio non requiritur in processu executionis gratiæ, num. 30. decisione ibidem.

Citatio partis non requiritur, quando proceditur extra iudicialiter, nu. 31. decis. ibidem.

Citatio partis, & si requiratur in remissione, tamen non est necessaria, vbi est contraria consuetudo, numer. 33. decis. ibidem.

Citatio realis potentior est alia, n. 34. decis. ibidem.

Citatio partis non requiritur, quando agitur de probanda consuetudine, circa ordinem litis, quod idem est in quolibet actu circa ordinem litis, num. 36. decis. ibidem.

Ciuitas & Regnum potest eximi ab imperio præscriptione, & priuilegio, num. 84. decis. 185.

Clamum de manu Domini nostri Regis nō habemus, & omnia ad instantiam legitimæ partis fieri debent, num. 6. decisione 178.

Clausula ex certa scientia non purgat falsitatem narratorum, num. 165. decisione 113.

Clausulas apprehensionis potest ponere donator in reseruatione facta sibi de bonis donatis, nu. 25. quod procedit in vltimis voluntatibus, secus vero in contractibus num. 26. decis. 185.

Clausula (de plenitudine potestatis) in contractibus nulla est, num. 3. decisione 187.

Clausula generalis refertur ad non specificata, num. 11. & 13. decis. 204.

Clausula posita in fine contractus ad omnia pręcedentia referri debet, num. 29. decis. 205.

Clausula (saluo iure tertij) operatur, vt omne ius tertij saluum remaneat, in quocumque iudicio, num. 7. decisione 206.

Clausula (scientibus, & tollerātibus) exprimere videtur actualiter possidentes, & ius aliquod habentes, num. 60. decis. 130.

Clementina vnic. de probationibus intelligitur, num. 11. 23. & 24. decisione 113.

Clerici habent fori priuilegium de iure diuino, cui renunciare non possunt, num. 66. decis. ibid.

Clerici etiam quoad bona patrimonialia habent fori priuilegium, nec subiacent statutis laicorum, num. 67. decis. ibidem.

Clericatus causam, in qua de veritate tituli agitur laicus cognoscere nō

potest, numer. 108. 111. & iij. nisi ad finem remittendi ad suum iudicem, nu. 109. decis. 113.

Clerici exemptio in rebus non proprie spiritualibus est de iure humano, num. 117. & 121. decis. ibidem.

Clerici in realibus, & mixtis actionibus, ex simplici praescriptione subijci possunt seculari iudici, num. 122. decis. ibidem.

Clericus turbans Regiam iurisdictionem pacem publicam, regalias Regis, aut impediens executionem officialiũ Regalium, delictum, aut iniuriam committens non seruando debitum honorem iudici laico, potest ab eo coherceri, & à Regno expelli, numer. 14. decis. 114.

Clericus coram seculari opponens se esse Clericum non sufficit probare coram Ecclesiastico se esse in quasi possessione Clericatus, sed debet probare se ritè, & rectè fuisse ordinatum, nu. 43. decis. 162.

Confesio extraiudicialis parte absente facta, & legitime probata per duos testes plenè probat in Regno, & si de iure ciuili secus, numero decimo nono, decis. 218.

Confirmatio fori, aut consuetudinis contra Ecclesiasticam libertatem ad solum Romanum Pontificem pertinet, num. 91. decis. 113.

Confirmatio actus nullius debet fieri ex certa scientia, numer. 93. decisione ibidem.

Confrontationes si in registro, in aliquo actu defficiunt, quando possit extrahi instrumentum cum confrontationibus non constito denota, & decretũ Regiae Audientiae in hoc, num. 5. decisione 135.

Coniecturae vt sufficiant ad condemnandum in criminalibus debent esse plusquam duę, numero decimoquarto, decis. 218.

Coniux si permutat vnam rem cum alia cẽsebitur eodem iure res accepta, quo res tradita, numero decimo quinto, decis. 130.

Connexa duo diuidi, nec separari possunt, num. 35. Et quae dicantur, numer. 78. decisione 187.

Consensus praesumitur ex diuturnitate temporis cum scientia, & paciencia, num. 17. decis. 113.

Consequens & accessorium non debent esse maioris potentiae, quam principale data habilitate in vtroq; actum concedente, num. 85. decis. ibid.

Consors non potest ante diuisionem portionem suam bonorum consortio suppositorum alienare in extraneum, num. 1. decis. 229.

Consortium, & fideicommissum legale est conuentio, & participatio dominij in eadem re à lege inducta, nu. 4. decis. 229.

Consortium á societate, in quo differant, num. 5. decis. 229.

Consortes qui dicãtur, & inter quos detur, & quomodo, numer. 6. decisione ibidem.

Consorsante factam diuisionem non potest portionem suam extraneo vendere, num. 13. decis. ibidem.

Consors ante diuisionem, non potest portionem suam extraneo hypothecare, numero decimo quarto, decisione ibidem.

Consortis portio alienantis, vel in vltima voluntate disponentis in extraneos ante diuisionem accrescit alijs consortibus, numero 16. decisione ibidem.

Consortes vindicantes portionem alienatam à consorte ante diuisionem possunt obtinere in iudicio apprehensionis, numero decimo septimo, decis. ibidem.

Consors alienans ante diuisionem portionem suam, si filios habeat succedunt ei in portione alienata, & non alij consortes, num. 18. 23. & 25. decisione ibidem.

Constare dicitur de persona, quando expri-

exprimitur nomen cum duobus alijs accidentibus, seu indicijs, num. 5. decisiono 137.

Constitutio laicalis contra exemptionem Clericorum disponens dicitur destitutio, seu destructio non constitutio, num. 82. decis. 113.

Consuetudo licet redacta fuerit in scripturam, nihilominus remanet in terminis merę consuetudinis, & dicitur ius non scriptum, num. 3. decis. 113.

Consuetudo probatur ex eo, quod Iudex in contradictorio iudicio eam approbauit, & talem iudicauit, num. 8. decis. 113.

Consuetudo præsumitur nota, quando ab omnibus per multum tempus est tollerata, & practicata, num. 29. decisione 113.

Consuetudo, & praxis terminandi competentias est vniuersalis, & tanquã talis nulla eget probatione, num. 38. decis. 113.

Consuetudo tribuit omnem iurisdictionem capaci, non incapaci, num. 72. & 73. decis. 113.

Consuetudo nostri Regni qua seculares cognoscunt de competentia iurisdictionis, licet immemorialis sit, & præsumat scientiam Pontificis non iuuatur eius patientia, num. 86. decis. 113.

Consuetudo mixta laicorum, & Ecclesiasticorum maximam vim habet etiam in Ecclesiasticis personis, num. 115. decis. 113.

Consuetudo Regni cognoscendi de competentia iurisdictionis est introducta per Clericos, & laicos simul, nu. 116. decisione 113.

Consuetudini standum est circa interpretationem dubij, in conflictu opinionum, num. 118. decis. 113.

Consuetudo excusat à peccato existente dubio, an sit peccatum, vel non, num. 119. & 137. decis. ibid.

Consuetudo est optima legum interpres, num 120. decis. ibid.

Consuetudo, & praxis in varietate opinionum potuit vnam rationi conformem approbare, sed hoc procedit, quã do diuersitas opinionum est de iure, & non de consuetudine terrarum, nu. 124. 125. & 128. decis. ibid.

Consuetudo ius diuinũ limitare potest eo modo, quo Princeps poterat, nu. 136. decis. ibid.

Consuetudo nostri Regni Aragonũ cognoscendi de competentia iurisdictionis potuit acquiri pręscriptione, numer. 174. decis. ibid.

Consuetudo contra legem diuinam non excusat à peccato, num. 178. decisione ibidem.

Consuetudine contra legem diuinã vtens excusabitur à peccato non propter eam, sed propter licentiam ex ea pręsumptam, numer. 179. decisione, ibidem.

Consuetudo contra libertatem Ecclesiasticam cum scientia Pontificis introducta non reprobatur, num. 180. decis. ibidem.

Consuetudini standum est in casu dubio, an aliquid sit contra ius diuinum, num. 183. decis. ibidem.

Consuetudo Regni Aragonum cognoscendi, de competentia priuilegio expresso, vel præsumpto Sedis Apostolicę iustificatur, numer. 188. decisione ibidem.

Consuetudinem cognoscendi de competentia Regni Aragonum semper approbarunt Ecclesiastici, num. 191. decis. 113.

Consuetudo compulsiua, vel prohibitiua non ligat forenses nisi ratione facti in territorio commissi, num. 19. decis. 129.

Consuetudo in beneficium possessoris, vt non restituat ludo quæsita valet, licet non valeat consuetudo cõtra possessorem, vt victus in ludo qui non soluit compellatur soluere, num. 23. decisione 144.

Consuetudo fere vbiq. gentium introducta, quæ impedit repetionem rei in ludo amissæ, & solutę valet, non autem quantum ad dandam actionem vincenti

vicenti ad agendum,num.31. decisione 144.

Consuetudo quæ impedit repetitionem rei in ludo amissę,& solutæ reddit vincentem securum in vtroque foro,si absit dolus,& fraus,nu.31. decis.144.

Consuetudo antiqua Rotæ in pronũtiatione causarum grauium traditur,numer.40. decis.161.

Consuetudo posterior particularis derogat obseruantiæ antiquæ generali,non vero è contra,numer.78.decisione 192.

Consuetudo præsertim immemorialis optima iudicatur legum interpres iuris ambigui,& non solum corrigit,verum,& abrogat aperta,nu.24.declara. nu.49.50.& 51.decis.203.

Consuetudo vniuersalis probatione non eget etiam in decisorijs,sed allegata,si DD.iudicibus nota esset,eam sequi tenerentur,num.51.decis.203.

Consuetudo consistens in actibus processuum testibus probari non debet,durum enim id esset,num.52.decis.203.

Consuetudo generalis Regni non eget probatione; quia propter eius generalitatem videtur transiuisse in ius commune non scriptum,num. 12. decisione 209.

Consuetudinem notoriam Iudex supplere potest,num.13.decis.209.

Consuetudo notoria inducitur ex inspectione plurium instrumentorum , & sic processuum, & Doctori asseuerati de ea credendum est,num.14. decisione 209.

Consuetudo non impeditur ex diuersitate reperta in actibus, qui se inuicem compatiuntur, numero. 15 . decisione 209.

Consuetudo sequenda est in dubijs quæ est optima leguum interprès, n. 19. decis.209.

Consuetudo,& statutum dicuntur pars iuris ciuilis,num. 21.decis.209.

Consuetudo non extenditur etiam ex identitate rationis , num.22. decisione 218.

Consuetudo vera legum interpres dicitur,num.12.decis.230.

Continuatio possessionis semper præsumitur in vim tituli, præambuli etiam si tempus concordiæ sit finitum,nec prę sumitur mutatio causæ, nec voluntatis nisi causa extrinseca accedat , num. 23. decis.156.

Contractus innominatus dicitur, quando do tibi aliquid ob causam per te adimplendam ; secus si adimplenda sit per alium: nam tunc est simplex donatio ob causam, num, numer.13. decisione 131.

Contractus,& vltimæ voluntates pa ris potentiæ sunt in Aragonia, num.27. decis.185.

Contractus conditionalis non requirit causam,num.25.decis.182.

Contractus reciprocus conditionem semper inuisceratam habet,num.26.decisione 182.

Contractus est de iure gentium,& sic obligatio naturalis , quæ inde oritur obligat pręcisse Principem,num.13. decisione 187.

Contractus non subiacent resolubilitati Principis, numero. 19. decisione 187.

Contractus forma perpetuo debet seruari,num.103.decis.187.

Contractus procurationis , vel mandati contrahitur consensu interueniente Nuncio, vel epistola inter absentes, num.9.decis.187.

Contractus cum minore celebratus claudicare non potest , nisi minor maior factus contractum ratificet,nu. 12. & 13.decis.168.

Contrahere,& disponere tantum permittitur ei,cui res cõcessa est ad metas, & tempus rei sibi concessæ,num.90.decis.149.

Contributio differt à promissione contribuendi, numero vigesimo quarto,decis.143.

Contribuere promittens non transfert ius reale,sed actio ad interesse tantum,num.25. decis.143.

Cõtumax habetur pro presente quo ad sui præiudicium, nu.10.decis.158.

Contumax si verè comparuisset, & succubuisset non posset iterum apprehendere rem ipsam respectu earumdẽ partium [illegible] ei exceptione rei iudic[illegible] 11.decis.158.

Contumacia incipit finito tempore ad comparendum, num.9.decis.141.

Contumacia sola citati ad domum non sufficit ad hoc vt contra eum procedatur, nisi & pignoratio subsequatur limita, vt num.7.8.9.decis.173.

Con[illegible] non parendo in re magna dignus est excommunicatiooe, alias secus, num.3.decis.220.

Contumacia quæ consistit in non cõparendo excommunicatione digna est, num.4.decis.220.

Contumax ad quæ audiatur, num.3. decis.228.

Cootumax in Regno quare post sententiam non audiatur, num. 4. decisione 228.

Contumax, an si habeatur pro confesso adhuc captus debeat admitti ad defensiones, num.5.decis.228.

Conuentus actione reali suo nomine olim satisdabat dando fideiussores de iudicato soluendo, & ibi ad quem finẽ id fieret traditur, nu.1.decis.195.

Corneus cons. 215. intelligitur, nu.28. decis. 185.

Corpora omnia ad pecuniam reduci possunt, num.14 decis.185.

Craueta cons.592. intelligitur, nu.89. decis.187.

Creatio officialium pertinet Domino Regi, tanquam domino iurisdictionis, num.92.decis.187.

Creditor debitoris habet executionem priuilegiatam contra debitorem debitoris, num.6.decis.123.

Creditori si res data insolutum euincatur non agitur primęua actione quæ per dationem insolutum fuit extincta, sed aget creditor de euictione, nisi contrarium actum sit inter partes, num.10. & nu.15. decis.133.

Creditor solum habet ius ad rem nõ in re cum sit corporale ius, oum.6.decisione 149.

Creditor si succedat in re sibi debita confundit actionem, numer.4. decisione 163.

Creditor pro pignore ab eo accepto solum tenetur leuissima culpa, & res pignorata perijt periculo debitoris nisi interueniente leui culpa, aut lata creditoris, num.1.decis.169.

Creditor oon tenetur ponere maiorem curam in custodiẽdo pignore, quã adhibet in alijs proprijs bonis, num. 2. decis.169.

Creditor si in custodiendo pignore furto substracto fecit, quod quilibet diligens pater familias facit in custodia suarum rerum non tenetur ad restitutionem pignoris, num.4.decis.169.

Creditor de leui culpa pro custodiẽda re in pignus recepta non tenetur, nu. 5.decis.169.

Creditor non plus iuris habet in exigendo debitorem debitoris sui, quam ipse primus debitor habet, num.10. decisione 123.

Creditor excusatur à restitutione pignoris committendo pignus receptum fideli famulo, & cui etiam omnia bona committit, num.8.decis.169.

Creditor res magnæ quantitatis in pignus acceptas tenetur committere personæ graui, alias si furto substrahatur, non solum incidit in leuissimam culpam, sed etiam in latam, nu.9. decis.169.

Creditor pro recuperando pignore substracto non debet magnos sumptus facere in consulto domino pignoris ne possunt peti tales suptus, num.12. decis. 169.

Creditor potest remittere debitori residuum parte accepta qoo casu liberatio totales cõstringit, nu.8. decis. 202.

Creditor partem recipiens absq; protestatione, in residuo non pręiudicat sibi, num.23. Intellige, vt num. 24.34. 39. 42.& 43.decis.202.

Creditor prim⁹, qui schedulã reseruæ obtulit

obtulit in apprehensionis iudicio si postea conuenit posteriorem qui obtinuerat in articulo iuris firmarum non recipit fructus ab eo receptos saltem quos tanquam suos imbursauit.nu.16.vbi decretũ Senatus Regij traditur,decisione 206.

Creditori posteriori æquitas faciet quando vigilauit petendo suum creditum contra priorem qui tantum schedelam reseruæ obtulit in processu, apprehensionis si postea velit auocare pecunia solutam posteriori in articulo iuris firmarum,vel proprietatis.nume.18. declara vt,num.42.decis. 206.

Creditor anterior an possit auocare a posteriori cui debitor soluit. num.20. vbi quod inter eos qui priuilegium nõ reperitur,sed omnes equales repetitionem,seu vocationem non fore admitendam ex vsu forensi frequentiori traditur,decisione.206.

Creditoribus omnibus æqualibus in hypotheca & neuter priuilegiatus auocatio pecuniæ solutæ per secundũ non datur priori etiam si pecunia sit bona fide consumpta, siue mala. nu. 21.intellige,vt num.35. & 36. decisione,206.

Creditor primus si auocaret a secundo pecuniam solutam mundus turbaretur,& vsus comertiorum confunderetur.num.22.25,& 26. vbi quod prædicta ratione, DD.recedunt a receptiori & veriori sententia,decisione,206.

Creditori posteriori vigilanti & exigenti suum debitum equitas faciet contra anteriorem desidentem. numer. 23. quod maxime procedit vbi solutio incontumaciam prioris fit posteriori. n. 24.vbi quod hoc cassu est locus gratificationi,decis.206.

Creditor anterior auocat pecuniam a secundo, in pari causa onerossa si facta fuit excussio debitoris reperiturque non soluendo & alijs casibus quasi contraria militante equitatis ratione. nu. 27.33 43.&48.decis.206.

Creditor anterior non auocat pecuniam a posteriori solutam quando id fuit factum iudicis authoritate. nu. 29. vbi Senatus Regij decretum traditur, num.31.& declaratur,nu.32.decis. 206.

Creditor anterior euocat pecuniam posteriori solutam quando fuit solutio facta reseruato iure prioris.nume.30.& 34.

Creditor anterior qui schedulam reseruæ obtulit in processu apprehensionis euocat a posteriori cui fuit recepta propositio litis pendentiæ citando eum in articulo iuris firmarum alioquin iniquum videretur rationibus de quibus. num.37, quæ resolutio seuerissima est nu.40.42.45.declara.nu.49.50. 51.52.53. 54.55.decis.206.

Creditori depositario cum nullum competat ius in re deposita non dabitur ei actio furti.num.15.decis.224.

Criminaliter etiam agi potest contra turbantem actione iniuriarum. nu. 14.decis.120.

Culpa leuissima in incendio non est punibilis.nu.2.decis.211.

Culpa leuissima in incendio non est suficiens ad stimationem si in omittendo cõsistit. nu.3.decis.211.

Culpa grauior est tacere quam omittere.num.6.decis.211.

Culpa lata dolo proxima criminaliter punitur.nu.7.decis.211.

Culpa proxima latę culpæ quæ dicitur leues punitur criminaliter. nu.8 decis.211.

Culparum ordo est, leuissima, leuis lata,dolus.num.9.

Culpa leuis in faciendo commissa est punibilis circa corporis pænam. nume. 10.decis.211.

Culpam leuem committit pater,vel dominus committens lumen, seu lucernam accensam in manibus pueri in stabulo,seu alio loco periculosso. num.13. decis.211.

Culpa maior est quam leuis quem immittere ignem per se ipsum in stipulas tali tempore & loco,& tali modo quo faciliter arbores vicinæ essent cõburendę

burendæ.num.14.decis.211.

Culpa leuis est illud, ommittere facere quod quilibet diligens pater familias eiusdem conditionis fecisset traditurq. exemplum.num.15.decis.211.

Culpa lata est euitatio indeliberata ab ea diligentia, quæ inest communiter omnibus quæ sunt eiusdem conditionis & professionis. num. 16. decis. 211.

Culpa lata in materia incendij quādo committatur traditur exemplum. numer,17.decis.211.

Cumulatio l. si contendat & .l. diffamari operatur, vt possit concludi non solum super non iure diffamantis, sed super iure diffamati.num.56. decis. 115.

Custodire, qui tenetur originale vel ratione officij, vel contractus cum cōtra eum adsit pręsumptio, vt nu. 60. nō creditur si iuret ammisisse. numer. 46. manifestis tunc eget probationibus, ibi dem & num.59.decis.192.

D

DAns adtributum per recognitionē accipientis satis probat suam intentionem.num,31.decis.189.

Dans ad tributum, si non constet possedisse, probata tamen possesione recipientis, qui vltra simplicem acceptatio nem expresse recognoscit rem esse illius, a quo causam habet, remanet probata possessio contra recognoscentem & eius successores.nu.6.decis.191.

Datio manus dexteræ habet vim iuramenti.num.23.decis.182.

Datio insolutum non acceptata nullum producit effectum.nu.3. & 5.decisione,189.

Datio in solutum, non intimata, nec acceptata, nec renunciata facit esse impēdenti ius datum insolutum.numer.6. decis.189.

Datio insolutum totaliter debitum extinguit.num.15.decis.202.

Debitor opponendo exceptionem contra instrumentum, & debet audiri, & cessat executio, nu.21.decis.123.

Debitor tacente & non opponente exceptionem vel negante, si stati m appareat de, malitia sua per probatā probationem, vel per suam confessione m & narrationem fiet executio.nu. 22. decis.123.

Debitor bene potest renuntiare que renda si sit in fraudem creditorum non tamen quæsita.nu.28.decis.127.

Debitor & fideiussor si dent creditori aliquam rem insolutum, quæ deinde euictione peccat, non habebit creditor recursum contra debitorem & fideiussores, quia iam prima actio fuit extincta.num.8.decis.133.

Debitor morosus non dicitur quando creditor renuit solutionem recipere, etiam si non consignet nec deponat. num.20.decis.204

Debitum dicitur quod debetur spe firma & non pendet ex voluntate, sed ex futuro euentu.nu.68.decis.115.

Debitum fisci perire vel extingui difficiliter potest.nu.29.decis.122.

Debitum annuum quod a priuato præstandum est, facile perire potest.nu. 30.decis.122.

Debitum omne in Aragonia præscritur 20, annis exceptis tribus.nu.2.decis. 127.

Decimæ reales debentur ex fructibus sine deductione impensarum.nu. 3. decis.136.

Decimæ personales, quę soluuntur ex aliqua negotiatione debentur sine deductioue impensarum.num.4. decis. 136.

Decimas, primicias & beneficia omnia iuris patronatus pontifices concesserunt regibus Aragonu. nume. 3. decis.163.

Decimarum & primiciarum causa censetur eccelesiastica, siue spiritualis num.15.decis.163.

Decimæ simpliciter donate, & translatę in laicum quo ad omne dominium desinunt esse spirituales & considerantur

tur tanquam quid temporale.nume.21. decis.162.

Decimæ temporales & profanę in principatu Cathaloniæ & Regno Valentiæ sunt de patrimonio regio .nu .23. & 55.decis.162.

Decimarum possessor secularis per tempus immemoriale si non cõstat eas esse translatas quo ad vtrumque dominium simpliciter nec in feudum, vel em phiteosim censetur eas possidere in feu dum ante Concilium Lateranense. nu. 29. & 55.decis.162.

Decimę vbicumque per ecclesias retinentur, vel ad eas reuertuntur debent considerari tanquam spirituales, & ecclesiasticæ.nu.31.decis.162.

Decimarum concessio ab Vrbano facta quibus, & quare facta fuerit declaratur .nu.33.decis.162.

Decimarum concessio ab Vrbano facta, Regi & suis successoribus facta est.num.36.decis.162.

Decimarum concessio facta, Regi Petro Sanctij filio facta fuit, & Regi Hyspaniæ, scilicet Aragonum, & Nauarre non, vt Regi Castellæ.numer. 30. decis.162.

Decimas spirituales laicus non potest donare, poterit tamen vt ibi. num. 39, decis.162.

Declaratio genaris tanquam vaga, & captiossa reuocari debet. num. 22. decis.153.

Declarationi vltimę standum est. num.41.decis.153.

Deffectus mandati inducit nullitatem notoriam.ibidem.

Deffensio quę est iuris naturalis non potest tolli per iura quę de immunitate loquuntur.num.4.decis.141.

Deffensio aliquando demolitionem operis requirit.nu.9.decis.154.

Deffensor alienę rei sine satisdatione nemo idoneus esse existimatur .n.6. decis.195.

Delegati iurisdictio per tacitum consensum prorrogatur.num.12. decis.172.

Delegatio potest fieri per viam cancellariæ, & etiam priuatim ex propria persona per locumtenentem generalem.nu.13.decis.172.

Delegatus quando possit aduersus lapsum fatalis restituere si Papa facultatem restituendi non dedit.nu. 16. decis. 142.

Delegatus non potest amplius restituere quam de iure potest.num.19.decis.142.

Dilectum non præsumitur in dubio. num.25.decis.114, & n.4.decis.128.

Delictum commissum in ecclesia sine spe gaudendi proposito, quod non ex proposito, & consulto, sed ex repentino animi affectu sit commissum, vel cassu fortuito.nu.9.decis.141.

Delictum mixti fori quod dicatur. num.2.decis.148.

Delictum non imputatur vbi dolus non adest.nu.65.decis.192.

Delictorum diuersorum ratione an possint plures aliquem accussare in eodem libello, vel è conuerso.nu.2.decisione.210.

Delicta facti transeuntis probantur indicijs & conlecturis vehementibus nu.11.decis.118.

Delictorum accumulatio debet fieri de similibus de quibus accusatur delinquens per procuratorem astrictum num.2.decis.219.

Delictorum commissorum extra territorium accussatus ad publicam vtilitatem, non potest inquiri.nu. 4.decis. 219.

Delictorum aliunde commissorum accussatus cassu quo ab astricto accussari possit non tamen potest condẽnari in damnis.num.6.decis.219.

Delinquens consentit pænę. nu. 58. decis.116.

Delinquens in ecclesia sine spe gaudendi gaudet immunitate.nume. 8.decis.141.

Delinquens qui remissurus est an debeat citari aduerificanda requisita remissionis.num.1.decis.209.

Demolitio quando non est pæna, decis.

cif.154.num.30.

De populato, & extincto populo ius pastus pertinet ad dominum habẽtem iurisdictionem.num.47.decif. 149.

Deportatio fuccefsit hodie istarum penarum antiquarum damnare ad bestias,& illis fubicij num.7.decif.213.

Deportationem fuccefsifse loco pœnarum antiquarum auctor concordat. num.8.decif.213.

Depositans pecuniam conditionaliter si conditio non adimpleatur depositans bene potest separari a deposito, quod ita fuisse iudicatum reffertur.nu. 2.decif.192.

Depositum debet restitui depositanti si depositarius se separet à deposito antequam id pro quo depositatur suum sortiatur effectum.numero.1.decisione 192.

Deputati Regni consulere possunt locumtenentes in quibus rebus sunt ex pendendæ pecuniæ generalitatem vltra quantitatem sibi permissam,quę est ad 3000.libras nam vltra eam absque consulta expendere nequeunt. numer. 1.decif.216.

Deputati an in transitu alienius principis sufficientem causam habeant con sultandi locumtenentes,& illi respõdere consultę dilucidatur. nume. 2.decif.216. & traditur decretum Curiæ Iustitiæ Aragonum circa huiusmodi consultas, & quod tantum consultant ad expendendum pro causis quæ respiciant utilitatem,& beneficium Regni Regis, & hoc est arbitrium iudicis decernere.num.3 ibidem.

Deputati consultare possunt cum locumtenentibus si ad mittendos Ambasiatores ad Regem pro conseruatione libertatum expendere possint quan titates pro sumptibus.nu.4. decisione. 216.traditurque decretum Curiæ Iustitiæ. Aragonum circa supprimendum sex mille libras rentales annuales ex quatuor decimmille quę consumnntur in sustentu guardiæ ordinariæ Regni quas deputati distribuunt declaratur. num.5.ibidem.

Descendentes ad finem representandi dicuntur qui descendunt ab vltimo possessore maioratus licet non descendant à primo institutore. numero. 11.decisione.219.

Descriptio cum matricula etiam cum scientia non nocet nisi sequatur solutio.numero.vndecimo, decisione, 143.

Determinatio rescipiens plura determinabilia æqualiter determinare debet.numero. vigesimo secundo, decif.160.

Dictio cum,coniugit accessorie,& non principaliter. numero. 20. decisione,124.

Dictio cum,ponitur inter similia,vel parum distantia.numero.20. decisione, 124.

Dictio, in, denotat intrinsicitatem in loco.num.27.decif.124.

Dictio en el dicto articulo, est repetitiua,& relatiua precedentis articuli. nume.40.decif.115.

Dictio si,importat conditionem expressam.num.11.decif.131.

Dictio,vt,modum importat.numer. 21.decif.131.

Dictio, alius, etiam si vniuersaliter prolata sit restringitur ad casus similes. numero,9.decif.146.

Dictio,terra, de se est vniuersalitatis comprehensiua comprehenditque futura, & quæ non accessorie sed æque. principaliter adiunguntur. numero. 17.decif.160.

Dictiones taxatiuę,& demonstratiuæ in quo differant,numero, vigesimo tertio,decif.185.

Dictum à promisione differt. num. 20.decif.182.

Diffamans actor est quia prouocauit diffamando, & sequitur forum diffamati,numero,quinto, decisione, 115.

Diffatus citans diffamantem reus est in omnibus licet actoris partes sustineat in modum concludendi porrigendo libellum.num.7.decif.115.

Diffa-

INDEX.

Diffamatus, duos iudices hăbens(cũ reus sit) potest eligere quem velit ad citandum diffamantem,vt agat,vel desistat.nu.8.& 13.decis.115.

Diffamans (cum actor sit) poterit ex duobus iudicibus diffamati eligere quem voluerit ad agendum,super principali caussa diffamationis. nu. 9. & 13. decis.115.

Diffamatus ad obtinendam citationem, & imponendum silentium diffamanti, non tenetur docere deiure suo nu.15.decis.115.

Diffamato deducente in replica,vel deffensione iura sua,potest iudex declarare, sibi ius competere, & non diffamanti.num.16.decis.ibid.

Diffamatus in replica deducens ius suum de quo diffamatus est, censetur intentare remedium legis si contendat num.19.decis.ibid.

diffamatus si ius suum deducat,poterit diffamans de contrario iure docere,& cumulabitur vtrumque remedium,legis si contendat, & legis diffamari.nu.21.decis.ibid.

Diffamatio debet sumarie constare ad hoc, vt posit intentari remedium legis diffamari.nu.26.decis.ibid.

